FERDINANDI
DE
VALENTIBUS
TREBIENSIS
Sacri Consistorii, Fisci, & R. C. Apostolicæ
ADVOCATI
OPERA OMNIA
SELECTIORA.



FERDINANDI DE VALENTIBUS TREBIENSIS

Sacri Consistorii, Fisci, & R. C. Apostolicæ

ADVOCATI

OPERA OMNIA SELECTIORA.

TOMUS PRIMUS

DE

CONTRACTIBUS.





ROMÆ MDCCXLIV.

Sumptibus VENANTII MONALDINI Bibliopolæ in via Cursus.

Ex Typographia JOANNIS BAPTISTÆ BERNABÒ, & JOSEPHI LAZZARINI.

PRÆSIDUM FACULTATE, ET PRIVILEGIO SUMMI PONTIFICIS.

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO
BENEDICTO XIV.
PONT. OPT. MAX.

LUDOVICUS DE VALENTIBUS
FELICITATEM.



Iu, multumque cogitavi mecum, an Ferdinandi de Valentibus patrui mei lucubrationes forenſes, quas ille olim ſacri Conſiſtorii, Fiſci, & Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ advocatus pro variis, quæ ſeſe obtulerunt, occaſionibus ingenti labore, ac ſtudio confecerat, in unum corpus colligerem, atque in lucem emitterem. Suadebant id complures amici, viri probitate, ac juris ſcientia clariſſimi. Urgebat me erga amantiſſimum patruum charitas, gratique animi mei oſtendendi occaſio minime inopportuna. Verum, ut id perficerem, vix a me ipſo impetrare poteram ob mul-

multas, & graves, quæ mihi obversabantur, difficultates. Primo enim recordabar, quanta semper patruus meus constantia, ne dicam pervicacia, tum amicorum precibus, tum viris merito, ac dignitate summis, qui ad publicanda ejusmodi opera eum cohortabantur, fortiter restitisset. Deterrebat me deinde Romanæ curiæ dignitas, cujus gravissimum judicium merito sapientes omnes plurimi faciunt, ac reformidant; tum etiam doctissimorum apud exteras gentes Jurisconsultorum censura: quod fortasse in hac tanta disciplinarum luce non omnia probarentur, quæ olim auctor aliquando festinanter pro necessitate, & opportunitate temporis scripsit, cum præsertim ipsi tot negotiis distento tantum otii non fuerit, ut iis castigandis, & in ordinem redigendis supremam manum imponeret.

Quum igitur sic animo fluctuarem, summa benignitas tua, Beatissime Pater, *omnem mihi dubitationem sustulit. Tu enim auditis hæsitationis meæ caussis, me animo confirmasti, & operum ejusmodi editionem non probasti modo, verum etiam magnopere commendasti, imo ut eidem ornandæ quam cito manum admoverem humanissime impulisti. Tali itaque, tantoque judicio fretus libentissime opus suscepi, quo recludi mihi viam intelligebam ad publice profitendam perpetuam illam beneficiorum recordationem, quibus me erga patruum meum obstrictum fateor, & quæ nulla unquam in me delebit oblivio, quippe cui accepta referre debeam quotquot me, licet immerentem, munia præclara, & splendida exornant. Ipse enim me primum a Clemente* XI. *in advocati Consistorialis munere, deinde a Benedicto* XIII. *in advocati* Fiscalis *officio coadjutorem petiit, atque obtinuit. Ipse fuit (quid enim mihi arro-*

arrogem?) cujus merito Clemens XII. ſe Principem erga me beneficentiſsimum ſemper exhibuit, cum me ipſum in Prælatos Domeſticos, in Ponentes Congregationis R. Fabricæ, in Votantes de Signatura Gratiæ, ut vocant, in Protonotarios Apoſtolicos de participantibus extra numerum, & in ſanctæ Univerſalis Inquiſitionis Conſultores cooptaverit, imo & in Promotorem Fidei aſſumpſerit. Quæ quidem ſingula ita patrui mei meritis accepta tribuo, ut tamen quantum amantiſſimi Pontificis beneficentiæ perpetuo debeam, oblivifci nullo modo valeam.

At vero nullam me ampliorem patruo meo gratiam referre poſſe arbitror, quam ejus lucubrationes SANCTITATIS TUÆ *nomini inſcribere; qua quidem re, ſi ille viveret, nihil certe gratius, nihil jucundius haberet, ut nimirum palam extaret tum exiſtimationis, tum obſequentis animi ſui erga* SANCTITATEM TUAM, *teſtimonium ſempiternum. Ipſe enim optime noverat, certoque experimento didicerat, qualis, & quanta eſſet in* SANCTITATE TUA *Juris intelligentia, quæ ſacrorum Canonum, & Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcientia, quam ſagax, & expeditum in arduis, maximiſque controverſiis dirimendis conſilium; cumque delectus ſæpe fuiſſet una cum* SANCTITATE TUA, *dum in advocatorum Conſiſtorialium collegio ambo eſſent, ad graviſſima S. Sedis negocia expendenda ſimul & conſultanda, ſingulare ingenium tuum, immenſamque doctrinam adeo admirari, ac prædicare conſueverat, ut abs* Te, *tuoque congreſſu ſe doctiorem ſemper digredi ingenue fateretur.*

Sed his omnibus prætermiſſis, quid erat, quod ego magis ex animo optarem, quam occaſionem aliquam mihi dari, qua ſummæ venerationis, gratique animi mei argumentum SAN-

CTI-

CTITATI TUÆ *exhiberem? Quod enim patruo meo in advocati Fiscalis munere adjutor extiterim, non minus* SANCTITATIS TUÆ *patrocinio, quam Benedicti XIII. benignitati acceptum profiteri debeo. Quum enim Pontifex ipse publico decreto coadjutores omnes de medio sustulisset, solum* SANCTITATIS TUÆ *precibus, quæ plurimum & auctoritate, & gratia apud ipsum valebat, fieri potuit, ut ego unus ex omnibus coadjutor persisterem. Ad summum vero Pontificatum ingenti bonorum omnium gaudio, maximoque Ecclesiæ bono evectus, quot me, quantisque beneficiis cumulasti, dum in omnibus his muneribus me benigne excepisti, præsertim vero in Fidei Promotoris officio, quod nuper* SANCTITAS TUA *tanta cum laude gesserat, quantam egregia tua volumina hac de re edita satis superque testantur? Atque illud præterea adjecisti, ut inter eos, qui Episcoporum designatorum examini præsunt, locum haberem; ut nimirum recentiorem aliquam mihi dares benevolentiæ, ac paternæ voluntatis tuæ erga me significationem.*

Ad hæc igitur tua tot, tam ampla, ac singularia beneficia hoc novum addas etiam atque etiam oro, ut scilicet volumen hoc primum, tanquam totius operis primitias, hilari fronte, & incredibili, qua præstas, humanitate digneris excipere. Ingens profecto operi decus, & immortalis patruo meo gloria accedet, si eruditorum cœtus illud tibi probari senserit. Quis enim te acriori judicio, atque ampliori intelligentia de iis, quæ ad forum, & ad Romanam curiam pertinent, judicare valeat? Nemo sane improbabit, aut melius dicam, nemo non laudabit, quæ te hortante edita, te laudatore commendari intelliget.

FO-

FORENSIS JURISPRUDENTIÆ STUDIOSIS

VENANTIUS MONALDINUS.

Q Uum Vaillantii editio à me non multo pridem absoluta ab universa Literaria Republica gratiam inivcrit; nunc in eo sum totus, ut præstantiora Ferdinandi de Valentibus Opera in lucem producam. Fateor ad eam tantam Forensis Jurisprudentiæ Libros assurrexisse incommodam molem, ut optimè de Jure meritus censendus is esset, qui non ad novos cumulandos, sed ad veteres plures, ac plures consumendos, & conficiendos vires suas omnes desigeret. Numero enim obruimur, & eorum copia patrimoniis nostris æquè insidiatur, ac studiis. Non in horum tamen numerum sunt Ferdinandi Opera rejicienda, quæ tantâ sapientiâ, ac ratione, tantâ veritate, & subtilitate, doctrinis tantis, & auctoritatibus ex optimo quoque, & exquisitis, & expressis plena, ac referta adeo redundant, ut copiosæ Bibliothecæ vicem reddere hæc sola queant. Nec mirum omnino; is enim, statim ac ex pueris excessit, atque ab iis studiis, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, confestim se ad Juris studia contulit, atque ingenii plenus, & firmissimâ memoriâ vigens his se adeo commisit, ut ad plenam scientiam Juris, improbis potius vigiliis, perpetuaque Optimorum lectione, atque examine, quam alienis præceptis sit feliciter traductus. Hanc tamen maximam laudem ita sibi vendicat, ut cum aliis communicet; fuerunt enim tot alii Viri doctissimi, ac eruditissimi, qui Forensi gloriâ præstitere, quorum vestigia aut impleverit ille, aut etiam excesserit, signata ab eis tamen prius fateatur necesse est. Aliam adfero, quæ ita propria illius est, ut nemo ex ista ante ipsum quidquam decerpat. Primis ipsis studiorum suorum temporibus suavissima, ac mitissima Ciceronis, aliorumque aurei seculi Scriptorum oratione placatæ abhorrere ejus aures ab incondita sermonis barbarie cœperunt, quâ eam nobilissimam Scientiam, quæ de vita, bonisque hominum decernit, & cui aut cum summis Viris, aut cum ipsis Principibus perpetuò res est, tractari videbat; nec ferre diutiùs valens in magnis, ac summis rebus versantem squallidam horridamque, & passis quasi capillis incedere, dum mechanica, quin ludicra usque ipsa, in quibus infamiæ prope insidet nota, puriori oratione agantur, ac splendido semper verborum amictu superbiant, validissimo sese nisu tanto scientiæ probro objectavit, & à squallore ad nitidissimum orationis cultum traducens, eam

ita publico sistere in scriptis suis est ingressus, ut forma licèt, & aspectu severa omnium oculos, ac corda ad se sic ornata raperet, alliceretque. Quis est ex tot, qui cum eo vixerunt, ac nunc florent maximè, qui me vera dicere inficietur? Quis ex tot Juris Luminibus, qui in hac Alma Urbe Scientiarum omnium, ac hujus præsertim altrice, & matre splendent, coruscantque, qui principem ad conficiendas, ejiciendasque de Foro, Judiciisque irreptas jam ab immemorabili barbaras voces hunc extitisse non ultro profiteatur? Quæ cum ita sint, jam video, me summum meriti apicem in vestra Republica tenere; qui me in summos sumtus, laboresque conjiciens perficio, ut illius Opera, quæ scripta, dissolutèque dispersa tot illi Asseclas, quot cognitores acciverunt, collecta, cusa, ac miro digesta ordine in exemplar sint Orbi universo proposita. Selectiora quæque, omissis levis argumenti, ac notæ pauculis, edentur Opera, atque eo ordine, ut prioribus voluminibus Vota contineantur, quæ Auctor scripsit pro veritate, primum de *Contractibus*, tum de *Ultimis voluntatibus*, ac demum super *Re Canonica, atque Beneficiaria*. Vota consequentur selectissima ad plurimas *Fiscales Quæstiones* illustrandas ab Auctore nostro edita, tum Allegationes super *Ecclesiastica Immunitate*, & super *Re Criminali*, atque Juribus Fisci Pontificii Civilibus, ubi frequentes occurrunt de *Jure publico Principatus* disputationes gravissimè, ac disertissimè ab eo actæ, tum denique delectæ quædam sive allegationes, sive disceptationes Rerum privatarum ordine superiore comparatæ, *Contractuum, Ultimarum voluntatum, ac Negociorum Ecclesiasticorum*. Opus universum pluribus constabit Voluminibus, sed singula tum castigatione, & typorum venustate, tum papyri nitore, & mole ipsa adeo vobis erunt probata, ut de facto Sociis ad singulos Tomos comparandos exiguo pretio abs re mea omissior sim à vobis ipsis meritò redarguendus; Vadem meorum promissorum hoc primum habetote, quod vobis sisto, volumen, præstantiora super Contractibus Vota ad veritatem edita complectens. Locupletissimo, qui appositus est, Indice ad quamlibet vel implicitam, conditamque materiem, quam ille vel obeat, vel fusè tractet, momento quisque deducitur. Is & meam in commoda vestra curam, ac vigilantiam repræsentabit, & aliorum, quos cuique argumentorum generi attexam, specimen dabit. Valete, ac cœptis meis pro vestra humanitate favete.



IM-

IMPRIMATUR,
Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.
F. M. de Rubeis Archiepiscopus Tarsi Vicesgerens.

APPROBATIONES.

I.

QUo Duce, & Doctore, Jurisprudentiæ penetralia olim ingredi conatus sum, Eruditissimi nimirum, dum vixit, Ferdinandi de Valentibus Consistorialis Aulæ, & Pontificii Fisci Advocati, Collectionem amplissimam Responsorum prò veritate, Rmo P. Aloysio Nicolao Ridolfi Sacri Palatii Apostolici Magistro demandante, magna voluptate perlegi, nihilque in iis, quod vel ab Orthodoxorum Fide dissentiret, vel ab justi, rectique tramite discreparet, vel Mundi Potestates læderet, vel bonis adversaretur moribus, reperi: Quinimmò, quum in iis leges & interpretentur summa fide, & ad praxim Fori reducantur mirâ elegantiâ, & claritate dignissima ea existimo, quæ à tenebris, in quibus huc usque delituerunt, eruta publicam Eruditorum lucem Typis adspiciant. Sic censeo. Datum ex Ædibus Apostolicæ Datariæ Nonis Augusti à reparata salute MDCCXLIV.

Xaverius Justinianus Smi D. N. PP. Sub-Datarius, Prælatus Domesticus, ac Signaturæ Gratiæ Votans.

II.

NOmen ipsum Celeberrimi Auctoris Ferdinandi de Valentibus, dum in humanis erat, Sacræ Consistorialis Aulæ, nec non Fisci, & R. C. A. præstantissimi Advocati summam authoritatem conciliat Votis ab eo *pro veritate* editis in difficili, ac propterea summopere utili versantibus in Foro materia Contractuum; Alienam ergo, & extraneam approbationem minimè expostulant, major semper erit, illa, quam præclarissimus Auctor constanti fama, & nunquam interituro universæ Curiæ nostræ plausu sibi, Scriptisque suis justè comparavit. Jussus attamen à dignissimo ejus Nepote R. P. D. Ludovico de Valentibus æmulo virtutum Patrui, ejusque Successore in Collegio nostro Consistoriali, atque in munere Advocati Fiscalis, quod una simul cum altero Promotoris Fidei multâ doctrinâ, summâque subtilitet vigilantiâ, & sedulitate; Præfata Vota ejus studio, & curâ in unum collecta, & ad publicam utilitatem prælo danda attentè perlegi, & maxima quidem animi mei delectatione; in Illis enim eamdem conspexi sermonis elegantiam, Doctrinæ soliditatem, fœlicitatem ingenii, unà cum cæteris clarissimi Scriptoris insignibus dotibus à me semper in eo obsequenter admiratis in longævo decursu Nostri Consortii, & in Sac. Romanæ Rotæ Auditorio, ubi ambo eodem tempore per plures annos munere adjutoris studiorum functi sumus, & in Romanæ Curiæ amplissimo Theatro, ac demùm in Nostro Collegio Consistoriali in illo insimul patrocinantis causis, & in isto consedendo. Cum itaque in opere isto nihil adinvenerim, quod justi rerum extimatores, aut voluptati legere, aut cultui legisse, aut usui meminisse nonnisi profuturum fore pronuncient, dignum illud, & dignissimum reputo, quod publici Juris fiat, si ita videbitur Rmo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici. Datum Romæ hac die 9. Augusti 1744.

Joannes Ascevolinus Sacræ Consistorialis Aulæ Advocatus.

III.

MOram ab Urbe procul trahens adhuc, audivi sæpè, nomen FERDINANDI DE VALENTIBUS, qui Vir fuit acutissimi ingenii, ac Jurisprudentiæ consultissimus, per ora omnium celebrari. Vix Urbem concessi, utriusque juris studia orsurus, illud mihi fuit optatissimum, vestigia tanti Viri, ac Magistri, si nec longè quidem sequi, colere saltem, justoque admirari obsequio. Nuper jussibus Rmi P. Magistri Sacri Palatii Apostolici obtemperans, summa animi jucunditate hoc Opus semel, iterumque perlegi; Non ausus tamen istud adprobare, ne videar velle quicquam laudis, & authoritatis Operi, quod probatissimum est, adjicere, ab quavis abstineo adprobatione, sed in qua semper fui, admiratione, & obsequio permaneo: Id verò unum testor, nihil, quod Authoris ingenuitatem, religionem erga Apostolicam Sedem, cultumque in Principes non patefaciat, mihi Opus sedulò perlustranti occurrisse. Datum Romæ decimo quinto Kalendas Septembris 1744.

Bartholomæus Liverzani in Romana Curia Advocatus.

IMPRIMATUR.
Fr. Aloysius Nicolaus Ridolfi Ord. Prædic. Sacri Palatii Apostolici Magister.

BENEDICTUS PP. XIV.

AD FUTURAM REI MEMORIAM.



UM, ficut dilectus filius Venantius Monaldini Mercator librorum, feu Bibliopola de Urbe nuper exponi fecit, ipfe editionem Operum quondam Advocati Ferdinandi Valenti fumtibus fuis ad publicam utilitatem commodumque in lucem edere intendat, vereatur autem ne ab aliis, poftquam Opera hujufmodi in lucem prodierint, qui ex alieno labore lucrum quærunt abfque ejus licentia in maximum fui præjudicium, & damnum Opera hujufmodi imprimantur. Nobis propterea humiliter fupplicari fecit, quatenus ei in præmiffis opportunè providere de benignitate Apoftolica dignaremur. Nos igitur ipfum Venantium fpecialibus favoribus, & gratiis profequi volentes, & à quibufvis excommunicationis, fufpenfionis, & interdicti, aliifque Ecclefiafticis fententiis, cenfuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occafione, vel caufa latis, fi quibus quomodolibet innodatus exiftit, ad effectum præfentium dumtaxat confequen. harum ferie abfolventes, & abfolutum fore cenfentes hujufmodi fupplicationibus inclinati, eidem Venantio, ut decennio proximo à primæva dictorum Operum impreffione computan. durante, dummodò tamen illa priùs à dilecto filio Magiftro Sacri Palatii Apoftolici approbata fint, nemo, tàm in Urbe præfata, quàm in reliquo Statu Ecclefiaftico mediatè, vel immediatè Nobis fubjecto dicta Opera fine fpeciali dicti Venantii, aut ab eo caufam habentium licentia imprimere, aut ab alio, vel aliis impreffa vendere, aut venalem habere, feu proponere poffit authoritate Apoftolica tenore præfentium concedimus, & indulgemus. *Inhibentes* propterea utriufque fexus Chriftifidelibus, præfertim librorum Impreffioribus, & Bibliopolis fub quingentorum Ducatorum auri de Camera, & amiffionis librorum, & typorum omnium pro una Cameræ noftræ Apoftolicæ, & pro alia eidem Venantio, ac pro reliqua tertiis partibus Accufatori, & Judici exequenti irremifibiliter applican., & eo ipfo abfque alia declaratione incurrendis pœnis, ne dicto decennio durante prædicta Opera, aut aliquam illorum partem fine hujufmodi licentia imprimere, aut ab aliis impreffa vendere, feu venalem habere, vel proponere quoquomodo audeant, feu præfumant. Mandantes propterea dilectis filiis noftris, & Apoftolicæ Sedis de latere Legatis, feu eorum Vice-Legatis, aut Præfidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & aliis juftitiæ Miniftris Provinciarum, Civitatum, Terrarum, & locorum Status noftri Ecclefiaftici prædicti, quatenus ipfi Venantio, feu ab eo caufam habentibus prædictis in præmiffis efficacis defenfionis præfidio affiftentes, quandocumque ab eodem Venantio requifiti fuerint pœnas prædictas contra quofcumque inobedientes irremiffibiliter exequantur. Non obftantibus Conftitutionibus, & Ordinationibus Apoftolicis, ac quibusvis ftatutis, & confuetudinibus etiam confirmatione Apoftolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoftolicis in contrarium præmifforum quomodolibet conceffis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & fingulis illorum tenores præfentibus pro plenè, & fufficienter expreffis, ac de verbo ad verbum infertis habentes, illis alias in fuo robore permanfuris, ad præmifforum effectum hac vice dumtaxat fpecialiter, & exprefsè derogamus, ceterifque contrariis quibufcumque. Volumus autem, ut præfentium tranfumtis etiam in ipfis libris impreffis manu alicujus Notarii publici fubfcriptis, & Sigillo perfonæ in Ecclefiaftica dignitate conftitutæ munitis eadem prorsùs fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ præfentibus ipfis adhiberetur, fi forent exhibitæ, vel oftenfæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem fub Annulo Pifcatoris die XXVI. Augufti MDCCXLIV. Pontificatus Noftri Anno Quinto.

D. Cardinalis Paffionæus.

IN-

INDEX ARGUMENTORUM

Quæ in hoc Volumine continentur.

Januen.

VOTUM VII.

Parmen. rescissionis Locationis, seu restauri.

VOTUM VIII.

Taurinen.

VOTUM IX.

Romana Caducitatis.

VOTUM X.

Vasionen. Laudemii.

VOTUM XI.

Asculana Donationis.

VOTUM XII.

Romana Alimentorum.

VOTUM XIII.

Se-

Senogallien. Census, & Pecuniaria.

VOTUM XIV.

Creditor fructuum census utroque juvatur associationis, & Salviani remedio. Fundi censiti identitas in antiquis, ex quibus probetur? Census impositio, etiam ex mente san. men. Pii V. valida est, ubi, licèt desit Fundi censiti dimensio, ille tamen certus est, ac certis finibus designatus. Damni emergentis ratione ob Debitoris moram, agi nequit, nisi interpellatio fuerit præmissa. 106.

Januen. Renunciationis.

VOTUM XV.

Renunciatio omnibus juribus, & hereditatibus à Muliere ob receptam dotem emissa favore Fratrum, eorumque Descendentium, si nulla sit ex defectu solemnitatum, posteaque ex Decreto Magistratus convalidetur, quoad hereditates dumtaxat paternam, & maternam, demptis etiam verbis = *E loro Descendenti* = in dubio ad mentem Juris, ipsiusque Magistratus intelligenda est, ut perpetuò transeat ad quoscumque Renunciatariorum Descendentes quoad hereditates dumtaxat paternam, & maternam, à quibus fœmina dotata ad mentem Juris excluditur. Contraria expenditur conjectura dotis incongruæ. Dos quando congrua nec ne dicenda sit? 111.

Januen. Renunciationis.

VOTUM XVI.

Renunciatio hereditatis paternæ, & maternæ, ac aliarum quarumlibet successionum facta à filia in sæculo nubente favore fratris, ejusque Descendentium propter pinguem dotem ei à Patre constitutam, ostenditur *perpetua*, & *transitoria* ad quoscumque heredes, etiam extraneos Renunciatarii quoad hereditatem paternam, & maternam, secùs quoad alias hereditates, & successiones, ob Decretum Judicis, quo clausula = *E loro Descendenti* = fuerat adempta. 115.

Florentina Ususfructus.

VOTUM XVII.

Legatum Ususfructus Uxori, donec viveret, à Marito amplissimis verbis relictum sub onere viduitatem servandi, tutelam, & curam filiorum gerendi, atque cum istis cohabitandi, non cessasse, licèt filii obiissent, neque locum factum esse substitutioni in casum obitus, & deficientiæ filiorum conceptæ favore Sororis Testatoris, plenè, relatis Doctorum Sententiis, ex pluribus conjecturis constabilitur. 119.

Fulginaten. Societatis.

VOTUM XVIII.

Inter Socios licèt pactum sit initum æqualium utilium divisionis, Socius administrans debet majus lucrum consequi arbitrio boni Viri. Utilium divisio inter Socios quando æqualitate quantitatis, seu potiùs proportionis facienda sit? Pro fidejussione à Socio præstita, dum res non agitur inter Mercatores, Salarium non conventum nequit expeti, nec vigore consuetudinis, si animus illud recipiendi ex conjecturis excludatur, & quæ sufficiant conjecturæ? Capitali adaucto per inæqualem partium collationem, augmenti lucrum non est, sinè pacto expresso, æqualiter inter Socios partiendum. Quando autem pacta de lucris æqualiter dividendis, cum inæqualis contributio fuerit, sustineri valeant, demonstratur. 127.

Romana Solutionis.

VOTUM XIX.

Scriptura privata ob solam falsitatis suspicionem ex conjecturis, atque adminiculis eruta executionem in civilibus non meretur. Solutio debiti ex lapsu temporis, junctis aliis conjecturis, & adminiculis, præsumitur. Ex quibus autem conjecturæ, & adminicula in utraque specie desumi valeant, expenditur. 137.

Januen. prætensæ Donationis.

VOTUM XX.

Insinuationis defectus in donatione suppletus dici nequit ex geminatis actibus, nisi distincti sint, perfecti, atque ex intervallo facti, cujusmodi non sunt confectio apocæ, illiusque subscriptio. Duplex itidem subscriptio unico contextu donationi adjecta geminos non importat actus, neque ipsius ratificationem. Clausula = *In fede* = non continet verum juramentum, quod insinuationis defectum suppleat. 141.

Ro-

Ta-

Tuscanen. Associationis.

VOTUM XXIX.

Associationem si quis obtinuit, & diutissimo tempore in possessione Bonorum Debitoris permansit, ejus creditum vel extinctum reputatur, vel turbidum, & illiquidum efficitur, nec eidem pro residuo agenti suffragatur notula jurata fructuum ex dictis Bonis perceptorum, nisi validis coadjuvetur probationibus. Has autem neutiquam resultare ostenditur ex adnotationibus factis in libro privato, atque suspecto, minusque ex apoca affictus informi, nec non ex unius Testis fide; Sententiam itidem contra alios latam nec pro adminiculo posse inservire ad comprobandam veritatem dictæ notulæ juratæ, si ea contrariis elidatur probationibus pro census extinctione militantibus. Et quæ ad id demonstrandum, liquidandamque proinde eorum fructuum quantitatem satis esse valeant? 199.

Avenionen.

VOTUM XXX.

Dos constituta cum expressa declaratione, quod in legitimam imputetur, an ad Patrem dotantem debeat nec ne reverti, ex ipsius dotis qualitate statuendum est, si nempè adventitia, vel profectitia fuerit. Dos ex quibus *profectitia* potiùs dicenda sit, ita ut ejus dominium non censeatur jure legitimæ in filiam translatum. Ex sola autem dicta declaratione argui nequit, adventitiam ejusmodi dotem fuisse, statimque legitimæ naturam potuisse assumere. Dotis reversioni quando non censeatur renunciasse Pater, qui neglexit illam repetere, soluto per obitum Generi Matrimonio? 206.

Romana Ususfructus.

VOTUM XXXI.

Ususfructus Bonorum adventitiorum competit Patri, & proprietas Filio. Ususfructus Bonorum adventitiorum num a Testatore debeat expressè, vel potius queat tacitè Patri prohiberi. Ex quibus conjecturis colligatur tacita prohibitio Ususfructus, vel non. 211.

Cortonen.

VOTUM XXXII.

Donatio non probatur per Testes, qui tum in persona, tum in dicto notabiles patiantur exceptiones, minùsque per conjecturas, etiam simul junctas, quarum singulæ leves, & imperfectæ sint. Donatio ex quibusnam conjecturis exclusa dici possit? Testium numerus quandonam satis suppleat eas, quibus laborant, exceptiones? Bonorum æstimatio juxta Regionis consuetudinem facienda est. 215.

Imolen. Successionis, seu Renunciationis.

VOTUM XXXIII.

Renunciatio à filia ex caussa ingressus in Religionem facta Bonis paternis, maternis, & avitis, additis verbis » *e di qualunque altra sorte* » hereditatem etiam fratris, licèt viventis, censetur comprehendere. Realis itidem, & ad extraneos quoque heredes transitoria reputatur, si, cum favore Patris emissa sit, clausulam contineat cæterarum » *ejusque beredum &c.* » Heredum autem nomine sivè heredes sanguinis, sivè agnati intelligantur, venit etiam fœmina de ipsius Renunciatarii familia. 224.

Romana Cambii.

VOTUM XXXIV.

Cambium num sit usurarium, si pro eo pignus accipiatur, latè discusso articulo, ostenditur. Pignoris receptio cur in censu, non autem in cambio sit illicita? 229.

Florentina Renunciationis.

VOTUM XXXV.

Ex renunciatione personali, ac translativa emphyteusis ex consuetudine in Extraneos alienabilis facta à Jesuita favore Patris, ejusque omnium heredum, & successorum quoruncumque, Renunciante adhuc superstite, jus Domino directo ob lineam finitam non adquiritur pro devolutione agendi, sed emphyteusis apud extraneum heredem à Renunciatario institutum, donec Renuncians quartum solemne Votum emiserit, debet manere. Ex quibus autem dicta renunciatio personalis potius, ac translativa censeatur, quàm abdicativa? Et quid de ejusmodi renunciatione, si abdicativa esset, an scilicet, & quando jus repellendi pro eo casu Dominum directum potuerit, etiam per ultimam voluntatem in extraneum transmitti? Emphyteusis licèt in extraneos ex consuetudine sit alienabilis, nisi tamen instar bonorum allodialium fuerit redacta, in ejus alie-

Placentina.

VOTUM XXXVI.

Donationis.

VOTUM XXXVII.

Donationis.

VOTUM XXXVIII.

Donationis.

VOTUM XXXIX.

Donationis.

VOTUM XL.

Romana prætensæ reportationis Pecuniarum.

VOTUM XLI.

cet hypothecariis anterioribus super ejus pretio concurrentibus, perspicuè ostenditur ob eam potissimùm rationem, quod custodia, atque cultura non fructuum dumtaxat perceptionem, sed perpetuam Vineæ conservationem respiciat. 291.

Terracinen. Pecuniaria.

VOTUM XLII.

Donatio per ante apocam à filia favore Patris de istius consensu, bonâque fide, cum Judicis Decreto, aliisque necessariis celebrata solemnitatibus, valida censenda. Quomodo autem de bona fide valeat constare? Læsio ultra medietatem dotis in donatione considerari nequit, si ejus effectus, nonnisi post obitum filiæ sine filiis, fuerit collocatus. 297.

Ariminen. Renunciationis.

VOTUM XLIII.

Renunciatio à Muliere minori de consensu Patris dotem constituentis facta, ex defectu sive præsentiæ Curatoris, sive insinuationis, sive etiam justæ caussæ, licèt juramento, aliisque necessariis munita solemnitatibus, non sustinetur. Renunciatio à Muliere minori facta, etiam de consensu Patris, si, præter istius voluntatem restrictam ad paterna dumtaxat bona, comprehendat bona quoque Collateralium, quoad hæc insinuatione indiget. Justa itidem caussa dictæ renunciationis quoad bona Collateralium nequit, ex his, dici Patris voluntas, minusque dos eidem filiæ constituta, quæ solitum Familiæ non excesserit, similiterque nec agnationis contemplatio, quæ vel non expressa, vel merè voluntaria, vel finalis non fuerit ipsius renunciationis caussa. Et ex quibus caussa finalis renunciationis valeat dignosci? 302.

Remissionis Lucri dotalis.

VOTUM XLIV.

Lucrum dotale à Filio in præjudicium Patris remitti potest, ubi vigeat consuetudo, quæ Patrem excludat ab usufructu in bonis adventitiis filii, Filiumque à patria potestate liberet. Stipulatio lucri dotalis quomodo, ad excludendam actionem Patris, istius nomine non dicatur facta, licèt impersonalia adhibita sint verba? 314.

Jurium Dotalium.

VOTUM XLV.

Dotale instrumentum Italico idiomate cum Viro Italo stipulatum si quoad Mulieris dotem, ejusque Bona pactum contineat in hæc verba conceptum = *resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli come Beni proprj Materni* = eadem dos, ac Bona, juxta eorum verborum intelligentiam desumendam ex Legibus, & consuetudinibus in domicilio Viri, sicque in Italia vigentibus, censeri debent ad filios uti filios, non uti Matris heredes esse deferenda. Verba autem prædicta = *resteranno, ed apparterranno* =, nec non dictio illa = *come* =, atque altera = *proprj* = quid secundùm ejusmodi intelligentiam, ac etiam de jure valeant importare? 316.

Perusina Multiplici.

VOTUM XLVI.

Multiplici ordinatio pro iis ab Ascendente facta, qui Lauream doctoralem consequantur, etiamsi plures sint, quomodo, & ex quibus conjecturis intelligi debeat de plurium admissione non simultaneè, sed tantùm successivè? Heres an, & quando gravamen super re sua à Testatore impositum nequeat impugnare? 323.

Savonen. Dotis.

VOTUM XLVII.

Dos ex Statuto Savonæ debet à fratre de Bonis Patris, vel Avi paterni filiæ constitui, si ab eorum nemine fuerit dotata. Dotem si filia receperit à Persona, etiam sanguine conjuncta, ostenditur, quod, consentaneè ad ejusmodi Statutum exclusivum fœminarum, propter dotem, non propter masculos, ab hereditate solius Dotantis, non aliorum, qui non dotarunt, exclusa censeatur. Et ex quibus arguatur, tale Statutum fœminas propter dotem, non propter masculos excludere? Monialis eidem Statuto, utpote laicali, non subjicitur. 326.

Bononien.

VOTUM XLVIII.

Mensurationem rei à Summo Pontifice in feudum concessæ non secundùm mensuram loci contractus, Romanam scilicet, sed juxta mensuram consuetam in loco rei sitæ faciendam esse, ostenditur, sive ex communiori sententia, quod locus contractus propriè dicitur, ubi res tradenda est, sive ex benigniori sumenda interpretatione potiùs Concessionarii, quàm Concedentis favore, sive etiam ex verisimili ipsius Pontificis mente, illiusque liberalitate amplissimè, quoad fieri po-

FER-



FERDINANDI
DE VALENTIBUS
Sacri Consistorii, & Fisci Apostolici Advocati
DE CONTRACTIBUS.

Avenionen. Donationis.

Donatarium non teneri ad æs alienum Donantis, nisi universalis sit, & in subsidium fuisse ostenditur. Particularem donationem semper censendam, ubi heres adsit. Idem, si donatio sit quotæ Bonorum, quando ea facta est inter Vivos. Discrimen inter donationem, & Legatum quotæ hereditatis, vel quotæ Bonorum, quoad obligationem solvendi æs alienum Donantis. Quid si pactio intercesserit cum Donatario de illius solutione? Et demum conjecturæ adducuntur excludentes eamdem pactionem, quarum præcipua est evictio à Donante promissa.

VOTUM PRIMUM.

1 *Donatia* particularis *æri alieno Donantis non subjacet*.

2 *Donatio quotæ, seu medietatis omnium Bonorum, Jurium, & actionum universalitatem inducit*.

3 *Ita ut de ea idem sit judicium, ac de universali donatione*.

4 *Donatarius* universalis *loco heredis habetur quoad omnes Juris effectus*.

5 *Donatarius* universalis *instar heredis suum Authorem repræsentat*, & num. 77.

6 *Donatarius* universalis *ad onera sui Authoris est obstrictus*.

7 *Donatarius* universalis *tenetur, æquè, ac hæres, æs alienum Donantis persolvere*.

8 *Donatarius* quotæ Bonorum *tenetur solvere æs alienum à Donante contractum*, & num. 93.

9 *Legatum* quotæ Bonorum, *detracto ære alieno, præstatur*.

10 *Donatia* quotæ Bonorum *assimilatur Legato pariter* quotæ Bonorum, & num. 13.

11 *Legatum dicitur donatio*, & num. 116.

12 *Donationi aptatur, quidquid in Legato sancitum est*.

14 *Bona dicuntur, quæ supersunt, ære alieno detracto*, & num. 19. 83. & 143.

15 *Donatio, seu Legatum* medietatis Bonorum *intelligitur de Bonis, detracta ære alieno, extantibus*.

16 *Donatarius* quotæ hereditatis *tenetur ad Debita Donantis, secùs Donatarius quotæ Bonorum*, & num. 18. 20. 21. & 22.

17 *Hereditas est nomen Juris continens omnia Jura, & actiones*.

23 *In donatione* medietatis omnium Bonorum *inutilis est evictionis promissio*, & num. 142.

24 *Vel censeri debet restricta ad Bona, prout erant tempore donationis*.

25 *Venditor hereditatis evictionem non præstat pro quolibet corpore in specie*.

26 *Donatarius non tenetur æs alienum Donantis solvere, nisi donatio sit universalis, & nullus adsit universalis hæres*, & num. 73. 78. & 98.

27 *Donatarius, existente universali herede, non tenetur ad æs alienum Defuncti, nisi in subsidium*, & num. 74. & 88.

28 *Intellige de æquitate canonica, non de stricta juris censura*.

29 *Heres tamen non potest dictam æquitatem allegare, sed tantùm Creditor*.

30 *Donatarius ut non sit nisi in subsidium obligatus æs alienum Donantis solvere, sat est, alium etiam adesse cum solo heredis titulo*.

31 *Hereditas non pendet a majori, vel minori quantitate Bonorum*.

33 *Hereditas etiam sinè Bonis subsistit*.

33 *Heres priùs excutiendus est pro solutione æris alieni Defuncti, deindeque in subsidium Donatarius*, & num. 79.

34 *Donatarius tenetur Donantis debita pro virili solvere, ubi donationem sub ejusmodi one-*

re factam acceptavit, & num. 72. & 76.

35 Donatarius medietatis omnium Bonorum, stante onere solvandi medietatem debitarum, onus quoque habet solvendi medietatem Legitimarum, & num. 36. 37. & 39.

36 Legitima Debitum appellatur, & num. 38.

40 Heres universalis succedit in omnibus sui Authoris juribus.

41 Heres universalis Defanctum repræsentat, & num. 42.

43 Heres universalis sustinet Defuncti obligationes, & num. 127.

44 Donatarius universalis pro herede haberi nequit, minusque Defunctum repræsentare, & num. 114.

45 Præcipuè in concursu veri heredis.

46 Heredes duo universales, ac duæ universales repræsentantiæ repugnant.

47 Repræsentatio Personæ Defuncti dari per contractum non potest.

48 Jura passive cedi, ac donari nequeunt, & num. 152.

49 Jura passiva ad Heredem, non autem ad Donatarium universalem transferuntur.

50 Jura passiva ut ad Donatarium universalem transeant, expressa, vel tacita requiritur conventio, & num. 80. & 97.

51 Donatarius non pollet vero, & legali titulo successionis.

52 Donatio quotæ, seu medietatis omnium Bonorum nequit universalis dici, & num. 70. & 75.

53 Donatio verè universalis, existente herede, censetur particularis, & num. 68. & 73.

54 Jurium translatio activa, & passiva solùm heredi convenit.

55 Donatarius inter singulares successores numeratur, & num. 115.

56 Successor singularis est, qui singulari titulo succedit.

57 Donationis titulus singularis est, licèt eo sit universalis.

58 Donatio quotæ dicitur singularis.

59 Donatio quotæ, utpote restricta ad certa Bona, particularis reputatur.

60 Quotæ Bonorum dispositio qualibet particularis est.

61 Donatarius particularis non tenetur onus æris alieni subire.

62 Totius, ac partis quotitativæ idem juris est.

63 Intellige, ut quod Juris est de toto quoad totum, idem sit de parte quoad partem.

64 Heres, qui totum capit Defuncti patrimonium, ad illius Debita tenetur.

65 Donatarius quotæ, sive medietatis Bonorum non venit successoris universalis nomine.

66 Donatio particularis Donatarium efficit particularem.

67 Verba universalia non inducunt Bonorum universalitatem.

68 Donatio, quamvis universalis, censenda est particularis ad effectum eximendi Donatarium à solutione æris alieni.

69 Donatio ex ipsa reservatione summæ universalitatem excludit.

71 Evictio in donatione promissa ostendit, particularem eam esse.

81 Donantis mens, quod Donatarius æri alieno subjaceat, ex peculiaribus circumstantiis elicitur.

82 Donatarium quotæ, sive medietatis Bonorum teneri pro rata ad debita Donantis, firmant plures Auctores, sed procedant in hypothesi, qua Partes id expresse voluerint, vel tacitè.

84 Bona intelligi, ære alieno detracto, id in donatione universali procedit.

85 Secùs in donatione partis, vel quotæ Bonorum, & num. 86.

87 Donatarius universalis ex voluntate Defuncti pro illius debitis potest adstringi.

88 Heres semper tenetur Creditoribus satisfacere prælativè ad Donatarium in subsidium dumtaxat obligatum.

89 Onera realia censentur in Donatarium translata.

90 Ab oneribus, quæ personam Debitoris respiciunt, debet Heres rem donatam liberare, & num. 91.

92 Donatio quotæ hereditatis exigit, ut debita ex parte donata dimittantur.

95 Donatio quotæ Bonorum differt à donatione quotæ hereditatis.

96 Donatarius quotæ hereditatis obnoxius est hereditatis debitis, secus Donatarius quotæ Bonorum, & num. 98. & 99.

100 Donatarius quotæ Bonorum, si donatio sit ex Testamento, debet onus æris alieni pro rata sustinere, & num. 102.

101 Donatarius ex testamento, quodammodo pro herede habetur.

103 Donatarius donatione inter vivos ad æs alienum Donantis non adstringitur, & num. 104.

105 Legatum partis hereditatis cum oneribus intelligitur.

106 Heres tamen dicta onera debet adimplere.

107 Ex Legato partis Bonorum illa duo speciatim debita sunt detrahenda, nempe dotis, & pretii manumissorum.

108 Regulariter verò contrarium procedit.

109 Inter donationem quotæ Bonorum factam inter vivos, & Legatum quotæ Bonorum diversa ratio militat, & num. 120.

110 Legatum quotæ Bonorum, instar donationis ex Testamento, quamdam præsefert speciem successionis.

111 Legatarius quotæ Bonorum quodammodo heres valet censeri.

112 Legatum deferri nequit, nisi ære alieno detracto.

113 Donatio inter vivos statim absque onere deducendi æs alienum possessionem in Donatarium transfert.

114 Successionis universalis titulus nequit per contractum dari.

115 Legatum non est simpliciter donatio, sed donatio quædam à Defuncto relicta, & ab herede præstanda.

118 Donatio, effectum habitura post mortem, similis Legato dicitur.

119 At

119 *At secus accipitur donatio* inter vivos.
121 *A Legato ad donationem* inter vivos *non valet illatio*.
122 *In donatione* inter vivos *Donatarius non tenetur Creditoribus, sed heres*.
123 *Et idem in legato videtur judicandum*.
124 *Successor nemo singularis ex contractu debet aeri alieno subesse*.
125 *Successio ubi ex Lege defertur, onera a successore praestanda sunt*.
126 *Conventio solvendi aes alienum Donatoris debet concludenter probari*.
127 *Onus debitorum de jure in heredem transit*, & num. 134.
128 *Heres potius, quàm alius quilibet censetur in dubio gravatus ad onera hereditaria subeunda*.
129 *Conventio Donatarii de solvendis Donatoris debitis excluditur, si ipse Donator in heredem à se institutum onus ejusmodi jam pridem transtulerat*, & num. 131.
130 *In donatione quid fuerit comprehensum, ex verisimili Donantis mente conijcitur*.
132 *Donator censendus est noluisse Donatarium debitis gravare, si, dum facilè poterat, id explicare omisit*.
133 *Onus debitorum, alteri à Donatore non injunctum, incumbit illi, qui de jure tali oneri subijcitur*.
135 *Donator, si, quod voluit, expressit, id, quod omisit, censetur noluisse*.
136 *Discretivus disponendi modus passim in Jure solet attendi*.
137 *Evictionis promissio inducitur ex verbis* = Promettendo di farli avere, e tenere, ed esserglene di buona evizione, e garanzia *& similibus*.
138 *Evictio à Donante promissa declarat ejus animum eximendi Donatarium ab onere debitorum*, & num. 146.
139 *Evictio continet obligationem tradendi rem liberam*.
140 *Evictio locum rectè habet in donatione, quoties non agitur de jure universali*.
141 *Evictionis promissio liberat Donatarium ab omni onere, idque in heredem universalem transfundit*.
142 *Sublato antecedenti, corruit & consequens*.
144 *Evictionis promissio debet suum consequi effectum; aliter vana remaneret, atque superflua*.
145 *Evictionis promissio quod inutiliter adhibeatur, absurdum est*.
147 *In donatione simplici Donans regulariter non tenetur de evictione, nisi promiserit*.
148 *Donatio contemplatione Matrimonii dicitur donatio ob caussam*.
149 *Evictio semper, & indistinctè praestanda est in* donatione ob caussam, *licèt non promissa sive etiam a promissione, sive à traditione inceperit*.
150 *Praesertim cum expressè promissa est*.
151 *Evictio à Patre in donatione* intuitu Matrimonii *promissa, maximè suadet, volitam ab eo exemptionem Filii à debitorum onere*.
153 *Jura* passiva *non sunt sub potestate Donantis, sed Creditoris*.
154 *Actio est jus persequendi, quod cuique debetur*.
155 *Jus persequendi Creditori, non Reo competit*.
156 *Donare est liberalitatem exercere, & beneficium conferre*.
157 *Nec liberalitas, nec beneficium est quem debitis onerare*.
158 *Donatio ex his verbis* = Jurium, & actionum quorumcumque = *debet ampliata censeri, non diminuta*.



EX pluribus, atque gravissimis controversiis per obitum Pauli subortis inter Agnetem filiam, & Philippum filium Petri, super quibus ego consultus jamdudum pro veritate respondi, illa praecipua est, quae vertit super solutione debitorum Herculis Donantis ante donationem contractorum; Cum enim praefatus Hercules post conditum Testamentum, in quo, scripto herede universali Joanne unico filio suo masculo, ordinavit perpetuum primogeniale fideicommissum favore masculorum descendentium à dicto Joanne, restrictum tamen ad Bona existentia in loco, & Territorio *Floris*, deinde verò in Codicillis ampliatum etiam ad alia Bona, cum, inquam, praedictus Hercules post sexennium à die celebrati Testamenti, & biennium à tempore Codicillorum occasione certi, & determinati Matrimonii à Joanne contrahendi illi inter vivos irrevocabiliter donaverit medietatem omnium suorum Bonorum praesentium, & futurorum, mobilium, & immobilium, Jurium, & actionum, quae jam pridem Fideicommisso, aut Primogeniturae subjecerat, Joannes verò Paulum filium suum Primogenitum heredem instituerit, & Petrum tantummodo Legatarium certorum Bonorum reliquerit, hinc Agnes, quae, nullo superstite masculo, sola modò extat filia foemina Pauli Primogeniti, in quam per Patrem heredem Joannis transierunt Jura donationis supradictae ab Hercule factae eidem Joanni, cum Philippo filio Petri minimè contendens de successione in Fideicommisso, sive Primogenitura ordinata ab eodem Hercule, à qua ipsa tamquam foemina se exclusam agnoscit, tueri solùm conatur Bona donata tamquam immunia, & exempta à solutione debitorum dicti Herculis; Vice autem versa Philippus, qui, uti successor in Primogenitura Herculis, gerit figuram illius heredis, sustinet, etiam Bona donata solutioni debitorum prò rata obnoxia esse debere; Undè à me quaeritur, cuinam reverà in hypothesi incumbat onus solvendi debita Herculis Donatoris, an scilicet integrè heredi, vel etiam Donatario prò rata.

Qua in re licèt aliàs, ut sub initium inoui, prò veritate consultus, favore Donatarii respondendum esse censuerim, illum nempè nullo pacto teneri

teneri concurrere ad solutionem debitorum Donantis, eo quod donatio particularis sit, & existat heres universalis repræsentans personam Defuncti, in quem propterea Jura passiva Donantis ipso jure transierunt; Præsertim verò quia ipse Donans se obligavit de evictioue, & insuper agitur de donatione ob causam, & quidem onerosam, veluti facta contemplatione Matrimonii, in qua, etiam deficiente pacto, & promissione, evictio præstanda est, nihilo tamen minùs rationum momenta, & Auctoritates, quæ in contrarium allatæ fuerunt, primo rei obtutu speciem aliquam boni juris præseferre mihi visa sunt; adeout anceps aliquandiu substiterim, & in priori sententia manere dubitaverim.

Dicebatur enim, hîc non agi de donatione particulari certæ rei, quæ oneribus, ac solutio-
1 ni debitorum nullo pacto subjacet, juxta *Text. express. in leg. æris alieni* 15. Cod. *de Donat.*, sed rem esse de donatione medietatis omnium Bo-
2 norum præsentium, & futurorum, jurium, & actionum &c. per modum quotæ inducentis universalitatem, & proiodè idem judicium esse debere hujus donationis quotæ Bonorum, ac do-
3 nationis universalis *ad Text. in leg. quæ de tota ff. de rei vindicat. leg. Cujus effectus & ibi Dec.*, & *Cagnol. ff. de regul. Jur.*, *Andreol. contr.* 366. *sub num.* 12. *vers. nec dicatur*, adeout, quemadmodum
4 Donatarius universalis loco heredis habetur ad omnes effectus, *Rota coram Duran. decis.* 348. *nu.* 4. *coram Peuting. dec.* 390. *nu.* 7. *coram bon. mem. Emerix. Jun. dec.* 152. & *dec.* 1273. *utrobique nu.* 2., & *in Romana Cauthelæ Angeli* 10. *Junii* 1705. §. *Si-*
5 *milis coram bon. mem. Muto*, defunctumque Debitorem, æquè ac heres, repræsentat, & in omni-
6 bus juribus tam activis, quàm passivis illi competentibus, ad instar heredis universalis, succedit *Rota decis.* 135. *num.* 10. *part.* 7. *rec. decis.* 372. *num.* 3. *coram Benincasa*, & *in Romana Immissionis* 13. *Novembris* 1709. §. *Quin visa fuerit coram Rmo Aldovrando*, ac per consequens, non
7 secùs ac heres, tenetur solvere æs alienum ab ejus Authore contractum *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 13. *tit.* 25. *num.* 7. *vers. & hac sententia*, *Autnuez de Donat. reg. lib.* 1. *prælud.* 2. §. 7. *num.* 77. *Cirscc. discept.* 45. *num.* 80., *Rot. dec.* 34. *num.* 3., & 4. *post*, *Paitel. decis.* 12. *num.* 6. & 7. *part.* 14. *rec.*, *in dicta Romana Cauthelæ Angeli* 10. *Junii* 1705. §. *Similis coram bon. mem. Muto*, *cum aliis in Romana Donationis*, & *usufructus de Gavottis super reintegratione* 20. *Aprilis* 1714. §. *Debitum coram Emo D. Card. Scotto*, Ita pari jure Donatarius quntæ, sive medietatis
8 Bonorum obligatus censendus sit ad debita Donatoris prò sua quota solvenda, per ea, quæ in terminis tradunt *Rebuff. in leg. subsignatum* §. *Bona ff. de verb. signif. Corn. cons.* 289. *num.* 4. *vol.* 4. *Bertrand. cons.* 34. *num.* 3. *vol.* 6. *Bell. cons.* 79. *sub num.* 5. *Molin. super consil. Dec.* 237., ubi inquit, *quod Decius* malè consuluit, *Ripa respons.* 203. *num.* 1., *Andreol. contr.* 366. *num.* 11., & *seqq. Guttierez. practic. quæst. lib.* 2. *cap.* 58. *per tot.*, & *præcipuè num.* 5., ubi reptnbat *Dec. Tondut.*, *Sauleger. resol. civil. cap.* 174. *num.* 1., *Mantic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 25. *num.* 7., *Cutell. de Donat. part.* 2. *disc.* 1. *Special.* 29. *num.* 16. *Cambolas lib.* 2. *cap.* 9., *Argentren. in consuetud.*, *Briton. art.* 229. §. 7. *num.* 1.

Idque confirmabatur ex *Textu in leg. Si quis servum* §. *final.*, & *ibi Glos. verb. deduceretur in fin.*, & *leg. seq. ff. de legat.* 2., ubi expressè de-
ciditur, legatum quotæ Bonorum non deberi, 9
nisi priùs deducto ære alieno; idem igitur di-
cendum videbatur in donatione quotæ Bono- 10
rum, quia legatum dicitur donatio *leg. legatum* 11
ff. de legat. 1. *leg. legatum ff. de legat.* 2., & *in* §. 1. *Instit. de legat.*, ideoque dispositum in uno,
rectè locum sibi vindicat respectu alterius, ut 12
præcisè firmant *Guttierez.*, *Cutell.*, & alii *in
locis supra citatis*, quippè in utroque militat 13
eadem ratio cum Bona dicantur deducto ære 14
alieno *leg. subsignatum* §. *Bona ff. de verb. signif.*, cum aliis concordantibus juribus, & auctoritatibus relatis à dictis Doctoribus. Unde fit, quod,
donatâ, sivè legatâ medietate omnium Bono- 15
rum, illud tantummodò donatum, & legatum fuisse intelligitur, qund, detractis debitis, superest *leg. mulier* 73. *ff. de Jur. Dot.*, *Andreol. contr.* 340. *num.* 62. & *contr.* 286. *num.* 11., *Tondut.* & *Guttierez. ubi supra*, *Rot. coram Duran. decis.* 348. *num.* 5., *in Sabinen. Bonorum* 20. *Junii* 1707. §. *Nec relevat in fin. coram bon. mem. Kaunitz.*, & *in Romana donationis*, & *usufructus de Gavottis super reintegratione* 20. *Aprilis* 1714. §. *Debitum coram Emo D. Card. Scotto*.

Cui sententiæ minimè adversari dicebantur contrariæ Auctoritates firmantes, Legatarium, seu Donatarium quntæ Bonorum, ad distinctionem alterius Legatarii, seù Donatarii quotæ hereditatis, non teneri ad solutionem debitorum: etenim differentia, quam Doctores agnoscunt inter legatum, sive donationem quotæ hereditatis, & quotæ Bonorum, ea est, ut in primo
casu onera dividantur, & prò rata transeant in 16
Donatarium, qui compelli potest ad illorum sa-
tisfactionem, cum id importet nomen *hereditas*, 17
quod est nomen Juris, cnntinens scilicet omnia Jura, & actiones tum activas, quas heres habet in alins, tum passivas, quibus ipse aliis obstrictus est *d. leg. si quis servum* 8. §. *final.* & *ibi Glos. in fin. ff. de legat.* 2. *leg.* 28. *ff. de donat.* & *ibi Cujac. in lib.* 3. *respons. Papin. oper. posthum. tom.* 1. *pag. mihi* 135. *lit. D.* & *in lib.* 33. *ff. tit.* 1. *de usu*, & *usufruct. legat. oper. posth. tom.* 4. *part.* 1.
pag. 146. *lit. A.*; in secundo verò Donatarius 18
minimè teneatur solvere debita, sed illa detra-
henda sint, antequam ipse suam portionem con-
sequatur nb eam rationem, quia Bona non in- 19
telliguntur, nisi deducto ære alieno, ex supradictis, & in proposito advertit *Glos. in d. leg. si quis servum* 8. *verb. deduceretur in fin. ff. de legat.* 2., *Cujac. in lib.* 33. *ff. tit.* 1. *de usu*, & *usufruct. legat. oper. posthum. tom.* 4. *part.* 1. *pag.* 1465. *lit. C.* & *seqq.*; quæ quidem differentia, ut cui-
que patet, merè accidentalis est, & modicæ, 20
aut nullius utilitatis; stat enim solùm in modo solvendi, cum cæteroquin re ipsâ, & quoad
esse-

effectum uterque Legatarius, sive Donatarius,
tàm scilicèt quotæ hereditatis, quàm quotæ Bo-
norum obstrictus videatur oneribus hereditariis
prò rata suæ portionis, ille videlicet, quia di-
21 rectè, & per se solvere tenetur Creditoribus,
22 iste verò, non nisi post factam debitorum solu-
tionem, & onerum deductionem, suam quo-
tam consequitur, *Paul. de Castr. in d. leg. Si quis
servum §. final. num. 3. ff. de legat. 2., Perolta in
leg. Cum autem num. 8. & 9. ff. eodem, Andreol.
contr. 366. num. 12., Guttier. practic. quæst. lib. 2.
quæst. 58. nu. 10., Gomez. ad leg. Thaur. 20. nu. 2.*
Inde autem inferebatur, quod, etsi Joannes, tam-
quam Donatarius medietatis Bonorum Hercu-
lis, de rigore Juris obstrictus minimè dici posset
ad solutionem illius debitorum, eo quod ipse
Bona donata consequi debuit libera, & exempta
ab omni onere, ideoque Creditores adversus ip-
sum uti Donatarium agere nequibant, atta-
men, quia æs alienum ex Bonis Donatoris priùs
deducere oportebat, & consequenter ipse Joan-
nes Donatarius tantò minus ex Bonis donatis
consequuturus erat, per indirectum ad mensu-
ram Bonorum eidem donatorum obnoxius effi-
ciebatur debitis antè donationem à Donante
contractis, ut ad rem benè ratiocinantur *Go-
mez. loco citato, & Guttierez. pariter ubi supra
num. 17. & seqq.*

Et demum subdebatur, prædictis haudqua-
quam refragari promissionem evictionis stipu-
latam in Instrumento donationis, quia, cum
agatur de donatione universali medietatis om-
nium Bonorum, promissio evictionis aut inuti-
lis est, prout in herede, in quem transeunt
23 Jura omnia activa, & passiva, aut intelligi de-
bet restrictivè ad titulum duntaxat, ut scilicet
Donans præstare, & manutenere debeat me-
dietatem Bonorum in genere, & in eo statu, in
quo suapte naturâ existebat tempore donatio-
24 nis, quo spectato, supposita reperiebatur de-
bitis anteà contractis, quemadmodum *post Corn.
Andreol., & Conciol.*, observat *clar. me. Card.
de Luc. de Dot. disc. 89. per tot., & præcipue
num. 8., & 9.* adinstar venditoris hereditatis,
qui, juxtà regulas traditas sub *tit. de hered. vel
action. vend.*, tenetur solùm ad evictionem titu-
25 li universalis, at illam non præstat prò quolibet
corpore in specie, quia per illius evictionem ipsa
universitas minimè deficit, secundùm *Cujac. in
d. tit. Cod. de hered. vel action. vendit., Moulin.
in suo Comment. super Consuetud. Paris. §. 33.,
Gloss. 2. verb. alienar. à prezzo di danoro num. 39.,
clar. me Card. de Luc. de empt. & vendit. disc. 27.
num. 2.*

Verùm enim verò, tametsi hæc favore he-
redis plurimùm urgere mihi viderentur, re ta-
men maturiùs perpensâ, contra illum respon-
dere juxtà meam priorem sententiam satius exi-
stimavi. Receptum namque est, quod, ut Do-
natarius teneatur ad solutionem æris alieni à
26 Donante contracti, oportet donationem esse
universalem omnium Bonorum comprehensi-
vam; & præstereà nullum datum fuisse here-
dem universalem, ut ex *Gloss. in leg. 2. Cod. de
action. & hered. vend. copulativè requirunt Ger.
Spin. cons. 75. num. 33. & 34., Cels. Hug. cons. 13.
num. 22., Cancer. var. resol. part. 1. cap. 8. nu. 68.,
Amat. variar. resol. cap. 58. num. 13., Cirocch. di-
scept. 45. num. 21., Peregrin. de fideicom. art. 53.
nu. 14., clar. me. Card. de Luc. de donat. disc. 45.
num. 2. & 9., Paitell. annot. 46. nu. 9. & 10. Cap-
pell. Tholosan. decis. 387. num. 1., Rot. coram Du-
ran. decis. 348. num. 3., coram Pen. decis. 1068.
num. 3. & per tot. post Salgad. in Labyrint. Cre-
dit. dec. 86. nu. 14. in fin., post Cenc. de Cens. de-
cis. 284. num. final., in rec. decis. 228. num. 5. &
seqq. part. 7. decis. 43. num. 18. part. 11. decis. 14.
num. 15. part. 14.*, & optimè *in Romana restitutio-
nis Dotis 5. Maii 1706. §. Subsistente coram Emo
D. Card. Priolo ibi = Nam, ad effectum obligandi
Donatarium ad solutionem æris alieni à Donante
contracti, duo Jura nostra exposcunt, unum nem-
pè, quod donatio sit universalis omnium Bonorum
comprehensiva, & alterum, quod ab eodem Do-
nante nullus alius fuerit heres universalis institu-
tus =*, cum alioquin, existente, ut in hypothesi,
herede universali, & quidem non puri nominis,
utpote qui capit alteram medietatem Bonorum
defuncti, ad ipsum pertinet onus debitorum, 27
quousque Bona supersunt, quod non pervenit
ad Donatarium, nisi in subsidium, & casu, quo,
excussâ prius hereditate, illa solvendis debitis
impar esse comperiatur, *Cancer. variar. resol.
part. 1. cap. 8. num. 68. & lib. 3. cap. 7. num. 128.
cum seqq., Cyriac. contr. for. cap. 14. num. 1., An-
dreol. contr. 288. num. 19., Urceol. consult. forens.
cap. 16. nu. 36., Costa de remed. Subsid. remed. 108.
num. 6., Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 5. quæst. 143.,
Olea de cess. Jur. lib. 3. quæst. 9.* per tot. *ubi con-
cordan, Salgad. in Labyrint. Credit. part. 2. cap. 18.
num. final., clar. mem. Card. de Luc. de Donat.
disc. 45. num. 2., Peguer. dec. 121. num. 3., Boer.
decis. 204. nu. 43., & seqq., Guidopap. decis. 105.,
Rota Bononien. apud Posth. decis. 24. num. 54.,
Rot. Roman. coram Priol. decis. 65. nu. 16., in rec.
dec. 65. nu. 5. part. 10., dec. 43. num. 18. part. 11.,
decis. 14. nu. 15. part. 14., & in dicto Romana re-
stitutionis Dotis 5. Maii 1706. §. Subsistente coram
Emo Priolo*, ubi, postquam firmaverat, onus
debitorum inhærere heredi, in fine sic habet =
*adeoque firmum remanet, & indubitatum, quod
Marchio Scipio Creditores dimittere non tenetur,
nisi prò rata, casu, quo Bona reservata solutioni
debitorum probarentur imparia, qui erant terminè
decisionis editæ in Sabinen. Bonorum in objecto al-
legatæ =*, & novissimè dictum fuit in *Romana Do-
nationis, & ususfructus de Gavottis super reinte-
gratione 21. Aprilis 1719. § Indeque coram R. P.
D. Foscaro.*, quia etiam in casu subsidii censent 28
Doctores id non procedere de stricta Juris cen-
sura, sed potius ex quadam canonica æquitate
fundata in causa lucrativa, quam fovet Dona-
tarius, & quæ non debet anteponi causæ onero-
sæ, quam fovet Creditor; quæ sanè æquitas al-
legari certè potest à Creditoribus, at non etiam
ab herede ad hujusmodi debita procul dubio 29
obligato, ut prosequitur *Boer. decis. 204. nu. 43.
& seqq., Andreol. contr. 288. num. 19.*, *latè Con-
ciol.*

ciol. de hered. art. 4. num.53. & seqq., Rota in di-
cta Romana restitutionis Dotis 5.Maii 1706. §. Et
hinc coram Emo Priolo.

Quod adeò verum est, ut parvi referat, quid
heredi ex universo defuncti asse remanserit; suf-
ficit enim titulus heredis, ut Donatarius, non
nisi in subsidium, sit obligatus ad debita Do-
nantis, Cujac. in lib. 9. quæst. Papinian. ad leg.
Cum filius famil. 11. ff. de legat. 1. Peregrin. de
fideicom.art.13.nu.13. & 14., Girocch.discept.45.
num.81., Paitell. expedit. civil. annot.46.num.9.,
clar. mem. Card. de Luc. de Donation. disc. 45.
num.9., Rot. coram Pæn. decis.1068. sub num. 4.
decis.43. num. fin. part.11. rec., & in dicta Ro-
mano restitutionis Dotis 5. Maii 1706. §. Et hinc
31 parum coram Emo D. Card. Priola. Hereditas
namque est nomen Juris, quod non circumscri-
bitur loco, nec pendet à majori, vel minori
quantitate Bonorum, quinimo etiam sine Bonis
32 subsistit, cum non semper sit lucrativum, sed
sæpè etiam detrimentosum, ex Textu expressa in
leg. hereditatis appellatio ff. de verb. signific. leg.8.
num.1. ff. de legat.2., Abb.cons.18. num. 3. circa
med., Castill. contr.17. num.8. lib. 2., Vela dis-
sert. 99. nu.91., Posth.decis. Bonon.24. à. nu.28.,
& plurib. seqq., Rot. decis. 137. num.30. part.5.
rec., & in Ariminen. Fideicommissi Bandi de
Bandis quoad Investimentum 4. Februarii 1718. §.
Atque coram R.P.D. Cerro. Quamobrem satis
33 est, heredem adesse, ad hoc ut ipse prius ex-
cutiendus sit; deinde in subsidium impetendo
Donatarium prò eo, in quo hereditas solvendo
non est, Cost. de remed. subsidiar. remed. 118.
num.6., Urceol consul. forens. cap. 16. num.36.,
Andreol. contr. 288. num. 19., Posth. decis. Bo-
non. 24. num. 37., & seqq., Rota coram Duran.
decis.241. num.20. & decis.348.num.3.

Secluso verò casu isto subsidii, alius dari ne-
34 quit casus, quo Donatarius prò virili, seu ra-
ta Bonorum cum herede universali teneatur ad
debita, nisi ad ea ipse se adstrinxerit, acceptan-
do donationem cum tali pacto, & obligatione
factam, ut rectè docuerunt Cajac. in d.lib.3 res-
pons. Papinian. ad l. 28. ff. de donat. oper. posth.
tom.1. pag.mihi 135. lit. D. ibi = Quamobrem eum,
cui donatæ sunt res hereditariæ, vel Bona, vel cor-
pora hereditaria, non sequuntur onera heredita-
ria, nisi ex incontinenti Donator id nominatim pa-
ciscatur =, Faber in Cod. lib.8. tit. 36. definit. 4.
num.13. ubi, postquam inquit, Donatarium he-
reditatis cogi posse, ut hereditarias actiones
suscipiat, ità subdit = Non etiam Donatarius Fun-
di, nisi ea lege illi donatum sit, ut Creditoribus
satisfaciat =, Amot.resol.58.num.9.part.1., Ca-
rocc. decis.125. sub nu.3., Boer. decis.204. nu.43.,
Cambolas Dec.n:tabl. de droit. livr.4. chap.7., ubi
quæstionem agens ferè nostris terminis accomo-
datam, utrum scilicet, factâ donatione filio
35 contemplatione Matrimonii medietatis omnium
Bonorum præsentium, & futurorum cum one-
re solvendi medietatem debitorum, ille tenea-
tur etiam ad solutionem medietatis Legitima-
36 rum, affirmativè resolvit, eâ ratione, quia sub
nomine debiti venit etiam legitima, quæ debi-
tum appellatur in novella de trient. & semiss. §.1.,
& in leg. si totas Cod. de inoffic. donation.; aliter
tamen respondendum esse censens, si in donatio-
ne nulla debitorum facta sit mentio, ut ergà fi-
nem his verbis: Que si la Donation est faite sans
acune mention de charges, le Donataire n'est pas
tenù aù payement des legitimes: & ita decisum
fuisse testatur in arrest. Parlament. Tholos., ut le-
gitur apud Laureat. Tovet in Biblioth. des arrets:
lit. D. verb. Donation. mutuel pag. 246. §. 140.
ibi: Secus si il n'est point parlè des charges: at ve-
rò, si non factâ mentione debitorum, Donata-
rius non tenetur ad solutionem medietatis legi- 38
timarum, ergò nec etiam ad alia debita; cum
ideò teneri dicatur ad legitimas, quia legitima
venit sub nomine debitorum, & consequenter
præfatus Auctor fateri videtur, necessariam
fuisse Partium conventionem, ut in Donata-
rium transferatur onus debitorum, omnesque
ferè contrariæ Auctoritates loquuntur in termi- 39
nis, in quibus constabat de hac contrahentium
voluntate, qualis etiam erat casus in illa Roma-
na Donationis, & usustructus de Gavottis super
reintegratione 20. Aprilis 1714. coram Emo Scot-
ta, ut benè declaratur in ejus confirmatoria 21.
Aprilis 1719. §. Unde quidquid & trib. seqq. coram
R. P. D. Foscaro & præsertim §. Indeque, ubi
benè agnoscitur necessitas dictæ conventionis.

Et rectè quidem; nam, quoties existit heres
universalis, & quidem, ut dictum est, non pu-
ri nominis, sed capiens medietatem omnium
Bonorum, in ipsum tamquam successorem uni-
versalem de jure transeunt actiones activæ, & 40
passivæ; idque ex lege duodecim Tabularum,
quæ loquuta non est, nisi de herede leg. ultim.
Cod. de hered. act. leg. 1. Cod. si cert. petat. leg. 1.
& 2. Cod. si unus ex plurib. hered. deb., ipseque 41
defunctum repræsentat, & de Juris censura il- 42
lius loco est, ejusque personam, & Jura, ac
obligationes sustinet, Cyriac. contr. 212. num.23., 43
Roblet de repræsent. lib. 1. cap. 2. num.3., Surd.
decis. 310. num.2., Sperell. decis. 169. num. 25.,
Rot. decis. 10. num.5. & decis.578. num.8. part.5.,
non autem Donatarius qui, quantumvis univer- 44
salis, prò herede haberi nequit, minùsque De-
functum repræsentare valet Laurent. Broscel.
in Bibliothec. seù thesaur. Jur. Francor. verb. Do-
nation. pag. 878. col.2. tom.1. ergà fin. ibi: Dona-
taire universel ne represente point la Personne du
Donateur & ains fut juge por arrest de Paris en
l'ann. 1385., præcipuè in concursu veri heredis, 45
nè alioquin dentur duæ repræsentantiæ univer-
sales, & duo universales heredes, quod nullo
pacto ferendum est, Cels. Hug. cons.13. num.22.,
Olea de cess. Jur. tit. 3. quæst. 9. num. 16., Rot.
decis. 348. num. 3. coram Duran., & decis. 151.
num.12. part.13. rec.; Certius quia ista repræ-
sentatio est effectus successionis universalis, quæ 47
non potest dari per contractum leg. hereditas
Cod. de pact. convent., præsertim quoad Jura pas-
siva, quæ utpotè extrà Donantis potestatem, 48
cedi, & donari non possunt, leg. mulier bona 72.
ff. de Jur. Dot., Corn. cons.289. num.1. vol.4. Fa-
ber. in Cod. lib.8. tit. 36. definit.5. num.4. de Do-
nat.,

nat., *Amat. resol.58. num.4. & seqq. part.1.*, & *benè Rota*, *in dicta Romana Donationis*, & *usus-*
fructus de Gavottis super reintegratione 21. Apri-
lis 1719. §. Indeque coram R.P.D. Foscaro, ideo-
que, deficiente in Donatario titulo heredis uni-
49 versalis, & repræsentantia universali Defuncti,
in cujus sequelam veniunt Jura activa, & passi-
va, illa non ad Donatarium, sed ad heredem
pertinere omninò dicenda sunt, ut communiter
tenent *Dec. cons.236. num.1. & seqq.*, *Faber. in*
Cod. de donat. lib. 8. tit. 36. de fin. 4. & 5., *Co-*
var. verior. resol. lib.2. cap.2., *Amat. resol. 58.*
num.13., *Merlin. de pignor. lib. 4. quæst. 143.*
num.4., *Molin. de Primog. lib.1. cap.10. num.5.*,
clar. mem. Card. de Luc. de Donat. disc.45.nu.2.,
Giurb. decis.62. num.33., *Capyc. latr. decis. 44.*
num.6., *Posth. decis. Bonon.24. num. 130.*, *Rot.*
coram Duran. decis.348. decis.402.num.3. part.5.
rec., *decis.43.num.18. part.11. decis.151. num.12.*
& seqq. part.13., & *in Camerinen. Investimenti*
super fructibus 4. Decembris 1711. §. Verum Do-
mini coram Illustrissimo D. Falconerio Almæ Ur-
bis Gubernatore. Proindeque id omnino maneat
in Causa, nempè, ad effectum transferendi in
50 Donatarium onus solvendi debita Donantis, ne-
cessariam esse Partium conventionem sivè ex-
pressam, sivè tacitam, juxtà notata per *Cyriac.*
contr. 14.num.7. vers. potest etiam part. 1., *Posth.*
decis. Bonon. 24. num. 130., & *alios in superiori*
§. allegatos, ob eam prævalidam rationem,
quod, cùm hujusmodi obligatio, sivè translatio
Jurium passivorum in Donatarium dari ne-
51 queat ex vero, & legali titulo successionis uni-
versalis, quo in stricta Juris intelligentia ille
non pollet, eadem contracta, & respectivè Ju-
ra in Donatarium translata dici nequeunt, nisi
ex Partium conventione, ut observat *Rota in*
dicta Romana donationis, & *ususfructus de Ga-*
vottis super reintegratione ubi supra.

His ita in Jure constabilitis, facilè repelli
posse visa sunt ea, quæ sub initium in contra-
rium deducta fuerunt; Assumptum namque il-
lud, quod donatio quotæ, sivè medietatis Bo-
norum præsentium, & futurorum, Jurium, &
actionum &c. universalis censeri debeat, &
consequenter obnoxia solutioni debitorum Do-
nantis ad instar donationis verè universalis, in
nulla sui parte subsistit; non quidem in prima,
quia tantum abest, donationem quotæ, sivè
52 medietatis Bonorum dici posse universalem ad
effectum, de quo agitur, ut ipsa quoque do-
53 natio verè universalis omnium Bonorum, exi-
stente herede, particularis dicatur, eo quod
54 universalitas tituli ad translationem activam,
& passivam Jurium, & actionum non datur, nisi
in herede, ut præcisè advertit *Argentr. in Con-*
suetud. Briton. art. 219. §. 7. num.3.4. & 5., ubi
inter successores singulares ponit Donatarios
55 quoscumque ibi = *Singulares sunt*, *qui quoquo*
singulari titulo cuiquam succedunt emptione, *per-*
56 *mutatione*, *donatione*, *denique quicumque per*
contractum alicui succedunt inter particulares ha-
bentur, & *tituli singularis dicuntur*, *ut Dona-*
tarii omnes = *Alex. cons. 193. vol.2.*, & immediatè
num.6. ità clariùs se explicat = *Donatarios autem*
intelligimus sivè rei certæ, *sivè omnium Bonorum*,
sivè certæ quantitatis Bonorum, *ut mobilium*, *vel*
acquestuum, *sivè denique indefinitè præsupposito*
alium heredem esse = & *nu.7.* addit = *sivè concepta*
sit donatio sub verbis omnium Bonorum, *sive sub*
nomine hereditatis = *Rota decis.10. num.5.*, & *de-*
cis.578. num.8. part.5. decis.151. nu.12. part.13.,
decis.14. num.16., & *17. part.14.*, & *decis. 167.*
num.39. eadem part.14., & *confert Text. in leg.2.*
Cod. de petit. hered., *Faber. in Cod. lib.8. tit. 36. de*
donation. definit. 4. num. 2. ibi = *Est enim donatio-*
nis titulus singularis, *non universalis etiam tum* 57
cum facta donatio est Bonorum universorum &c. =
Cujac. in lib. 33. Digest. tit.1. de usu, & *ususfruct.*
legat. oper. posth. tom.4. part. 1. pag. 1465. lit. B.
ubi, *quod Donatarius universalis Juris successor*
non est, *proindè onus æris alieni subire non debet* =
Potiori igitur ratione idem dicendum erit, cum 58
agitur de donatione non omnium Bonorum, sed
simplicis quotæ, nimirum medietatis; eam
namque, utpotè restrictam ad certam Bonorum 59
portionem, particularem esse, tradunt *Dec. cons.*
387. sub num. 5. Cels. Hug. cons. 96. sub num. 1.
Cancer. veriar. resol. part.1. cap. 8. sub num. 70.,
& generaliter de quacumque dispositione facta 60
sub commemoratione quotæ Bonorum *Palm. al-*
legat.399. num.3. & seq. clar. mem. Card. de Luc.
de fideicom. disc. 128., & *disc. 129. utrobique*
num.5., *Rot. in rec. decis. 12. num. 35. part. 10.*
decis.332. num.27. & seq. part.18., & *coram Rmo*
Ansaldo decis. 31. num. 8. In donatione autem 61
particulari dubium non est, quin Donatarius mi-
nimè teneatur ad debita ex litterali *Textu in leg.*
æris alieni 15. Cod. de Donation., ut etiam ex
adverso admittitur, &, præter mox citatos,
dixerunt *Gratian. discept. forens. cap.256. nu.18.*,
Conciol. de hered. art. 4. num.22., & *seqq.*, *Rot.*
coram Priol. decis.65. nu.17., & *decis.96. nu.14.*,
in rec. decis. 78. num. 22. part. 10., & *in dicta*
Romana restitutionis Dotis 5. Maii 1706. §. siqui-
dem coram Emo Priolo.

Nilque turbat, quod totius, & partis quoti-
tativæ idem sit judicium, cum utrumque conci-
piatur verbis generalibus complectentibus Bona
omnia, & jura tam præsentia, quàm futura, &
propterea tam donatio omnium Bonorum,
quàm medietatis, universalis censeri debeat,
juxtà Auctoritates in objectione allegatas. Ete-
nim Textus in illa adducti id nullo pacto pro-
bant, præsertim ad effectum, de quo agitur;
nam, dum firmant idem Juris esse totius, ac par- 62
tis quotitativæ, intelligendi sunt respectivè,
ut nimirum, quod Juris est de toto quoad totum, 63
idem esse dicatur de parte quoad partem, velu-
ti summat *Bartol. in d. leg. quæ de tota 76. ff. de*
rei vindic. pariter in objecto allegatus, *Andrea-*
lum verò, qui dictos *Textus* in proposito adducit,
in illorum applicatione lapsum fuisse facilè de-
monstratur; ad effectum enim, de quo agitur,
non sufficit universalitas respectu quotæ, sed
ea debet esse respectu totius, ut nempe, qui 64
ad debita teneri contenditur, universum De-
functi patrimonium capiat: ita namque exigit
Tex.

Tex. expressus in leg. æris alieni 15. Cod. de do-
nation. verbis illis = *Æris alieni, quod ex heredi-*
taria causa venit, non ejus, qui donationis titulo
possidet, sed totius Juris Successoris onus est = Suc-
cessor autem totius Juris nequaquam reputari
65 potest Donatarius quotæ, sive medietatis Bono-
rum, cum remaneat altera medietas, quæ effi-
cit, ut donatio illa particularis censeri debeat,
66 & Donatarius Successor tantùm singularis, ut
in fortioribus terminis donationis universalis
omnium Bonorum firmavit *Rota coram Coccino*
decis. 1799. num 7. & 8., & in d. Romano Resti-
tutionis Dotis 15. Maii 1706. §. Siquidem coram
Emo Priolo, in qua, non attenta generalitate
67 verborum designantium universalitatem om-
nium Bonorum, & Jurium præsentium, & fu-
turorum, dictum fuit, ob reservationem usus-
fructus, & conspicuæ summæ ad effectum te-
standi, donationem quamvis universalem, cen-
68 sendam esse particularem ad hunc præcisum
effectum eximendi Donatarium ab onere de-
bitorum, *ea ratione, quia non amplitudo ver-*
borum, sed quantitas summæ reservatæ donationis
69 *universalitatem excludit*: *Conciol. de hered. art. 4.*
num. 28. vers. vel quia facto fuerit, Rot. coram
Pen. decis. 1065. num. 3. vers. ex quo si multa im-
press. Lugdun., coram Priolo decis. 65. num. 16.,
in rec. decis. 43. sub num. 17. part. 11. Quanto
70 itaque potiori Jure id affirmari poterit in casu
nostro, in quo donatio non est universalis om-
nium Bonorum, sed medietatis dumtaxat, *bene*
Argentr. in Consuetud. Briton. art. 219. §. 7. n. 8.
&, præter reservationem ususfructus, concur-
71 rit etiam expressa promissio evictionis, quæ, cum
locum non habeat in donatione omnium Bono-
rum, consequenter ostendit, hanc, de qua agi-
tur, esse particularem, *Boer. decis. 33. num. 26.*
in fin. Posth. decis. Bonon. 24. n. 89., & seqq.

Ex quibus promanat etiam responsio ad al-
teram contrarii assumpti partem, in qua dice-
batur, Donatarium quotæ, sive medietatis Bono-
rum teneri ad solutionem debitorum adinstar
Donatarii universalis; etenim jam supra per-
spicuè demonstratum est, nec etiam Donatarium
72 universalem teneri ad hujusmodi debita, nisi
ipsemet per pactum ad illa se adstrinxerit, vel
73 nullus heres universalis existat, aut is solvendo
74 non sit, ut, præter alibi citatos, bene etiam ad
rem declarat *Laurent. Broscel. in Biblioth. seu*
Thesaur. Jur. Francor. verb. donation. pag. 878.
col. 2. num. 1. prope fin. ibi = *A present on peut*
directement s'adresser pour la personelle action
contre le dit Donataire universel à sçavoir du vi-
vant du debiteur, s'il est notoirement non solva-
ble, ou bien apres sa mort s' il n'a heritier, & ainsi
fut jugè por arrest de Greuoble le quatriesme Sep-
sembre 1456. = *Cirocch. discept. 45. num. 87., Ro-*
ta coram Duran. decis. 348. num. 3. & decis. 43.
num. 18. part. 11. rec., ut etiam ostensum fuit,
75 Donatarium quotæ, sive medietatis Bonorum
non esse Donatarium universalem, sed particu-
larem, & propterea minime obstrictum ad solu-
tionem debitorum Donantis adinstar Donatarii
76 particularis certæ rei, nisi in donatione illi tale
onus injunctum fuerit, *Cutell. de Donat. disc. 1.*
special. 19. num. 15. ibi = *Dic ergo quod regulari-*
ter onus est heredis, nisi contrarium ex tenore do-
nationis, & aperta mente elicitur =, & alii adducti
superioribus locis, in quibus etiam latè respon-
detur iis, quæ dicta fuerant de Donatario uni- 77
versali, ut nempe loco heredis habeatur, De-
functum repræsentet, in ejusque Juribus activis,
& passivis succedat, & consequenter ad debita
teneatur, ex ibi namque firmatis evidens, & aper-
tum redditur, hæc omnia dumtaxat procedere, 78
& recipi posse in casu, quo vel nullus heres exi- 79
stat, vel is solvendo non sit, vel denique adsit 80
expressa, sive tacita pactio, itaut ex peculiari-
bus facti circumstantiis eliciatur, mentem Con- 81
trahentium fuisse, Donatarium teneri ad debita,
quemadmodum bene præ cæteris explicat *Ar-*
gentr. in Consuetud. Briton. art. 219. §. 7. sub
num. 9. ibi = *Ad hæc duos casus excipiunt, alte-*
rum, cum Donator solvendo non est, idque ex æqui-
tate magis, quàm stricto jure; alterum, cum nullus
heres Donatoris extat, quo casu Donatarium om-
nium Bonorum pro herede haberi voluut. Andreol.
contr. 288. num. 19., Antonell. de temp. legal.
lib. 4. cap. 40. num. 16., Conciol. de hered. art. 4.
num. 59., clar. mem., Card. de Luc. de donation.
disc. 45. num. 2. & 3., Rot. decis. 65. n. 5. part. 10.
rec., in Romana Donationis, & usufructus de
Gavottis 21. Aprilis 1719. §. Unde quidquid &
seqq. coram R. P. D. Foscaro. =

In quo sensu intelligendæ videntur etiam Au- 82
thoritates, quæ in contrarium afferuntur ad
probandum, Donatarium quotæ, sive medietatis
Bonorum teneri ad debita Donantis pro rata, ut
nempe id firment in casu, quo ex facti circum-
stantiis resultet, expressè, aut saltem tacitè hoc
Partes voluisse, cum alioquin uti directe contra-
riæ, & repugnantes opinioni jam supra ex sa-
niori, ac communiori Doctorum calculo consta-
bilitæ, atque à Sacra Rota (cujus opinio cuique
privatæ Doctorum sententiæ, & auctoritati sem-
per præferenda est, *Conciol. allegat. civil. 34.*
num. 41., & alleg. 43. num. 19. Tanagl. de Sac.
Rot. Roman. Audit. lib. 1. cap. 3. num. 1., Rot.
in rec. d. 256. num. 17. part. 7., & pluribus cumu-
latis, dictum fuit in Perusina Pensionis 11. Maii
1716. §. Nec controversæ coram R. P. D. de Her-
rera) constanter firmatæ, atque receptæ, nullo
numero habendæ essent *Posth. d. decis. 24. n. 84.*,
potissimum quia ex iisdem contrariis Authori-
tatibus nonnullæ assumptum non probant, aliæ
non applicantur, utpote loquentes in diversis
terminis, & reliquæ demum fundantur in falsis
suppositis, & rationibus minime subsistentibus.

Enim vero *Molineus in addit. ad cons. 236. De-*
cii., ubi inquit, Decium male consuluisse, id
asserit absque ratione, & auctoritate.

Corn. cons. 289. num. 4. vol. 4. parum fiden-
dum, tum quia consuluisset etiam, quod Asinus
volaret, secundùm *Ruin. post Belger. in leg. 1.*
n. 102. ff. solut. matrim., tum quia *sub n. 6. vers.*
convenit movetur ex verisimili mente Donantis.

Bertrand. contrarium consuluit *cons. 303. n. 3.*
vol. 3. part. 1.

Rita

Ripa respons. 203. *num.* 1. agit casum, io quo Pater Donator facultatem sibi reservaverat obligandi pro oneribus hereditariis quartam partem medietatis donatæ, ideoque nil mirum, si concludit, Donatarium teneri ad onera respective ad d. quartam partem.

Andreol. contr. 366. *num.* 11. *& seq.* sequitur *Corn.*, & præterea in fine illius controversiæ inquit, ea scripsisse in gratiam D. Ludovici de Bisacciantibus.

Mantic. de tacit. lib. 13. *tit.* 25. *num.* 7. potius contrarium firmat: inquit enim, assumptum procedere in donatione omnium Bonorum, secus in donatione partis, ut dimidiæ; &, licet subdat, seotentiam Cornei majorem habere æquitatem, non dicit tamen, illam in puncto Juris esse veriorem, nec eam sectari profitetur.

Cutell. de Donat. disc. 1. *special.* 29. *num.* 16. se remittit ad dicta in 1. *tom. disc.* 2. *part.* 10. *ex num.* 64., ubi loquitur de donatione, sive donatione universali omnium Bonorum, & præterea quæstionem agit respectu Creditorum, &, quamvis sub *num.* 67. dicat, Donatarium etiam quotæ Bonorum teneri ad debita, id ait vigore cujusdam pragmaticæ Sanctionis hoc expresse mandantis, & sub *num.* 68., *& seqq.* aperte limitat in casu, quo Uxor, sive Donator aliquid sibi reservasset.

Guttierez. quoque *practic. quæst. lib.* 2. *cap.* 58. *per tot.*, *& præcipue num.* 5. loquitur vigore legis Regiæ, quam etsi tueri conetur non esse contrariam Juri communi, sed idem cum eo disponere, fallitur tamen in supposito, quod Jus commune disponat, Donatarium quotæ Bonorum teneri ad debita, prout mandat illa lex Regia; nam id non est verum ex supradictis, ac ex infradicendis, & fallitur etiam in eo, quod idem, ac io legato, sit in donatione, quia diversa inter utrumque militat ratio, ut pariter suo loco demonstrabitur.

Cambolas decis. notabl. du Droit liur. 2. *chap.* 9. fundatur in *leg. ultim. ff. de usu, & usufruct. legat.*, quæ similiter agit de legato, oon de donatione, inter quæ planum faciemus longe diversam rationem intercedere.

Præterea tùm ipse, tum alii omnes mox recensiti, & reliqui etiam in contrarium allegati,
nimirum *Rebuff. in leg. subsignatum §. Bona ff. de
verbor. signific. Bell. cons.* 79. *sub num.* 5., *Tondut. Sauleger. resol. civil. cap.* 174. *num.* 1., &
alii eam præcipuam rationem adducunt, quia
83 Bona de Jure intelliguntur deducto ære alieno,
& proinde id tantum in donatione comprehensum censetur, quod superest, illo detracto, sed
84 ratio isthæc procedit solùm in donatione universali omnium Bonorum, ne sequatur absurdum, quod Donatarius habeat omnia commoda, & heres tantùm incommoda; secus in do-
85 natione partis, vel quotæ Bonorum, de qua agitur in casu nostro, cùm in ea considerari nequeat absurdum prædictum, ex quo non sola debita, sed etiam altera medietas Bonorum remanet commodo heredis, juxta distinctionem *Bartol. in leg. si quis servum* 8. *§. fin. ff. de legat.* 2. *num.* 2., *& in leg. final. ff. de usu, & usufruct. legat.*, *& ita explicant Gloss.*, *& Doctores*, *& præcipuè Dec. in d. leg. æris alieni Cod. de donat. idem cons.* 236. *num.* 7., *& cons.* 387. *num.* 5., *Cels. Hug. cons.* 96. *num.* 1., *Guilelm. de Benedict. in cap. Raynutius verb. cætera Bona num.* 46. *de Testam.*, *Cassan. in consuetud. Burgund. rubr.* 6. *§.* 4. *pag.* 816. *vers. adverte num.* 2. *&* 3., *Maynard. decis.* 93. *lib.* 2., *Cancer. variar. resolut. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 69. *&* 70. ibi = *secus est in Donatario partis Bonorum, seu quotæ, quia talis donatio non intelligitur deducto ære alieno, & sic talis Donatarius prò ære alieno non potest molestari, nec à cre-
ditoribus, nec ab herede Donatoris,* = & in terminis 86
donationis universalis omnium Bonorum loquitur *Rota in Sabinen. Bonorum* 20. *Junii* 1707. *§. Nec relevat coram bon. mem. Kaunitz.*, *& in Romana donationis, & usufructus de Gavottis super reintegratione* 20. *Aprilis* 1714. *coram Emo Scotto*, quæ ulterius benè declaratur io *confirmatoria* 21. *Aprilis* 1719. *§. Ex peculiaribus igitur co-
ram R.P.D. Foscaro* procedere, ubi constet de vo- 87
luntate Donantis transferendi debita in Donatarium.

Accedit his, quod ratio prædicta locum sibi
vindicare potest favore Creditorum, ut scilicet
donatio facta post contracta illorum credita ip- 88
sis præjudicium inferre nequeat casu, quo hereditas solvendo non sit, aut æs alienum excedat portionem reservatam, secus verò respectu heredis, qui, donec superest de hereditate, semper tenetur Creditoribus satisfacere prælativè ad Donatarium in subsidium dumtaxat obligatum *Cirucch. discept.* 95. *num.* 80., *& seqq.*, *Amat. resol* 58. *num.* 13. *part.* 1., *Posth. decis. Bonon.* 24. *num.* 62. *& seqq.* Vel demùm intelligi
debet, ac referri ad onera realia ipsis Bonis 89
principaliter infixa, & rei intrinsecè inhærentia, quæ propterea cum eisdem Bonis in Donatarium translata censentur, oon autem ad ea, quæ per-
sonam Debitoris primariò respiciunt, & ab he- 90
redibus, non à Donatario solvenda sunt; tenetur quippè heres rem donatam liberare ab hujusmodi obligationibus per *Text. in leg. si res obligata* 60. *Castrens. & omnes communiter ff. de legat.* 1. *leg. licet ff. de Dot. prælegat. leg. Prædia Cod. de fideicomm.*, *Corn. cons.* 42. *num.* 4., *&* 5. *lib.* 3., *Ruin. cons.* 184. *in princ.*, *& præsertim num.* 4. *lib.* 1., *Gozzadin. cons.* 60. *nu.* 18. *& seqq.*, *Gomez. de legat. tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 39., *Gratian. discept. for. cap.* 955. *ex nu.* 23., *& plurib. seqq.*, *Cenc. de Cens. quæst.* 79. *num.* 29. *& seqq.* Ex quo sequitur, quod, etsi Bona in contractu donationis intelligenda sint, deducto ære alieno, non indè tameo Donatario minuenda est quantitas Bonorum donatorum, cùm heres ex reliquo asse illa à debitis vindicare debeat, ut libera in Donatarium transire possint, & ita verificetur, quod Bona dicuntur, deducto ære alieno; ad hunc coim effectum nequaquam requiritur,
quod æs alienum deducatur, & dimittatur ex 91
ipsis Bonis donatis, sed sufficit, ista à debitis liberari, etiam ex reliqua parte Patrimonii, & sic libera in Donatarium transferri, ad differen-

tiam casus, quo donata sit quota, seù portio
92 hereditatis, quæ, debita etiam, & onera suapte
natura secum ferendo, exigit, ut illa ex ipsa
parte hereditaria donata dimittantur, *Cujac. in
lib. 3. respons. Papin. ad leg. 28. ff. de donat. oper.
posth. tom. 1. pag. 135. lit. D. Dec. consf. 236. nu. 5.,
Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 10. num. 5., &
seqq. Posth. decis. Bonon. 24. num. 58. Rota Aven.
decis. 197. num. 1.*

Frustrà verò obtenditur, inter donationem
quotæ hereditatis, & alteram quotæ Bonorum
nullam intercedere realem differentiam, sed
solùm verbalem, & imaginariam, cùm in
93 substantia tantum capiat unus Donatarius,
quantùm alter, dum primus solvit per se, &
alius patitur, solutionem ex Bonis donatis fieri
per heredem, juxta opinionem *Castrensis, & alio-
rum supra adductorum*, quia, ut bene in puncto
respondet *Dec. d. consf. 236. sub num. 7.*, *illud es-
set verum, si solùm præstaretur illud, quod superest
deducto ære alieno, sed in casu nostro nulla ratio
æris alieni habetur, quia illud reservatur tantùm
heredi, ut supra dictum est, & hoc videtur velle
Bartol. in d. leg. si quis servum d. §. fin. ut supra
dixi* = Porrò, si subsisteret contrarium assump-
tum fundatum in doctrina *Castrens.*, quam de-
indè sequuti sunt ii, qui, distinguentes dona-
tionem quotæ Bonorum à donatione certæ par-
tis illorum, censuerunt, in prima æs alienum
prò rata esse solvendum ex Bonis donatis, di-
cendum sanè esset, sententiam illam communi-
ter receptam, & in fortioribus terminis etiam
donationis universalis omoium Bonorum perpe-
94 tuò à Sacra Rota firmatam, quâ, juxtà vali-
dissimas rationes superius recensitas, traditur,
existente herede, ipsum teneri ad debita De-
functi, & non Donatarium quamvis universa-
lem, dicendum, inquam, esset, hanc senten-
tiam erroneam esse, quod quàm absurdum sit,
nemo est, qui non videat; ideoque rejicienda
est opinio *Castrensis*, utpotè loquentis in longè
diversis terminis legati, prout illam verè reji-
95 ciunt Sectatores nostræ verioris, & communis-
simæ senteotiæ, agnoscentes realem, & sub-
stantialem differentiam, quæ reverâ interce-
dit inter donationem quotæ hereditatis, & quo-
tæ Bonorum, ut nempè in primo casu debita
spectent ad Donatarium, secus verò in secundo,
& per consequens concludendum, Donatarium
quotæ Bonorum, ad differentiam Donataril
quotæ hereditatis, qui tenetur ad debita, illis
96 nullo pacto obnoxium esse, sed portionem dona-
tam integram, & liberam consequi debere, &
opinionem *Castrens.*, ejusque sequacium proce-
dere dumtaxat posse in casu, quo ex tacita, vel
expressa Contrahentium mente constaret, Do-
97 natarium quotæ Bonorum pro sua rata obno-
xium factum fuisse, oneri debitorum, juxtà su-
periùs firmata.

Omittimus singulariter respondere *Argen-
treo in consuetud. Britan.*, quia Auctor iste in loco
exadverso allegato, nimirum *art. 219. §. 7. nu. 1.*
loquitur de heredibus universalibus, infrà verò
benè comprobat assumptum nostrum, & præci-
puè *sub num. 8.*, ubi sic notabiliter ait = *Postre-
mum confessum est axioma, nullum tituli singula-* 98
*ris successorem heredis loco haberi, quantumcum-
que longa sit conceptio tituli singularis omnium Bo-
norum, vel quotæ; undè consequitur, nullum ta-
lem ad debita Donatoris teneri* =, & sub num. 9. in-
quit = *Constat igitur Romano Jure, Donatarium
ad æs alienum non teneri* =, quod tenet etiam *sub
num. 13. vers. sed enim* = *Et quidem Jure Roma-* 99
*no nusquam teneri Donatarium ad debita Donato-
ris antè docuimus*.

Quinimmo Auctor iste congruam nobis de-
clarationem suppeditat contrariæ sententiæ fir-
mantis, Donatarium quotæ Bonorum pro rata
teneri ad debita, ut nempè intelligenda sit de 100
donatione facta in Testamento, aut ità concep-
ta, ut à morte Donatoris vires capiat, tunc
enim Donatarins hujusmodi veluti ex morte suc-
cedens, quodammodo prò herede habetur, sive 101
certè pro successore Bonorum, & propterea mi-
rum non est, si onus debitorum pro rata subire
cogitur, quod tamen non ita se habet in dona- 102
tione inter vivos statim, & non expectata mor-
te Donantis, effectum habitura: nam talis Dona-
tarius, tamquam singularis successor, ad æs alie- 103
num nullo pacto tenetur, quia istud non sequi-
tur talem successorem, ut optimè io proposito
distinguendo, explicat idem *Argentr. d. art.
219. §. 7. nu. 15.* ità loquutus = *sed nec passim ta-
men putandum est ab omni donatione per Contra-
ctum debita præstari debere à Donatario, sed de ea
demum, quæ omnium Bonorum est, aut quotæ sic
facta, ut à morte Donatoris vires capiat, cujus-
modi regulariter sunt, quæ quotæ fiunt, & quæ
Testamento fiunt* =, & *nu. 16.* ità prosequitur =
*Nam si donatio inter vivos fit, sivè omnium Bono-
rum, sivè quotæ, sivè speciei, sic ut Donatarius
protinus fruatur, & possessio transferatur, viven-
te etiam nunc Donatore, talis Donatarius, quam-
diù Donator solvendo manet, non adstringitur ad
æs alienum Donatoris, & formaliter hoc casu locum* 104
*habet dispositio dict. leg. æris alieni Cod. de Donat.
&c., quia Donatarius singularis successor est hoc ca-
su, sic ut non magis ad æs alienum teneatur dona-
toris, quàm Emptor hic Text. ubi Bartol. in dict.
leg. si peculium servo ff. de pecul. legat. &c.*, & in-
fra = *quare donatio rerum singularium, quæ in
præsenti effectum sortitur, non subjacet huic dis-
positioni, ut nec universorum, si protinus fit tra-
ditio, quia æs alienum singularem successorem non
sequitur, sed qui à morte succedunt, quod commo-
do pro heredibus habentur, aut certè successoribus
Bonorum, quo de genere ante sumus loquuti; quod
si aliter fieret, sequeretur, ut ad donationem cu-
juslibet frivoli, aut suppellectilis facienda esset
æstimatio omnium Bonorum Donatoris ad sciendum,
quam quotam res donatæ facerent in Bonis Dona-
toris, ut ità debitæ partis debitorum ratio iniretur,
quo nihil absurdius dici posset; Ab hac igitur hu-
jus articuli dispositione hunc casum excipi convenit
rerum in vita traditarum ex ratione d. legis æris
alieni eadem leg. si peculium*.

Quâ ratione ab hypothesi extranea esse di-
gnoscitur dispositio *Text. in leg. si quis servum 8.* 105
§. final.

§. final., *& leg. seq. 9. ff. de legat. 2.*, dum firmant, legatum partis hereditatis intelligi cum honoribus, & oneribus, ut summat *Bald. ibidem*, nam, præter quam quod ex eo quod ex Legato
106 partis Bonorum debita dedùceuda sunt, necessariò non sequitur, illa solvenda esse ex iisdem Bonis legatis, sed benè, congruèque intelligi potest, nt illa solvantur ab herede, & ità Legatarius consequatur Bona Legata libera ab omni onere, quemadmodum supra dictum est, ut etiam, omisso, dispositionem d. leg. 9. quoad detractio-
107 nem debitorum ex legato partis Bonorum specialem esse iu illis duobus debitis ibidem enuntiatis nempe Dotis, & pretii manumissorum,
108 cùm regulariter contrarium procedat secundum *Glossam in d. leg. lit. G.* longè diversa ratio militat inter donationem, de qua agitur, & Le-
109 gatum partis Bonorum, de quo loquitur d. lex; siquidem Legatum partis Bonorum ad instar
110 donationis, quæ vires capit à morte Donantis, habet quandam speciem successionis, & talis Le-
111 gatarius censeri valet quodammodo heres, aut successor, ideoque nil mirum, si cùm Legatum
112 consequi nequeat, oisi priùs soluto ære alieno *leg. 1. Cod. de Bon. auct. Judic. possiden.* ibi = *Legatum à mortuo relictum post debiti detractionem inducatur* Cambolas d. notabl. du Droit livr. 2. Chap. *9. §. Pour ce qui est des legats* illud à Debitis pro rata diminutum recipiat; at aliter res
113 se habet in donatione inter vivos, quæ statim effectum sortitur, & possessionem transfert in Donatarium absque necessitate prius detrahendi æs alienum; ex quo enim per contractum
114 dari nequit titulus universalis successionis, talis Donatarius prò herede nullo pacto haberi valet, sed simpliciter reputatur singularis succes-
115 sor, quem æs alieoum non sequitur, juxtà sæpius citatum *Text. in leg. æris alieni 15. Cod. de donat.*, & distinguit etiam *Argentr.* nuper allegatus.

Nec urget argumentum: Legatum est dona-
116 tio, ergo idem, quod de Legato, dicendum est de donatione; respondetur enim, quod Lega-
117 tum non est simpliciter donatio, sed donatio quædam à Defuncto relicta, & ab herede præstanda, ut definitur in *leg. legatum ff. de legat. 1. & 2. & in §. 1. Instit. de legat.*, ideoque ex
118 superiùs deductis argumentum de Legato ad donationem ad summum locum vindicare sibi posset respectu donationis effectum habituræ post mortem, quæ similis esse legato dicitur in *leg. ult. Cod. de donat. caus. mort.*; At secus est res-
119 pectu donationis inter vivos, illicò transferentis dominium, & possessionem, quam inter propterea, & legatum nedum nulla datur proportio, verum diversa prorsus militat ratio *Dua-*
120 *ren. in Comment. ad tit. de Jur. accresc. lib. 1. cap. 16. in princ. tom. 2.* Undè jure meritoque dicimus, ab uno ad aliam illationem fieri non pos-
121 se *vulgat. leg. Papinianus ff. de minor.*, quod ad rem benè inuisse videtur *Cutell. de donat. disc. 1. special. 29. num. 15. vers. nec sufficiunt illæ quibus utimur in terminis Legatorum, quæ in ultimo elogio fiunt*; At quando etiam admitteretur, argumentum de Legato ad donationem simpliciter, ac indistinctè valere, nullamque inter utrumque disparitatem intercedere, facilè idem retorqueri posset; nam, sicuti in donatione inter vivos non tenetur Donatarius creditoribus, sed he-
res *Leg. æris alieni*, *& leg. si Pater Cod. de donation. leg. de rebus Cod. de donation. ante nupt. leg.* 122
2. Cod. de revocan. his, quæ in fraud. Credit., ita
pariter dicendum videretur io Legato, quod 123
est douatio, ut in proposito arguit *Dec. cons. 387. num. 3.*

Quod si in tanta rationum claritate, & auctoritatum gravitate nihilominus dissentientes non desunt; *Nos hæc dissentio non perturbat, apud quos non dubium &c. observatio certa est, Juris
quidem Romani sententia, nec in ambiguo ipsa,* 124
*nullum singularem successorem ex contractu ad de-
bita teneri, nam ejus, ad quem lege defertur, alia* 125
conditio est, ut his verbis rectè concludit *Argentrev. d. art. 219. §. 7. num. 17.*

Jam verò his omnibus plenè demonstrato, Donatarium inter vivos quotæ Bonorum, existente herede, de Jure ad debita non teneri, nisi in subsidium, vel oisi quando concurrit tacita, aut expressa conventio inter partes inita, & in præsenti ambigi nequeat, quin reliquum Donantis Patrimonium prò debitis solvendis exuberet; ideoque casus subsidii minimè verificetur; Inquirendum unicè superest, an concurrat pactio, ex qua onus debitorum de Jure ad Donatarium non pertinens, per conventionem in ipsum translatum dici debeat; & in hoc quoque favore Donatarii inclinarem, quia hujusmodi pactio, sive conventio nullo modo proba-
tur, quando alioquin opus esset de illa conclu- 126
denter docere ex notatis per *Cutell. de donation. disc. 1. special. 29. num. 15. ubi quod in his terminis apertissimæ conjecturæ, & litterales requiruntur, nec sufficiunt illæ, quibus utimur in terminis Legatorum, quæ in ultimo elogio fiunt*; oam
de Jure omnes Defuncti obligationes in heredem 127
transeunt *Rot. decis. 14. nu. 1. part. 4. rec. tom. 2.*,
& ille potius, quàm alius censetur in dubio gra- 128
vatus ad oncra hereditaria subeunda *Alexand. cons. 72. in princ. vol. 5. Post. decis. Bonon. 24. num. 20. & seqq.*

Immò verò asserta conventio potius excludi 129
videtur ex pluribus validissimis circumstantiis, quarum prima resultat ex eo, quod antè factam donationem medietatis Bonorum jam Hercules præventivè heredem universalem instituerat ipsum Joanuem, & in eum uti heredem expressè traustulerat onus debitorum ibi = *per il quale hà voluto è vuole, che li Legati come sopra ordinati con assieme le cariche, e debiti, che si troveranno sopra li detti Beni siano intieramente pagati, e
sodisfatti* =, ex verisimili mente Donantis conij- 130
ciendum est, quid fuerit in donatione comprehensum *leg. mulier. ff. ad Trebell. Mantic. de conject. lib. 3. tit. 19. num. 4. & 15. & 16.*, *Mascard. de probation. conclus. 1136. num. 8. clar. mem. Card. de Luc. de legat. disc. 12. num. 3. & 4.*, *Rota in Romana donationis, &. usufructus de Gavortis super reintegratione 20. Aprilis 1714. §. Fortius*

coram Emo Scotto; rectè indè argui posse videbatur, Donatorem in casu nostro per donationem deinde factam noluisse in Donatarium transferre onera, & obligationes, quæ jam præcedenter transtulerat in heredem, quo argumen-
131 ti genere utitur *Rota in dicta Romana donationis, & usufructus super reintegratione 20. Aprilis 1714. §. Non relevante coram Emo Scotto*.

Eoque certiùs quia, quoties reverâ Donator voluisset debitis gravare Donatarium, id facillimè poterat explicare, ideoque, si dicere omi-
132 sit, noluisse credendum est *ad Text. in leg. unic. §. fin autem Cod. de Caduc. tollen. Menoch. cons. 85. num. 110. & seqq., Surd. cons. 166. num. 7., & seqq. Rota decis. 433. num. 4., coram Gregor., & decis. 620. num. 19. part. 19. tom. 2.*, idque exuberat, ut, seclusâ speciali conventione, tali onere devinctus remanserit is, qui de jure illi subji-
133 ciebatur *leg. si de certa Cod. de Transact. leg. Cum Tutoribus ff. eodem tit., Urceol. de Transact. quæst. 81. num. 5. & 7., Rot. coram Royas. decis. 316. num. 25., & decis. 351. num. 9., & seqq. part. 16., in Cavallicen. Vinteni 9. Aprilis 1716. §. Et hæc procedunt coram R. P. D. Lancetta*. Quod sanè argumentum magis urget in subjecta facti specie, ex quo Hercules Donator tale onus jam præcedenter in suo Testamento expressè imposuerat heredi, quamvis illius respectu hujusmodi expressio necessaria non esset, cum de Jure debita Defuncti transeant in heredem, & ad ip-
134 sum pertineat illorum solutio *leg. pro hereditariis Cod. de hered. action. leg. hereditas ff. de regul. Jur., Menoch. cons. 206. num. 128., Peregrin. cons. 39. num 5. lib. 4., & alii passim*; Undè dum onus istud citrà necessitatem expressit in Testamento respectu heredis, illudque respe-
135 ctu Donatarii omisit in donatione, in qua similis expressio necessaria fuisset prò dirimendis controversiis, quæ facillimè oriri poterant, & jam prævideri valebant, hæc profectò adeò abundans cautela in superfluis, & deficiens in necessariis optimè ostendit, non unam fuisse in utroque casu Donantis voluntatem, & Juris dispositioni omninò consentaneam, ut scilicet debita exsolvenda essent ab herede, ad quem de Jure pertinebant, non autem à Donatario, qui, sublato pacto sive tacito, sivè expresso, ab illis regulariter immunis esse debet, ità ducto argu-
136 mento à discretivo modo disponendi, quo passim in Jure nostro utimur *ad Text. in leg. unic. §. fin autem Cod. de Caduc. tollen., Balducc. decis. & rer. Judicat. tit. 3. de legat. decis. 56. nu. 11., Rot. decis. 559. num. 9. part. 18. in Romana, seu Bergomen. Primogenituræ de Cerasola super reservatis 5. Decembris 1707. §. Eoque evidentius coram Rmo Ansaldo, & in Verulana Census 12. Maii 1713. §. Cujus decursus coram R. P. D. Falconerio Almæ Urbis Gubernatore, & in Romana donationis, & usufructus de Gavottis super reintegratione 21. Aprilis 1719. §. Nec in dubium coram R.P.D. Fuscaro*.

Altera efficacissima circumstantia exclusiva assertæ conventionis promanat ab expressa promissione evictionis a Donante facta favore Donatarii verbis illis = *promettendo di farli avere, e tenere, ad esserglene di buona evizione e garanzia*, = quæ, aut eis similia, ad effectum inducen-
di promissionem evictionis, considerat *Surd.* 137
cons. 143. num. 23., & seq., & sub num. 38. §. 20., Rot. in Vasionen Fideicommissi 21. Martii 1708. §. Quia obstet in fin. coram bon. mem. Ommanna,
in Avenien. Concursus super reservatis 18. Junii 138
1714. §. Quo circa coram Illustr. D. Falconerio Almæ Urbis Gubernatore; Si enim Donans voluisset, Donatarium teneri ad debita prò rata portionis donatæ, frustra illius favore se obligasset de evictione, quæ continet obligationem tradendi rem liberam ab omnibus vinculis, & hy-
pothecis *Cirocch. discept. 48. num. 85., Gomez. va-* 139
riar. resol. lib. 2. cap. 2. num. 35., in fin., Rodoer. ad de Marin. cap. 108. num. 95., Gubb. consul. decis. 79. num. 42., Posth. decis. Bonon. 26. num. 46., Undè, ne inanis penitus reddatur specialis ista evictionis promissio, quæ cætero-
quin etiam in donatione locum habere potest, & 140
efficaciter apponitur, quoties de jure universali non agitur, ad tradita per *Gratien. discept. 657. num. 47. & seqq., Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 10. num. 42., & lib. 13. tit. 23. num. 12., Mangil. de evict. quæst. 68. num. 14., & 22., & quæst. 69. nu. 9. & seqq., Cutell. de donat. tract. 2. disc. 1. special. 29. num. 1., Posth. decis. Bonon. 24. num. 71. Add. ad Gregor. decis. 340. num. 13.*, dicendum
est, Donantem per eam liberare voluisse Dona- 141
tarium à quacumque obligatione, cui Bona donata subjecta esse possent, & illi, prout Juris ratio exposcebat, obnoxium relinquere heredem universalem, ut optimè advertit *Rot. Bon. apud Posth. d. decis. 24. num. 131. in fin.* ibi = *Et sic tantum abest, ut Donator voluerit Donatarium teneri ad debita, ut imo in casu, quo Bona à Creditoribus evincerentur, voluerit ipse Donator teneri ad illum relevandum*.

Nec officit responsio, quod, quum agitur de donatione universali, qualis esse contenditur donatio quotæ, sivè medietatis omnium Bonorum præsentium, & futurorum, Jurium, & actionum &c., inutilis est promissio evictionis, quemadmodum inutilis esset respectu heredis, in quem transeunt Jura omnia activa, & passiva; vel ad summum evictio promissa censeri potest respectu tituli universalis tantùm, non respectu singulorum corporum, adeout, tametsi res aliqua Donatario evicta fuerit ex causa debitorum Donantis; nihilominus evictionem prætendere nequeat, quia non indè cessat universalitas tituli, medietas nempe Bonorum ipsi donatorum, cùm Bona dicantur illa, quæ remanent, deductis debitis; Corruit namque prima pars hujusmodi contrariæ responsionis ex falso supposito latè superiùs comprobato, quod nimirum hìc agatur de donatione universali, &
propterea, sublato antecedenti, corruere necesse 142
est etiam consequens, quod ab illo deducebatur; nempè promissionem evictionis inutilem remanere; Altera verò pars tollitur animad-
ver-

vertendo, quod, si ex eo, quod Bona de Jure di-
143 cuntur deducto ære alieno, promissa evictio
respectu illorum operari nequiret in casu evi-
ctionis prò debitis, jam vana prorsus, & su-
144 perflua plerumque remaneret istiusmodi pro-
missio, semper enim eludi posset consimili dis-
cursu, & per consequens frustrà adhiberetur
145 hæc adeò salubris cautela, quod perabsurdum
esse, nemo est, qui non videat Ruin. cons. 39.
nu.3. vol.2., Rot. decis.184. nu. 14. coram Bich.,
decis.2158. nu. 4. coram Coccin., in rec. dec.534.
num.6. part.14., dec.132 num.2. part.16., & de-
cis.37. num.17. inter impress. ad ornat. clar. mem.
Card. de Luc. lib.10. tom.3. At quomodocumque
res se habeat, quod videlicet, sivè promissa
evictio utilis, sivè inutilis sit, sivè ea restringatur
ad titulum, vel operetur etiam quoad corpora,
id certum est, & ad intentum nostrum exuberat,
quod ex illa rectè declaratur mens, & intentio
Donantis liberandi Donatarium ab onere debi-
146 torum Gratian. discept. 301. nu.8. & 92. discept.
609. num.15., & 16. & discept. 627. num.35.,
Posth. decis. Bonon.24. num.81., Addend. ad Gre-
gor. decis.311. num.19., Rot. in rec. decis. 174.
num.4. part.4. tom.2., & decis.311. num. 19. ead.
part. 4. tom.3.

Verùm enim verò in nostro casu quæstio om-
nis silere videtur, quia non agitur de donatio-
ne simplici, in qua regulariter Donans non tene-
tur de evictione, nisi promiserit Sanfelic. decis.
147 315. num.1., Rot. in Romana donationis 25. Ju-
nii 1694. §. Nec obstat, & 22. Junii 1695. §.
Iterum siquidem coram bon. mem. Pio; sed res est
de donatione ob causam, qualis dicitur illa fa-
148 cta intuitu, & contemplatione certi, & deter-
minati Matrimonii Venturin. cons.14. num.17. &
seqq., Altograd. cons.7. lib.1., Marcian. disput.
87. num.30., Merlin., Pignatell. lib.2. contr. 34.
num.5. & seqq., Francisc. Palm. consult.99. num.
1. & num.33. & seqq., Rocc. disput. Jur. select.
cap.110. num.1. & seqq., Larrea decis. Grana-
ten. 33. num. 13. & seq., Rot. coram Merlin. decis.
515., in rec. decis.127. num. 12., & seqq. part. 6.
post Catell. de donat. decis.14. & alibi sæpissimè,
in qua proptereà, etiam deficiente pacto, & pro-
missione, evictio semper, & indistinctè præ-
149 standa est sivè à promissione, sivè a traditione
inceperit donatio, Bartol. in leg. Julianus §.
Qui fundum num. 5. ff. de verbor. obligat., Tira-
quell. in leg. si unquam verb. donatione largitus
num. 59. Cod. de revoc. donation., Menoch. cons.
212. num. 29., Gratian. discept.657. num. 13.,
Cancer. variar. resol. part.3. cap. 4. num.21., Cu-
tell. de donat. contemplat. matrim. disc. 2. parti-
cul. 13. nu.21., & num.64., Mangil. de eviction.
quæst.69. num. 26. & seqq., Fontanell. de pact.
nuptial. claus.5. gloss.8. part.14. nu.23., Rodoer.
ad de Marin. cap.108. num.97., Capyc. latr. dec.
40. num.12. & seqq., Manfredi. ibidem num. 6.,
de Luc. ad Franc. observ. 205. num. 3., Sanfelic.
decis.315. num.14., Rot. in rec. decis.148. nu.24.
& seqq. part. 9. Unde fit, quod si evictio, etiam
150 non promissa, debebatur in hypothesi, multo
magis præstanda sit, quia expressè promissa est,
& consequenter ista promissio inutilis, & fru-
stratoria censeri nequibit; præsertim cum facta
sit filio dilectissimo occasione, ut dictum est, Ma-
trimonii ab ipso contrahendi, quo casu eò faci-
liùs credendum est, Patrem donantem illum 151
ab onere debitorum liberare voluisse per ea,
quæ tradit Gozzadin. cons.60. num.18., Posth. dec.
Bonon.24. num.77. clar. mem. Card. de Luc. de do-
nation. disc.58. num. 8.

Neque ex eo, quod donatio sit generaliter com-
prehensiva medietatis omnium Bonorum, Ju-
rium, & actionum cujuscumque generis, & spe-
ciei, translata videri potest in Donatarium etiam
medietas Jurium passivorum, itaut, ex mente Do-
nantis, solutioni debitorum illum adstrictum fuis-
se, affirmari queat; nam Donans Jura, & actiones,
intelligitur donare actiones, & Jura activa, non 152
passiva, tum quia Jura passiva non sunt in pote-
state Donantis, sed Creditoris Bald. in leg. suum §. 153
si antè ff. de pact., & actio nihil aliud est, quàm
Jus persequendi, quod cuique debetur Institut. de
action. in princ., quod quidem Jus persequendi 154
habet Creditor, qui agere potest, non reus, qui
solùm se defendit ab alio, qui eum persequitur 155
leg.1. Cod. de eden., tum etiam quia donare est
liberalitatem exercere, & beneficium conferre 156
cap. 1. & cap. Cùm dilecti de donat., ideoque
cùm quem onerare debitis non sit liberalitas,
nec beneficium, dicendum est, Jura, & actio- 157
nes tantùm activas donatas fuisse, non autem
passivas, maximè quia verba illa expressiva Ju-
rium, & actionum quarumcumque apposita cen-
sentur ad ampliandam donationem, non ad il- 158
lam diminuendam, vel restringendam Posth. d.
decis. Bonon. 34. num. 129.

Ex his itaque omnibus censerem in ea, de
qua agitur hypothesi, debita Donantis antè do-
nationem contracta, nullo pacto detrahenda esse
à Bonis donatis, sed integrè solvi debere ex reli-
quo Patrimonio Donantis. Idque non minus ex
dispositione Juris, quàm inspectâ mente ejusdem
Donantis.

Mediolanen. seu Novarien.
Locationis.

Locatio, & Conductio Tabernæ, vel Officinæ instructæ rescinditur, vel ad æqualitatem redigitur arbitrio Conductoris *enormissimè* læsi, licèt ipse sciens prudens contraxerit. Læsionem *enormissimam* continet pensio excedens in besse fructus, & utilitatem rei locatæ. Læsionem quoque augent pacta Conductori onerosa.

VOTUM II.

1 *Æqualitas in contractibus servanda est.*
2 *Inæqualitas jus tribuit ei, qui minus habuit.*
3 *Præsertim in contractu Locationis*, & num.6.
4 *Locatio, & conductio est contractus* bonæ fidei.
5 *Locatio, & conductio ad utriusque Contrahentis commodum est instituta.*

7 Æqua-

7 Æqualitatem servari exigit justitia commutativa.

8 Ad æqualitatem contractus pertinet, ne plus exigatur, quàm par est.

9 Contrahentibus permissum est sese ipsos decipere.

10 Procedit etiam in contractu locationis.

11 Commercia impediuntur ex nimia æqualitatis observatione.

12 Ob læsionem modicam non licet à contractu recedere, & num. 13.

14 Læsio etiam modica vetita est in foro conscientiæ.

15 Neque licita est bono viro, & num. 16.

16 Læsus intrà dimidiam potest agere remedio L. 2. C. de rescind. vend., si ponat, alterum Contrahentem fuisse virum bonum tempore contractus.

17 Positioni, quod fuit vir bonus, non tenetur quis respondere.

18 Virum bonum se fuisse negans, repellendus est à limine Judicii.

19 Lædi Contrahentes usque ad dimidiam partem veri pretii permissum est.

20 Procedit etiam de Jure Canonico.

21 Læsus ultrà dimidiam veri pretii agere potest remedio L. 2. C. de rescind. vend. & nu. 90.

22 Procedit tam favore Locatoris, quàm Conductoris.

23 Locatio, & conductio æquiparantur emptioni, & venditioni.

24 Non solùm generaliter, sed etiam quoad læsionem, & num. 25., & 26.

27 Conductori, ne lædatur, jura subveniunt, potiùs quàm Emptori.

28 Emptori non sucurritur, nisi læsus sit tempore contractus.

29 Ad Emptorem pertinet omne periculum rei venditæ.

30 Periculum rei conductæ non spectat ad Conductorem.

31 Conductor, si casu aliquo superveniente, lædatur, potest à contractu recedere, vel petere remissionem mercedis.

32 Ob læsionem eodem modo succurendum est Emptori, ac Venditori.

33 Item eodem modo Conductori, ac Locatori.

34 Læsio tàm locatori, quàm Conductori sufficit in sex.

35 Conductor læsus ultrà dimidiam justæ mercedis agit pro remissione mercedis, & refectione damnorum.

36 Pensionem, ut justa sit, metiri debemus ex fructibus, & commoditatibus rei locatæ.

37 Tabernæ instructæ unà cum suo avviamento habentur loco rei stabilis frugiferæ.

38 Ita ut pro illis aliquid exigere liceat.

39 Intellige juxtà modum, qui servatur in rebus suapte natura fructiferis.

40 Nec ultrà quatuor, aut quinque pro centenario.

41 Tabernæ instructæ cum avviamento locatio fit ad rationem quatuor pro centenario.

42 Tabernæ instructæ cum avviamento fructus taxantur ad rationem quatuor.

43 Pensionis quantitatem justam esse, probat factum Locatoris, finità locatione, paciscentis de eadem quantitate pro interesse recompensativo.

44 Læsio enormissima reddit contractum nullum, & num. 70.

45 Læsio si est in Besse, dicitur enormissima.

46 Læsionem augent pacta minuentia utilitatem Conductoris.

47 Locatori licet quælibet pacta in locatione adjicere, quæ non sint contrà naturam contractus.

48 Locationis contractus est onerosus.

49 Pacta conductori onerosa compensanda sunt cum minori quantitate mercedis, vel cum aliqua majori utilitate Conductoris, & nu. 53. & 54. 56. & 59.

50 Pacta onerosa sunt pretio æstimabilia.

51 Pactum restituendæ rei locatæ, qualis erat tempore locationis, non improbatur.

52 Nec est contrà substantiam contractus.

55 Onus supra justitiam contractus, reddit eum illicitum.

57 Ad æqualitatem contractus redigitur per compensationem oneris cum utilitate.

58 Læsio enormissima induci potest ex pactis onerosis.

60 Læsio, ut dignoscatur, spectandæ sunt omnes contractus partes.

61 Contractus officio Judicis redigendus est ad æquitatem, & num. 62.

63 Sciens prudens qui contrahit, implorare nequit officium Judicis, ut contractus ad æquitatem redigatur.

64 Remedium L. 2. Cod. de rescind. vend. competit ei, qui ignoranter, non qui scienter, & prudenter controbit, & num. 65.

66 Donandi animum habuisse censetur, qui scienter, & sponte immodicæ pensioni se subjicit.

67 Læsio enormissima continet dolum re ipsa.

68 Læsio enormissima præsumptionem donationis excludit, & num. 73.

69 Ob læsionem enormissimam consensus dolo extortus censetur.

71 Ob læsionem enormissimam contractus locationis corruit, & num. 72.

74 Læsionis enormissimæ vitium non purgat scientia rei, & onerum.

75 Donandi animus in eo, qui immodicè læditur, non est verisimilis.

76 Et habet contrà se omnem Juris præsumptionem.

77 Jactare suum nemo velle præsumitur.

78 Læsio enormissima contractum inficit, etiamsi donationis causso expressa esset.

79 Donatio dolo extorta censetur, si adsit læsio enormissima.

80 Remedium adversùs læsionem non competit scienter, & liberè Contrahenti.

81 Donationis præsumptio cessat in eo, quem ad contrahendum aliqua necessitas cogit.

82 Læsio immodica si adest, præsumitur quis contraxisse aliqua necessitate coactus.

83 Læsionem summam involventi contractui sponte con-

consentiens, fatuus, & amens judicandus est.

84 *Præsertim si agatur de contractu locationis ad utilitatem instituto.*

85 *Aromatariæ conductioni valdè onerosæ verisimile est quem consensisse ob spem illius postea emendæ.*

86 *Ob læsionem* enormissimam *contractus est ipso jure nullus.*

87 *In favorem alicujus quod inductum est, non debet in ejus odium retorqueri.*

88 *Contractus nullitas inducta est in favorem læsi, & decepti.*

89 *Læsionem* enormissimam *qui passus est, declarare debet, an velit contractum redigi ad æqualitatem, vel potiùs omnia reverti ad pristinum statum.*

DOMINUS Dominicus Prina locavit D. Juliano Laurentio Vitia Aromatariam ab ipso exercitam in Civitate Novariæ una cum suo Avviamento, cujus quidem Capitale concorditer à Partibus æstimatum fuit valoris librarum 6000. Imperialium, dictaque locatio facta fuit ad duodecim annos; quoniam verò sub dicta locatione, præter omnia, & quæcumque mobilia, seu utensilia, ac vasa, pharmaca, & alia, quæ reperiebantur in apotheca ad usum artis benè instructa, comprehendebatur etiam ipsa apotheca cum nonnullis mansionibus tam superioribus, quàm inferioribus in Instrumento specialiter designatis, quorum tamen durare debebat ad novennium tantum; hinc prò dicto novennio, quo locatio complectebatur omnia supradicta, conventa fuit annua pensio librarum 1050. Imperialium, ab anno verò nono usque ad duodecimum, quia cessabat locatio Apothecæ, & aliarum pertinentiarum, pensio constituta fuit in libris 800. Imperialibus quolibet anno, adeout respectu apothecæ, & annexorum Domino Principali locatorum, pensio calculata fuerit in annuis libris 250., reliquæ verò annuæ libræ 800. cesserint in causam pensionis prò capitali Aromatariæ conflato ex utensilibus, medicinalibus, pharmacis, aliisque ad usum artis necessariis; quod quidem capitale, cùm, ut supra dictum est, concorditer à Partibus æstimatum fuerit libris 6000., inde, eo simul collato cum annua pensione librarum 800., ductoque calculo, patet pensionem prò illo constitutam fuisse ad rationem librarum fere 14. prò singulo centenario, & anno.

Præter hanc adeò excessivam, & exorbitantem pensionem, adjecta fuerunt quamplura pacta conductori summoperè onerosa, quorum præcipua, & graviora, omissis aliis, sunt hæc, quæ sequuntur.

Che in caso, che detto Signor Locatore ricercasse delli medicinali per se, e per tutta la sua famiglia, sia tenuto detto Signor Conduttore somministrarli, o farli somministrare detti medicinali per il prezzo della metà dell'ultima Tassa &c.

Che in caso, che detto Signor Locatore, o la sua Famiglia durando il tempo di detti nove anni d'Investitura della Bottega, e detti luoghi come sopra, non valesse abitare il resto di detta Casa, si debba dare in affitto tutta la medesima Casa al detto Signor Vizia per annuo fitto da dichiararsi dagli Arbitri &c., e che reciprocamente il detto Signor Vizia sia tenuto in detto caso prendere in affitto tutta detta Casa per il detto annuo fitto da dichiararsi &c.

Che detto Signor Vizia Conduttore non possi, nè debba per tutto il tempo di detta Investitura sotto alcun titolo, o causa, nè per qualunque caso ancor insolito, fortuito, ed impensato tanto di guerra guerreggiata, quanto di qualunque altro simile, o dissimile accidente, ed evento, per quali potesse succedere deteriorazione, o diminuzione delli emolumenti, e proventi di detto esercizio e di detta Investitura, non possa, dico, nè debba dimandare, o pretendere qualche riduzione, o moderazione, o remissione in tutto, o in parte di detta pensione, o affitto come sopra convenuto, ma sempre, ed in qualunque caso sij obligato quello, o quella pagare intieramente, e senza alcuna, benche minimo diminuzione ne'tempi respettivamente convenuti, ed alla rata &c. perche senza questa legge positiva, e condizione il prefato Signor Prina hà dichiarato, e dichiara, che non averebbe voluto fare, nè averebbe fatto tale Investitura &c.

Che sij obligato detto Signor Conduttore, come qualunque Padre diligentissimo di Famiglia, fedelmente, e con ogni attenzione, ed esattezza custodire, ed aver cura di tutte dette cose, come sopra, affittategli, di modo tale, che debba esser salva la sostanza delle medesime cose, e che esso Signor Conduttore non abbia ad esser altro, che semplice usufruttuario, mentre detto Signor Locatore si dichiara, che al detto Signor Conduttore debba spettare solamente la ragione di servirsi di detti utensilj, medicinali, droghe, o vero robbe vive, salva sempre la sostanza de' medesimi, e medesime, di maniera, che se dette cose si deteriorassero, o divenissero di minor valore per qualunque accidente, o causa, ed anca per ragione della vetustà del tempo, sia obligato detto Signor Conduttore supplire, e rimettere l'equivalente a sue spese per reintegrazione totale del medesimo Signor Locatore.

Che sia lecita al detto Signor Prina, e tutta la sua Famiglia per tutto il tempo, che durerà detto Locazione, passare per la detta Bottega, come sopra, locata a qualsivoglia ora del giorno, non solo all'uscire di Casa, ma anche al ritorno &c.

Ex his sanè contractus hujusmodi undique læsivus, & inæqualis esse dignoscitur, & propterea vel omninò rescindendus, vel saltem ad æqualitatem redigendus videtur; in contractibus quippè natura ipsa æqualitatem imperat, & 1
ità quidem, ut ex inæqualitate Jus oriatur minus habenti, inquit *Hugo Grot. de Jure Belli, &* 2
pacis lib. 2. cap. 12. nu. 8., & consonant tradita per Cyriac. contr. 592. num. 40. & seq., Mangil. de evict. quæst. 150. num. 16. & seqq., Bonden. collect. legal. 5. num. 88. tom. 2., Fontanell. decis. 261. num. 8. & 9., Rot. coram Burat. decis. 295. nu. 12.
Idque præsertim locum sibi vindicat in contra- 3
tra-

tractu locationis, & conductionis, qui cum sit
4 bonæ fidei §. *Actionum Instit. de action.* & *leg.*
consensu ff. de action., & *obligat.*, *Pacion. de lo-*
cat. & conduct. cap. 1. num. 5., *Rota coram Mantic.*
5 *decis. 4. num. 5. vers. præsertim*, & ad utriusque
contrahentis commodum, & utilitatem institu-
tus *Rosignol. de contractib. tit. de locat. prænot.*
7. num 9. vers. probatur ex iis, eò magis expo-
6 scit, ut inter Cootrahentes servetur omnimoda
æqualitas, corumque conditio par sit in omni-
bus, & per omnia juxtà sententiam *Divi Thomæ*
2. 2. quæst. 77. art. 1. vers. & ideo debet, ubi,
7 quod ità exigit justitia commutativa & ex *Ari-*
stotele in Etic., & *Politic.*, imò ex ipsa etiam
sacra pagina idem optimè deducit *Covaruv. va-*
riar. lib. 2. cap. 4. num. 11. vers. prior opinio veris-
sima, quos in proposito refert & sequitur *Pa-*
cion. de locat. cap. 18. num. 40., & benè etiam ad
rem conferunt notata per *Rosignol. de contract.*
tit. de locat. prænot. 6. sub num. 5. vers. probatur
primo, & *per bon. mem. Ansald. de commerc.* &
mercat. disc. 97. num. 27.

Ab hac verò æqualitate, naturali ratione in
8 contractibus servanda, quæ in eo præcipuè
stat, ne plus exigatur, quàm par est *Hugo*
Grot. de Jur. Bell., & *pac. lib. 2. cap. 12. nu. 11.*,
9 etsi Jure gentium, & Populorum instituto, re-
cessum fuisse videatur, dum permissum fuit
Contrahentibus se se invicem decipere, & cir-
cumvenire, ut expressè habetur in *leg. In Cau-*
sæ la 2. §. Idem Pomponius, *ubi Glos. ff. de mi-*
norib. & præcisè in terminis locationis *in leg.*
10 *Item si in pretio §. ultim. ff. locati*, eà ratione,
ne scilicet ex nimia æqualitatis observatione
11 commercia impediantur, nulla namque esset
conventio, quæ posset præstare securitatem,
12 nullusque esset litium finis, si ob modicam etiam
13 læsionem, permissum esset à conventionibus pos-
se recedere, ut optimè advertit *Cardin. Manti-*
ca de tacit. lib. 4. tit. 20. num. 57., *Hug. Grot. de*
Jur. Bell., & *pac. cap. 12. num. 26.*, Attamen,
præter quam quod hujusmodi deceptio, etiam in
modico, in Foro conscientiæ est omninò prohibi-
14 ta, & illicita, ut una cum Theologis docent
Alberic. & *Bald. in dict. leg. In Causæ la 2. §.*
Item Pomponius ff. de minor., *Covarn. variar. re-*
sol. lib. 2. cap. 4. num. 11., *Cardin. Mantic. de*
tacit. dict. lib. 4. tit. 20. num. 54., & ideò nec li-
15 cita esse debet bono Viro, quia conscientia idem
est, ac bonus Vir, ut inquit *Bald. in Cap. cum*
Causam de Testib., quo ad rem utitur *Pacion. de*
locat. & conduct. cap. 18. num. 33. & seq., ubi
16 prætereà ad effectum, ut læsus intrà dimidiam
possit etiam in Foro Fori agere remedio *legis 2.*
Cod. de rescind. vendit., tradit hanc cautelam
desumptam à pluribus Doctoribus, quos ibi ci-
tat, ut scilicet idem læsus faciat unam positio-
nem, qualiter Adversarius de tempore con-
tractus, & posteà fuit Vir bonus, & bonæ con-
17 scientiæ, &, licèt verè ipse non teneatur res-
pondere, tamen, si respondeat, certè non ne-
18 gabit, immò si negaret, repellendus esset à limi-
ne Judicii, & affirmando, condemnabitur, quia
ei, tamquam Viro bono, & bonæ conscientiæ

non licebat alterum Contrahentem, etiam in
modico, decipere per supradicta.

Prætereà jure novo restricta est Contrahenti-
bus libertas se decipiendi usque ad dimidiam 19
partem veri pretii per *Text. in leg. 2. Cod. de re-*
scind. vendit., ut observarunt in specie *Pinell.*
in dict. leg. 2. part. 1. cap. 1. num. 3. & seq., &
ibidem Padill. num. 10., cui quidem Juris civilis
dispositioni consonat etiam Jus Canonicum in 20
Cap. cum dilecti ubi Glos. lit. F. verb. deceptio-
ne, & *ibi etiam Abb. num. 2. vers. 2.*, *nota*, &
in cap. cùm Causa de empt., & *vendit.*, *Cardinal.*
Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 20. num. 53., & *58.*,
Pacion. de locat. dict. cap. 18. num. 42., *Ossasch.*
decis. 95. num. 1., ideoque, si quis hodiè ultrà
dimidiam justi, & veri pretii decipiatur, age- 21
re poterit remedio *dict. leg. 2.*; quod non solùm
procedere in emptione, & venditione, & tam
favore Locatoris, quam favore Conductoris,
quoties alteruter sit deceptus, locum habere, 22
communiter receptum est, *Glos. in leg. Item si*
pretio §. 1. in leg. si olei Cod. locati, & *in leg. in*
venditione §. In verbo si minoris ff. de bon. auctorit.
Judic. possiden., *Gabriel. commun. conclus. de em-*
ption., & *vendit. conclus. 1. num. 19. & 30.*, *Ro-*
man. cons. 423. num. 2., *Corn. cons. 181. num. 65.*
lib. 2. & *cons. 285. num. 9. lib. 3.*, *Menoch. cons.*
1263. num. 7., *Rosignol. de contract. contr. 10. de*
locat. disquisit. 1. §. 10. num. 2., *Rota in Romana*
Rescissionis Contractus 8. Junii 1711. §. Nec lon-
gè coram Crispo. Locatio quippè, & conductio 23
in Jure æquiparantur emptioni, & venditioni,
& quidem non solum generaliter, ut in *leg. 2.* 24
ff. locat. & *Instit. eodem tit. in princip.*, sed etiam
specialiter in hoc proposito læsionis, *ut in leg. Item* 25
si pretio 25. §. final. ff. locat., undè quæ di-
cuntur de emptione, & venditione, absque ul-
lo dubio procedunt in locatione, & conductio- 26
ne, ut inquit in his terminis *Didacus à Britio in*
rubr. de locat. & conduct. §. 2. num. 48., *Rosignol.*
dict. disq. 1. §. 10. sub num. 2. vers. probatur 2.,
Pacion. de locat. cap. 18. num. 2. & seqq., maxi-
mè quia, si considerari potest aliqua differentia
inter Emptorem, & Conductorem, ea est po- 27
tius favore Conductoris, ut videlicet magis ei
succurratur à legibus, quàm Emptori; huic
etenim Jura non subveniunt, nisi quatenus sit 28
læsus tempore contractus, tametsi deindè quæ-
cumque læsio illi eveniat, cùm omne periculum
rei, post perfectum contractum, ad ipsum spectet 29
leg. necessario 8. ff. de pericul., & *commod. rei*
vendit. §. Cum autem instit. de empt., & *vendit.*,
quod secus est in Conductore, ad quem pericu- 30
lum rei non spectat, sed ad locatorem *leg. Item*
quæritur 14. §. Exercitu leg. Ex conduct. 16. ff. lo-
cat., ex quo sequitur, quod in locatione si, casu
aliquo superveniente, Conductor lædatur, possit 31
vel à contractu recedere, vel petere remissio-
nem mercedis *Menoch. de retinend. possest. re-*
med. 4. num. 25. & 26., *Pacion. de locat. cap. 2.*
num. 5. & duob. seqq., & *cap. 18. num. 53.*, qui
prætereà ex hac ratione in numeris superioribus,
& præcipuè *nu. 52.*, rejectâ opinione illorum, qui
volunt non eodem modo remedium rescisso- 32
rium

rium competere Emptori, quemadmodum com-
petit Venditori, tradit in locatione, & condu-
33 ctione æquè succurrendum esse Conductori læ-
so, ac succurritur Locatori, itaut, considerato
uno, eodemque contractu, si juxtà dispositionem
34 legis 2. *Cod. de rescind. vendit.* satis sit locatori
læsio in sex, ita & sufficere debeat Conductori,
non autem requiratur in undecim.

Cùm itaque in casu nostro tum spectatâ quan-
titate pensionis conventæ, tum consideratis pa-
ctis in locatione adjectis, evidens, & aperta
sit læsio Conductoris longè ultrà dimidiam de-
bitæ, & consuetæ mercedis, sive pensionis,
omnis æqui, bonique, & Juris etiam ratio po-
35 stulat, ut illi succurratur vel per rescissionem
contractus, quâ omnia in pristinum redigan-
tur, ac si nunquam contractus iste celebratus
fuisset *leg. sed et si me putem ff. de condit. indebit.*,
Gratian. discep. 324. num. 21. & seqq., *Posth. resol.
civil. 126. num. 5.*, *Mans. consult. 178. num. 18.*,
*Rota coram Ludovis. decis. 179. sub num. 3. in rec.
dec. 25. part. 6. num. 7. & 9.*, *& in Romana Re-
scissionis contractus 8. Junii 1711. §. Quamvis co-
ram Crispo*, vel saltem reducendo contractum
ad justitiam, & æquitatem per diminutionem,
ac remissionem mercedis, & refectionem dam-
norum in ea parte, in qua Conductor, præter
justitiæ debitum, læsus dignoscitur, juxtà *Textum
in leg. cùm quidam 17. ff. de usur.* ibi = *Præsidem
Provinciæ adi, qui stipulationem, de cujus ini-
quitate quæstus es, ad modum justæ exactionis re-
diget* = ubi Glossa, & Doctores, & præcipuè *Al-
beric. in princ. Bald. num. 2. & 3.*, *Salycet. nu. 1.*,
id ipsum eruitur etiam in *cap. suggestum de de-
cim.*, & sentiunt unanimiter, *Mandell. cons. 34.
num. 16.*, *Menoch. cons. 156. num. 8. & seqq.*, *Can-
cer. variar. resol. part. 2. cap. 1. num. 275.*, *Rode-
ric. de annu. reditib. lib. 2. quæst. 15. num. 95.*,
Calvin. de æquitat. lib. 1. cap. 28. num. 10., *An-
sald. de commerc. & mercat. disc. 99. num. 22. &
31.*, *Rot. in dict. Romana rescissionis contractus 8.
Junii 1711. §. Quamvis cum coram Crispo.*

Porrò, si spectetur quantitas pensionis, læ-
sio D. Principalis ultra dimidiam ex se patet,
nam, ut in facti narratione exposuimus, prò
solo capitali aromatariæ æstimato libris 6000.
conventa fuit annua pensio librarum 800., quæ
respondet libris ferè 14. prò singulo centenario,
& anno; hæc autem adeò excessiva, & exor-
bitans pensio, quæ nullam habet, nec habere
potest proportionem cum fructibus, & commo-
ditatibus è re locata percipiendis, quibus alio-
36 quin pensio, & merces, ut justa sit, commen-
surari debet *Fincll. in leg. 2. Cod. de rescind.
vend. part. 1. cap. 3. num. 17.*, *Cepoll. de simul.
contr. præs. 3. num. 33.*, *Carocc. de locat. tit. de re-
scind. loc. num. 14.*, *Pacion. eodem tract. cap. 19.,
num. 4.*, *Surd. dec. 198. num. 19.* hæc, inquam,
adeò immoderata pensio in dubium venire ne-
quit, quin ex se sola sufficiat ad convincendum
de læsione, & magna inæqualitate contractum,
de quo agitur; certi namque, & explorati Ju-
ris est, quod hujusmodi Tabernæ instructæ unà
37 cum suo avviamento reputantur quidem adin-
star rei stabilis fructiferæ, itaut prò illis sinè la-
be usuræ aliquid conveniri, & exigi valeat, 38
dummodò tamen id sit juxtà modum, & ratio-
nem legalem, quâ proceditur in rebus suapte
naturâ fructiferis, ut admonet *Card. de Luc. de 39
usur. disc. 15. num. 3.*, *& firmavit Rota in Roma-
na, seù Albanen. Ferracii super damnis 17. Mar-
tii 1710. §. subalternanter coram Ansaldo*, *in
Romana Pecuniaria super fructibus 9. Martii
1716. §. Absque eo quod, & §. final., & 29. Ja-
nuarii 1717. §. firma siquidem coram Crispo*; un-
de fit, quod, si illarum fructus, adinstar stabilium, 40
taxari, & calculari debent, egredi non pote-
runt mensuram quatuor, aut ad summum quin-
que prò centenario, prout de facto calculati
apparent in casu, de quo agit *Laderch. cons. 189.
num. 3.*, *Dian. tom. 1. tract. 8. resolut 89.*, *Pa-
cion. de locat. cap. 10. num. 123.*, *Rot. dec. 330.
part. 13. dec. 74. part. 14. & dec. 275. part. 16.*, &
ad rationem quatuor facta fuit locatio similis 41
Tabernæ instructæ cum avviamento in *Romana
Drogheriæ 15. Junii 1714. in princ. coram Card.
Scotto*, ut etiam in hac quantitate taxati fue-
runt fructus alterius similis Tabernæ instructæ 42
cum avviamento in *Romana Pecuniaria super
fructibus 9. Martii 1716. §. fin. coram Crispo.*
Certius in casu nostro, quia constat, ipsum D.
Primam Locatorem justam agnovisse similem 43
taxationem, dum post expiratam locationem
convenit interesse recompensativum ejusdem
capitalis venditi ad rationem tantùm quinque,
& ad similem quoque rationem supponitur eun-
dem soluisse interesse dicti capitalis tunc cum ab
ipso acquisitum fuit.

Quæ cùm ità sint, quisque primo ipso oculo-
rum conjectu, reique intuitu videt, D. Princi-
palem in contractu, de quo agitur, læsum fuis-
se ultrà dimidiam, dum prò locatione rei, quæ
reddere non valebat plusquam quatuor, aut
quinque prò centenario, promisit solvere pen-
sionem in duplo ferè excedentem, ad rationem
nempè 14., quinimò ex hoc resultare videtur 44
læsio enormissima reddens contractum nullum
ipso jure *Fab. in Cod. lib. 4. tit. 3. definit. 3.*, *Gra-
tian. discept. 823. num. 38.*, *Prat. disceptat. 25.
num. 32.*, *Rot. coram Cavaler. dec. 301. num. 3.*,
in rec. dec. 202. num. 6. part. 10., quia læsio valdè
excedit dimidiam justi pretii *Menoch. cons. 1.
num. 494.*, *Castill. contr. tom. 7. cap. 18. num. 85.*
Cabed. dec. 70. nu. 2. Est enim plusquam in dua-
bus tertiis, vel tribus quartis partibus, quod
cæteroquin sufficeret ad hoc ut læsio enormissi- 45
ma diceretur *Corn. cons. 133. num. 8. lib. 3. & cons.
27. num. 5.*, *Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 3.
num. 18.*, *Pacion. de locat. cap. 18. nu. 24. & seq.*,
Rot. dec. 270. part. 14. & dec 237. part. 15.

At verò, si sola immodicitas pensionis per se
spectata tanta est, ut enormissimam læsionem
inducat ex supradictis, quanto potiori Jure ea-
dem enormissima læsio probata dicenda erit in
casu nostro, in quo, præter immodicæ pensio-
nis quantitatem supra consideratam, adsunt
pacta gravissima, quæ in perniciem Conducto-
ris absque ulla prorsus compensatione conventa

fuerunt, quæque additæ conſtitutioni adeò ex-
ceſſivæ mercedis, vix ac ne vix quidem illum
ſentire poſſe ſinunt commodum, & utilitatem
ullam ex hujuſmodi Contractu, quod exuberat
46 ad probandam læſionem enormiſſimam, quæ
datur etiam in modico, quando is, qui gra-
vatur, parum habet *Gonzal. ad regul. 8. Cancell.
Gloſs. 9. §. 4. num. 9*, *Rot. coram Puteo deciſ. 45.
num. 10. lib. 1. in correct.*

Haud ſanè inficior, integrum eſſe Locatori
47 quaslibet conditiones, & pacta locationi appo-
nere dummodò non ſint contra naturam con-
tractus, cùm contractus iſte ex ſuo genere ſit
48 onerosus *Roſignol. de contract. contract. 10. tit. de
locat. prænot. 8. ſub num. 8. §. Dices poteſt in fin.*
Sed firmiter cenſeo, atque ſuſtineo, pacta
Conductori oneroſa, ad ſervandam æqualitatem
49 contractus, compenſari debere, vel cum tenui-
tate penſionis, tantum nempè remittendo,
ſivè diminuendo de juſta mercede, quantum
importat onus à Conductore ſubeundum, vel
alio modo illa compenſando, ad tradita per *No-
var. in manual. cap. 17. num. 260.*, *Molin. de
contract. diſput. 503. num. 2.*, *Leſſ. de Juſt. &
Jur. lib. 2. cap. 25. dubit. 3. num. 31. verſ. notan-
dum 2.*, alioquin ſunt illicita, & iniqua, quia
50 inducunt onus pretio æſtimabile ſupra id, quod
exigit natura contractus *Bero conſ. 144. num. 5.
lib. 1.*, *Lancellot. Gall. conſ. 118. num. 50.*, *Pa-
cion. de locat. cap. 49. num. 74. & 77.*, *Mart. Me-
dic. dec. Floren. 67. num. 17.*, *Rot. coram Burat.
dec. 359. num. 10.*

Quâ ratione, etſi non improbetur pactum,
quo obligetur Conductor ad reſtituendam rem
locatam in eodem ſtatu, & ejuſdem valoris,
51 cujus erat tempore locationis cum onere etiam
ſubrogandi, & ſubſtituendi alias res, ſive mer-
ces loco illarum, quas vel uſu conſumi, vel
aliàs perire contingeret, ità transferendo omne
periculum rei in Conductorem, eumque obli-
gando ad quoſcumque caſus fortuitos, etiam in-
ſolitos, etſi, inquam, valeant, & non improben-
tur hujuſmodi pacta, quia non ſunt contrà ſub-
52 ſtantiam Contractus, ſed præter illam, quam
proptereà non vitiant, id tamen intelligitur,
& procedit dumtaxat in caſu, quo debitæ ſer-
53 ventur conditiones. *Azor. inſtit. moral. part. 3.
lib. 8. cap. 11. quæſt. 7.*, *Roſignol. de contract. con-
trov. 10. de locat. prænot. 8. num. 3.*, nimirum ſi
tantum proportionabiliter de mercede dimi-
nuatur, quantum eſt onus, quod Conductor
aſſumit, & periculum, cui ſubijcitur, vel alio
54 pacto compenſentur, ſine qua compenſatione
certè pacta illa utpotè inducentia obligationem
ſupra debitum, eſſent illicita, & iniqua *Azor.
inſtit. moral. part. 3. lib. 8. cap. 12. quæſt. 1. 2. & 3.*,
Medin. in ſua inſtruct. Confeſſ. lib. 1. cap. 4. §. 27.,
*Card. de Luga de Juſt. & Jur. diſput. 29. ſect. 5.
num. 73.*, *Silveſt. verb. Societas 2. in fin. 7. quæſt.*,
*Roſignol. de contract. tit. de locat. dict. prænot. 8.
ſub num. 3. verſ. dixi, & ſub num. 4. verſ. & his
omnibus & nu. 7. 9. & 10.*, onus quippè ſupra ju-
55 ſtitiam Contractus reddit illicitum ipſum Con-
tractum, ut ait *Roſignol. dict. prænotab. 8. ſub
num. 10. in fin.*, quod tamen onus ſi compenſe- 56
tur, cùm non ſit contra, ſed præter naturam
contractus, ſuſtinetur, & obligat, quia per il-
lius compenſationem, contractus reducitur ad
æqualitatem, & honeſtatem juſtitiæ, ut proſe- 57
quitur idem *Roſignol. loco mox cit.*

Conſtat ergò, Contractum locationis, de quo
agitur, omni ex parte injuſtum, iniquum, &
illicitum eſſe, quia non ſolùm in eo conſtituta
fuit immodica, & exceſſiva penſio, qualem
certè nullo pacto ferebat ſubſtantia, & capitale
rei locatæ, verùm etiam nullâ habitâ ratione
exorbitantium pactorum, quibus ſupra modum,
& ſupra juſtitiam præter naturam contractus
gravatus fuit conductor, ne quidem minima
data fuit compenſatio, quæ poſſet magnis one-
ribus in illum translatis contraponi, quibus ſo-
lùm ſpectatis, præciſivè etiam ab exceſſiva quan- 58
titate penſionis, probata dici poſſet ænormiſſima
læſio D. Principalis, cùm illa dimetiatur etiam
à multiplicitate, & exorbitantia pactorum,
ſivè onerum, quæ ſunt pretio æſtimabilia, &
tamquam minuentia valorem, uſum, & com-
moditatem rei juſtam compenſationem recipere 59
debent, ex alibi firmatis, & firmat in propoſito
*Rota in Romana reſciſſionis contractus 8. Junii
1711. §. Neque reſiſtit. & ſeq. coram Criſpo*, mul-
to verò magis probata dicenda erit non unâ tan-
tum contractus parte, ſed omnibus ſimul ſump-
tis, & conſideratis, quemadmodum faciendum 60
eſſe monet in propoſito *Pacion. de locat. cap. 19.
num. 192.*, Quamobrem juſtâ ratione idem D.
Principalis implorare videtur Judicis officium,
ut res ad æquitatem redigatur, aut è medio 61
tollendo Contractum adeò injuſtum, iniquum,
& læſivum, aut ſaltem aliquo alio pacto illum
juſtum, & æqualem reddendo juxta facultatem
Judicibus conceſſam per *Tex. in leg. illicitos 6. ff.* 62
de offic. Præſid. ibi = *Item ne quis iniquum lucrum,
aut damnum ſentiat, Præſes Provinciæ provi-
deat* = ubi *Gloſſ. in verb. ſentiat* inquit *vel dolo,
vel facilitate*, quam facultatem ſingularem, &
mirabilem appellat *Theſaur. dec. 216.*, & con-
ſentanee ad illam, præter alibi citatos, tradunt
Nevizzan. conſ. 74. num. 5., *Gratian. diſcept. fo-
renſ. cap. 538. num. 19.*, *Coſta de ration. rat. quæſt.
91. num. 9.*, *Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap. 95. apud
quem plures Leotard. de uſur. quæſt. 90. num. 37.*,
*Borgnin. dec. 13. nu. 36., & 47. vol. 2. & dec. 22.
num. 29. part. 4.*, *Rot. coram Cæſar. de Graſ. dec.
2. de uſur.*

Nilque turbat, quod d. D. Vitia Principalis no-
ſter minimè ignoraverit qualitates rei locatæ,
& onera illi adjecta, ſed de omnibus plenè in- 63
ſtructus fuerit, ut aſſeritur in Inſtrumento, pro-
indeque juvari nequeat æquitativo Judicis arbi-
trio, minuſque agere valeat remedio reſciſſorio 64
dict. leg. 2. Cod. de reſcind. vendit., quod ignoranti
ſolum, & per dolum, ac fraudem circumvento
impartiri ſolet, ex deductis per *Roſignol. de con-
tract. contract. 10. de locat. diſquiſit. 1. §. 10. nu. 3.* 65
ſi enim ſciens, & informatus qualitatis rei, &
onerum illi adjectorum, nihilominus liberè, &
ſponte, ac contrà omnem doli, ac fraudis ſuſpi-
cio-

cionem contractum eo modo perficere voluit
pactis illis se subjiciendo, & ad immodicam
pensionem se obligando, in his sanè terminis
donandi animum habuisse censetur, ideoque uti
66 nequit ullo Iuris remedio, cui per donationem
tali casu renuntiasse præsumitur *Gratian. discept. 461. num. 28.*, *Cancer. variar. resol. part. 1. cap. 13. num. 53. Surd. dec. 130. num. 8.*

Objectio namque ista pluribus responsionibus
submovetur. Prima est, quod attentâ læsione
enormissima, quam in hypothesi intercessisse,
supra latè probavimus, ex ea dolus lædentis re
67 ipsâ arguitur, & inducitur per *Text. in leg. omnes §. Lucius ff. de his, quæ in fraud. Cred.*, *Castill. contr. Jur. tom. 3. cap. 2. num. 40.*, *& tom. 7. cap. 18. nu. 92.*, *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 9.*, *Gloss. unic. num. 4.*, *Molin. de Primog. lib. 2.*
68 *cap. 3. num. 18.*, cessat præsumptio donationis
ob defectum liberi consensus Contrahentis,
69 qui tali casu dolosè extortus censetur *Rota coram Duran. dec. 121. num. 24.*, & propterea ip-
70 sum quoque Contractum corruere necesse est *leg. si dolo 5. Cod. de resc. vendit. Paris. cons. 55. num. 19. lib. 3.*, *Larat. cons. 112. num. 36. & seq.*, *Castill. tom. 7. cap. 18. num. 94.*, *Giurb. dec. 105.*
71 *num. 1.*, & in puncto locationis est *Text. in leg. & ideo 26. alias 23. ff. locati*, cujus verba sunt = *& ideò prætextu minoris pensionis locatione factâ, si nullus dolus Adversarii probari possit, rescindi locatio non potest* = ergò à contrario sensu, si dolus Adversarii intercedit, locatio rescindi debet;
72 At verò, si locatio rescinditur, quoties dolus intercedit, quia cessat præsumptio donationis
73 ob defectum liberi consensus, jam patet scientiam qualitatis rei, & onerum minimè suffra-
74 gari ad effectum sustinendi contractum enormissimè læsivum, ut latè probant *Alberic. in dict. leg. 2. Cod. de rescind. vendit. num. 12.*, *Pinell. ibidem part. 1. cap. 3. num. 11.*, *Facchin. contr. Jur. lib. 2. cap. 20. in 5. dub. vers. sed contrarium, & seqq.*

Altera responsio est, quod præsumpta illa
donatio, super quâ fundatur objectio, nullo pa-
75 cto est verisimilis, *neque enim solet hic esse tales contractus ineuntium animus, nec præsumendus est, nisi appareat, quod enim promittunt, aut dant, credendi sunt promittere, aut dare tamquam æquale ei, quod accepturi sunt, atque ejus æqualitatis ratione debitum alioquin non daturi*, ut totidem ferè verbis bene ad rem inquit *Hugo Grot. de Jur. Bell. & Pac. lib. 2. cap. 12. nu. 11.*, *& post alios dixit Bellon. Jun. cons. 54. num. 30.*, *& firmavit Rota post Salgad. in Labyrint. Credit. dec. 27.*, *coram Duran. dec. 121. num. 20. & 21.*, *& coram Royas dec. 187. num. 8.*, ideoque, cum in
hypothesi nullum concurrat argumentum hujusmodi donationem suadens, & ea cæteroquin
76 habeat contrà se omnem Juris præsumptionem,
cùm potius error in facto proprio, imò etiam
77 fatuitas præsumatur, quàm quod quis velit ità
jactare suum, & alteri gratis dare *Bald. cons. 589. in fin. lib. 2. Cravet. cons. 77. nu. 14.*, *Becc. cons. 235. num. 4.*, *Rot. coram Merlin. dec. 885. num. 19. in recent. decis. 69. num. 4. part. 7.*, frustra
illa afferri videtur prò fundamento validitatis contractus, alioquin, ut sæpè dictum
est, enormissimè læsivi, quando in his termi-
nis, etiamsi donatio expressè appareret, ni- 78
hilominus profutura non esset, quia, sicuti dolus in contractu intervenisse præsumitur, ex supradictis, ità pari modo per dolum extorta
censetur etiam donatio ipsa, quæ propterea 79
nullo pacto valeret *Cravet. cons. 142. nu. 23.*, *Peregrin. cons. 81. num. 19. lib. 5.*, *Menoch. cons. 412. num. 84.*, *Vincent. de Franch. dec. 247. num. 5.* etiamsi juramentum adesset, *Peregrin. dict. cons. 81. num. 19.*, *Surd. cons. 480. num. 13. & seq.*, *Staiban. Jun. resol. 93. num. 47. lib. 1.*, *Rot. in recent. dec. 318 num. 2. & seq. part. 4. tom. 2.*

Tertia denique responsio est, quod eatenus
scienti non competit ullum ex dictis remediis,
quatenus contractus, seù locatio facta fuerit
omninò liberè, alias namque, si Conductor in- 80
ductus fuerit ad ità conducendum aliqua neces- 81
sitate etiam non præcisâ, sed causativâ, cessat
præsumptio donationis, & renunciationis præfatis Juris remediis ad tradita *per Corn. cons. 11. num. 22. lib. 3.*, *Cravet. cons. 151. num. 25.*, *Menoch. cons. 109. num. 30.*, *Pacion. de locat. cap. 18. num. 94. & seq.*, & consequenter scientia non præjudicat; hujusmodi autem necessitas an fuerit in
casu nostro, etsi mihi reverâ non constet, adhuc
tamen valdè probabile id censeo, inspectâ qualitate contractus, qui utpotè summam continens
læsionem, & deceptionem facilè inducit ad cre- 82
dendum Partem deceptam in eum consensisse,
non spontè, sed aliquâ necessitate coactam,
cùm alioquin prorsus fatuum, & amentem ju-
dicari oporteret Virum hujusmodi contractibus 83
liberè, & spontè consentientem contra obviam,
& regularem præsumptionem *Textus in leg. cum de indebito 25. vers. sin verò ff. de probat.*, quæ
fortius urget in hypothesi, quia agitur de con-
tractu ad commodum, & utilitatem, ut suprà 84
dictum est, non ad perniciem, & damnum instituto; quinimò, si aliqua etiam probabilior necessitatis causa quæreretur, ea non deficeret,
quia nimirum verisimile est, D. Prinam Locatorem non aliter D. Principali vendere voluisse
aromatariam, prout fecit, elapsis duodecim annis
locationis, quàm ea lege, ut prius annis totidem illam sub dictis pactis conduceret, quando-
quidem dubium non est, quin id sufficiat ad in- 85
ducendam necessitatem causativam, ad effectum, ut dici nequeat, D. Principalem omnino
liberè contraxisse.

Jam verò ex his perspicuè demonstratâ enor-
missima læsione contractus, de quo agitur, opus 86
non esset Judicis ministerio ad illum rescindendum, utpotè ipso Jure nullum; Verùm quia nul-
litas hujusmodi inducta est favore fraudati, & 87
decepti, quod autem inductum est favore unius,
nequit contrà eum retorqueri *leg. quod favore ff.* 88
de legib.; idcircò, si Conductor vult contractum
subsistere, id declarabit agendo ad compensa-
tionem, & reductionem contractus ad æquali- 89
tatem *Rosignol. de contr. contract. 10. de locat. disquis. 1. §. 17. sub num. 3. vers. limitanda tertio & seqq.*

& seqq. si verò malit contractum rescindere, Judicem adibit, qui vel illum pronunciabit nullum tamquam enormissimè læsivum, & omnia in pristinum reducet, vel saltem rescindet,
90 tamquàm læsivum ultrà dimidiam juxtà notata *per Pacion. de locat. cap.* 18. *num.* 18. *ad* 23. apud quem alii.

Neàpolitana restitutionis Bonorum.

Pacta post Bellum inita inter Reges, aliosve Principes de restituendis Bonis penes Fiscum existentibus, comprehendunt jura nondum a Fisco distracta, atque hereditates ab alio non aditas, si modo ea ab initio moti Belli possiderentur. Hereditatis aditio ex quibus actibus, & argumentis probata dicatur?

VOTUM III.

1 *Consulens in re dubia, vacuo debet esse animo.*
2 *Pacis fœdere post bellum inito, ad antiquæ possessionis jura fit reditus, si ita fuerit conventum*, & num. 5.
3 *Pacificatio Regum, ac Populorum inter se non iis tantùm utilis est, sed cæteris etiam, qui ab alterutrius partibus fuissent.*
4 *Princeps paciscens cum Hostibus, non sibi soli, sed toti Reipublicæ, & singulis Civibus pacisci intelligitur*, & num. 80.
5 *Pace initâ, Bona eorum Dominis sunt restituenda*, & num. 51.
6 *Limita, ubi res sit de Bonis in alios distractis, & de quorum restitutione Principes non convenerunt*, & num. 7.
8 *Per restitutionem quilibet recuperat, quod suum est.*
9 *Restitutio fieri censetur ei, qui in pristinum statum reponitur.*
10 *Pace initâ, restitutio Bonorum, inter Principes conventa, facienda est.*
11 *Pace initâ, sunt præsertim restituenda Bona ejus tempore existentia penes Fiscum supremorum Principum*, & num. 26. 60. 68. & 93.
12 *Procedit, etiamsi fuerint, durante Bello, in alios distracta.*
13 *Procedit tamen, si in capitulis pacis excepta non fuerint*, & num. 69.
14 *Restitutio debet intelligi plenariè facienda*, & num. 38.
15 *Præsertim in publicis conventionibus fœderum, & pacificationum.*
16 *Conventiones publicæ fœderum, & pacificationum sunt juris gentium.*
17 *Restitutio publicè conventa in casu fœderum, & pacificationum, est, ac si ex capite justitiæ facta*, & num. 85.
18 *Et maximè favorabilis censenda est*, & num. 75.
19 *Lateque interpretanda*, & num. 54. 77. & 87.
20 *Nec ejus tollendus, aut impediendus effectus.*
21 *Principum conventiones publicæ in casu pacificationum naturam habent bonæ fidei*, & num. 55.
22 *Etiam quoad Contractus stricti Juris.*
23 *Et stricti Juris interpretationes rejiciunt*, & num. 57. & num. 110.
24 *Pacis, ac fœderis Capitula solo Jure gentium interpretanda sunt*, & num. 56.
27 *Conventiones publicæ in casu fœderis, & pacis, correspectivæ sunt.*
28 *Et per eas Subditi, ac Sequaces Principum utrinque restituuntur pristinæ eorum possessioni*, & num. 32. & 33.
29 *Conventiones publicæ in casu fœderis, & pacis mutuæ sunt, & æquales.*
30 *Et proinde favorabiles.*
31 *Conventiones fœderis, ac pacis ita interpretandæ, ut Belli justitia quàm maximè æquetur.*
33 *Procedit etiam quoad Subditos, hostiles partes secutos*, & num. 94. & 95.
34 *Subditus quis ei non est, in cujus Regno Bona tantùm possidet.*
35 *Feudatarius est Domino devinctus juramento fidelitatis, & servitiorum præstatione.*
36 *Non verò est Subditus.*
37 *Regiâ Progenitus familiâ, Regis decoratur privilegiis.*
39 *Et restitutio ipsius favore in Capitulis pacis conventa, debet laxiori eo sensu intelligi, quo Reges inter, ac personas eis conjunctas.*
40 *Utilitas, mutuique decoris ratio est optima pactorum interpres.*
41 *Discretio naturalis plus est omnis virtutis.*
42 *Princeps tenetur in Bello ejus Regis partes sequi, cui sanguine est conjunctus.*
43 *Spoliatus ante omnia restituendus est.*
44 *Non tamen id generatim procedit, ubi sit pax inter Principes. Intellige ut* num. 45. & 46.
45 *Spoliatus, ubi sit pax inter Principes, non est absolutè ante omnia restituendus, si clara sint Spoliantis jura*, & num. 70. & 71.
46 *Vel quando conjici nequeat, restitutionem a Paciscentibus fuisse volitam.*
48 *Restitutio in vim capitulorum pacis, ut debeatur, sat est possessio tempore moti Belli*, & num. 59.
49 *Restitutio possessionis in capitulis pacis conventa, fieri priùs debet, quàm jura possessionis valeant expendi.*
50 *Bello turbantur, non adimuntur Jura Privatorum.*
52 *In restitutione facienda in vim capitulorum pacis, publica utilitas, & pactorum Religio servanda est.*
53 *Præsertim si pacta sint æqua, & respectiva.*
58 *Regum conventiones solo jure naturæ reguntur.*
61 *Pactis ut non stetur, color caussæ numquam deficit.*
62 *Ipsaque pacta in caussa esse possunt novas controversias excitandi.*
63 *In pacis contractu locum habet regula correspectivorum.*

64 Et,

64 *Et, si una pars, altera etiam violatur*, & num. 65.

66 *Pacta tum committendo, tum omittendo violari dicuntur.*

67 *Pacis nomine quæ servanda sunt, dicuntur jure pacti præstanda.*

72 *Pace initâ, antiquus Possessor non tenetur litem instituere pro Bonorum restitutione, sed sat est summaria illorum possessionis demonstratio*, & num. 73. & 104.

74 *Defensio varia, atque difformis mali juris indicium est.*

76 *Pacis conventio de possessione restituenda, nedum Bello erepta, sed etiam adquiri impedita, comprehendere censetur*, & num. 77. 90. & 91.

78 *Conventiones publicæ debent juxtà rationem à Paciscentibus in mente habitam interpretari.*

79 *Ea autem sæpe comprehendit res non secundum existentiam, sed secundum potentiam moraliter consideratam.*

81 *Pacis conventio de possessione restituenda, non de Bonis tantùm, sed etiam de juribus debet intelligi.*

82 *Bonorum, & rerum appellatione jura quoque comprehenduntur.*

83 *Restituere, & Possessorem facere.*

84 *Restitutio non tantùm significat corporis, sed etiam Juris, & causæ restitutionem.*

86 *Sub restitutione ex capite justitiæ, veniunt jura, & actiones.*

88 *Restitutio in capitulis pacis licèt conventa de solis immobilibus, jura tamen, & actiones complectitur.*

89 *Atque ita jura successionum, & hereditatum.*

92 *Jura non debent censeri Bello adempta.*

96 *Restitutio in Capitulis pacis conventa, an comprehendat res, & hereditates tempore Belli delatas, & à Fisco distractas disputant Doctores.*

97 *Opinio tamen affirmativa verior reputatur.*

98 *Præsertim cum hereditas nec dum adita est ab alio, in quem fuit alienata.*

99 *Hereditas à Fisco distracta, & nondum ab alio adita, ob conventam possessionis restitutionem, ad legitimum spectat heredem illius capacem inde effectum.*

100 *Secus, si alteri in gradu sequenti fuerit delata, ab eoque adita.*

101 *Et ex quibus aditio inducatur?* & num. 102. & 103.

102 *Hereditatis aditio probatur verbis quibuscumque adeundi animum significantibus.*

103 *Hereditatis aditio probatur, ex quo, post eam uno loco aditam, Procurator est constitutus ad eam alibi adeundam.*

105 *Immissio in possessionem post accuratum rei examen decreta, non ex gratia, sed ex justitia concessa dicitur*, & num. 106.

107 *Atque est executioni omninò demandanda.*

108 *Princeps, concessâ licèt suis Magistratibus Jurisdictione, retinet adhuc supremam judicandi potestatem.*

109 *Non procedit in Causis, quarum cognitio ipsi ex Principatus Legibus vetita sit.*

110 *Conventio restitutionis in capitulis pacis inita, à supremo dumtaxat Principe interpretanda est*, & num. 111.

112 *Fiscus, ubi agitur de restitutione post Bellum facienda, facilè præsumitur Subditos frustraturus, si de ea debeat cognoscere.*

113 *Ad Collateralem Regii Consilii spectat cognitio controversiæ, si quæ oriatur post decretam à Principe, in vim capitulorum pacis, Bonorum restitutionem.*

114 *In dubio contra Fiscum judicandum est.*

115 *Præsertim in Causis restitutionis Bonorum facienda in vim capitulorum pacis.*

SERENISSIMA Princeps Condæi restitui petit ad possessionem redituum fiscalium in Regno Neapolis existentium, qui ad ipsam, uti filiam adoptivam, & ex Testamento heredem Serenissimi Joannis Casimiri Poloniæ Regis jam dudum delati fuerant, & quorum possessione adeptà, quum Philippus V. Hispaniarum Rex dict. Regnum obtinebat, pacificè gavisa fuit, donec illo Sacra Cæsarea Majestas potita est; tunc enim ob gravissima Bella inter eandem, & Christianissimum, ac Catholicum Reges vigentia, dicti reditus à Regio Fisco sub sequestro positi fuerunt: qua sanè in disceptatione requisitus, ut nulli Partium studio, sed veritati tantum parendo, sensus aperirem meos; vacuo proindè animo, ut iis, qui de rebus du- 1
biis consultant, monuit *Cæsar in Oratione apud Salust. de Bell. Catilin.*, perpensis secundum ea, quæ proponuntur, rationum momentis, potiora Serenissimæ Instantis Jura esse authumo.

Petit enim, remoto sequestro, dictam restitutionem vigore Articuli 25. Pacis Radstadiensis, quo cautum fuit, quod Subditi, cæterique omnes, qui vel Cæsareæ Majestatis, vel Christianissimi Regis partes sequuti essent, plenè restitui deberent possessioni Bonorum, & Juribus, quibus antè susceptum Bellum fruebantur: ea autem ejusmodi fæderum, quæ inter se paciscuntur Reges, virtus est, ut cum pares Bel-
lo, *æquo fædere in pacem, atque amicitiam ve-* 2
nirent, tunc repeti, reddique per conventionem res, & si quarum turbata Bello possessio sit, eas aut ex formula Juris antiqui, aut ex partis utriusque commodo componi =, ut loquitur *Hug. Grot. de Jur. Bell., & Pac. lib. 2. cap. 15. §. 4.*, ubi *Gronovius lit. B., & C.* ait, id conventum videri, *quod prout olim conventum erat, aut res se habebant antè Bellum: ut restituantur in statum, quo fuerant, antequam turbæ inciderent.*

Id verò, quod ejuscemodi publicorum, ac solemnium pacificationum, & fæderum sanctitate constitutum est, non tantùm pertinet ad ip-
sorum inter se paciscentium Regum, & Populo- 3
rum utilitatem, sed præcipuè etiam commoda, atque incolumitatem respicit subditorum,

cæte-

exterorumque, qui ab alterutrius partibus fuis-
sent; quippè Princeps pacifcens cum hostibus,
4 non sibi soli, sed toti Reipublicæ, & singulis Ci-
vibus suis pacisci intelligitur, sunt verba Petri
Gudelini Commentar. de Jur. pac. cap.5. num. 1.
& 2., quapropter, initâ pace, prout res se
habebant ante Bellum, Bona antiquis eorum
5 Dominis, & Possessoribus restituenda erunt
Bald. de pace Constantiæ §. Possessiones num. 2.,
& §. Hoc quod nos, Aretin., Soccin. & Jason
in leg. Gallus §. Et quid si tantum ff. de liber. &
posthumis Roman. in leg. sed si hac lege §. Liberos
ff. de in jus vocand. Abb. in cap.1. de Treg. & pac.
Roland. à Valle cons.1. num.118. lib.3., Menoch.
cons.105. num.4., idemque num. 12. declarat,
6 contrarium sentientes intelligendos esse loqui
de Bonis in alios alienatis, & de quibus inter
7 Principes conventum non fuit, quod illa quo-
que restituerentur, Boss. inter suos tractatus va-
rios titul. de restitutionibus quæ fiunt à Principi-
bus num. 8. fol. mihi 590. Antunez. de reg. Do-
nation. tom.1. part.2. lib. 1. cap. 29. num. 13., &
seq.
8 Et sanè, si per restitutionem quilibet recupe-
rat, quod suum est, ita quidem, ut restitutus
9 ille censeatur, qui in pristinum statum reponi-
tur, consequendo nimirum quantum id abstu-
lit, adversus quod petitur restitutio, leg. quod
si minor §. Restitutio ff. de minor. leg. Ab hostibus
§. sed quod ff. ex quib. caus. leg. 1. ff. de vi, & vi
armat. Canon. Audivimus 4. caus.3. quæst.2. Glos.
in Canon. ab exordio 2. distinct. 35. lit. G. Cujac.
ad tit. 4. lib. 37. Digester. leg.1. §. Filium tom. 4.
oper. posthum. part.2. lit. E. fol. 29., Solorzan. de
Jur. Indiar. tom.2. lib.2. cap.27. num. 202., Pe-
regrin. de Jur. Fisc. lib. 5. tit.2. num. 25., inde
sequitur, quod in ea restitutione, quæ ex pu-
blica causa pacificationis inter Principes initæ,
10 utrinque facienda solemniter convenitur, resti-
tui debeant omnia, quæ per Bellum ablata fue-
runt, ut post Bald. mox citat. §. Hoc quod nos,
tradit. Boss. dict. tit. de restitution. quæ fiunt à
Principib. finit. Bell. num.5., & 6., & num. 9.
13. & seqq., Guazzin. de pace, & tregua part.
1. quæst.31. num.14., Antunez. de Donation. dict.
cap. 29. num.15., & 16., Bertacchin. in repertor.
lit. P. vers. Pace facta, Paris de Puteo de feudor.
reintegr. cap.136. Pegas ad ordinat. Regn. Portu-
gal. tom.1. Glos.55. num.25. fol.99.
Quæ profectò certissima Juris, ac æqui, bo-
nique præcepta proculdubio locum sibi vindi-
11 cant, quoties agitur de Bonis, quæ tempore ce-
lebratæ pacis existunt penes Fiscum Supremo-
rum Principum, illa enim sine ulla cunctatio-
ne, & mora restituenda certè sunt antiquis eo-
rum possessoribus Bald. in tit. de Pace Constantiæ
in verb. in plenitudine gratiæ nostræ Felin. in cap.
inter quatuor num.10., vers. & dixit de majorit.,
& obedient., Roland. à Valle cons.1. num.118.,
ubi quod hoc casu nullus ab hac sententia dis-
crepat lib.3., & cons.45. num.19. vers. sed matu-
rè, & seqq. lib.4., ubi etiam appellat hanc con-
clusionem communem theoricam Vasq. de Suc-
cession. resol. lib.1. §.3. num.4. Odd. de restitut. in
integr. part.2. quæst.99. artic.4. num.26., & num.
29., quando alioquin talem restitutionem por-
rigendam esse ad Bona etiam, quæ, durante Bel- 12
lo, in alios distracta, atque alienata fuerunt,
modò tamen in Capitulis pacificationis eadem 13
excepta minimè fuerint, præter Doctorum loca
mox allegata, traditur apud Bald. in dict. tit. de
Pace Constantiæ in verb. privilegia omnia ibi = no-
ta ex isto Textu, quod si Bona Rebellium tempore
rebellionis aliis sunt concessa personis; factâ pace
sunt reddenda primis Dominis Textus hic valde
notabilis, ità quod ipsa pax non habet vim simpli-
cis indulgentiæ, sed restitutionis in integrum;
quod tene menti = quem sequuntur Aretin. in dict.
leg. Gallus §. Et quid si tantum ff. de liber, & post
Soccin. cons.58. vers. adhuc dici potest volum. 3.,
Baer. decis.38. num.7., de Marin. ad Reverter.
decis.487. ad med., Antunez. de Donat. dict. cap.
29., qui postquam quæstionem hanc latè exa-
minaverat, & contrariarum opinionum funda-
menta referendo, hujus controversiæ decisio-
nem difficilem dixerat; nihilominus num. 43.
Sententiæ affirmativæ, tamquam melioribus suf-
fultæ rationibus, plurimisque confirmatæ Judi-
catis, adhærendum esse censet, & confert lu-
culenta decisio à Sacra Rota edita in una Roma-
na Primogenituræ, & fideicommissorum de Corsi-
nis 16. Maii 1710. §. 9. coram Rmo Aldro-
vando.
Moventurque præcitati Doctores prævalidis
illis rationibus desumptis ex natura ejuscemodi
restitutionis, quæ, si regulariter plenariè facta 14
intelligenda semper est ex Cujacio ad tit. 51. lib.
9. Cod. tom.5. oper. posthum. fol. mihi 1540., po-
tiori jure talis censeuda erit in publicis hisce
conventionibus, quales sunt illæ, quæ fiunt 15
per fœdera, & pacificationes Hug. Grot. de Jur.
Bell., & Pac. lib. 2. cap. 15. §. 2. Cujac. tit. de
pact. in leg. Conventionum 5. tom. 1. oper. prior.
fol. 939. lit. E., & fol. seq. lit. A., illas adscri-
bens juri gentium BocKelmannus in Digest. lib. 16
2. titul. 15. de pact. num. 15. fol. 142. Cardin. de
Luc. de feud. disc. 27. num. 8., quæ propterea
restitutio, tum quia æquiparanda est illi factæ 17
ex capite justitiæ Tapia ad rubric. Digestor. de
Constitut. Princip. cap.3. num.8. in fin., & num.
34. Cardin. de Luc. de regal. discurs. 148. num.
48. vers. magna siquidem, & disc. 160. num.38.,
tum ob plurimum, qui eidem inest favoris, 18
obque publicam, quam respicit, utilitatem, latè
interpretanda est Decian. respons. 38. num.6. lib. 19
2. Tusch. practic. conclus. lit. P. conclus. 178. nu.
1., & seq. Guazin. de pac. & Tregu. part. 1. quæst.
33. num. 9., ubi quod ità intelligi debet, ut
ejus effectus minimè tollatur, idemque nec di- 20
rectè, neque indirectè impediatur Antunez. de
Donation. dict. cap. 29. num.12. & nu.19. & 20.,
& ex Textu in leg. Cum quidam ff. de liber. &
posth., & leg. hoc modo ff. de condit., & demon-
strat. tradunt Valenz. cons.99. num.33. tom.1., &
Grammatic. dec.12. nu.19., quidquid enim Prin-
cipes in dictis publicis conventionibus agunt, 21
atque paciscuntur, naturam habet bonæ fidei,
quæ in ipsis exuberare debet, licèt cæteroquin
age-

22 ageretur de Contractibus stricti Juris *Cravet.*
cons. 95. num. 9., *Vasq. quæst. illustr. part. 2.*
quæst. 63. num. 50., *Cresp. de Valdaur. observat.*
103. num. 60., *Arumæus de Jur. public. tom. 5.*
cap. 8. fol. 88. *à tergo circa med.*, ideoque reij-
23 ciunt ioterpretationes stricti Juris; nam *discri-*
men actuum bonæ fidei, & stricti Juris, quatenus
ex jure est Romano, ad jus gentium non pertinet =
ut loquitur *Hug. Grot. de Jur. Bell., & Pac.*
lib. 2. cap. 16. num. 1., dum igitur Principes io
24 fædcrum, & pacis Capitulis, solo jure gentium
interpretandis, conveniunt, quod Bona tempo-
re Belli occupata, restitui debeant prioribus Do-
25 minis, & possessoribus, per plenariam eorum-
dem restitutionem, omoia in pristinum statum
reduci debent, ut probatum est superioribus locis.

Hæc autem, quæ contradictorem non habe-
re dicuntur, quando res est de Bonis tempore
26 celebratæ pacis adhuc à Fisco retentis, servan-
da certè eo magis erunt, quando ejuscemodi
27 pacificationis contractus suapte naturâ corres-
pectivi *Nicol. Moron. de fid. tregu. & pace quæst.*
136. num. 1. inter Tract. magn. tom. 11. part. 1. fol.
444., utrinque Subditos, & Principum sequa-
28 ces restituunt antiquæ Bonorum possessioni,
tunc enim cum sint mutui, atque æquales *Hug.*
29 *Grot. de Jur. Bell., & pac. lib. 2. cap. 15. §. 6.*
num. 1., inquiens, quod *conventiones illæ æqua-*
les sunt, quæ utrinque eodem modo se habent = sub-
dendo *num. 2.* talia esse, *quæ de restituendis, cap-*
tivis, & rebus captis &c. conveniri solent = pa-
cta in eisdem contenta favorabilia efficiunt, ut
30 prosequitur idem *Hug. Grot. lib. 2. cap. 16. §. 10.* =
favorabilia sunt, quæ æqualitatem in se habent,
& quæ communem spectant utilitatem, quæ quo
major est atque latiùs patet, eò major est pro-
missi favor, ut eorum, quæ ad pacem faciunt,
major quàm ad Bellum = ibique *Gronovius liter.*
A., illumque sequendo id etiam egregiè do-
cuit *Pufendorf de Jur. natur., & gent. lib. 5. cap.*
12. §. 12. ubi ità loquitur = *favorabilia sunt, quæ*
æqualitatem in se habent, seù in quibus utriusque
æqualis est conditio, & utrique æquè consulitur,
quæque communem utilitatem spectant: quæ
utilitas quo major est, quoque latiùs patet, eo
major est promissi favor. Favorabilia item sunt,
quæ societates, & quoslibet actus conservant &c.
sic & eorum, quæ ad pacem faciunt, major est fa-
vor, quàm quæ ad Bellum = *& ibi in annotat. lit.*
A., ubi refertur alius præclarus *Hugonis Grotii*
locus lib. 3. cap. 20. §. 21., Jure idcircò merito-
que circa interpretandas pacis conventiones ob-
servanda erit interpretatio illa, *quæ partes qua-*
31 *ad Belli justitiam quàm maximè æquet. quod fieri*
solet duobus maximè modis: aut ut quarum rerum
turbata Bello possessio est, ex formula Juris anti-
qui componatur, &c. aut ut res maneant, quo sunt,
loco = ut his verbis *loquitur Grotius lib. 3. cap. 20.*
§. 11. Quod attinet ad rem nostram, io contra-
ctu pacificationis, non secundus, sed primus
servatus est modus, quod nempè, ut ibi dixit
32 *Gronovius lit. L.* = *restituatur cuique, quod anteà*
habuit = *Gratus respons. 114. nu. 8. lib. 2., Card. de*
Luc. de Testam. disc. 44. nu. 5. Rodulph. alleg. 71. n. 25.

At verò benignior isthæc, laxiorque inter-
pretatio, si pacis restituendæ, si publicæ utili-
tatis consequendæ gratiâ recipienda est, etiam 33
quum agitur de restitutione Subditorum, qui
adversus suum Principem rebellantes, hostiles
partes sequuti fueruot; nemo equidem ioficias
jerit, eam omninò amplectendam esse in casu
nostro, in quo Serenissima Princeps Condæi uti
solummodò possidens in Regno Neapolitano di-
ctos fiscales reditus, subdita dici nequibat Cæ- 34
sareæ Majestati, *Roland. à Valle cons. 1. num.*
28., *& seq. lib. 3.*, ubi loquitur in difficiliori
casu Feudatarii, & Vassalli, quem licèt Domi- 35
no devinctum juramento fidelitatis, & servi-
tiorum præstatione; nihilomious subditum cen-
sendum minimè esse ait. Illa igitur tamquam 36
Regii sanguinis splendore coruscans, cum Re-
giæ Familiæ, imò ipsius Regis privilegiis de-
coretur, per ea, quæ tradunt *Menoch. cons. 351.* 37
num. 12., *& seqq.*, *Cyriac. contr. 543. num. 21.*,
& seqq., *Mel. allegat. 1. num. 32. fol. 15.*, *& al-*
legat. 13. num. 29., *& seq. fol.* 230. indè sequi-
tur, quod, tametsi restitutio generaliter conces- 38
sa aliis, alioquin juxtà firmata superioribus lo-
cis plenissimè intelligenda, ob peculiarem ali-
quam circumstantiam, strictiorem admittere
posset interpretationem: attamen ejus favore
intelligenda sit eo laxiori sensu, quo pacta in-
ter ipsas personas Regum, easque eisdem con- 39
junctas ioterpretanda sunt, ob mutuæ videli-
cet, quæ inter ipsas continetur, utilitatis, mu-
tuique decoris rationem, quæ est optima pa-
ctorum omnium interpres, ut, præter notata 40
superioribus locis tradit *Nicol. Moron. de fid.*
treg. & pac. quæst. 119. num. 98. & seqq. subdens,
illam ioterpretationem sumendam semper esse,
quæ habet plurimum humanitatis, & quam dis-
cretio naturalis, quæ plus est omnis virtutis, no-
bis insinuat *inter tract. magn. tom. 11. fol. 438.*; 41
quid autem humanitati, atque naturalis discre-
tionis dictamini magis consentaneum est, quàm
quod Princeps, qui Regis, cui sanguine con- 42
junctus erat, partes omninò sequi tenebatur,
finito bello per compositionem pacis, quâ om-
nes generaliter, ac plenariè restituti fuerunt,
ejuscemodi restitutionis vigore in pristinum sta-
tum pleoissimè reponatur?

Nec turbat, quod communis illa regula,
quâ præcipitur, spoliatum antè omnia resti- 43
tuendum esse, non ità generaliter, atque ab-
solutè locum sibi vindicet, quando fit pax in- 44
ter Principes ex *Baldo de Pace Constantiæ in*
verb. possessiones num. 2., qui glossando verbum
restituatur, illud ità intelligendum ait, nimi-
rum = *nisi Ablator jure se posset tueri in causa pro-*
prietatis, tunc enim restitutio impeditur = illum-
que sequitur *Martin. Laudens. de confæderation.*
pac. & conventionib. Princip. quæst. 38. tractat.
magn. tom. 16. fol. 302. = Quamobrem, cum in
Causa, de qua agitur, à DD., pro tempore Præ-
sidentibus Advocatis fiscalibus, tum anteactis
temporibus, tum in hodierna illius disceptatio-
ne, plura deducta fueriot pro Regii Patrimonii
defensione, quibus Serenissima Condæi Princeps
hacte-

hactenus impedita fuit controverſorum redi-
tuum fiſcalium poſſeſſionem conſequi, fruſtrà
ideircò hodiè dictæ generalis, ac plenariæ reſti-
tutionis beneficio frui contendat.

Nam redigendo *Baldi* dictum ad certiſſima
tum communis, tum publici Juris præcepta;
illud eo tantùm caſu intelligendum eſt, quo
45 ſcilicet Ablatoris, ſivè ſpoliantis jura adeò clara
ſint, ut eiſdem illicò cauſam proprietatis tueri
queat *Gloſſ. in leg. Si quer fortè 19. verb. poſſi-
deantur Cod. de poſtlim.reverſ.* ducens argumen-
tum *ex lege in hac actione 3. §. Ibidem ſubjungit
ff. ad exhibendum, & ex leg. final.* ibique dedu-
ctis *Cod. de Edict. Div. Hadr. tollen. Boſſ. tit. de
reſtitution., quæ fiunt à Princip. finit. Bell. num.*
46 *14. fol. 590.*, vel quando juſtæ aliquæ conjectu-
ræ ſuaderent, Principes paciſcentes noluiſſe Re-
ſtitutos rectâ via invadere, ac adipiſci poſtè il-
lam qualemcumque poſſeſſionem, in qua tem-
pore ſuſcepti Belli reperiebantur; proptereaque,
cùm in caſu noſtro nec Jura Regii Patrimonii
clara ſint, imò illa prævalidè confutentur in lu-
culenta allegatione D. Advocati Dominici Jan-
nucci, nec ullæ afferri poſſint conjecturæ, qui-
bus ſtrictâ aliquâ interpretatione limitari queat
generalis, ac plenaria reſtitutio Bonorum facta
Poſſeſſoribus illis, qui tempore indicti Belli ea-
47 dem detinebant, evidens indè fit, quod fruſtra
in præſens pro impedienda dicta reſtitutione
quæratur de jure proprietatis, poſthabitâ poſſeſ-
ſione, quæ ante Bellum fuit, ut benè ad rem
noſtram docuit *Hug. Grot. de Jur. Bell., & pac.
lib. 3. cap. 20. §. 13.* hic inquiens = *in altero illo pa-
ciſcendi genere, quo reſtituitur poſſeſſio bello tur-
bata, notandum eſt, ultimum, quæ antè Bellum
fuit, poſſeſſionem reſpici, ità tamen, ut privatis
dejectis, interdicto, aut vendicatione apud Judi-
cem experiri liceat* =, & benè ibidem notarunt
Teſmerus, & Gronovius ajentes, quod *hic tan-
tum quæritur, an poſſeſſum fuerit*, & non curato,
quod *ſi fortè paulò antè bellum vis facta eſt, nec
jure vindicata propter Bellum interveniens, ita ut
oriente Bello invaſor poſſideat*; adverſus enim
hunc *experiri licebit interdicto unde vi, quo poſſeſ-
ſio &c. vel vindicatione, quâ proprietas adſeritur.*

Petenti itaque reſtitutionem vigore Capitula-
48 tionum pacis, ut illam conſequatur, ſatis erit,
quod doceat, tempore initi Belli corporaliter de-
tinuiſſe Bona, quorum petit reſtitutionem ex
eodem *Baldo de Pace Conſtantiæ verbo Poſſeſ-
ſiones num. 4.* ajente = *ſed qualiter probabitur
poſſeſſio? reſpondeo, probatâ detentione corpo-
rali, nam qui detinet, præſumitur poſſidere* =
*Angel. in leg. Si quis fortè 19. Cod. de poſtlimin.
reverſ.* ibi = *& iſtud eſt utile pro exititiis, qui
tempore pacis revertuntur cum pactis, quod eis re-
ſtituantur quæcumque tenebant tempore ejectionis
eorum. Nam recuperabunt mobilia, & immobilia,
quorum habebant dominium, & poſſeſſionem, &
etiam meram detentationem aſininam* = eumque
ſequuntur *Roland. à Valle dicto conſ. 1. num. 119.
lib. 3., Menoch. conſ. 103. num. 4., Boſſ. in dict. tit.
de reſtitut., quæ fiunt à Princip. finit. Belle num.
13., & 14. pariter poſt Angel. hæc habens* = *ad-
de prædictis, quod quæcumque aufert captivitas,
reſtituit fictio poſtliminii, leg. final. Cod. de Cap-
tiv. &c. & in dict. leg. penult. dicit Angelus hoc
eſſe utile pro Extorribus, qui tempore pacis rever-
tuntur cum pactis, ut eis reſtituantur quæcumque
tenebant tempore ſuæ ejectionis; quia recupera-
bunt mobilia, & immobilia, quorum habebant do-
minium, & poſſeſſionem, & etiam meram deten-
tationem aſininam. Et ità licet prædicto dicant, re-
ſtituantur ad Bona ſua, intelligetur etiam quoad
ea, quæ ſolùm detinent ex natura rei. Sic pro-
bant Gloſſa, Angel., & communiter Doctores in
dicta leg. penultim. juncto Textu ibi, qui dicit,
quod qui revertuntur ab hoſtibus recuperant res
proprias, & idem probatur in leg. final. Cod. de
Edict. Div. Hadrian. tollen. junctâ Gloſſ., quæ
extendit Textum etiam in his, quæ ſolum tenen-
tur. Et facit quod etiam ratione Juris poſſeſſio-
nis, & detentionis, dicor habere dominium, Bar-
tol. &c.* Nonniſi igitur poſt ſequutam veram, &
corporalem reſtitutionem Bonorum in capitulis 49
pacis utrinque imperatam, Partibus integrum
erit in Tribunalibus competentibus jura ſua ex-
periri, ut mox diximus ex *Grotio, aliiſque*,
quod priùs etiam pro regula præſcripſerat *Pela-
gius Papa Epiſcopis Italiæ*, his verbis reſcribens
in Canon. Cum Eccleſiæ = *Sed priùs illi legibus re-
dintegranda ſunt omnia, & poſtea tempore à Pa-
tribus definito, ſunt negotia ventilanda* = *cauſ. 3.
quæſt. 2.* Quod etiam pluribus aliis tum Pontifi-
cii, tùm Cæſarei Juris locis ſancitum reperitur,
& communiter receptum eſt apud Doctores, &
Tribunalia.

Si ergò plana hæc interpretatio, & libera,
atque prompta Bonorum reſtitutio retardanda
nunquam eſt, quoties agitur de Privatorum ju-
ribus, quæ, ſuperveniente Bello, turbata qui-
dem, adempta tamen cenſenda nunquam ſunt, 50
per *Text. in leg. Si quis vi, ibique Gloſſa ff. de
acquir. vel amittend. poſſeſſ., Hug. Grot. de jur.
Bell., & pac. lib. 3. cap. 20. §. 19., Rota penes
Poſth. de manutent. deciſ. 554. num. 18., in recent.
deciſ. 415. num. 1. part. 2. deciſ. 60. num. 6. part.
14., & ad ornat. Cardin. de Luc. lib. 3. deciſ. 5.
num. 2.*, potiori certè jure decernenda erit,
quum res eſt de Bonis per Fiſcum occupatis,
ſuoque Domino, & poſſeſſori ablatis, aut ſub 51
ſequeſtro poſitis, in his terminis multò magis
à Supremis Principibus paciſcentibus, à quibus
ex mox *citato Grotii loco facilius eſt, ut condonatio
aliqua intelligatur facta*, ſpectanda erit publica
utilitas, & ſervanda religio pactorum, quæ pro 52
ineunda, cuſtodiendaque pace inita reperiun-
tur, *Bald. in leg. Jubemus in fin. Cod. de Tran-
ſact. Curt. Jun. conſ. 219. num. 60. lib. 3.*; præ-
ſertim verò quando eadem correſpectiva ſunt,
atque ob mutuam utrinque utilitatem, ſum- 53
mam habent æqualitatis rationem, ut alibi di-
ctum eſt.

Quid enim magis adverſaretur nedum civi-
lis, ſed gentium, ac publici Juris præceptis,
quibus admonemur pacta ſancita in fœderibus,
& Regum, ac populorum pacificationibus, be-
nignâ, atque liberali interpretatione intelli- 54
gen-

genda esse, eademque sincerâ, ac bonâ fide
55 exequenda, quid, inquam, his magis adversare-
56 tur, quàm quod si subtilitatibus cavillarentur
*Petr. Bellinus de re militar. part.5. tit. 3. num. 5.
inter tract. magn. tom. 16. fol.350.*, ideoque in
57 illis interpretandis non est disputandum de Ju-
ris apicibus *Bald. de Pac. Constantiæ §. Si quis
verò num.1.*, *nec ex jure Romano interpretanda
Christin. decis. Belgic. lib.4. decis.216. num. 15.*,
Hug. Grot. de Jur. bell., *& pac. lib. 2. cap. 16.
§. 31.* ubi *Tesmerus* redarguens *multos Doctores,
qui controversias Regum ex jure Romano decidere
velint* = sic ait = *quo sanè nihil est ineptius, quid
enim Regibus cum jure, quod nunquam jusse-
runt, & in quod nunquam consenserunt* =, sed ad
pacem, & publicam utilitatem constituta ab
iis, qui summam habent potestatem, solo jure
58 naturæ reguntur, ut distinguendo conventio-
nes, quas supremus Princeps uti talis celebrat,
ab aliis, quas privatim agit, dixerat idem *Hug.
Grot. dict. lib.2. cap. 11. §. 5. num. 3.* ibi = *planè
aliud erit, si in mari pactio fiat, aut in vacua In-
sula, aut per literas inter absentes. Talia enim
pacta jure solo naturæ reguntur, ut & pacta eo-
rum, qui summam habent potestatem, quà tales
sunt: nam in his, quæ privatim agunt, locum ha-
bent leges etiam, quæ irritum actum faciunt, ubi
id in favorem ipsum fit, non in pœnam* = ibique
Tesmerus lit. N. ait = *summa enim potestas, quà
talis, subjecta legi civili non est, sed Dei, gen-
tium, & naturæ tantum jura sequitur* =

Quæ profectò publica gentium, & naturæ
59 præcepta nudam tantùm exigentia probatio-
nem possessionis, in qua quis tempore indicti
Belli reperiebatur, pro decernenda restitutione,
potentius sanè obtinebunt, quando, ut pluries
notatum est, agitur de rebus per ipsum Fiscum
60 possessis; nemo enim non videt, quàm facilè
antiqui Bonorum possessores illius potentiâ
frustrari possent, ne suorum Bonorum possessio-
nem consequerentur, tum ejusdem favore com-
miniscendo colorata Jura, tum etiam excipiendo
de aliorum juribus, quibus occupatio causâ bel-
61 li facta, eoque finito restituenda, defendere-
tur. Quippè nunquam color causæ deficeret,
cur pactis non staretur, speciem aliquam Juris
imponendo, quod exprobrabat *Pontius apud
Livium 9.11.* Hac autem ratione non solum tra-
duceretur sauctissimorum Principum religio;
at etiam publicorum pactorum sanctitas viola-
62 retur. Imò verò pacta illa, quæ pro pace resti-
tuenda solemniter sancita fuerunt, occasionem
darent quærendi caussas nova instaurandi, su-
scitandique Bella; si enim, ut inquit *Nicol.
Moron. de fid. treg. & pac. quæst. 136. num.1. &
63 seq. tract. magn. tom.11. part.1. fol.444.*, in con-
tractu pacis locum habet regula correspectivo-
rum, quorum uniformis debet esse ratio, adeò
quidem, ut ad positionem, & remotionem unius,
sequatur positio, & remotio alterius: Inde per-
64 sæpe evenire posset, quod, parte unâ fœderis
violatâ, pars altera à fœdere discederet: Exem-
plo sit illud, quod ex *Thucydide* refert *Grot. de
Jur. Bell. & pac. lib.2. cap.15. §. 15.* ibi = *Si vel
tantillum ex dictis pars alterutra transgrederetur,* 65
rupta fore pacta = quod certè verum subdit esse
idem, *Grot.* = *ni aliter convenerit; quod fieri in-
terdum solet, ne ob quasvis offensas à fœdere di-
scedere liceat* = idque docuit etiam *lib.3. cap. 20.
§. 35.* loquens verbis illis = *neque admittam hic
discrimen capitum pacis, quæ majoris, quæque
minoris momenti sunt; satis enim magna, ut ser-
ventur, videri debent, quæ pace comprehensa
sunt* = propterea que admonet, quod = *quò magis
paci caveatur, consultum erit, ut capitibus mino-
ris momenti adijciatur, ut, si quid adversùs ea fa-
ctum erit, pacem non rumpat: aut ut arbitri priùs
adeantur, quàm arma inferre liceat, quod erat in fœ-
dere Peloponaesiaco, memorante Thucydide,* = & ibi
in notis Tesmerus, Gronovius, & idem *Grotius,* &
consentit *Pufendorf. lib.3. c.8. §. final.* Cum autem,
tum committendo, tum omittendo (ut nostri di- 66
cunt) quæ pace sancita sunt, violari dicuntur, ut
docuit *Grot. §. 34.* ibi = *rumpitur & pax, ut diximus,
faciendo contrà id, quod in pace dictum est: sub fa-
ciendo autem comprehenditur & non facere, quod,
& cum oportet* = cuncta idcircò ea, quæ ad pacem,
amicitiamque custodiendam pertinent, adeò
sincerâ fide servanda sunt, ut ea jure pacti præ- 67
standa dicantur, propterea que = *si quæ contra
amicitiam sunt, rumpunt pacem, quæ sub amici-
tiæ lege contracta est; quod enim inter cæteros so-
lius amicitiæ officium exigeret, hic etiam pacti ju-
re præstandum est* = ut præclarè subditur *dict. cap.
20. §. 40.*

Hisque ità se habentibus, cum Fiscus colore
nullo detrectare queat liberam, & promptam
restitutionem Bonorum, quorum possessionem 68
occasione Belli antiquo Possessori eripuit, nisi
fortè aliter in pacificationis Capitulis constitu- 69
tum fuerit, vel nisi causa proprietatis, & Jura 70
Fisci adeò clara sint, ut, juxta illud omnium
ore tritum effatum, causam possessionis absor-
bere dicantur, atque hæc si deficiant, quoties 71
agitur de Bonis apud Fiscum existentibus, ut
antiquus Possessor illis restituendus sit, non co- 72
gatur instituere lites cum Regio Procuratore,
sed satis ipsi sit summariè ostendere, quæ, &
qualia Bona ad eum pertinerent, ut benè ad
rem nostram notant *Signorol. cons. 228. per tot.
Card. Tusch. practic. conclus. lit. P. conclus. 178.
num.5.*, *Antunez. de reg. Donat. tom.1. part.2.
lib.1. cap.29. num. 18.*, *Guazzin. de pac. & treg.
part.1. quæst.33. num. 13.*, inde sequitur, quod
Serenissimæ Principi Condæi diutius retardanda
non est restitutio controversorum reddituum,
in quorum possessione reperiebatur, quum, eje-
ctis Hispanis, Sacra Cæsarea Majestas Neapo-
litanum Regnum adepta fuit. Nihil enim in
Radstadiensi pacificatione præcipiente ejusce-
modi restitutionem utrinque faciendam, spe-
cialiter cautum reperitur, ob quod sub illa mi-
nimè comprehendantur Bona per Fiscum occa-
sione Belli occupata: & jura, quorum colore res
protrahitur, nedum clara minimè sunt, sed
eadem tamquam emendicata, & penitus in-
subsistentia aliàs rejecta penitus fuerunt.

Etsi enim D. Præsidens Advocatus Regii Pa-

trimonii summâ, quâ excellit doctrinâ, & pro
injuncto sibi munere Jura Fisci viriliter deduxe-
rit; nihilominus illa doctè confutata fuerunt
in dicta egregia allegatione D. Advocati Domi-
nici Jannucci Jura Serenissimæ Principis tuen-
tis; ideoque, nè agere velle videar id, quod
summo ingenio elaboratum, summâque indu-
striâ ab alio perfectum est, ad eum me refe-
ram. Nam si, ut paulò antè dictum est, pos-
73 sessor agens adversus Fiscum Bona occupan-
tem, opus non habet lites assumere cum Regio
Procuratore, sed inspectis Capitulis Pacis præ-
cipientibus celerem, atque paratam Bonorum
restitutionem, ut illam consequi valeat, suffi-
cit, quod summariè ostendat quæ, & qualia
Bona ab eo possiderentur; quorsum quoad lon-
gissimè potest mens nostra respicere spatia præ-
teriti temporis, illiusque memoriam recordari,
ultimam, rem ordiendo ab anno 1556. investi-
gatur origo crediti, cujus vigore Serenissimæ
Principis Auctoribus controversi reditus fisca-
les assignati fuerunt? quorsum obtenditur illo-
rum satisfactio usque ab anno 1562. sequuta,
quando unius sæculi, & amplius decursu, us-
que videlicet ad obitum Regis Joannis Casimi-
ri, Successores omnes in pacifica dict. fiscalium
redituum exactione continuarunt? quibus id-
circò exceptionibus diffisus præfatus D. Præli-
dens, excludere conatur jura Serenissimæ Prin-
cipi competentia vigore tum Testamenti, tum
adoptionis de ea factæ à præfato Rege, subden-
do, quod, tametsi illa subsisterent; nihilomi-
nus eidem prodesse non possent ob naturam Bo-
norum ad Regium Fiscum devolutorum; deni-
queveluti ad extremam naufragii tabulam re-
currendo, tum ad Jura ipsi Fisco cessa a Patri-
bus Societatis Jesu, tum etiam excipiendo de
illis Reipublicæ Poloniæ competentibus: sola
74 namque congeries tot difformium defensionum,
quibus Fiscum in sua possessione confovere co-
natur, facilè cuique demonstrat, quam infir-
ma sint ipsius Jura, & è contrario quam valida
sint illa Serenissimæ Principis plenè ab omnibus
hisce contrariis exceptionibus vindicata in dicta
disertissima allegatione. Quapropter, his con-
sultò omissis, subdam dumtaxat pauca quæ-
dam, quæ mihi, ut sub initium præfatus sum,
prò veritate examinanda proposita fuerunt.

Opponitur itaque, Serenissimam Condæi
Principem juvari minimè posse Articulo Pacis
Radstadiensis, quia ipsa, mortuo Rege Joanne
Casimiro, minimè adeptâ possessione dictorum
redituum, illis triginta, & ultrà annorum spa-
tio nunquam gavisa fuit, sed eosdem tunc de-
mùm obtinuit, quum post obitum glor. mem.
Caroli II. tamquàm ejus heres, tum in Hispa-
niarum Monarchia, tùm in Neapolitano, aliis-
que Regnis illi successit Philippus V., ex cujus
Decreto controversi redditus Serenissimæ Prin-
cipi adjudicati fuerunt, quæ adjudicatio ex me-
ra auctoritate, non ex justitia facta dicenda
est, quia Regii Patrimonii, & Fisci Defensores
ejusdem jura minimè deduxerunt, ideoque nul-
lo numero habenda sit possessio illa, in qua ini-
tio Belli ipsa reperiebatur. Verum exceptiones
istæ nullo Juris colore, nec ullo facti adminicu-
lo fulcitæ reperiuntur.

Non quidem Juris, quia si ut fusius alibi di-
ctum est, fœderum, & pacificationum pacta, 75
tamquàm favorabilia latissimâ interpretatione
accipienda sunt, consequens ex eo fit, quod si
aliquo ejuscemodi pacto sancitum reperiatur,
quod reductâ pace, quisque restituatur posses-
sioni illi, quâ per Bellum dejectus fuit, tale pa-
ctum juxtà benigniorem, & veriorem quoque 76
interpretationem intelligendum sit de eo etiam,
qui vi, rerum suarum possessionem adipisci im-
peditus fuit *Hug. Grot. de Jur. Bell., & pac. lib. 2.
cap. 16. §. 12. num. 1.*, ubi supposito, quod jam
probaverat, videlicet similia pacta, quia fa-
vorabilia sunt, secundum latissimam signifi- 77
cationem intelligenda esse, inquit = *si verba
hæc undè quis dejectus est, etiam ad eum restituen-
dum pertinebunt, qui vi vetitus est ad suum acce-
dere, nam vox latius sumpta fert eam significatio-
nem, ut rectè Cicero A. Cecina disputat*, ibique
Gronovius allegans *§. 6. Institut. de Interdict.*, &
cum *Grotio* concordat *Pufendorf. de Jur. natur.,
& gent. lib. 5. cap. 12. §. 13.* sub initium id pro-
bans auctoritate *leg. 3. §. 8. ff. de vi, & vi armat.,
& ibi Barbeyrac. in annot. num. 4.*

Cum enim omnium Contractuum, dispositio-
num, publicarumque tractationum interpreta-
tio sumenda sit ex ratione, quæ obversari solet 78
animo loquentium, atque paciscentium, profe-
ctò id inspiciendo, *de ratione notandum est sub
ea comprehendi sæpe quasdam res, non secundum
existentiam, sed secundum potentiam moraliter 79
consideratam, quæ ubi locum habet, restrictio fa-
cienda non est = Hug. Grot. dict. cap. 16. §. 25.*,
*cujus mox exscripta verba, & sententiam refert,
ac sequitur Pufendorf. de Jur. natur., & gent.
dict. cap. 12. §. 20.*, indè autem fit, quod supremi
Principes mutuò promittentes ejuscemodi ple-
nariam restitutionem, cùm respexisse dicantur 80
publicam utilitatem, & subditorum suâ posses-
sione dejectorum æqualitatem, sub illa non tan-
tum Bona, sed jura etiam comprehendisse in- 81
telligantur, utpotè rerum, & Bonorum appel-
latione significata *Cujac. lib. 50. Digestor. tit. 16.* 82
*leg. nominis appellatione 6. tom. 4. oper. posthum.
part. 2. fol. mihi 520. lit. E.* restituere enim est
possessorem facere, *& restituendi verbo contine-* 83
*tur omnis causa non solùm corpus &c., & Juris in-
terpretatio est, quod restitutio non tantum signi-
ficat corporis, sed etiam Juris, & causæ restitu-* 84
*tionem. Restitutio non tam est corporis, quàm Ju-
ris restitutio, sicut eodem modo possessio non tam
dicitur esse corporis, quàm Juris, non tam facti,
quàm Juris* = ut explicat idem *Cujac. dict. lib. 50.,
Digestor. tit. 16., leg. apud Labeonem 246. tom. 4.
oper. posthum. part. 2. fol. 705. lit. B. & C., & ex
lege restituere, & leg. final. de verbor. signf. leg.
quod si 24. §. Restitutio ff. de minor. aliisque Ju-
ris locis tradit Calvin. in Lexicon. Jur. verb. resti-
tuere vers. num & jura, & consonant Textus in
leg. Bonorum 49. in fin., & leg. rei appellatione
ff. de verbor. significat.*, *præclarè Gloss. in leg.*

Prin-

Princeps bona ff. eodem tit. Covaruv. in cap. relatum il 2. vers. tamen appellatione de Testament., latè Barbos. de appellat. verb. appellat. 35. nu.1., Rota in rec. dec. 400.num.19. part. 18.

Idque sanè efflagitare videtur natura restitutionis sancita in contractibus fœderum, & pa-
85 cificationum, quæ, ut alibi dictum est, si æquiparatur restitutioni factæ ex capite justitiæ, sub
86 qua certe veniunt Jura, & actiones, ut ex *Angelo in penultim. Cod. de captiv. notat. Peregr. de Jur. fisc. lib.5. tit.2. num.63., & sub num.67. §. Adde quod idem, Rot. coram bon. mem. Emerix Jun. dec. 1904. num. 11.* Si eadem ob publicam
87 utilitatem, & bonum pacis, quam reducit, semper latissimè interpretanda est, etiamsi simpliciter facta legatur, ut, præter allegata superibus locis tradunt *Soccin. Jun. cons. 3. vol. 3., Vulpell. in tract. de pace quæst. 56. num. 2. vers. sed quidquid, & num. 3.,* dicendum sanè est, quod sub eadem, licèt sermo haberetur de sola immobilium restitutione ; nihilominus venirent
88 etiam jura, & actiones tendentes ad illorum consecutionem *Roland. à Valle dict. cons. 1. num. 126. lib.3., & num.32., & seq. notans ex Bartolo in leg. rem alienam col.2. in fin. ff. de pignorat. action. = quod appellatione Bonorum venit, quod quis potest vendicare rem, pro qua habet actionem, si eam non possidet, vel exceptionem, si possidet leg. rem in Bonis ff. de acquir. rer. domin. =* ac per con-
89 sequens Jura etiam successionum, atque hereditatum, *leg. nam quod §. final., & leg. cogi ff. ad Trebell. Bartol. in leg. quintus la 2. ff. de aur. & argent. legat., & in leg. 3., in princip. ff. de bon. possess., Cravet. cons.11. num.7.*

Quapropter Serenissima Princeps Condæi tametsi nunquam uti heres Joannis Casimiri Poloniæ Regis nacta fuisset veram, atque realem possessionem controversorum redituum fiscalium, nihilominus, ut eam hodiè consequi illicò posset, satis esset, quod ipsa summarie ostenderet, tales reditus jure legitimæ successionis ad ipsam pertinere : nam, ut dictum est,
90 cùm restitutio non minus debeatur illi, qui vi dejectus fuit suâ possessione, quàm etiam illi,
91 qui vetitus est ad suum accedere ; inde sequitur, quod cùm ob bella, quæ post obitum Regis Joannis Casimiri inter Christianissimum, ac Catholicum Reges toties suscepta, ac renata fuerunt, præfata Serenissima Princeps illius filia adoptiva, & heres prohibita fuerit dict. redituum pacificam possessionem adipisci, hodiè vigore restitutionis solemniter conventæ in Capitulis pacificationis Radstadiensis, illam consequi debeat, perindè ac si tempore exorti Belli eâdem liberè, ac pacificè detentâ, illâque vi exorti Belli ipsâ dejectâ, amplius deindè eâ gavisa non fuisset, Jus enim, quod antè Bellum
92 fuit, nemini facilè ademptum censeri debet, hanc enim ob causam, ut sua tenerentur, Respublicæ, Civitatesque constitutæ fuut, ut ex *Cicerone* ait *Hug. Grot. lib.3. cap.20. §.16.*

At ut magis, magisque res elucescat, in quæstione illa, quâ disceptatur, an restitutus vigore Pacis recuperet nec ne hereditates, atque successione; antè conventam restitutionem illi delatas ? Doctores de hoc non dubitant,
quando successio, seù hereditaria Bona, & 93
jura antè Bellum, sivè commissum delictum delata Restituto, & à Fisco occupata, penes eundem reperiebantur tempore celebratæ pacis, atque utrinque inter belligerantes Principes promissæ restitutionis Subditorum ad Bona, per ea, quæ superiùs notata fuerunt, ubi etiam animadvertimus potiori jure hæc locum sibi vindicare, quando non agitur de restituendis Bonis, 94
quæ ob rebellionis, vel aliud quodpiam delictum Fisco adjudicata fuerint, sed res est de Bonis occasione Belli ab eodem Fisco apprehensis, quia persona alioquin non subdita hostis 95
partes sequuta fuerit.

At de hoc disputatur, quando hereditates, & res tempore Belli, vel commissi delicti delatæ Restituto, vel fuerunt à Fisco alienatæ, vel
ab alio sequenti in gradu aditæ, atque occupa- 96
tæ reperirentur. Quo casu licèt Doctores in contrarias abjerint sententias, ut apud *Antunez. de Donat. dict. cap.29. ex num.45.,* & tam-
quam verior sustineri posset sententia docens, 97
sub hujusmodi restitutione illas comprehendi, per ea, quæ ex *Textu in leg. 1. §. Filio qui mortis ff. ad Senat. consult. Tertyl., & Orfic., & leg. Captum ab hostibus Cod. de postlimin. revers.* tradunt *Odd. de restit. in integr. part.2. quæst.99. sub num.6. §. Sed quoniam Fachin. contr. Jur. lib. 1. cap.39. §. Verum contrariam Rota coram Manzaned. decis.282. num.6., coram Merlino decis.125. num.2., & num.31., & plures allegati in Romana Primogenituræ, & fideicommissorum de Corsinis 16. Maii 1710. §. 9., & num.27., & seq. co-
ram Rmo Aldrovando.* Eoque certiùs hæc sen- 98
tentia recipienda dicatur, quando tempore restitutionis adhuc hereditas non est adita ab alio, neque successio ab eo occupata, eo quod illius dominium, & jura cum tunc alteri quæsita non
sint, & Restitutus jam effectus dicatur capax he- 99
reditatis, idcircò delatio facta Tertio per restitutionem legitimi heredis, redacta dicitur ad non causam, ut hunc casum distinguendo ab alio, in quo hereditas delata sequenti in gra-
du, ab eo adita, & per eum illius possessio ap- 100
prehensa esset, traditur apud *Antunez. dict. cap. 29 num.66., & seqq. & docuerunt Bartol. in leg. Gallus §. Quod si tantum col. ultim., & leg. 1. §. Filius ff. ad Tertul. Peregrin. de Jur. fisc. lib. 5. tit.2. sub num.38. § contra verò.*

Attamen Causa, quæ hodie vertitur, longè diversa est ; nam non solùm agitur de hereditate Serenissimæ Principi delata antè Bellum, sed, quod magis est, statim ab eadem agnita, atque adita, ut constat tum ex Immissione ad eam obtenta Parisiis in Parlamento, tum ex Decreto præambuli ab ejus Procuratore petito in Vi-
caria, ex quibus actibus ambigi nequit, quin in-
ducatur aditio, quæ, utpotè pendens ex animo, 101
si probatur quibuscumque verbis significantibus
deliberatam voluntatem suscipiendæ heredita- 102
tis, *Rota in rec. dec.360.n.30. dec.474. nu.1., & dec. 478. num.3. part.5.*, plenè probata dicenda pro-

cul dubio erit in casu nostro, in quo, post hereditatem Parisiis à Serenissima Principe solem-
103 niter aditam, constitutus fuit Procurator ad illam Neapolis adeundam, idemque in Vicaria dictum Decretum obtinuit *Gloss. in leg. per Procuratorem 89. ff. de acquir. heredit., & in leg. 3. vers. per alium ff. de Bonor. possess., Hug. Donell. commen. Jur. lib. 7. cap. 9. col. 3. §. His positis, Harprect. in §. final. num. 23. & seqq., Instit. de hered. qualitat., & different., Hunnius variar. resolut. lib. 2. tractat. 5. quæst. 29., & frequenter apud alios.*

Quamquam verò dubitari minimè posse videatur de jure, & justo titulo successionis in dictis reditibus fiscalibus competenti Serenissimæ Principi tamquam heredi, & filiæ adoptivæ Regis Joannis Casimiri, deque ejusdem hereditatis agnitione, atque aditione judicialiter ab ipsa facta: nihilominus tamen frustrà de his examen assumeretur, quando eidem sufficit docere, quod in illorum possessione reperiretur tempore, quo vi Belli ipsâ ejectâ, per Fiscum dicti reditus apprehensi, ac sub sequestro positi fuerunt. Fusius enim demonstratum est, quod pro eorumdem restitutione consequenda, nonnisi de possessione, imò sola detentatione
104 docendum est; de qua in casu, de quo agitur, dubitari nequit, & reverâ non negatur, sed à Regii Patrimonii Defensoribus opponitur solummodo, quod illa, ipsis minimè auditis, non ex justo aliquo titulo, & jure, sed merâ auctoritate à Philippo V. concessa fuerit, dum Regno Neapolitano dominabatur.

Plura sanè pro hujusmodi oppositione refellenda afferri possent, sed satis erit se referre ad ea, quæ in facto in dicta allegatione D. Advocati Jannucci *Cap. ult.* afferuntur; nimirum à Serenissima Principe porrectum fuisse libellum, in quo fusè expositis juribus omnibus ipsi competentibus, nec non oppositionibus factis tùm à Defensoribus Regii Patrimonii, aliisque Contradictoribus in eodem Libello validissimè cæteroquin confutatis: petita ab eadem fuit restitutio, atque possessio controversorum redituum fiscalium: quæ tamen illicò, & inconsultò decreta non fuit, sed Petitoris instantia cum dicto Libello remissâ ad Consilium Italiæ, à quo post rei maturum examen agnitâ justitiâ dictæ petitionis, consultum Regi fuit, petitis annuendum esse, ad normam cujus resolutionis expeditâ Cedulâ subscriptâ ab omnibus dicti Consilii Regentibus, in ejusdem executionem Serenissima Princeps immissa demum fuit in possessionem dict. redituum, quam retinuit donec in Regnum quoque Neapolitanum illato Bello, deturbata ab illa fuit. Nemo autem non videt perabsurdum esse dicere, quod in hac Causa tot spectata oculis, & in qua Immissio in possessionem decreta fuit post solemne
105 rei examen, servato consueto stylo, & formâ peractum, id non ex justitia, sed ex mera gratia concessum fuerit, ut benè in simili notat *Roland. à Valle dict. consf. 1. num. 72. vers. ex quibus*, vehementi expressione sic loquens = *Ex quibus omnibus supra adductis, & allegatis, concludendum venit, stantibus prædictis, fatuum esse dicere, quod perfunctoriè Cæsar in dicta confirmatione adposuerit verba ista* = quoties enim Su-
premus Princeps causâ cognitâ, vel audito 106
Consiliariorum, aut suorum Tribunalium sententiâ, aliquid concedit, aut decernit, non ex gratia, aut mero suæ potestatis usu id fecisse dici potest, ex notatis *in leg. humanum in fine Cod. de legib., quam refert Larrea allegat. Fiscal. 20. num. 7., & 8., & per Cresp. de Valdaur. obser-
vat. 114. num. 38., & sub num.* 40. Quapropter 107
quod ita decretum, aut factum est, religiosè servandum erit *ex Iseru. in Constit. Regni Privilegia la 3., & Afflicto decis. 77. num. 5.*, quemadmodum quotidie in Regno Neapolis executioni demandentur Decreta edita dominante Philippo V., & præcipuè illa Regii Collateralis Consilii, quæ hujus, de quo agitur, naturæ magis accedunt.

Frustrà verò opponeretur, ejuscemodi Causarum cognitionem pertinere ad dict. Regium Collaterale Consilium, cujus privilegiis derogare integrum non sit: Nam, tametsi versaremur in Causa, cujus reverâ cognitio privativè ad illud pertineret; nihilominus tamen, ut benè demonstratur *in cap.* 8. allegationis D. Advocati Jannucci, Sacra Cæsarea Majestas sivè per viam avocationis, sivè quacumque aliâ viâ, ac modo, illam assumere posset, ex certa illa ratione, quod nimirum quantacumque sit Jurisdictio à Supremo Principe concessa suis Magistratibus, atque Tribunalibus quantumvis summis; nihilominus retinet semper supremam il-
lam potestatem cum Principatu ipsi delatam, 108
atque ab eo inseparabilem, cujus vigore, juxtà Regum officium, Judicium facere, atque justitiam administrare potest, ut optimè in dicta allegatione, adeo quidem ut id illi non licere di-
ei posset eo solum casu, quo ex legibus funda- 109
mentalibus alicujus Principatus, limitata solummodò potestas eidem esset impartita, cum prohibitione videlicet cognoscendi certas causas, de quibus judicandi facultas, atque Jurisdictio Senatui, aut alicui simili, supremoque Magistratui reservata esset; nemo autem non videt quantum id aberret à casu nostro.

His autem licèt planè sublata videri posset exceptio desumpta ex ordine judiciario, quâ retardari contenditur dictorum redituum restitutio; attamen in concreto casus nostri magis urget quod restitutio in præsens facienda non pendet ex judicio ferendo per Regium Collaterale Consilium, sed ex contractu conventionali publicæ pacificationis, in qua à Principibus paciscentibus promissa est restitutio Bonorum utrinque facienda eis, qui illa possidebant tempore Belli, & nonnisi vi Belli ab eadem dejecti fuerunt; hujuscemodi verò contractus, atque
promissionis interpretatio ad Supremos dumta- 110
xat Principes pertinet, inter quos cùm nullum civilis vinculum juris, sed sola tantùm naturæ ratio intercedat, propterea æquo ipsorum judicio consulendum, cavendumque est, nè con-
venta restitutio promissa, atque facienda ipso- 111
rum

rum Subditis, ac sequacibus, facilè eludatur:
idque præsertim præsumendum, quando Bona
112 à Fisco occupata reperirentur, quo certè casu
noluerunt, quod de his cognoscere, atque ju-
dicare possent fiscales Magistratus, qui gra-
vibus, atque diuturnis litibus Restitutos frustra-
ri possent, ideoque, ut dictum est superioribus
locis, coram illis instituendæ non sunt lites,
sed summariè demonstrato, quæ, & qualia Bo-
na ad Restitutum pertinerent, ab eoque possi-
derentur, illorum restitutio talibus Magistra-
tibus imperata dicitur, exequutionis tantum-
modò obsequio ipsis relicto: Eâ verò sequutâ,
si qui sint Oppositores, qui potiora Jura super
eisdem Bonis habere contendant, juxtà illorum
naturam, & Causarum qualitatem coram suo
competenti Judice, ac Tribunali de his discep-
tare deindè poterunt; atque in hoc reverâ ver-
113 sari potest Jurisdictio Regii Collateralis Consi-
lii, à quo cognoscendæ, atque dijudicandæ es-
sent controversiæ omnes, si quæ ex aliquo pri-
vato, atque speciali jure moverentur contra Se-
renissimam Principem, post ejus favore à Cæ-
sarea Majestate decretam, atque expletam re-
stitutionem in dicto Articulo Pacis Radstadien-
sis solemniter, religioseque promissam.

Quæ cum ita sint, & Jura Serenissimæ Prin-
cipis clara esse videantur, utpotè desumpta ex
aperta dispositione dicti Articuli: contrà verò
exceptiones deductæ à Defensoribus Regii Pa-
trimonii, vel penitùs insubsistentes sint, vel
ambigi nequeat, quin dubiæ saltem censeri
possint; non omittendum sanè reor, quod si
juxtà familiares regulas id exuberaret, nè co-
lore ullo retardari posset executio dicti articu-
li; præsertim verò quum res agitur cum Fisco,
114 ex regula, quæ in Causis dubiis contra illum
constituta reperitur per argumentum ductum
ex leg. non puto ff. de Jur. fisc., *de qua Peregrin.
de Jur. fisc. lib.6. tit.1. num.3.*, *Gobb. inter tract.
var. quæst. 1. ad leg. Benè a Zenone num. 47.*, *&
seqq.*, *Cabed. decis.81. num.4. part. 2.*, *Fontanell.
decis.465. num.13.*, & frequenter apud alios:
potiori certè jure id locum sibi vindicabit in
Causa restitutionis, de qua agitur, quæ, juxtà
115 omnia publici Juris præcepta, latissimè semper
interpretanda est, & ob pacis, publicæque uti-
litatis favorem benignâ semper intelligentiâ
amplianda.

Placentina Successionis.

Jesuitæ, post emissum quartum solemne Religionis votum, sunt incapaces succedendi, ut adquirant sibi, vel Religioni. Renunciatio omnium jurium præsentium, & futurorum facta à Jesuita ante quartum Religionis Votnm non comprehendit hereditatem Fratris, qui Renunciationis tempore non erat mentis compos. Hereditas in renunciatione comprehensa non Ecclesiæ, seu Domui Societatis renunciatariæ, sed legitimis Defuncti Heredibus debetur, si post emissum quartum Votum delata fuerit. Renunciatio ut comprehendat jura futura ex nova caussa, quæ verborum amplitudo, & conjecturæ sufficiant?

VOTUM IV.

1 *Jesuitæ, solemni emissione quarti Voti, veram profitentur mendicitatem.*
2 *Et habentur, ac si professi essent in Religione Minoritarum, & Cappuccinorum.*
3 *Minoritæ, & Cappuccini sunt incapaces Bonorum, etiam in* communi.
4 *Jesuitæ, post emissum quartum solemne Votum, sunt incapaces succedendi, ut adquirant sibi, vel Religioni.*
5 *Et ad hunc effectum tamquam mortui reputantur.*
6 *Idem de Minoritis, & Cappuccinis.*
7 *Jesuitæ, & Fratres Minores de Observantia, ceterique strictioris Regulæ S. Francisci, Cappuccinorum nomine comprehenduntur.*
8 *Hereditas ex incapacitate ejus, qui Professionem emisit, defertur Personis in pari, vel in sequenti gradu*, & num. 15.
9 *Jesuitæ, si sola biennii vota emiserint, ipsis, non Religioni hereditas adquiritur.*
10 *At nec ipsis, nec Religioni, si Professionem, aut vota Coadiutorum nuncuparint*, & num. 148. & 151.
11 *Ex Professionis momento inducitur mors quoad omnes Juris effectus.*
12 *Jesuitæ ex emissione quarti solemnis Voti pensiones, ac Beneficia amittunt, necnon testandi facultatem.*
13 *Jesuitis emittentibus quartum solemne Votum, fideicommissa ab ipsis possessa transeant deinde ad substitutum cum potestate percipiendi fructus, etiam non expectatâ morte naturali Professi*, & num. 14. & 15.
17 *Renunciatio facta de hereditate Viventis inducit votum captandæ mortis à Jure improbatum.*
18 *Non procedit si facta est ad piam Causam.*
19 *Idem, si talis hereditas, non speciatim, sed sub generalitate jurium fuit in renunciatione comprehensa*, & num. 20.
20 *Generalitati non derogatur ex facta expressione certæ hereditatis.*
21 *Eaque expressio debet gratiâ majoris demonstrationis facta censeri.*
22 *Jus succedendi in intestata hereditate Viventis omnino incertum est, & mere futurum*, & nu. 60. 88. & 158. *& assimilatur somniis Vigilantium* num. 89.
23 *Juri de futuro inesse dicitur jus ipsum futurum, ejusque spes.*
24 *Juris futuri spes est, pretio æstimabilis*, & num. 64.
25 *Jus futurum in contractum potest deduci*, & num. 65. 108.
26 *Quæstio facti est, ubi de Disponentium mente disceptatur.*
27 *In Quæstione facti inspiciendum est, quid ante rem, quid cum re, quid post rem evenerit.*

28 *Re-*

28 Renuncians censetur hereditatem, etiam Fratris viventis, in Renunciatione comprehendisse, si hic æger mente, & corpore testari non erat aptus, ac erat facilè ab intestato decessurus.

29 Renunciatio amplis verbis, & generalibus concepta, debet censeri ad jura etiam ex caussa de futuro extensa, & num. 34.

30 Verba Renunciationis = omnia universa ejus Bona, substantiasque una cum omnibus ejus juribus, rationibus, & actionibus &c. quomodocumque, & quandocumque, ac qualitercumque modò competentia, vel in futurum competitura &c. important comprehensionem juris etiam succedendi in hereditate Viventis.

31 Præsertim ex illarum clausularum geminatione = quomodocumque, & qualitercumque modo competentium, vel in futurum competiturorum = Declara ut num. 110.

34 In Renunciatione quid fuerit comprehensum, quidve exclusum, ex Renunciantis mente investigandum est.

35 Atque ex illius finali caussa.
Item ex persona ipsius Renunciatarii, num. 38.

36 Renunciatio ex caussa ingressus in Religionem est latiùs interpretanda.

37 Ita ut censeatur comprehendere etiam jura de futuro, & num. 128.

39 In Renunciatione respiciente Operis pii, atque Animæ Renunciantis favorem, benignior semper interpretatio debet sumi, & num. 132.

40 Renunciatio in dubio censeri debet comprehensiva etiam jurium de futuro, si id intellexisse Renuncians declaret.

41 Declaratio facta à Renunciante de eo, quod in renunciatione comprehendere intellexerit, licita est, & valida.

42 Præsertim ubi verisimilitudo, & Renunciantis probitas concurrit.

43 Nec non ejus ætas ad senectutem vergens.

44 Renunciatio intestatæ successioni, quæ sit merè abdicativa, Renunciatario nil prodest, & num. 49.

45 Renuncians, renunciatione merè abdicativa intestatæ successioni, habetur ac si è medio sublatus, & num. 47.

46 Eademque successio ad Proximiores Defuncti, non ad Renunciatarium deferenda est, & num. 48.

50 Renunciatio intestatæ successioni, merè abdicativa, nullum Renunciatario jus tribuit.

51 Ejusque assecutio, per existentiam Renunciantis, impeditur.

52 Renunciatio quælibet venit strictissimè interpretanda, & num. 107.

53 Præsertim si sit translativa, & num. 82.

54 In Renunciatione translativa tantum dicitur comprehensum, quantum in ea nominatim expressum reperitur, atque oculis corporeis legitur num. 55., Aut necessariò ab expressis infertur num. 56., Rejectà quacumque extensione ad res, jura, casus, & personas non nominatas, num. 57., & 80.

58 Renunciatio merè translativa non extenditur ad futura, & num. 84.

59 Nec subsistere valet in jure incerto, & dependente a causa pariter incerta, & num. 85.

61 Sed versatur circa jura habentia præexistentem caussam, & num. 83.

62 Ipsique Renuncianti jam inhærentia.

63 In renunciatione mere translativa venire non censentur jura successionis in hereditate Viventis.

66 Renunciatio juris merè futuri, atque incerti valida habenda est.

67 Renunciatio merè translativa non censetur comprehendere intestatam hereditatem Viventis, nisi id expressè dictum, conventumque sit, & num. 70. & 80.

68 Vel nisi connexio quædam verborum adsit in renunciatione, ut sinè illius comprehensione nequeat subsistere, & num. 71. & 109.

69 Dispositionis verba ubi deficiunt, deficit etiam dispositio.

71 Renunciatio juribus futuris, licèt amplissimè facta, si possit referri ad jura competentia ex aliqua caussa præexistente, non censetur, comprehendere intestatam Viventis hereditatem, & num. 79. & 110.

72 Verba proœmialia Dispositionis indigitant quidem animum circa aliquem actum faciendum, sed ipsum perfectè non explicant.

73 Verba autem partis dispositivæ actum complendum innuunt.

74 Clausula & infra in parte proœmiali Dispositionis, importat ipsius proœmialis cum parte dispositiva connexionem.

75 Pars proœmialis, tametsi amplissima, declaranda est, atque restringenda ad terminos dispositivæ, & num. 76., 104. & 106.

77 Præsertim quando pars proœmialis stat ad inferiùs ordinanda.

78 Verba proœmialia Dispositionis. Di quì è, che colla presente &c. dispongo nel modo seguente, cioè &c. innuunt, proœmialem partem stare ad inferius ordinanda in parte dispositiva.

81 Renunciatio, licèt concepta verbis futuri temporis, in dubio non censenda est comprehendere intestatam Viventis hereditatem.

86 Actio non subsistens renunciationis tempore, sed post oriens, dicitur novum contingens.

87 Et ad illud non porrigitur.

90 Renunciatio juribus futuris non censetur comprehendere spem succedendi in hereditate Viventis, cum res est de successione in Bonis paternis.

91 Vel de consequenda ex his Legitima Filio debita.

92 Procedit maximè cum res est de hereditate Fratris, & num. 123., & 126.

93 Renunciatio facta juribus etiam extituris cum adjectione ubique locorum nequit dici extensa ad spem succedendi in intestata Viventis

tis hereditate, quæ nullo potest loco *circumscribi.*

94 *Sed solùm ad alia jura fundata in caussa jam præexistente.*

95 *Præsertim si talis renunciatio facta sit pro aliqua temporis circumstantia, qua jura ex nova caussa extitura nequeant Renuncianti competere*, & num. 126.

96 *Renunciatio connotans jura ad certam usque diem competentia non extenditur ad jura extitura ex nova superveniente caussa.*

97 *Renuncians juribus futuris, nullâ factâ mentione hereditatis Fratris Viventis, non censetur eam voluisse comprehendere*, & num. 98.

99 *Disponentis voluntas rectè à discretivo loquendi modo valet argui.*

100 *Renunciatio juribus futuris, adhibito verbo* Patrimonii, *non importat spem succedendi in intestata Viventis hereditate.*

101 *Spes succedendi in intestata Viventis hereditate, in cujusplam Patrimonio non potest esse.*

102 *Substitutio nondum purificata in Bonis non connumeratur.*

103 *Renunciationis substantia verè consistit in ejus parte dispositiva.*

105 *Renunciationis una pars ab altera est intelligenda, & declaranda.*

111 *In Renunciatione nequit dici comprehensum jus succedendi in intestata Viventis hereditate, nisi renunciatum fuerit juri futuro, etiam ex nova caussa competituro.*

112 *Aliter jus istud futurum intelligitur de jure futuro ex caussa de præsenti, vel de præterito*, & num. 113.

114 *Clausulæ* quomodocumque, & quandocumque, ac qualitercumque &c. competiturorum, *quoad jura futura, solent in renunciationibus de stylo a Notariis apponi.*

115 *Idem de Clausula* tam ex testamento, quàm ab intestato.

116 *Præsertim in partibus non dispositivis.*

117 *Et Clausulæ ejusmodi robur adijciunt renunciationi, illam autem ultra expressa non extendunt*, & num. 120.

118 *Renunciatio ut dicatur extensa ultra specificè in ea expressa, non sufficiunt Clausulæ* quomodocumque, & quandocumque, ac qualitercumque *in parte solùm proæmiali, non vero in dispositiva adjectæ.*

119 *Et argumentum, quod aliàs dictæ Clausulæ, remanerent superfluæ, levissimum est.*

120 *Clausulæ* quomodocumque, & quandocumque, ac qualitercumque *in proæmiali solùm renunciationis parte, licèt non importent plusquàm in ea specificè expressum sit, superfluæ non remanent.*

121 *Parti enim dispositivæ majus robur adijciunt.*

122 *Et declarant id, quod de jure inest, majoremque actui tribuunt securitatem.*

123 *Renunciatio potiùs quàm censenda sit extensa ad quæ specificè non sunt expressa, superfluæ haberi debent Clausulæ* quandocumque, & quomodocumque, ac qualitercumque *in ea adjectæ.*

125 *Renuncians noluisse censetur, quod, dum poterat, declarare omisit.*

126 *In Successione Bonorum Avitorum non debet Fratri Ecclesia præferri.*

129 *Renuncians id solum, quod expressit, à se abdicasse, & in alios transtulisse censetur.*

130 *Renunciatio si fit ex caussa ingressus in Religionem, majorem habet firmitatem.*

131 *At non comprehendit, quæ specificè non sunt expressa.*

133 *Ecclesia tantùm recipit, quod sibi oblatum est, non verò incertas aucupatur successionum spes.*

134 *Successio, deficiente facto hominis, legitimis heredibus a Lege defertur*, & num. 155.

135 *Renuncians sibi debet imputare, cur mentem suam clariùs non explicarit.*

136 *Renunciationis verbis, non declarationi à Renunciante postea factæ standum est.*

137 *Præsertim si declaratio versatur circa jura ad Renunciantem non pertinentia renunciationis tempore.*

138 *Declaratio Renunciantis de eo, quod in renunciatione comprehendere intellexerit, faciliùs recipitur, si agatur de juribus ad ipsum tempore renunciationis pertinentibus.*

139 *Item, si est circa res, quibus nec natura actus, nec ratio Juris resistit.*

140 *Et quando inesse dignoscitur actui, cujus fit declaratio.*

Secus, si aliquid eidem actui superaddat, num. 141.

141 *Declaratio non est, sed nova dispositio, si quid actui declarato superadditur.*

142 *Actu jam perfecto, nequit per novam dispositionem Tertio noceri.*

143 *Per Professionem à Renunciante emissam, jus de futuro ei competens resolvitur, etiam quoad Renunciatarium*, & num. 172.

144 *Renunciationi cuilibet tacita inest conditio, si jus renunciatum, vivo Renunciante, deferatur*, & num. 149.

145 *Renunciatio, mortuo Renunciante, inefficax esse.*

146 *Jura de futuro per mortem Renunciantis caducantur favore Successorum à Lege, vel ab homine vocatorum.*

147 *Procedit in casu mortis nedum civilis, sed etiam naturalis, capitis nempe diminutionis, vel Professionis in Religione incapaci Bonorum in communi*, & num. 150.

152 *Societatis Jesu Collegia, atque Domus capaces sunt successionum ex dispositione hominis; illa nempe, ad plenum dominium adquirendum; hæ, ad effectum vendendi, & consequendi æstimationem.*

153 *Intellige de Successionibus, & Legatis ab Exteris relictis, non verò à Professis, vel aliis ex eorum persona.*

154 *Re-*

154 *Hereditas dicitur ex dispositione hominis, quum à Defuncto relicta est, non vero quum ex alterius persona capitur.*

155 *Renunciatio Successioni, illius naturam immutare nequit.*

156 *Renunciatio jam Professi in Societate Jesu, non est juris renunciati translativa, si favore Parentum, secus, si ante professionem, favore ipsius Societatis facta sit.*

157 *Diversitas tamen hæc non est à Doctoribus recepta.*

158 *Renunciationis vis, & efficacia metienda non est ex persona Renunciatarii, sed ex persona, & jure Renunciantis.*

160 *Nemo dare potest, aut donare, quod non habet, & suum non est.*

161 *Renunciatio juribus futuris nequit Renunciatario prodesse, nisi Renuncians, quo tempore aperiuntur, eorum capax sit.*

162 *Cessionarius dicitur Procurator Cedentis, ejusque personam repræsentat.*

163 *Renunciantis jus, quod sit resolubile, tale etiam in Renunciatarium transit.*

164 *Jesuitæ ex suis Constitutionibus renunciare teneatur capacitati in posterum succedendi.*

165 *Translatio jurium per Juris fictionem inducitur.*

166 *Fingitur enim Renuncians ea acceptare, deindeque in alium transferre.*

167 *Fictio Juris locum nequit habere in re de Jure impossibili.*

168 *Fictio Juris locum in renunciatione non habet quoad jura, ejus tempore, Renuncianti non competentia*, & num. 171.

169 *Renunciatio facta juri tempore renunciationis non competenti, solum potest abstensionis effectum in Renunciante operari.*

170 *At nullum Renunciatario jus tribuit.*

172 Castropal. opinio refellitur.

REVERENDUS Pater Josephus Zannardus Landus quartum solemne votum nuncupaturus in amplissimo Ordine Societatis Jesu, suorum Bonorum, ac Jurium renunciationem celebravit favore Ven: Ecclesiæ Sancti Petri Placentiæ Ven: Collegii dictæ Societatis; unicus autem dictæ renunciationis tempore illi erat Frater, nempe bon. mem. Augustinus Zannardus Landus reliquus ex universa ejus Familia, quam Renuncians ab illo propagari minimè posse sperabat ob corporis ægritudinem, & mentis imbecillitatem, quæ nedum ceteros civiles gerendi actus, sed matrimonium etiam contrahendi incapacem illum reddebat. Quamobrem, ut tempore celebratæ renunciationis prævideri jam poterat, cùm ille, nullo condito Testamento, decesserit, quæstio oritur super intestata ejusdem hereditate, an videlicet illa, sublato è medio R. P. Josepho illius Fratre, qui, licèt adhuc naturalem vitam ducat, ob solemnem tamen professionem quarti Voti, instar mortui habetur, devolvenda sit ad DD. Comites de Arcellis, & Palastrellis, aliosque legitimos heredes, qui tempore obitus Defuncti, eidem proximiores, illiusque legitimi heredes effecti erant, vel potiùs successio delata dicenda sit ad Ecclesiam præfati P. Josephi renunciatariam, super qua controversia pluribus ad me transmissis luculentis responsis Defensorum tuentium partes Collitigantium, cùm rogatus fuerim, ut sententiam meam pro veritate dicere velim, illam qualemcumque explicabo.

Profectò, si, nullà à P. Josepho factà favore præfatæ Ecclesiæ renunciatione jurium quomodocumque, quandocumque, ac qualitercumque, etiam in futurum ipsi competiturorum, ageretur de intestata dumtaxat successione bon. mem. Augustini, quæstio esset de re non dubia, nam illa, solemni emissione quarti Voti 1
utpote nexu reciproco, ac ultro citroque obligatorio alligatus Ordini tum ex Instituto suo, tum ex Pontificiis Constitutionibus *Pauli III., Julii III., Sancti, Pii V., & Gregorii XIII.* veram mendicitatem profitenti, verè mendicans effectus est, perindè, ac si esset professus in Religione 2
Minoritarum, ac Cappuccinorum incapacium 3
Bonorum etiam in communi, latissimè *Fagnan. in cap. in præsentia ex n. 82. usque ad fin., Grat. cons. 68. nu. 13. lib. 1., Gabriel. cons. 28. lib. 1., Giovagn. respons. 85. lib. 1., Pancirol. cons. 113. n. 3., Molin. de Just. & Jur. tract. 2. disp. 139. vers. in nostra Societate, & vers. Jam professi, & disput. 140., Sanchez. in præcept. Decalog. lib. 7. cap. 3. nu. 70. vers. excipe tamen & cap. 9. num. 25., & cap. 15. num. 10. ejusdem lib. 7., Sayr. in claus. regular. lib. 9. cap. 7. num. 8., Ricciall. de Jur. personar. extr. grem. Eccles. lib. 8. cap. 9. num. 3., Gratian. discept. 202. in fin., Censal. ad Peregrin. de fideicom. art. 28. §. Quinto observo fol. mihi 158. juxta Venet. impress. colum. 1., Scalon de Testament. lib. 6. cap. 3. §. 2. num. 23. 25. & 26., Card. de Luc. de Testament. disc. 36. nu. 5. in fin., & in annotat. ad Concil. disc. 35. num. 11. vers. postquam verò, R. P. D. Fattinell. in suis respons. post tract. de translat. Pension. Respons. 47. nu. 1., & respons. 48. nu. 4., Palma inter decis. ab ipso collect. tom. 3. decis. seu veriùs respons. 298., & latius Torr. apud eundem resp. 299., Rot. coram Burat. decis. 243., & in rec. decis. 110. part. 10.*, ac per consequens ob dictam solemnem professionem factam in Ordine veram mendicitatem profitente tàm Professus, quàm ejusdem Ordinis Domus, & Collegia, incapacia prorsus essent acquirendi legitimas hereditates, & Successiones ex persona Professi, qui, instar mortui, habetur, non secus ac 5
Minoritæ, aut Cappuccini *Molin. de Justit. &* 6
Jur. tract. 2. dict. disp. 139. vers. in nostra Societate ibi = *Veruntamen non solùm professæ Domus jus ullum non habent ad Bona suorum Religiosorum, sed neque Collegia, neque probationum Domus* = & rursus = *tàm Professi, quàm Coadiutores omnes spirituales Societatis sunt eo ipso incapaces cujuscumque Dominii, & neque Domus Professæ, neque Collegia, aut quisquam alius heredes esse possunt eorum loco, sed ad eum effectum reputantur*

tur tamquam mortui naturaliter, non secùs, ac mino-
res Fratres Professi de Observantia, & Cappucci-
ni = Idque repetit disput. 140. in princip. ibi = Do-
7 mus omnes, & Collegia Societatis Jesu, & Mo-
nasteria Fratrum Minorum de Observantia, &
ceterorum, qui strictiùs adhuc Regulam S. Fran-
cisci observant, quos omnes Concilium Tridenti-
num Cappuccinorum nomine comprehendit; In his
enim omnibus Monasteriis, Domibus, aut Colle-
giis &c. itaut neque ipsi, aut Monasteria, aut quis-
que alius eorum loco, ac nomine jus ullum habere
possit, sed reputantur, ac si mortui essent natu-
raliter, Card. de Lugo lib. 4. resp. moral. dub. 4.
num. 7., Layman. theolog. moral. lib. 3. sect. 5. cap.
7. num. 13. vers. tertio quia Constitutio, & nu. 15.,
Sanchez. in præcept. Decalog. lib. 7. cap. 9. nu. 25.,
Pancirol. consil. 114. num. 3., optimè Castell. de Do-
nat. part. 1. disc. 2. partic. 4., Censal. ad Peregrin.
de fideicomm. art. 25. vers. quinto observo fol. 158.
colum. 1., Card. de Luc. de Regular. disc. 63. num. 3.
& seq., R.P.D. Fattinell. dict. resp. 47. num. 9.,
& resp. 48. num. 4., & seq., Palm. dicto suo res-
pons. inter decis. ab ipso collect. decis. 298. num. 2.,
& in resp. Torr. inter easdem decis. dec. 299. num.
7., R.P.D. Petra in suis Comment. ad Constit. A-
postol. tom. 3. ad Constit. 1. Clementis IV. sect. 1.
num. 3. fol. mihi 359.

Ità quidem ut ob incapacitatem contractam
ratione Professionis efficientis, quod Professus
habeatur pro non existente in rerum natura,
8 successio ministerio legis deferatur iis, qui sunt
in pari, vel in sequenti gradu Giovagnon. dict.
resp. 85. lib. 1., Pancirol. consil. 115. num. 3., Molin. de
Just., & Jur. dict. tract. 2. disput. 40., Sanchez.
ad præcept. Decalog. lib. 7. cap. 9. num. 25., Fi-
liucc. de obligat. relig. stat. tract. 15. disput. 3. punct.
5. num. 1. ibi = neque idem est sermo de Religiosis
Societatis Jesu, nam si sola Biennii Vota emise-
9 rint, ipsis, & non Monasterio defertur heredi-
tas, si verò Professionem, aut Vota Coadiutorum
10 emiserint, neque ipsis, neque Monasterio hereditas
acquiritur, sed aliis heredibus = Castell. dict. par-
tic. 4. num. 13., Peregrin. de fideicommis. art. 28.
num. 63., ubi Censal. dict. art. 28. vers. observo
quinto fol. mihi 158. colum. 1. vers. fin., ubi, quod
ex momento Professionis inducitur mors quoad
11 omnes Juris effectus Staiban. Jun., resol. 97. num.
16., Card. de Luc. de Regular. disc. 63. num. 4., &
in annot. ad Concil. dict. disc. 35. num. 11. vers.
postquam verò, ubi postquam statuerat omni-
modam incapacitatem quoad Jura successoria
resultantem ex dicta solemni professione quarti
Voti, concludit his verbis = Et in summa, ut in
iis, quæ sæculum, ac personam concernunt, ha-
beatur omninò pro mortuo tamquam Religiosus
professus Religionis incapacis, etiam in communi,
12 & per consequens amittantur Pensiones, atque va-
cent Beneficia, ac etiam cesset omnis facultas te-
standi, vel disponendi cum similibus effectibus,
ex vero ac perfecto statu regulari resultantibus =
Mans. consult. 117. num. 25. & seqq., R.P.D. Fat-
tinell. resp. 47. num. 4. & seq., & resp. 48. nu. 5.,
13 inquiens, ex momento emissæ hujusmodi profes-
sionis expirare statim fideicommissa, illaque
De Contract.

transire ad substitutum cum potestate perci- 14
piendi ex illis fructus, non expectatâ morte na- 15
turali Professi, Palm. dict. resp. 298. num. 6., &
num. 15., & resp. 299. num. 14., ubi D. Torre al-
legat se ipsum in tract. de pact. futur. success. lib.
3. cap. 11. num. 9., & de success. in majorat., &
Primog. Ital. part. 1. cap. 30. §. 3. num. 67., quibus
addi possent alii innumeri loquentes in genere
de istiusmodi Professis in Religionibus incapaci-
bus Bonorum in communi. Si igitur tam R. P.
Josephus ob nuncupationem quarti solemnis
Voti, quàm, ex ejus Persona, Domus, & Col-
legia Societatis Jesu incapacia prorsus sunt cu-
juscumque legitimæ successionis tàm activæ,
quàm passivæ, ità quidem ut perindè, ac si
naturaliter mortuus ille esset, locum faciat iis,
quibus operatione legis defertur intestata suc-
cessio, plana res esset favore DD. Comitum de 16
Arcellis, aliorumque litis Consortium, qui ob
mortem civilem P. Josephi gradu proximiores
effecti reperirentur bon. mem. Augustino De-
functo ab intestato.

Et reverâ in hoc consentiunt Defensores etiam
Ven. Ecclesiæ Sancti Petri, qui illius jus de-
sumunt, atque constabilire conantur in renun-
ciatione favore dictæ Ecclesiæ facta à P. Jose-
pho, antequam emissione quarti Voti solemni
Professione Societati devinceretur; ad cujus sa-
nè renunciationis vim, atque efficaciam inve-
stigandam, dignoscendamque, cùm plurimùm
valere posse censuerim explicare statum, & ca-
pacitatem tum Ordinis, tum Professorum So-
cietatis Jesu quoad Jura successoria, idcircò,
antequam assumerem dictæ renunciationis exa-
men, operæ pretium esse credidi præmittere
ea, quæ quoad intestatas, atque legitimas suc-
cessiones ex mente Pontificiarum Sanctionum,
atque ex hujus inclyti Ordinis Constitutionibus
præscripta sunt; manum itaque demandato mi-
hi muneri admovens validitatem dictæ renun-
ciationis in dubium minimè revocabo sub ob-
tentu, quod illa, utpotè facta de hereditate 17
viventis, induere valeat votum captandæ mor-
tis, ideoque legibus nostris improbata dicatur,
nam sub censura Sanctionum irritas declaran-
tium dispositiones illas, quæ quoquomodo al-
terius mortis optandæ, captandæque ansam
præbere possunt, nullo pacto comprehenditur
renunciatio, de qua agitur, tum quia facta fa- 18
vore piæ Causæ, atque politici Corporis Eccle-
siæ, nimirum Collegii Societatis Jesu, ut optimè
in allegationibus ad me transmissis, tum etiam
quia hereditas Fratris viventis, utpotè non 19
nominatim, sed sub generalitate dumtaxat ju-
rium Renuncianti competentium, & competi-
turorum in dicta renunciatione comprehensa,
votum illud non minus legis, quàm naturæ vo-
ce improbatum induxisse non potuit ad Text. in
leg. 1. §. 1. ubi Glossa in verb. justa ff. pro socio,
Alb. consil. 11. num. 15. in fin. vers. videtur itaque,
Ladercb. consil. 33. num. 6., Sanchez. in præcept.
decalog. lib. 7. cap. 2. num. 31., Gratian. discept.
forens. cap. 692. num. 49., Vinn. de pact. cap. 19.
num. 7., Merlin. de pignor. lib. 2. quæst. 40. num.
E 24., Ur-

24., *Urceol. consult. 98. num.49.*, *Cutell. decis.*
5. sub num.113. vers. Item renunciatio, *Franch.*
decis.89. num.4., *Capyc.decis.159. num.10.*, *Rot.*
coram Buratto decis.366. per tot., *& coram Ben-*
20 *incasa decis. 145. sub num.11.*, *& seq.* tradens,
etiam expressionem certæ hereditatis non dero-
21 gare generalitati, sed censendam esse factam
gratiâ majoris demonstrationis, idemque tra-
diderunt *Decian.cons.44. nu.97. lib.4.*, *Gratian.*
dict. discept.692. num. 50., *Palm. allegat. 153.*
num.75., *Card. de Luc. de renunciat. discurs.13.*
num.7. & seqq., *& disc.16. num.4.*, *alter de Luc.*
de lin. legal. art.28. num. 15. & seq., *Rota coram*
Burato dict. decis. 366. num. 3. Quamobrem, his
posthabitis, ut recto Judicio definiri queat qua-
le nam Jus Ven. Ecclesiæ Sancti Petri compe-
tere possit super intestata hereditate præfati
bon. mem. Augustini ex persona P. Josephi il-
lius fratris, in cujus locum dicta Ven. Eccle-
sia se subingressam esse dicit virtute renuncia-
tionis ipsius favore ab isto factæ, examinando
illius naturam, & efficaciam, statuendum primo
loco erit, an in dicta renunciatione comprehen-
sum dici possit illud qualecumque jus prorsus
de futuro Renuncianti competens super intesta-
ta hereditate fratris viventis; deinde, supposi-
tâ tali comprehensione, examinandum erit, an
talis renunciatio suffragari queat Ven. Ecclesiæ
S. Petri, eo quod agatur de hereditate, & Ju-
re delato tempore, quo P. Josephus ob solemnem
emissionem quarti Voti in Religione incapaci
Bonorum etiam in communi, pro civiliter mor-
tuo habebatur.

Rem igitur ordiendo à prima mox propositi
assumpti parte, dicendum videtur, jus succe-
dendi in intestata fratris viventis hereditate
comprehensum dici posse in renunciatione, de
qua agitur, quia, licèt illud utpotè nec spe,
nec re competens speretur, solum quæri possit
22 novâ aliquâ superveniente causâ, ideoque in-
certum omninò sit, & merè futurum; nihi-
23 lominus, cum tali Juri de futuro duo inesse di-
cantur, nempè jus ipsum futurum, quod in
rerum natura non est, & spes, quæ ab illo di-
stincta est, & hæc præsens, inque nostris Bo-
24 nis, & pretio æstimabilis esse dicatur ad *Text.*
in leg. verbum illud 18. ibi = *pertinere ad nos*
etiam ea dicimus, quæ in nulla eorum causa sunt,
sed esse possunt = *ff. de verbor. signific.*, cum aliis
concordantibus Juris nostri locis, & auctorita-
tibus relatis apud *Oleam de cess. Jur. tit.3. quæst.*
10. num. 13., hinc sequitur, quod tale jus in
contractum deduci, cedi nimirum, donari, ac
25 renunciari potuerit *Gallerat. de renunt. cent. 2.*
renunt.17. num.8., & latè prosequitur *Olea de*
cess. Jur. dict. quæst.10. num.14. & seq., *Balduc.*
ad Ramon. cons.27. num.49., *& 50.*, *latè Torr. de*
pact. futur. success. lib. 2. cap. 1. num. 33., *&*
seqq.

At verò si P. Josephus in renunciatione,
quæ ab ipso celebrabatur, comprehendisse po-
tuit tale jus, tametsi futurum, & merè spera-
tum, inquirendum solummodò erit, an illud
reverâ renunciare, & in Renunciatarium trans-
ferre voluerit? Id autem cùm sit quæstio facti,
tales enim (ut passim admonent *Doctores*, & 26
præsertim *Card. de Luc.* locis innumeris) di-
cuntur illæ, in quibus de Disponentium mente,
& voluntate disceptatur, pro ea tutò assequen-
da quærendum est, *quid antè rem*, *quid cum re*, 27
quid post rem evenerit = ut ex *Cicerone in Topicis*
nos edocet *Duaren. disput. anniversariar. cap.41.*
fol. mihi 279. in med. tom.2. Quamobrem si in il-
la, quæ hodiè vertit Causa, hæc omnia dili-
genter investigemus, facilè Renunciantis men-
tem attingemus, quippè si intueamur quid an-
tè rem evenerit, qualis nempè antè renuncia-
tionem esset rerum status, P. Josephus profes-
sus fuit, plurimùm ipsum movisse ad renuncia-
tionem celebrandam favore Ecclesiæ, quia uni-
cus frater, quem superstitem habebat, Bonis,
& reditibus propriis alioquin abundans, cor-
poris, mentisque ægritudine laborabat, *maxi-*
mè, sunt verba renunciationis, *cùm ex familia*
sua unicum tantùm habeat fratrem sibi supersti-
tem, nempè Illustriss. D. Augustinum Zannar-
dum Landum ab eodem M. R. P. Zannardo Lando
summoperè dilectum, qui viginti ab hinc annis re-
tro circiter habituali ægritudine laborat, quam
naturaliter insanabilem, attestati sunt cum eorum
Juramento nonnulli Doctores periti artis, & me-
dicinæ Doctores Placentiæ, ut patet ex cura ei-
dem Illustriss. D. Augustino decreta usque de an-
no effluxo 1665. &c. quis autem, inspecto tali re-
rum statu, in dubium revocare poterit, quin Re- 28
nuncians mente prospiciens tum Judicii imbe-
cillitatem, quâ Fratri adimebatur factio Te-
stamenti, ac cujuscumque alterius dispositionis,
tum habituales ejusdem Corporis ægritudines,
quæ non remotam, sed (ut eventus docuit)
proximam illi portendebant spem succedendi in
ejusdem intestata hereditate, modò illi superstes
esset, quis, inquam, his perpensis, in dubium
revocare poterit, quin P. Josephus, qui favore
Ecclesiæ renunciabat jus omne certum, & præ-
sens sibi competens, faciliùs inductus fuerit ad
renunciandum, etiam jus futurum, & ab eventu
pendens *Rot. in rec. decis.141. num.22. part.5.*

Clariùs id elucescet, si quid cum re, in renun-
ciatione nempè factum fuerit; in ea enim Re-
nunciantem comprehendere voluisse jus etiam
succedendi in intestata hereditate fratris viven-
tis, tametsi futurum, satis innui videtur ex il-
lius verbis proœmialibus, ex quibus, quoties
generalia sunt, & ampla, renunciationem ex-
tendi ad Jura, etiam ex causa de futuro, tradit 29
Mans. consult. 400. num.13. & seqq., vix autem
amplioribus verbis Renuncians mentem suam
explicare poterat; Ille enim jam jam solemnem
professionem emissurus ità loquutus fuit = *ideò* 30
antè dictam professionem emittendam omnia uni-
versa ejus Bona, substantiasque unà cum omnibus
ejus juribus, rationibus, & actionibus ad eundem
M.R.P. Zannardum Landum quomodocumque, &
quandocumque, ac qualitercumque modò compe-
tentia, vel in futurum competitura renunciare,
transferre, ac cedere infrascriptæ Ecclesiæ S.Pe-
tri Placentiæ ejusdem Societatis Jesu =, sub hac

autem

autem generali, atque ampla expressione Ju-
rium futurorum comprehendi posse jus etiam
succedendi in hereditate viventis, licèt merè
speratum, ac pendens à causa de futuro, tra-
diderunt *Mandell. Alb. cons.* 11. *num.* 17. *Panci-*
rol. cons. 62. *num.* 8., *Port. Imol. cons.* 142. *nu.* 45.
& seqq., *Menoch. cons.* 401. *num.* 119., *Conciol.*
allegat. 31. *num.* 34., *Mans. dict. consult.* 400. *num.*
214. *& seqq.*, *Addend. ad Burat. decis.* 310. *num.*
9., *Rota apud Gilian. ad Stat. Perus. decis.* 95.,
in rec. dict. decis. 141. *part.* 5., *in Melevitana suc-*
cessionis 21. *Junii* 1686. *§. Tertio quia coram Card.*
31 *Matteio*; Certiùs, perpensis illis geminatis,
atque sæpius inculcatis clausulis = *quomodocum-*
que, quandocumque, & qualitercumque modo com-
petentium, vel in futurum competiturorum, quas
tam conjunctim, quàm seorsim ad rem nostram
examinant *Mascard. de probat. conclus.* 1271. *nu.*
14., *Cancer. variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 35.,
Adden. ad Gregor. decis. 265. *in fin. Gallerat.*
de renunt. cent. 1. *renunt.* 17. *num.* 36., *Montan.*
contr. 9. *num.* 3., *Capyc. latr. consult.* 77. *num.* 45.,
Conciol. allegat. 31. *num.* 34., *Mans. loc. mox citat.*,
Rot. in rec. decis. 109. *num.* 1., *& seqq. decis.* 41.
num. 4. *part.* 5., *& in Melevitana successionis loco*
pariter citat.

Cui porrò verborum amplitudini robur addit
certa illa, cujus meminimus, spes, quæ Renun-
32 cianti affulgebat, si nempe supervixisset fratri
carenti testamenti factione, sibi delatum in ejus
hereditatem; quamobrem, si pro dignoscendo
quid in renunciatione comprehensum, vel ex-
33 clusum ab ea sit, præcipuè spectanda est mens
Renunciantis *Saminiat. contr.* 100. *nu.* 48., *& seqq.*
in Ariminen. Fideicommissi Bandi, & Æneæ de
Bandis 26. *Junii* 1697. *§. Hæcque intelligentia*
coram Rño Molinet Decano, hæc perspicua reddi
34 videtur ex circumstantiis in nostra specie con-
currentibus, atque coadiuvatis prægnantiâ ver-
borum, ex quibus conijci potest, Renunciantem
in eo rerum statu de tali Jure cogitasse *Mandell.*
Abb. cons. 11. *nu.* 17., *Gallerat. de renunt. cent.* 1.
renunt. 17. *num.* 37., *Tondut. quæst. civil. part.* 2.
qu. 200. *nu.* 7., *Bottiglier de success. ab intest. theo-*
rem. 45. *num.* 6., *Adden. ad decis.* 523. *num.* 84.
part. 4. *tom.* 3. *rec.*, *Mans. consult.* 400. *loco citat.*,
& num. 124. *& seqq.*, *Rota apud Torr. de pact. fu-*
tur. success. decis. 120. *num.* 5. *coram Benincasa*
decis. 145. *nu.* 7., *in Ariminen. Fideicommissi Ban-*
di, & Æneæ de Bandis 26. *Junii* 1697. *§. final.*
coram Rño Molines Decano.

At præterea quamcumque benigniorem in-
terpretationem, & ampliorem renunciationis
extensionem in nostro casu faciendam esse nos
admonent tum causa finalis, ob quam facta fuit
35 talis renunciatio, qualis est illa professionis in
Religione, quæ semper latius interpretanda
36 cum extensione renunciationis ad Jura etiam,
quæ regulariter sub illa comprehendi non pos-
37 sent, qualia sunt jura de futuro *Rot. decis.* 141.
nu. 1. *part.* 5., & passim apud alios, tum etiam
38 persona Renunciatarii, nam si sola ratio se se
per professionem in Religione abdicandi Bonis
omnibus, ut rerum humanarum curis soluto
animo, quis impensiùs Divinis vacare possit, ef-
ficit, ut jura etiam futura ex causa prorsus no-
va, atque de futuro sub renunciatione compre-
hendantur, quanto certiùs talis comprehensio
admittenda erit in casu nostro, in quo Renun-
cians, se, suaque omnia Deo devovere voluit, ut
universi sui Patrimonii, substantiæque reditus
ad majorem illius gloriam erogarentur in Divi-
num cultum, & necessarios, piosque Ven. Ec-
clesiæ Sancti Petri usus, hujusmodi autem cau-
sa directè respiciens adeò pium opus benignam
proculdubio efflagitat renunciationis interpre-
tationem, prout exigit favor tum pii operis, 39
tum animæ ipsius Renunciantis ex tam pia mu-
nificentia sempiterna præmia promerituri, sem-
per præferendo interpretationem illam, quæ fa-
vet piæ causæ *Tiraquell. de privileg. piæ caus. pri-*
vil. 148., *Navarr. comment.* 2. *de regul. §.* 5.
num. 5., *Sanchez. in præcept. decal. lib.* 7. *cap.* 2.
num. 58.

Et denique, si quæ adhuc vel in verbis renun-
ciationis ambiguitas, vel de Testatoris volun-
tate quæstio esse posset, ea penitus in nostra hy-
pothesi submota reperiretur à P. Josepho renun-
ciante, qui declaravit ejus mentem fuisse com-
prehendendi in renunciatione ab ipso facta jus 40
speratum fraternæ successionis, quas declara-
tiones licitè, ac validè fieri posse docuerunt 41
Sanchez. in præcept. Decalog. tom. 2. *lib.* 7. *cap.* 11.
num. 16., *Reginald. tom.* 2. *lib.* 18. *cap.* 27. *nu.* 197.,
Dian. oper. coordinat. tom. 2. *resol.* 99. *nu.* 1., *Mo-*
net. de commut. ultim. volunt. cap. 5. *quæst.* 1. *num.*
14., easdemque plurimùm valere, quoties in- 42
trinsecâ fulcitæ verisimilitudine, atque probi-
tate Personæ coadiuvatæ reperiuntur, admonent
Mandell. Alb. cons. 10. *num.* 25. *& seq.*, *Molphes.*
ad Consuetud. Neapol. tit. de renunt. quæst. 17. *nu.*
38., *Theodor. alleg.* 37. *num.* 5. *§. Item non adsunt*
in fin., *& num.* 15., *Mans. consult.* 258. *num.* 50.,
consult. 296. *num.* 53. *post med.*, *Card. de Luc. de*
renunt. disc. 2. *num.* 10., *R.P.D. Ansald. in ad-*
dit. ad decis. 15. *num.* 29. *& seqq.*, *Rot. coram*
Ubag. decis. 63. *num.* 2. *& num.* 4. *ac seq.*, *in rec.*
decis. 164. *num.* 5. *& seqq. part.* 19., *in Romana*
renunciationis 8. *Junii* 1705. *§. Et in hunc sen-*
sum, & seq. confirmata 26. *Junii* 1706. *§. pe-*
nult. coram Rño Molines Decano, in Romana suc-
cessionis 4. *Februarii* 1711. *§. Denique coram eo-*
dem. Porrò intrinseca verisimilitudo non deest
in casu nostro, si spectemus statum bon. mem.
Augustini, qui cum esset prorsus incapax cujus-
cumque activæ dispositionis, certam favore
Fratris reddebat spem intestatæ successionis, ut
etiam concurrit præsumptio eximiæ probitatis
Viri professi in Religiosissimo, atque sanctissi-
mo ordine, cui præsumptioni robur addit ejus 43
ætas fortè jam vergens in senectutem, quo casu
longè magis valet similis declaratio *Bald. cons.*
476. *num.* 2. *lib.* 6. inquiens = *maximè ubi gladius*
Dei est supra verticem morituri, quia nemo, qui
confitetur, præsumitur mori cum mendacio, &
peccator, & aliis adductis, dictum fuit in *Romana*
Donationum 15. *Martii* 1705. *§. Nec levius, vers.*
quomvis enim coram Rño Molines, & in Romana

Donationis 17. Aprilis 1711. §. 30. coram R.P.D.
Ansaldo.

Hæc esse crederem præcipua momenta ratio-
num, quæ afferri posse videntur pro statuenda
comprehensione fraternæ hereditatis in dicta
renunciatione facta à R.P. Josepho favore Ven.
Ecclesiæ S. Petri, eademque licèt primo oculo-
rum conjectu urgere videantur, attamen sedu-
lò illis perpensis, probabilius esse censeo, in
dicta renunciatione comprehensam minimè fuis-
se spem illam, incertamque penitus aleam ju-
ris merè futuri, quod ex causa pariter futura
P. Josepho competere poterat super intestata
successione in hereditate fratris viventis; nam
44 talis renunciatio si merè abdicativa diceretur,
nullo pacto prodesset Ecclesiæ Renunciatariæ,
quippè illius vigore sublato è medio Renuncian-
45 te, intestata successio ministerio legis deferre-
tur aliis, qui, perindè ac si Renuncians natu-
raliter mortuus esset, Renunciatario defuncto,
46 proximiores efficerentur Passerin. in cap. quam-
vis pactum num. 47., & nu. 61. de pact. in 6., An-
dreol. contr. 310. num. 13., Actolin. resol. 40. nu. 13.,
Mans. consul. 257. num. 12., Rota in Cavallicen. le-
gitimæ 11. Decembris 1682. §. quod spectat verò
coram bon. mem. Rmo D. Hervault, in Romana suc-
cessionis 4. Februarii 1711. §. Tantum autem abe-
rat, & §. Multoque minus coram Rmo Molines
Decano; Ut etiam ex ratione non absimili Ec-
clesia renunciataria minimè juvaretur renun-
47 ciatione merè extinctivâ, cujus vigore Renun-
cians se de medio auferens, locum quidem face-
48 ret aliis legitimis heredibus fratris sui, at pro-
desse nequiret Renunciatariæ, cui super dicta
49 hereditate nullum competebat jus, cujus asse-
cutio per Renunciantis existentiam ipsi impedi-
50 retur ad tradita per Passerin. in cap. quamvis pa-
ctum num. 61. & seqq., Cæsar de Afflict. contr. 24.
51 num. 14. & seqq., Bottiglier. de success. ab intest.
theorem. 45. num. 22., Torr. de pact. futur. success.
lib. 2. cap. 1. num. 42. & seqq., Rot. coram Card.
Cerro decis. 440. nu. 24., & benè ità de istiusmo-
di renunciationum speciebus ad rem nostram
loquuntur Giovagnon. resp. 85. num. 8. lib. 1., Torr.
inter decis. collect. à Palm. dict. respons. 299. num.
39. & seqq., Quamobrem, ut etiam sustinent
Defensores Ecclesiæ renunciatariæ, dicta re-
nunciatio translativa dicenda est; si igitur ve-
52 ra, prout verissima certè est, illa juris regula,
quâ edocemur, renunciationes omnes utpotè
strictissimi juris strictissimè semper esse inter-
pretandas ad Text. in leg si domus ff. de servitut.
Urban. Prædior., Surd. cons. 46. nu. 22., Valenz.
cons. 17. nu. 33. & seq. lib. 2., Cabrer. de met. cap.
13. num. 33. & seqq. lib. 2., Rota apud Posth. de
manut. decis. 57. num. 10., in rec. decis. 724. num. 3.
& seq. part. 4. tom. 3., decis. 543. num. 10., & seqq.
part. 5., decis. 253. num. 11. part. 14., in Romana
restitutionis Dotis super Dote, & lucro 15. Junii
1705. §. Atque hinc in fin. coram R.P.D. Lancet-
ta, potiori profectò jure regula hæc justum lo-
53 cum sibi vindicabit in renunciatione translati-
va, qualis dicitur illa, de qua agitur, & in qua
54 si tantum comprehensum dicendum est, quan-
tum in ea nominatim expressum reperitur, ocu-
lisque corporeis legitur, aut necessariò ab ex- 55
pressis infertur, rejectâ quacumque extensione
ad res, jura, casus, & personas non nomina- 56
tas Donad. de renunt. cap. 11. num. 22., & cap. 22.
num. 136., Balducc. ad Ramon. cons. observat. 92. 57
num. 32., Palma allegat. 304. num. 3., & allegat.
305. num. 3. & 5., Rot. decis. 45. num. 2. apud eun-
dem, coram Dunoz. Jun. decis. 346. num. 10. & seq.,
in Urbanien. Canonicatus 15. Martii 1694. §. Ne-
que minus coram bon. mem. Muto, ideoque non 58
extenditur ad futura, & causam ortam post re-
nunciationem Bartol. in leg. qui Romæ §. Duo fra-
tres num. 11. ff. de verb. signific., Surd. cons. 418.
num. 10., Balduc. ad Ramon. dict. observat. 92. nu.
32., Donad. de renunciat. cap. 5. num. 19., Rot. in
rec. decis. 482. num. 3. part. 2., coram Cavaler. de-
cis. 340. num. 6., coram Bich. decis. 338. num. 10.,
quonam pacto sub eadem contineri poterit jus
illud, cujus translationi resistit ratio juris, & 59
natura hujusmodi renunciationis translativæ,
quæ, ut post Rot. decis. 543. num. 20. part. 5. rec.
admonet Palma alleg. 304. num. 23., & alleg. 305.
nu. 19., subsistere nequit in jure prorsus incerto, &
futuro, & pendente à causa pariter omninò in-
certa, atque futura, qualis est hereditas intesta- 60
ta viventis, quæ nec re, nec spe probabili com-
petere dicitur, aut deberi, & consideratur tam-
quam jus merè futurum nullâ probabili spe præ-
senti, nulloque juris fomite munitum, ut rela-
tis antiquioribus Altograd. cons. 66. num. 15. &
seqq. lib. 1., Peregrin. de fideicom. art. 23. sub nu.
52., Olea de cess. jur. tit. 3. quæst. 10. nu. 5., Cyriac.
contr. 292. num. 59., Palm. allegat. 306. num. 12. &
alleg. 307., quæ est decisio Rotæ Jaanen. num. 27.,
latissimè Torr. apud eundem Palm. inter decis. ab
eo collect. in ordine la 299. num. 29. & seqq., &
num. 43. vers. ultrà quam quod cum num seq., Bal-
duc. ad Ramon. observat. 27. num. 44., Ruc. disput.
Jur. select. cap. 55. num. 19. in specie loquens de
successione in hereditate fratris viventis, Rot. in
rec. decis. 543. num. 22. part. 5., sed eadem tam-
quam suum subjectum respicit, & versatur cir- 61
ca jura illa, quæ ex aliqua præexistente causa
ità in persona Renunciantis radicata sunt, ut
capacia esse valeant translationis in alium fa- 62
ciendæ Rodoer. cons. 24. num. 55. in fin., Adden.
ad Burat. decis. 265. num. 6., Mans. consult. 400.
num. 122. & seqq., & cons. 635. nu. 12., Marcian.
disput. 14. num. 30., Balduc. ad Ramon. cons. 27.
num. 42. & seq., Donad. de renunt. cap. 15. nu. 22.
ubi, quod renunciatio numquam comprehendit
illud, quod supervenit ex nova causa Palm. al-
legat. 304. num. 21., & innumeris relatis num. 24.
allegat. 305. num. 11., & plurib. seqq. usque ad fin.,
allegat. 306. num. 11. & seqq., & allegat. 307. nu.
24. & seqq., Rosa consult. 7. nu. 69., Casareg. ad
statut. Januæ de success. ab intest. §. 12. num. 60.,
latè Mart. de success. legal. part. 1. quæst. 14. art.
4. num. 1. & seqq., Prato discept. 39. num. 13. &
seqq., Actolin resol. 55. num. 21. resol. 56. num. 1.,
Rot. coram Dunoz. Jun. decis. 436. num. 30., in rec.
decis. 549. num. 3. in fin. part. 1., decis. 81. per tot.
part. 4. tom. 2., & decis. 724. nu. 2. part. 4. tom. 3.,
in

in Ariminen. Fideicommissi Bandi, & Æneæ de Bandis 26. Junii 1697. §. Adstipulante, & 5. Martii 1698. §. Nullatenus coram Rmo Molines Decano, 11. Martii 1699. §. sed quatenus coram Emo D. Card. Scotta, & 2. Decembris ejusdem anni §. Id ipsum autem coram Emo Card. de la Tremoille, in Romana seu Viterbien. Legati 26. Junii 1709. §. Sub examine, & §. Non obstante coram R.P.D. Crispo, in Romana renunciationis 6. Maii 1709. §. Et procedendo coram Emo D. Card. Scotto, & 10. Martii 1710. §. Sed quatenus coram R.P.D. Crispo, in Romana Successionis 4. Februarii 1711. §. Ac propterea coram Rmo Molines Decano; Quamobrem Jure, quo hodie vivitur, & juxtà constantem Sacræ Rotæ opinio-
63 nem, sub simplici renunciatione Jurium, nunquam venire censentur jura istiusmodi successionis in hereditate viventis utpotè merè futura, & habentia causam de futuro, optimè in celebri *Romana renunciationis 8. Junii 1705., & 26. ejusdem mensis sequentis anni coram Rmo Molines Decano, & 23. Januarii, 15. Junii 1708., & 6. Maii 1709. coram Emo D. Card. Scotta, 10. Martii 1720. coram R. P. D. Crispo, & 10. Decembris ejusdem anni coram Rmo Card. Priolo, in Romana Successionis 4. Februarii 1711. §. Multòque minùs coram Rmo Molines Decano.*

Nilque obest, quod, ut dictum fuit *in §. Rem*
64 *igitur*, spes illa, incertaque alea Juris penitùs futuri pretio æstimabilis sit, & cedi, vendi, atque
65 in contractum deduci queat, quia nostra quæstio non vertit in eo, an nimirum validè fieri possit renunciatio istiusmodi Juris tametsi penitùs incerti, & pendentis à causa tempore factæ renunciationis minimè præexistente, sed omninò
66 futura; aperta namque sunt Juris loca talium Jurium cessionem, atque renunciationem permittentia, ut apud *Altograd. cons. 66. num. 22. lib. 1., Oleum de cess. Jur. tit. 3. dist. quæst. 10., Mans. consult. 400. ex num. 18., Capyc. latr. consult. 77. num. 43.*, sed quæstiones, quibus Doctores se se ipsos, ac Tribunalia vexarunt, ac quotidiè vexant, in eo vertunt, videlicet quandonam tale jus prorsus incertum sub similibus renunciationibus suaptè naturâ strictissimè interpretandis comprehensum dici queat? censent
67 autem, tunc demùm illud in Renunciatarium translatum dicendum esse, cùm id expressè dictum, conventumque fuit *Gallerat. de renunciat. cent. 1. renunt. 17. num. 36. vers. sed hæc intellige Donad. eodem tract. cap. 7. num. 39., Balduc. ad Ramon. cons. 1. num. 56.*, ubi, quod intestata Successio adeò speciali notâ digna est; ut, non expressa, non intelligatur renunciata *Palm. alleg. 305. sub num. 15. vers. & ratio est, & alleg. 307.*, quæ est decisio *Rotæ Jan. num. 40.*, aut
68 veluti per quandam necessariam connexionem cum Juribus expressè translatis, resultat eorum quoque renunciatio, ità quidem ut sinè illorum comprehensione ratio recti sermonis, & dispositio ipsa omni alioquin effectu, & operatione deficiatur *Farinacc. cons. 197. num. 16., & seq. lib. 3., Donad. de renunt. cap. 5. num. 26., Gallerat. eodem tract. renunt. 17. num. 37. centur. 1., Surd. decis. 33. num. 9. & seqq., Rota Lucana inter collect. apud Palm. Decis. 248. num. 54., Rota in Ariminen. fideicommissi Bandi, & Æneæ de Bandis 26. Junii 1697. §. final. coram Rmo Molines Decano*; Neutrum autem in concreto casus nostri concurrit, non quidem expressa renunciatio, sivè translatio juris à Renunciante sperati respectu intestatæ Successionis in hereditate fraterna, de ea enim in nullo renunciationis loco
mentio facta reperitur, ideoque, ubi deficiunt 69
verba dispositionis, deficit etiam dispositio, ut
ad effectum excludendi similis hereditatis com- 70
prehensionem, considerat *Rota in Romana Successionis 4. Februarii 1711. §. Certius autem coram Rmo Molines Decano*, nec etiam talis juris translatio venire potest per necessariam quandam consequentiam ab expressis, quia ea, quæ in renunciatione ista translata fuerunt in Ecclesiam renunciatariam, nullam habent indivi-
duam connexionem cum translatione istiusmo- 71
di spei, & incertissimi juris succedendi in intestata fratris hereditate Renuncianti competentis, enunciatio namque Jurium futurorum, licèt amplis verbis facta, satis est, quod in hac materia strictissimi juris, & odiosa verificari possit, illam referendo ad jura futura pendentia ex aliqua causa jam præexistente, & de præterito *Balducc. ad Ramon. cons. 27. num. 46. & seqq., & num. 51., & seqq., Palm. alleg. 305. nu. 11., & allegat. 306. num. 9., & allegat. 307. num. 38. & seqq.*

Examinando enim tenorem renunciationis, Ven. Ecclesiæ S. Petri intentionem suam fundare nequit, nisi in parte proœmiali, in qua P. Zannardus, juxtà verba alibi relata, *professus fuit universa ejus Bona, substantiasque unà cum omnibus ejus juribus, rationibus, & actionibus ad eundem M. R. P. Zannardum Landum quomodocumque, & quandocumque, ac qualitercumque, modò competentibus, vel in futurum competituris renunciare, transferre, ac cedere, & ut infra, infrascriptæ Ecclesiæ S. Petri Placentiæ &c.* Validissima autem urget ratio, ob quam ex parte ista proœmiali induci nequit translatio juris, de quo agitur, eaque est, quod Renuntians exoptans per solemnem professionem se unire Ven. Societati Jesu, ante dictam professionis emissionem suorum Bonorum renunciationem facere velle declaravit, & ad hanc voluntatem merè connotantem actum faciendum referenda
sunt superiùs relata verba, quæ indigitant qui- 72
dem animum faciendi talem actum, sed non explicant actum ipsum undequaque, & perfe-
ctè; sed, illum in subsequenti parte dispositiva 73
complendum esse innuitur Clausulâ illâ *& ut*
infrà, quæ cùm importet claram relationem, 74
& expressam connexionem partis proœmialis
cum parte dispositiva, pars referens, proœmia- 75
lis nempè, tametsi amplissima esset, tamquam à potiori, declaranda, atque restringenda esset ad terminos dispositivæ ab illa interpretationem recipiendo, ut, omissis generalibus, in nostris terminis dictum fuit in *Ariminen. Fideicommissi Bandi, & Æneæ de Bandis 26. Junii*

nii 1697. §. Quæ eo magis coram Rmo Molines,
& in una Romana Successionis 4. Februarii 1755.
§. Urgente prætereà coram eodem Rmo Molines
ibi = Urgente prætereà animadversione, quod in
parte dispositiva sæpedicti actus à P. Nicolao emis-
si nullum extat vestigium renunciationis abdicati-
væ, nullumque ex ea resultat indicium, seu con-
jectura, ex qua elici possit, ipsum refutare voluis-
se universa jura sibi quomodolibet competitura ex
causis etiam de futuro &c., ut proindè, cùm pars di-
spositiva sit undique clara, & apertam præseferat
restrictionem ad Bona tunc possessa per Renuncian-
tem, non essent attendenda prædicta verba proæ-
mialia, quæ quantumvis amplissima, semper re-
stringi deberent ad limites dispositivæ, & ab illa
76 interpretationem recipere, prout cæteris adductis,
in terminis admonet. Rota in dicta Perusina Im-
missionis 15. Maii 1705. §. Neque pars dispositi-
va, & 15. Januarii 1706. §. Minusque urgere
coram Scotto, præsertim quando pars proæmialis
77 stat ad inferius ordinanda, prout stare dicitur in
nostra hypothesi propter illa verba = di qui è che
78 colla presente &c. dispongo nel modo cioè &c. Ro-
ta in Vercellen. prætensæ Immissionis 17. Februa-
rii 1698. §. In hypothesi coram Muto, & in Mele-
vitana Juris patronatus 16. Aprilis 1700. §. Nec
turbat replicatio coram Card. de la Tremoille =
hactenus dicta decisio; Sufficit igitur, jura de
futuro enunciata Proœmii verbis verificari pos-
79 se respectu Jurium, de quibus in parte dispositi-
va Palm. allegat. 304. num. 21.

In dispositiva autem renunciationis, de qua
agitur, expresse continentur omnia Bona tam
mobilia, quàm immobilia, ac semoventia, jura,
actiones, rationesque, & debita Juris dict. M. R.
P. Josephi M. ac modò existentia, & extitura
ubique locorum tempore, ut supra, emittendæ per
eum professionis, salvis tamen, ut infrà = & super-
additâ prohibitione alienationis sui Patrimonii
ibi = ac omne, & quodcumque ejusdem M. R. P.
Patrimonium in futurum alienabile, & inalie-
nabiliæ = concludit demum, quod, excluso Col-
legio, illud privativè spectare debeat ad Eccle-
siam Sancti Petri verbis illis = respectivè spectet,
ac spectare in perpetuum habeat, & debeat, &
respectivè habeant, & debeant ad dictam Eccle-
siam, & non ad dictæ Ecclesiæ Collegium S. Pe-
tri = Profecto, ut hæc Dispositivæ verba colo-
re nullo comprehendere possent spem, & jus le-
gitimæ Successionis in hereditate, de qua agi-
80 tur, satis esset, quod renunciatio de illa ex-
presse non loqueretur, vel quod, tametsi ea-
81 dem concepta legeretur verbis futuri temporis,
hæc quoquomodo dubia videri possent, Surd.
cons. 418. num. 22., Spad. cons. 316. num. 9. lib. 3.,
Gallerat. de renunt. cent. 1. renunt. 17. num. 33. &
num. 19., eo quod ratio juris, & natura ipsa
82 translativæ renunciationis strictissimè interpre-
tandæ efficiat, quod sub illa non contineantur,
83 nisi jura derivantia à causa jam existente, rejectâ
quacumque extensione ad jura omninò futura,
84 & ex nova prorsus, & futura causa Renuncianti
85 supervenientia, quippè, ut rectè notavit Leonard.
Rodver. inst. cons. 24. sub num. 53., actio nullam
tempore renunciationis habens subsistentiam,
sed ex post oriens dicitur novum contingens, ad 86
quod illa non porrigitur, &, præter allegatos
in §. Hac esse crederem per Text. in cap. Cum 87
inter de renunt., docuit Bartol. in leg. qui Romæ
§. Duo fratres sub num. 59. vers. Item importat,
& intelliguntur ff. de verbor. obligat., ubi etiam
Jason. num. 69., & post alios antiquiores, tradi-
derunt Surd. cons. 15. num. 28. cons. 267. nu. 5. cons.
418. num. 24., Gallerat. de renunt. cent. 1. renunt.
17. num. 33. & seqq., Cyriac. contr. 292. num. 8.,
Bottiglier. de success. ab intest. theorem. 45. nu. 5.,
Hartman. Pistor. quæst. jur. lib. 2. quæst. 12. nu. 53.,
& lib. 4. quæst. 6. num. 66., Donat. Anton. de Ma-
rin. variar. resolut. lib. 2. cap. 189. num. 6., Con-
ciol. allegat. 31. num. 33, Torr. de pact. futur. suc-
cess. lib. 2. cap. 14. num. 43. & seqq., innumeris re-
latis, Rocca disput. jur. select. cap. 55. num. 58.,
Balducc. ad Ramon. cons. 27. nu. 44., Afflict. de-
cis. 350. num. 4., Rot. in rec. decis. 543. num. 26.
vers. prout non afficiunt cum seq. part. 5., in Ari-
minen. Fideicommissi Baadi, & Æneæ de Baudis
26. Junii 1697. §. Adstipulante etiam coram Mo-
lines, ob veram illam, prævalidamque Juris ra-
tionem, quod jus futurum pendens ex causa 88
omninò futura, qualis est intestata successio in
hereditate viventis, utpotè nec re, nec spe
debita, assimilatur somniis vigilantium, ut, 89
pluribus relatis, tradunt Thabor. axiom. Jur. lib. 7.
cap. 48., Torr. sæpius allegatus, & infra allegan-
dus inter decis. collect. apud Palmam in ordine la
299. num. 30. & num. 44., quæ si, ut loquitur
mox citatus Auctor, procedunt in fortiori ca-
su, quo nempè ageretur de jure, & spe succe- 90
dendi in Bonis paternis, vel ex eisdem conse-
quendi legitimam filio competentem, multò 91
magis locum sibi vindicabunt, quum agitur de
hereditate Fratris viventis, cujus respectu spes
ista in renunciatione comprehensâ numquam
censetur ex mente Juris in leg. Paulo Callimaco 92
27. §. Pomponius Ermippus ff. de legat. 2. illis Ju-
risconsulti verbis = Placuit humanius interpreta-
ri, ea sola, quæ, vivente Fratre, acceptura erat,
adempta videri, non etiam ea, quæ post mortem ei
reliquerat, si sinè liberis decedat =, ut, relatis aliis,
benè ità ex hoc Textu argumentatur Rocca dis-
put. Jur. select. cap. 55.

Verùm enim verò in nostra hypothesi non so-
lâ omissione, non solâ verborum dubietate, sed
convincentibus demonstrationibus exclusa vide-
tur spes succedendi in intestata hereditate fra-
tris viventis, quæ nec etiam in potentia tempo-
re renunciationis P. Josepho renuncianti compe-
tens, solum instar somnii antè ejus oculos ob-
versari poterat; quamvis enim in renunciatione
commemorata reperiantur Jura modo existentia,
& extitura, illa tamen, absque ulla necessaria 93
extensione ad istiusmodi imaginarium Jus, ex-
presse referuntur ad Jura omninò certa, & fun- 94
data in causa jam de præterito existente, ne-
dum enim Bona, res, & Jura, actionesque
renunciatæ restringuntur ex circumstantia loci
ibi = modò existentia, & extitura ubique locorum =
nullo autem loco circumscribi poterat spes suc-
ceden-

cedendi in hereditate Viventis, quæ solo Renun-
ciantis animo foveri poterat; Verùm præterea
causa præterita, in qua radicari possent jura
futura, quæ renunciabantur, clariùs indigi-
tatur ex *circumstantia temporis*, dum renuntian-
95 tur Jura *extitura ubique locorum tempore, ut su-
pra, emittendæ per eum Professionis* = Si igitur re-
nunciatio Jurium futurorum refertur ad Jura
Renuncianti competitura *tempore* emittendæ
professionis, necessariò illa, veluti suam cau-
sam efficientem, supponebat aliquid jam præe-
xistens; nam si referenda fuissent ad Jura exti-
tura ex causa aliqua de futuro, hæc illi compe-
tere certè nequibant tempore emittendæ profes-
96 sionis, ut de hujusmodi renunciationibus con-
notantibus jura usque ad certam diem compe-
tentia, quod non comprehendant jura de futuro
supervenientia ex nova causa, tradunt *Surd. cons.*
418. *num.* 25. *Palm. alleg.* 304. *num.* 9.; Imò verò
inde elicitur argumentum exclusivum compre-
97 hensionis similium jurium; nam, si Renuncians
ob specialem expressionem, quam requirebant,
mentionem fecit de cæteris juribus de futuro,
sic etiam, si in renunciatione comprehendere
voluisset tale jus succedendi in intestata heredi-
98 tate Fratris viventis, cùm id magis individuam
mentionem exposceret, nominatim declarare
non omisisset *Palm. alleg.* 304. *num.* 13., *& Rota
Januen. apud eum dict. allegat.* 307. *num.* 37. ex
99 familiari argumento ducto à discretivo dispo-
nendi modo, quod nostris familiare est, & de-
nique utitur verbo *Patrimonii*, quod cedit,
100 transfert, & inalienabile esse vult, & perpetuò
spectare ad Ecclesiam S. Petri; istiusmodi autem
remotissima, atque incertissima spes succedendi
in intestata hereditate viventis, quæ, ut notatum
fuit *§. Hæc esse crederem post med.*, consideratur
tamquàm jus merè futurum, nullâ probabili
101 spe præsenti, nulloque juris fomite munitum,
in nullius Patrimonio esse potest, quemadmo-
dum in fortiori casu, substitutionis nempè,
quæ nondum est, licèt habeat certam causam
102 jam præexistentem, extrà nostra Bona esse di-
cimus *leg. substitutio* 42. *ff. de acquir. rer. domin.*,
Mart. medic. examinat. 2. *num.* 8. *&* 9.

At verò, si Renuncians, tametsi in dispositi-
va, in qua verè contineri dicitur substantia ju-
103 ris renunciati, adhibuerit verba futuri tempo-
ris, atque comprehendentia jura de futuro,
nihilominus illa expressè retulit ad aliquam
causam circumscriptam loco, determinatam
tempore emittendæ professionis, & restrictam
ad jura apta comprehendi in suo Patrimonio,
in eodem sensu similia verba usurpasse dicendus
104 erit in parte proœmiali, quæ, quando etiam defi-
ceret expressa relatio ad partem dispositivam, ab
hac declaranda esset, ex certissima illa juris no-
105 stri regula, quâ admonemur, unam dispositio-
nis partem ex alia intelligendam, declaran-
damque esse *Palm. allegat.* 304. *num.* 14., & fre-
quenter apud alios, quæ sanè regula potiori ju-
re locum obtinet respectu partis proœmialis,
quæ semper à dispositiva interpretationem re-
cipit, atque ad illius terminos limitatur ex dedu- 106
ctis *in §. Examinando enim*, præsertim verò in sub-
jecta materia, in qua non ex una renunciationis
parte, sed ex toto ejus contextu Renunciantis
mentem assequi debemus, ità semper illam in-
telligendo, ut rigidam, non autem facilem adhi-
beamus interpretationem, prout satè exposcit 107
natura similis actus strictissimè semper accipien-
di, juxtà allegata *in §. Hæc esse crederem*.

Quæ cùm ità sint, facilè erit eluere argumen-
ta, quæ prò istiusmodi juris comprehensione
deducta fuerunt; nam, licèt illa qualiscumque
incertissima, atque remotissima spes succeden-
di in hereditate Viventis, quæ cuipiam compe-
tere potest, cedi, renunciari, atque in contra- 108
ctum deduci queat, ità quidem ut in hujusmodi
Causis nulla juris, sed sola facti quæstio admit-
ti queat, attamen, cùm in nostra hypothesi, de-
ficiente expressâ, ex tacita solùm Renuncian-
tis voluntate illius comprehensio in renunciatio-
ne induci contendatur ex conjecturis, has verò
tales esse oporteat, ut veluti per necessariam con- 109
sequentiam resultantem ab expressis certò evin-
cant talem Renunciantis voluntatem, ex animad-
versis *in §. Nilque obest*, hujus profectò generis
non sunt argumenta, ex quibus jus succedendi
in legitima hereditate fratris viventis in renun-
ciatione, de qua agitur, comprehensum asse-
ritur, quippe illa erui nequit ex generalibus
verbis, quibus concepta legitur pars proœmia-
lis, cum generalis sermo alibi relatus, quo Re-
nuncians professus fuit *omnia universa ejus Bona,
substantiasque unà cum omnibus ejus Juribus, ra-
tionibus, & actionibus ad eundem &c. modo com-
petentia, vel in futurum competitura renunciare,
transferre, ac cedere, & ut infrà &c. infrascriptæ
Ecclesiæ &c.* per se spectatus, & etiamsi ex aliis
dispositivæ partibus non restringeretur ad jura
futura quidem, sed derivantia à causa de præte-
rito, aptus minimè sit comprehendere intestatam
successionem in hereditate Viventis. Ut enim
probatum fuit *d. §. Hæc esse crederem & §. In dispo-
sitiva*, ad eam comprehendendam non sufficit so-
la mentio juris futuri, cùm illa referenda semper 110
sit ad jus futurum, quod competat ex causa jam
præexistente, qua ratione evincitur etiam, ean-
dem comprehensionem elici minimè posse ex il-
lis verbis = *quomodocumque, & quandocumque, ac
qualitercumque* adjunctis juri de futuro, cùm &
hæc etiam verba, & Clausulæ commodè refe-
rantur ad jura illa, quæ qualitercumque, &
quomodocumque competere possent ex causa
aliqua de præterito, ut illas examinando tra-
dunt *Rocca disput. jur. select. cap.* 55. *num.* 42. *in
fin.*, *Palm. allegat.* 307., *quæ est decisio Rotæ Ja-
nuen. num.* 26., *Rot. in dict. Ariminen. Fideicom-
missi Bandi, & Æneæ de Bandis* 11. *Martii* 1699.
*§. Sed quatenus coram Card. Scotto, in Romana
renunciationis* 15. *Junii* 1708. *§. Neque obstare
confirmata* 6. *Maii sequentis anni §. Neque remo-
tissimum coram eodem, &* 10. *Martii* 1710. *§.
Non ità se habere coram Crispo, &* 10. *Decembris
ejusdem anni §. Hæc sunt coram Card. Priolo, in*

Ro-

Romana Primogenituræ , & Fideicommissorum de
Corsinis 17. Aprilis 1711. §. 22. & seqq. coram Rño
Aldrovando .

Imò verò censent Doctores , quòd , posthibitâ
quacumque similium Clausularum , & verbo-
rum amplitudine , jus succedendi in intestata
hereditate Viventis in renunciatione compre-
111 hensum dici nequeat , nisi exprimatur, renun-
ciationem fieri juri futuro, etiam ex nova causa
competituro *Fontanell. decis. 417. nu. 16.* ibi = *Et*
signanter est singularis illa , quam adduximus su-
pra de renunciatione non extendenda ad jus super-
veniens post eam ex nova causa non existente de
tempore renunciationis, etiamsi per verba ampla
diceretur fieri renunciatio nedum juri de præsen-
ti, sed competituro in futurum =, quia si non dici-
112 tur etiam ex nova causa , istud jus futurum in-
telligitur solùm de jure de præsenti, vel de præ-
terito , non autem de jure futuro , quod posteà
supervenit ex nova causa , de qua cogitari non
potuit *Gallerat. de renunt. cent. 1. renunt. 17. num.*
26. , inquiens , quod , ut renunciatio continere
113 dicatur jus futurum ex causa de futuro , debet
esse ità concepta , ut hujusmodi jus expressè
specificet, aliàs semper referri debet ad jus futu-
rum ex eausa de præsenti *Palm. dict. allegat. 304.*
sub num. 24., præter alios, referens mox ex scrip-
ta verba *Fontanellæ , Rot. Jannen. dict. alleg. 307.*
num. 26. dicens , similes Clausulas inefficaces
esse pro comprehendendo jure futuro intestatæ
successionis in hereditate Viventis , nisi specifi-
cetur jus etiam *ex causa nova* superventurum .

Et rectè quidem ità censent , quia si virtu-
te similium Clausularum importantium jura de
futuro renunciatio extendi deberet ad jura
etiam intestatæ successionis in hereditate Vi-
ventis , vix dari posset renunciatio ulla , in qua
renunciatum dicendum non esset juri etiam fu-
turo intestatæ successionis , cum hujusmodi
114 Clausulæ apponi consueverint ex stylo notario-
rum *Palm. allegat. 305. num. 18. , Balduc. ad Ra-*
mon. consf. 27. num. 45. & seq. , Mans. consult. 257.
num. 30. , ubi loquitur *de Clausula* loquente de
hereditate *tam ex Testamento , quàm ab intestato,*
115 & sæpiùs exclamat *Card. de Luc. & præcipuè de*
renunt. disc. 1. nu. 29., disc. 2. num. 7. , & seq., disc.
4. num. 12., & seq. , & de legitim. disc. 40. num. 20.
§. Tertiò pariter , Rot. coram bon. mem. Emerix
Jun. decis. 12. num. 2. , præsertim quando , ut in
116 casu nostro , appositæ non leguntur partibus
dispositivis *Balduc. ad Ramon. cons. 27. num. 46. ,*
Rot. in dict. Ariminen. Fideicommissi Bandi , &
Æneæ de Bandis 26. Junii 1697. §. Nam cùm in
parte coram Molines , & 5. Martii 1698. §. Nul-
latenus refragante coram eodem , & 11. Martii
1699. §. Talis autem coram Eño Scotto , in qua
dicitur , quod *hujusmodi Clausulæ , & expressio-*
117 *nes robur dumtaxat , & majorem firmitatem re-*
nunciationi adijciunt , illam autem extendere ne-
queunt ultra ea , quæ in narrativa , & dispositiva
fuerunt specificè , & individualiter expressa .

Qua ratione fortiùs urgente in casu nostro ob
118 expressam relationem , quam dictæ Clausulæ
expositæ in proœmio habent ad partem disposi-
tivam, occurritur etiam objectioni illi, quâ for-
tè diceretur , easdem superfluas remansuras si
non comprehenderent jura futura , de quibus
agitur , nam pro elidendo argumento isto de-
sumpto à superfluitate , quod in hac odiosa ma-
teria renunciationis levissimum reputatur *Surd.*
cons. 325. num. 14. , Rota post Merlin. de legit. de- 119
cis. 47. num. 14., in rec. decis. 523. num. 17. part. 4.
tom. 3. , in Romana renunciationis 15. Junii 1708.
§. Minus relevat in fin. coram Card. Scotto , satis 120
esset , quod illæ majorem firmitatem adijcere
possent iis , quæ in dispositiva specificè , & in-
dividualiter expressa leguntur , ne enim super-
fluitatis colore renunciationes extendantur ad 121
jura de futuro ex nova prorsus causa superven-
tura , sufficit si quid minimum operentur *Mas-*
card. de probat. conclus. 1264. num. 10. , Actolin.
resolut. 55. num. 30. , & resol. 56. num. 9. & seqq. ,
Casareg. ad Statut. Jannæ de success. ab intest.
§. 12. num. 79. , Rocca disput. Jur. select. cap. 55.
num. 46. , Palma alleg. 305. num. 11. , & allegat.
306. num. 9. & seq. , Rota post Merlin. de legitim.
dict. decis. 47. num. 11. , coram Merlin. decis. 22. nu.
11., in rec. decis. 549. in fin. part. 1., decis. 523. in fin.
part. 4. tom. 3. decis. 232. num. 11., & seqq. part. 6.,
in Romana renunciationis 6. Maii 1709. §. Quini-
mò in fin. coram Eño Scotto easdem adpositas
censendo ad declarationem ejus , quod de jure
inest , & ad majorem cautelam , & securita- 122
tem , atque firmitatem actus , latissimè *Eugen.*
cons. 88. num. 92. , & plurib. seqq. lib. 1. , Mantic.
de conject. ultim. volunt. lib. 3. tit. 6. num. 3., Alto-
grad. Jun. contr. 27. num. 29. & seq. , Casareg. ad
statut. Jannæ dict. §. 12. nu. 80. , Rot. decis. 741.
num. 10. part. 1. divers. post Merlin. de legitim. dict.
decis. 47. num. 12. & seqq., in Ariminen. Succes-
sionis 16. Januarii 1708. §. final. coram Rño Al-
drovando , in Romana renunciationis 23. ejusdem
mensis , & anni §. Etiamsi , confirmata 15. mensis
Junii sequentis §. Non suffragante , & 6. Maii
1709. §. Quinimò in fin. , & §. Idque procedere
coram Scotto , & 10. Martii 1710. §. Nec in ali-
quo cum seq. coram Crispo ; his denique adden-
do , quod Doctores in hac odiosa materia adeò
abhorrent extensionem renunciationum strictis-
simè semper interpretandarum , quæ virtute si-
milium Clausularum induci contenditur ad ju- 123
ra futura pendentia à causa prorsus nova, & fu-
tura , ut potiùs earum superfluitatem toleran-
dam , quàm talem extensionem admittendam
esse censeant *Faber. in Cod. lib. 5. tit. 9. definit.*
12. , Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 2. num. 10. , Alto-
grad. Jun. contr. 73. num. 49. , & contr. 83. nu. 49.,
Casareg. ad statut. Jannæ dict. §. 12. num. 77. ,
Palm. alleg. 95. num. 11 , alleg. 104. num. 18. , &
Rota Jannen. apud ipsum dict. alleg. 307. num. 38.
& seq. , Rota in dicta Romana renunciationis 6.
Maii 1709. §. Quinimo vers. vel non est habenda
in consideratione superfluitas coram Eño Scotto .

Hinc parui refert, quod P. Josephus dum re-
nunciationem celebrabat , nedum cogitare po-
tuerit, sed præ mentis oculis habuerit verisimi-
lem

lem, multumque probabilem ſpem ſuccedendi
in inteſtata hereditate Fratris tum malâ corpo-
ris valetudine, tum mentis imbecillitate labo-
rantis, nam ſi, ut alibi dictum eſt, prò ſtatuen-
da comprehenſione iſta afferre oportet argu-
124 menta neceſſariò illam concludentia, tantum
abeſt, quod ex diſcurſu iſto eadem inducta dici
poſſit, ut illa potiùs excludatur, nam ſi, ut
conſtanter affirmant ſcribentes pro Ven. Eccle-
ſia Sancti Petri, P. Joſephus animo ſuo fovens
hanc certam ſpem ſuccedendi in hereditate Fra-
tris, illam firmo propoſito transferre delibera-
verat in Eccleſiam renunciatariam, cur uſus eſt
involucro verborum, cur expreſsè ſivè in parte
proœmiali, ſivè in diſpoſitiva mentionem non
fecit juris illius, quod Renunciatariæ acquiri
cupiebat? Si igitur id, quod facilè declarare,
125 ac ſuperaddere potuiſſet, omiſit, conſultò, &
quia noluit, omiſiſſe cenſetur; *cur non enim*, ut
loquitur *Anton. Fabr. de error. pragmat. decad.
28. error. 8. num. 7. in fin. Cur non enim ſic loqui
Teſtator potuiſſet, ſi id voluiſſet? quomodò Ju-
ſtinianus noſter argumentatur in leg. unic. §. Ubi
autem verſ. ſin autem ad deficientis Cod. de Ca-
duc. tollend.*, & ſequitur *Rota coram Coccino de-
ciſ. 1125. num. 9., coram Priolo deciſ. 318. nu. 10.,
in recent. deciſ. 80. num. 16. part. 19., in Mantiſ.
ad clar. mem. Card. de Luc. de Jurepatr. deciſ. 45.
nu. 6., & in Ferentina Legati pii 26. Junii 1713.
§. Hinc extraneum in fin. coram R.P.D. Falcone-
rio*; Certiùs in noſtro caſu conſultò id omiſiſſe
cenſendus eſt, quia ſi intueamur veram cauſ-
ſam, ob quam P. Joſephus mentionem fecit bon.
mem. Auguſtini Fratris ſui referendo habitua-
lem ægritudinem, qua laborabat, & deplora-
tam ſpem, quod in ejus ſobole familia ſua pe-
rennare poſſet, id fecit, ut cohoneſtaret renun-
ciationem, quam favore Eccleſiæ celebraturus
erat, profitetur enim jura ipſi competentia, at-
que competitura *renunciare, transferre, ac ce-
dere &, ut infrà &c. infraſcriptæ Eccleſiæ S. Pe-
tri Placentiæ ejuſdem Societatis Jeſu in obſe-
quium, & Dei cultum, maximè cum ex Familia
ſua unicum tantùm habeat fratrem ſibi ſuperſti-
tem, nempè Illuſtriſſimum D. Auguſtinum Zan-
nardum Landum ſummoperè dilectum ab eodem M.
R.P. Zannardo Lando, qui viginti ab hinc annis
retro circiter habituali ægritudine laborat, quam
naturaliter inſanabilem atteſtati ſunt cum eorum
juramento nonnulli Doctores periti artis, & medi-
cinæ Doctores Placentiæ, ut patet ex cura eidem
Illuſtriſſimo D. Auguſtino decreta uſque de anno
fluxo 1665. ſub dicta die 3. menſis Octobris per Il-
luſtriſſimum D. Auditorem Julium Platonum tunc
temporis Auditorem Cauſarum Civilium Placen-
tiæ, & rogata per D. Joſeph Delphum Notarium
publicum Placentinum de tempore prædicto, ſeu
&c. ad quam &c. in quo ſtatu conſiderans idem M.
R.P. habere eundem fratrem ſuum ex propriis Bo-
nis, & reditibus nedum quod ſufficit, verum &
quod ſuperabundans, & ſuperfluum omninò eſt ad
ſui commodam ſubſtentationem juxta dictum ſta-
tum* = At verò ſi tam diſertis verbis Renuntians
explicare curavit cauſam, ob quam contra
mentem *Divi Auguſtini in Canon. final. cauſ. 17.
quæſt. 4.*, proprio Fratri in Avitis Bonis præfe- 126
rebat Eccleſiam, quantò magis explicare de-
buiſſet deliberatam illam voluntatem, quâ Re-
nunciatariam in Bonis etiam Fratris ſuccedere
voluiſſet? Tantum autem abeſt, quod id fece-
rit, ut renunciationem reſtringendo ad jura ipſi
tempore emittendæ profeſſionis competitura,
excluſerit jura omnia incerta, & futura, atque 127
omninò pendentia à cauſa, quæ tempore factæ
renunciationis, & emittendæ profeſſionis non
exiſtebant, juxtà alibi firmata.

Minus urget cauſa finalis ingreſſus in Religio-
nem, ob quam talis renunciatio facta fuit, quaſi
illius virtute eadem benigniori interpretatione 128
extendenda ſit ad jura etiam futura ex cauſa de
futuro; nam ſi expreſſio ſimilis cauſæ iſtiuſmo-
di renunciationis extenſionem inducere poſſet,
cùm nulla propemodum reperibilis ſit renun-
ciatio facta à Profeſſuro in Religionem, in qua
hæc Cauſa expreſſa non reperiatur, fruſtrà Do-
ctores, & Tribunalia tot, tantaſque quæſtiones
agitaſſent ſuper illarum interpretatione, eas
diſtinguendo inter abdicativas, extinctivas, at-
que tranſlativas, & inter reales, perſonales, &
mixtas, reſpectu unius cujuſcumque ſpeciei di-
ctarum renunciationum arduas excitando quæ-
ſtiones ſuper illarum amplitudine, atque com-
prehenſione Bonorum, & Jurium ſub illis ca-
dentium, ſed veluti generalem regulam ſtatue-
re potuiſſent: renunciatio facta eſt ex cauſa in-
greſſus in religionem, ergo favore ſimilis cau-
ſæ largiùs, benigniùſque ità interpretanda eſt,
ut comprehendat etiam jura futura derivantia
ex cauſa pariter futura; At non ità ſanè; cer-
tum namque eſt, quod non ſemper Renuncians
ſe ſe abdicat, aut in alium transfert jura, & he-
reditates omnes, ſed illis dumtaxat ſe ſe abdi-
caſſe, vel in alium tranſtuliſſe cenſetur, quibus 129
expreſsè renunciavit, ità quidem ut cauſa in- 130
greſſus in Religionem majorem tribuat renun-
ciationi firmitatem quoad Bona, & res in ea ex-
preſſas, & non etiam illam ampliet ad heredi- 131
tates in eadem non comprehenſas, ut benè ex-
plicat *Rota in una Peruſina Immiſſionis 15. Maii
1705. §. final. & 15. Januarii ſequentis anni §.
Non relevante, & §. Minuſque coram Emo D.
Card. Scotto*, & illas egregiè reaſſumendo fir-
mavit eadem *Rota in ſæpiùs citata Romana Suc-
ceſſionis 4. Februarii 1711. §. Comperto itaque co-
ram Molines*; Ut etiam hac eadem ratione iſtiuſ-
modi renunciationis extenſio admitti nequibit 132
ſub obtentu, quod Renuncians ſe, ſuaque om-
nia Bona Deo devovens, æterna ſibi præmia
comparare voluerit; ſatis enim piè egiſſe dici-
tur ſubſtantias ſuas devovendo Eccleſiæ; quæ 133
ſibi oblata recipiens, non aucupatur incertas 134
ſpes ſucceſſionum, quæ, quoties deficit fa-
ctum hominis, à lege deferuntur legitimis here-
dibus.

Omitti demum poterant declarationes P. Jo-
ſephi, quia ſi tempore factæ renunciationis, de
hac futura hereditate cogitabat, ſibi imputare 135
debet, cur mentem ſuam, animique ſui propoſi-

tum clarioribus verbis oon explicaverit, ideo-
136 que ſtandum eſt verbis Inſtrumenti, quæ aliter
ſonant, ut omiſſis aliis, optimè *Rota in celebri*
Romana hereditatis de Lanuviis coram clar. mem.
Hervault inter collect. à Balduc. ad Ramon. tom. 3.
decif. 1., in qua licèt adeſſent ſimiles declara-
tiones Monialium renunciantium, eædemque
coadiuvarentur aliarum atteſtationibus, quas
Card. de Luca in ea Cauſa ſcribens magnifacien-
das eſſe cenſebat, ut ex ejus *diſc. 2. de renunt.*
notatur *in dict. deciſ. num. 35.*, nihilominus *Sa-*
cra Rota animadvertens, perſæpe poſt lapſum
præſertim longi temporis confundi tractatus
cum negotii concluſione, illas parvi faciendas
eſſe cenſuit *ut nu. 38. ejuſdem Deciſionis*: & qui-
dem eò minùs illæ admittendæ videntur in no-
137 ſtra hypotheſi, quia declaratio non verſatur
circà res, aut jura, quæ tempore contractus ad
138 ipſum Renunciantem pertinerent, quo caſu faci-
liùs recipi poſſeot ejus declarationes, ſed agitur
de Juribus, quæ, ut diximus *in §. Hac eſſe crede-*
rem, nec in poteotia, imò etiam nec ſpe ullâ pro-
babili Renuncianti competebant; quamobrem
nemo non videt quantum à recta ratione aberret
in præjudicium legitimi heredis contrà mentem
Juris, & naturam renunciationis retrotrahere
velle ſimilem declarationem ad tempus factæ
renunciationis, illam extcodendo ad jus ſucce-
dendi in hereditate Viventis oou ſolum oon ex-
preſſum, ſed potius io illa excluſum; Juris
139 namque noſtri regulis admonemur, tunc de-
mum ſimiles declarationes admitti, quando
verſantur circà res, quibus nec natura actus;
140 nec ratio Juris reſiſtit: eædemque ioeſſe digno-
ſcuntur actui, cujus fit declaratio, nam ſi ali-
141 quid illi ſuperaddatur, declarationis nomen non
merentur, ſed novæ diſpoſitioois naturam aſ-
ſumuot, quæ poſt actum jam perfectum Tertio
142 nocere non valent, ad latiſſimè tradita à *Cyriaco*
contr. 210. ex num. 17., qui in ſuas ſpecies di-
ſtinguendo iſtiuſmodi declarationes, optimè
explicat, in quibus caſibus illæ ſint attendendæ.

Coofecta jam eſt prima pars aſſumpti, quod
mihi propoſui *§. Et revera in fin.* ſupereſt ſecun-
da, an ſcilicet in hypotheſi, quod jus ſuccedendi
in inteſtata hereditate Fratris Viventis compre-
henſum dici poſſet in renunciatiooe, de qua agi-
tur, illud ejuſdem virtute quæſitum cenſeri
queat Ven. Eccleſiæ Sancti Petri, eo quod talis
hereditas delata fuerit tempore, quo P. Joſephus
ob ſolemnem emiſſionem quarti Voti, tum ipſe
tamquam civiliter mortuus, tum etiam Reli-
gio ob veram mendicitatem, quam profitetur,
illius incapax prorſus erat, io qua quidem quæ-
ſtione licèt in reſponſis mihi communicatis plu-
ra ſubtiliter favore Eccleſiæ renunciatariæ de-
ducta fuerint; Attamen verius eſſe crederem,
quod, eâdem penitus excluſâ, legitimis here-
dibus incolume manſerit jus ſuccedeodi io dicta
inteſtata hereditate operatione legis ad illos de-
lata, nam cùm Eccleſia omni alioquin legis au-
143 xilio deſtituta jus ſuum metiatur ex perſona
Renunciantis, ob ejus ſolemnem profeſſionem
illud reſolutum omoinò fuerat, ac per conſe-
quens juvari oequit renunciatione, cui à lege
indita dicitur ea conditio: ſi jus renunciatum 144
vivo Renunciante deferatur, ità quidem ut, eo
mortuo, inefficax prorſus ſit, ſed jura renun-
ciata caducentur favore Succeſſorum à lege, vel 145
ab homine ad illa vocatorum *Bartol. in leg. qui* 146
ſuperſtitis 93., ibique Bald. & Caſtrenſ. num. 3.
verſ. nam etiamſi, & alii ff. de acquir. hered., *Fa-*
ber. in ſuo Codic. lib. 2. titul. de pact. defin. 14.,
Bald. conſ. 347. poſt initium lib. 1., *Roland. conſ.*
11. lib. 1., *Bellon. conſ. 15.*, *Surd. conſ. 133. num.*
18. & ſeqq., *& conſ. 332. ex num. 2. conſ. 355. num.*
18. & 37., *Molin. de Juſt. & Jur. diſp. 579. nu.*
15., *Theſaur. quæſt. forenſ. 90. num. 4. lib. 2.*, *Fon-*
tanell. de pact. nupt. clauſ. 5., *Gloſs. unic. part. 1.*
num. 59. & ſeq., *Cancer. variar. reſol. part. 3. cap.*
15. num. 57. & ſeqq., *Donat. Anton. de Marin.*
reſol. 189. num. 91., *Franch. deciſ. 67. in princ.*,
Card. de Luc. de Regular. diſc. 63. num. 19., *&*
in annotat. ad Concil. diſc. 35. num 11. verſ. poſt-
quam verò, *Torr. de pact. fut. ſucceſſ. lib. 2. cap. 12.*
num. 50., *Rota apud eundem deciſ. 4. num. 14.*, *&*
in rec. deciſ. 29. num. 14. part. 8. deciſ. 265. num. 28.
verſ. quodque part. 13., *& in una Faventina here-*
ditatis 12. Decembris 1712. §. final. coram R. P.
D. Anſaldo; hæc autem Jurium renunciatorum
caducatio, non ſolùm inducitur morte natura- 147
li, ſed morte etiam civili, capitis nempe dimi-
nutione, vel profeſſione in Religione veram
mendicitatem profitente, & incapaci Bonorum
in communi, hæc enim quoad jura ſucceſſoria
eandem parit incapacitatem, eoſdemque ope-
ratur effectus, qui ex morte naturali promana-
rent, ut innumeris relatis antiquioribus, tradi-
derunt *Honded. conſ. 62. lib. 1.*, *Altograd. conſ. 81.*
num. 75. & ſeqq., *& uterque latiſſimè reſpondet*
contrariis, *Palm. in dicto ſuo reſponſ. inter deciſ.*
ab ipſo collectas deciſ. 298. num. 6. & ſeqq., *Torr.*
apud eundem deciſ. 299. num. 43. R. P. D., *Fatti-*
nell. in ſuo tract. de tranſlat. Penſion. reſp. 47. nu.
7., *& reſp. 48. num. 1. & ſeqq.*, apud quos refe-
runtur concordantes auctoritates id firmantes,
& in noſtra ſpecie, quod videlicet profeſſio ſo-
lemnis in Societate Jeſu operetur illos omnes
effectus, & ioducat incapacitatem illam ſucce- 148
dendi quæ ſequeretur ex morte naturali indu-
cendo caducationem Jurium, quæ non factà pro-
feſſione, Renuncianti competiiſſent, latiſſimè
probatum fuit *§. Profectò, & duob. ſeqq.* Cum igi-
tur ob eam conditionem, quæ renunciationi ſuap-
te natura ineſt, ut nempe jus renunciatum defe-
ratur vivo Renunciaote, & ſi idem ſupervivat,
Perſonæ, cujus hereditatem ſperabat, adeo 149
quidem ut eadem renunciatio, veluti ob coodi-
tionis defectum, reſolvatur, ac evaneſcat per-
indè, ac ſi facta non fuiſſet, ſi illam deferri coo-
tingat poſt mortem civilem Reounciantis hinc
ſequitur, quod Ven. Eccleſia Sancti Petri ſub
obtentu renunciationis ejus favore factæ à P. Jo-
ſepho, oullo pacto conſequi poteſt hereditatem
inteſtatam bon. mem. Auguſtini, quia hæc de-
lata reperitur poſt ſolemnem profeſſionem ab
eo emiſſam, & ſic tempore, quo ob civilem ejuſ-
dem mortem defeciſſe dicebatur conditio io-

trio-

trinsecè inhærens renunciationi, ut in nostris
terminis docuerunt *Giovagnon. dict. respons.* 85.
150 *lib.* 1., *Card. de Luca de Regular. disc.*63. *nu.*5.,
*Palm. in dicto suo respons. inter decis. ab ipso col-
lect. decis.*298. *num.*13. *& seqq.*, *Torr. apud eun-
dem decis.*299. *ex nu.*18., quod responsum tran-
scriptum reperitur apud eundem *Torr. var. Jur.
quæstit.*6. *quæst.*8. *tom.*2. *fol.* 41. *& seqq.*, *R. P.
D. Fattinell. post suum tract. de translat. Pension.
resp.*47., in cujus fine ait, dum relegeret hoc
suum responsum pluribus retro annis pro veri-
tate editum, incidisse in tertium volumen Deci-
sionum collectarum à *Palm.*, & reperisse dictas
decisiones, seù discursus 298. & 299., gavisum-
que fuisse, suam in hac re sententiam aliorum
placitis esse conseutaneam, eàdemque in sen-
tentia residet etiam in sequenti *responso* 48.,
omnesque ferè mox citati Auctores illam sibi
traditam profitentur à celeberrimis hujus sa-
pientissimi, atque præclarissimi Ordinis Docto-
ribus, *Sanchez* nimirum *in præcept. Decalog. lib.*
7. *cap.*9. *num.* 25., *Layman. Theolog. moral. lib.*3.
*sect.*5. *cap.*7. *num.* 13. *vers. tertio quia Constitutio*,
*Card. de Lugo lib.*4. *respons. moral. dub.*3. *per tot.*
In hac itaque sententia tot eximiorum Docto-
rum constabilita suffragiis, atque confirmata
rationibus desumptis ex certissimis Juris nostri
regulis, nullus amplius quæstioni locus esse vi-
deretur, quia, ut admonet *Palm. dicto suo res-
pons.*298. *in fin.*, etiamsi in quæstione aliqua,
contraria opinio in animo nostro insedisset, non
ità illi inhærendum esset, ut descendere verere-
mur in eam sententiam, quæ plurimorum pla-
citis commendata, & prævalidarum rationum
adminiculo fulcita reperiretur.

Nec est cur objiciatur, quod, licèt Societas
ex persona Professi quarti Voti incapax sit suc-
cedendi in legitimis hereditatibus, & iis Juri-
bus, quæ ex Legis dispositione deferuntur, ni-
hilominus eadem non minus ex Pontificiis, quàm
151 ex particularibus Ordinis Constitutionibus ca-
pax sit successionis in iis, quæ ex dispositione
152 hominis deferuntur, Collegia nempe, & Do-
mus probationis ad effectum adquirendi plenum
rerum dominium, & irrevocabiliter possiden-
di, Domus verò professæ ad effectum venden-
di, & consequendi æstimationem, ut apud *Rot.
coram Vbald. decis.* 436., *& decis.*511. *coram Bu-
rat., decis.*245. *in rec. decis.* 101. *part.*10., *Censal.
ad Peregrin. art.* 28. *§. Quinto observo fol* 158.,
*Card. de Luc. de Testam. disc.*36. *num.*8. *de Regu-
lar. disc.*63. *num.*11., & 16. *in annot. ad Concil.
disc.*35. *sub nu.* 11. *vers. non tamen*, *& vers. qua-
tenus verò pertinet*, *R.P.D. Petra in suis com-
ment. ad Constit. Apostol. tom.*3. *ad Constitut.* 4.,
Innocentii IV., *sect.*1. *num.*4. *& seqq. fol.* 30., &
ad Constit. 1., *Clementis IV.*, *sect.* 1. *fol.* 359.,
atque idcircò, cum Ecclesia Sancti Petri dictam
hereditatem consequi intendat virtute renun-
ciationis ejus favore factæ à P. Josepho, repelli
nequeat sub obtentu incapacitatis. Discursus
namque iste non pertinet ad rem præsentem;
nam, ut benè observat *Fattinell. dict. resp.* 47.
153 *sub num.*9. *vers. nec objiciatur* = *illa qualis, qualis
sit capacitas, restringitur ad hereditates, & Legata
ab Exteris relicta Societati; Ceterum in succeden-
do Professis, vel aliis ex eorum persona, seù eo-
rum loco Societas est omninò incapax tàm quoad
Domos professas, quàm Collegia, & novitiatus* =,
sunt verba præfati Auctoris, & idem etiam do-
cuerunt tum alii Scriptores Societatis Jesu alle-
gati *§. Profectò, & seqq.*, tum etiam illi, quos retu-
limus *§. præcedenti*, qui loquuntur in præciso ca-
su Successionis ex persona Professi deferenda Ec-
clesiis, sivè Collegiis, & Domibus probationis;
Quamobrem Ecclesia Sancti Petri virtute dictæ
renunciationis succedere dici nequit ex disposi-
tione hominis, cum ad hunc effectum spectanda
sit persona, à qua relinquitur hereditas, non 154
autem Ille, ex cujus persona capitur. Si igitur
bon. mem. Augustinus, à quo relicta fuit here-
ditas, decessit, nullâ factâ dispositione, renun-
ciatio P. Josephi, utpotè solùm efficiens, quod
Ecclesia in ipsius locum subingrediatur, immu-
tare nequit naturam successionis, quæ non ex 155
facto hominis, sed operatione legis, ex perso-
na, & jure Renunciantis ab intestato devolvi di-
cercetur.

Ut etiam nil obest, quod Doctores superiùs
allegati disputent articulum in hypothesi re-
nunciationis à Professo factæ favori vel Paren- 156
tum, vel eorum, de quorum hereditatibus age-
batur, at aliter res se habere dicenda sit in no-
stro casu, in quo P. Josephus, antequam emit-
teret quartum solemne Votum, illam celebra-
vit favure dictæ Ecclesiæ Sancti Petri, qui casus
cum sit diversus à primo, statuenda idcircò in
eo sit diversa Juris dispositio admittendo favore
Renunciatariæ translativos effectus renuncia-
tionis, ut sensit *Marta cons.*11. scribens in ea-
dem Causa, in qua scripsit *Giovagnon. dict.
respons.* 85., & docuit *Castropal. part.* 2. *tra-
ctat.*16. *disput.*1. *punct.* 18. *num.*4., quam diver-
sitatem innuit etiam *Torr. dicto suo respons.*
299. *num.* 47., licèt illius examen omittat
tamquam non pertinens ad Causam, quam age-
bat.

Nil, inquam, diversitas isthæc obesse videtur;
illam enim non agnoverunt *Giovagnon. dict. res- 157
pons.*85., & *Card. de Lugo respons. moral. lib.* 4.
*cap.*4. *num.* 3., qui expressè loquuntur de renun-
ciatione à Professo in limine professionis facta
favore ipsius Societatis, censentes respectu simi-
lium jurium post professionem delatorum, il-
lam tamquam deficiente conditione, in eadem
semper subintelligenda, inefficacem prorsus re-
mansisse, & justâ quidem ratione ità sensisse vi- 158
dentur, quia vis, & efficacia renunciationis me-
tienda non est ex persona Renunciatarii, sed ex
persona, & jure Renunciantis, ex qua Renun-
ciatarius acquirit; Si igitur Renuncianti, ex cu-
jus persona Ecclesia renunciataria acquirere de-
bet, tempore factæ renunciationis nec poten- 159
tiâ, nec spe ulla probabili, ut sæpius notavi-
mus, competere posse dicebatur jus succedendi
ab intestato in hereditate Viventis utpotè om-
ninò futurum, & pendens à causa nova, futu-
ra, penitusque incerta; Profectò virtute re- 160
nun-

nunciationis illud transferre, aut cedere ne-
quivit Ecclesiæ renunciatariæ, nemo quippè
dare, vel donare potest id, quod non habet, &
suum non est, nec erit, nec plus juris in alium
transferre, quàm ipse habeat, latè *Giovagnon.*
dicto cons. 85., *Card. de Lugo loc. mox citat.* in-
quiens =, *nemo dare, vel donare potest id, quod*
suum non est, nec erit, ad eum autem, qui Col-
legio donavit omnia Bona sua præsentia, & futura,
non pertinebit tunc hereditas Consanguinei adhuc
viventis, sed nec pertinet posteà quando moritur
Consanguineus propter incapacitatem, quam ha-
bet Professus, ut sit alicujus heres = eumque re-
fert *Torr. dict. decis.* 299. *num.*24., *Card. de Luc.*
161 *de Regular. dict. disc.*63. *num.*5. de istiusmodi ju-
ribus futuris ex Persona Renunciantis Renuncia-
tario quærendis inquiens, requiri capacitatem,
& habilitatem extremorum tempore, quo illa
aperiuntur ibi = *Secus autem ubi agatur de hu-*
jusmodi juribus quærendis, & in spe, pro quibus
assequendis requiritur existentia, & capacitas de
tempore, quo illa aperiuntur, adeo ut extrema
162 *sint habilia, cum Cessionarius dicatur Procurator*
Cedentis, ejusque personam representet, sive ex ea
*emolumentum capiat, juxtà casum, de qua disc.*36.,
ubi de Cessionario jurium ad vitam Professuri in
hac societate = *R. P. D. Fattinell. dict. resp.* 48.
*num.*7. & *num.*10., ubi ait, quod Renunciatarius
sibi asserens jus aliquod ex persona Renuncian-
tis, illud non nisi cum sua causa in se transla-
163 tum dicere potest, ideoque, si illud tale erat, ut
aliquâ superveniente causa, vel incapacitate Re-
nunciantis resolubile redderetur, respectu quo-
que Renunciatarii resolubile, & caducum effi-
cietur.

Fortius hæc urgent in nostra hypothesi si *Pa-*
164 *tres Jesuitæ ex sui regula, & Constitutionibus res-*
pectu futurorum renunciare tenentur capacitati in
posterum succedendi, ut his verbis loquitur *Gio-*
*vagnon. dict. resp.*85. *nu.*8. & *num.*9. *in fin.*, istius-
modi namque renunciatio similium jurium fu-
turorum habere nequiret vim translativæ ces-
165 sionis, quia cùm talis translatio inducatur per
juris fictionem, quâ fingitur Renuncians tempo-
166 re delatæ hereditatis prius eam acceptare, &
deinde brevi manu illam transferre in Cessiona-
rium, hæc fictio, utpotè quæ considerari nequit
in eo, quod de jure saltem impossibile reputa-
167 tur, & ubi veritas esse non potest, locum sibi
vindicare certè nequibit in casu nostro, in quo
adest insuccessibilitas nedum Renunciantis, sed
Ecclesiæ renunciatariæ ob omnimodam eorum
incapacitatem, ut ratiocinatur tum *Giovagn.*
loc. mox citat., tum etiam *Torr. dict. decis.* 299.
*num.*25. & *seq.*, & quod magis est, cùm agatur
168 de jure, quod tempore renunciationis nec spe,
nec potentiâ competebat, ideoque in nulla con-
sideratione haberi poterat, ut, præter alibi latè
allegatos, præcisè ad rem nostram tradidit *Gio-*
*vagnon. dict. resp.*85. *num.* 11., renunciatio illius
169 respectu operari solummodò poterat effectum
per viam abstensionis jus nullum tribuentis Re-
170 nunciatario, sed locum facientis Successorio E-
dicto, ut prosequitur *Giovagnon. dict. num.*8., &
*Torr. dict. decis.*299. *num.*39. & *seqq.*, Et sanè si,
ut inquit *R.P.D. Fattinell. dict. resp.*48., quoties
Bona talia non essent, quorum jus, atque sub-
stantia in sola Professi naturali vita subsisteret
per viam nudi facti abstrahendo ab illius capa-
citate vel incapacitate, hac superveniente, sta-
tim ad alium deferuntur, morte naturali etiam 171
non expectatâ, qualia sunt Bona fideicommissa-
ria, licèt alioquin habeant causam jam præexi-
stentem, in qua radicentur, ut latè probatum
fuit *§. Confecta jam est*, potiori sanè Jure, hæc
justum locum sibi vindicabunt respectu similium
jurium futurorum à causa omninò nova, & fu- 172
tura pendentium, quæ, qualiscumque sit perso-
na Renunciatarii, si tempore, quo deferuntur,
Renuncians incapax erat ea acquirendi, quæ-
ri nec etiam poterunt Renunciatario, certius si
in illo, ut in casu nostro, concurrat, eademmet
incapacitas, quæ Renunciantem repellebat.

Non immoror contrariæ auctoritati *Castropa-*
lai, aliorumque eum sequentium, quia, ut be-
nè notavit *Torr. dict. decis.*299. *num.*42., & *seqq.*,
illa nititur falso supposito, quod mors civilis in
casu, de quo agitur, æquiparari nequeat morti
naturali, quod verum non esse probavimus *dict.*
§. Confecta jam est.

Placentina Renunciationis.

Renunciatin à Filia in Sæculo nubente ad favorem Patris conspicuam dotem constituentis facta omnibus hereditatibus tam ex testamento, quàm ab intestato deferendis, amplissimis concepta verbis, & clausulam continens cæteratam = Pro se, *suisque heredibus &c.*, nec non irrevocabilem donationem inter vivos, & obligationem de ea perpetuò observanda, latè ostenditur *Realis*, atque ad heredes, etiam extraneos Renunciatarii transitoria.

VOTUM V.

1 *Renunciatio favore certæ personæ facta*, personalis *est*.
2 *Procedit, etiamsi facta sit alicui* pro se, suisque heredibus.
3 *Renunciatio favore* heredum, & successorum *facta, ad solos heredes sanguinis restringitur.*
4 *Clausula* quorumcumque heredum *in renunciatione adposita, heredes Renunciatarii, etiam* extraneos *comprehendit*.
5 *Renunciatio* heredibus *facta sinè clausula* quorumcumque, *restringitur ad solos sanguinis heredes*, & num. 107.
6 *Renunciatio est strictissimè interpretanda*, & num. 13.
7 *Et minùs, quam fieri potest, debet Renuncianti nocere.*
8 *Renunciatio debet juxtà verba, conditionem, ac mentem Contrahentium interpretari*, & num.30., 42. & 117.
9 *Renunciatio Filiæ favore Patris ratione præ-*
dile-

dilectionis præsumitur pro ejus quoque Descendentibus celebrata.

10 In Renunciatione Filiæ favore Patris cessat ratio prædilectionis ipsius heredum extraneorum, & quare? num. 24.

11 Renunciatio Filiæ favore Patris, personalis reputatur.

12 Renunciatio Filiæ favore Patris ita censetur pro ejus Descendentibus stipulata, ut in ea subintelligatur, donec illi supererint, & num. 22.

14 Renunciatio favore certæ conjunctæ personæ, ad ipsius tantum sanguinis heredes protenditur.

15 Renunciatio, deficiente illius caussa, resolvitur.

16 Renunciatio translativa est, si translativam contineat jurium cessionem.

17 Donatio inter vivos jurium translationem importat.

18 Renunciatio quæque translativa est personalis.

20 Renunciatio ob dotem receptam venit strictiùs interpretanda.

21 Renunciatio ex causa dotis receptæ censetur facta pro heredibus dumtaxat sanguinis.
Et donec illi supererint, num. 22.

23 Fœmina congruè dotata, donec supersint heredes sanguinis Dotantis, ad successiones non admittitur.

25 Renunciatio Filiæ nubentis in sæculo distinguenda est ab altera facta à Filia Professionem emittentis.

26 Professionem emittens, dicitur civiliter mori.

27 Renunciationem à Filia reportans Pater pro se, & heredibus ob dotem à se constitutam, non censetur velle heredes extraneos comprehendere.

28 Renunciantis æquè, ac Renunciatarii voluntas ea fuisse præsumitur, ut renunciatio heredes extraneos ipsius Renunciatarii non comprehenderet.

29 Procedit id maximè in renunciatione Filiæ nubentis in sæculo.

31 Renunciationis realitatem non inducunt clausulæ, licet generalissimæ, à Notariis apponi solitæ, & num. 41.

32 Clausulæ generalissimæ, à Notariis apponi solitæ, renunciationis personalis naturam non immutant.

33 Clausula tam ex testamento, quàm ab intestato in renunciatione adjecta, ubi de successionibus mentio fit, operatur in utroque ejusmodi casu exclusionem Renunciantis à successionibus, donec extent Personæ in ipsa renunciatione contemplatæ.

34 Non tamen, iis deficientibus, impedit regressum ad jura renunciata.

35 Renunciatio non ideo realis est, quia facta ex caussa dotis.

36 Renunciatio ex caussa ingressus in Religionem, rigidiùs contra Renunciantem interpretanda est.

37 Renunciatio, non est realis, licèt complicata donationis titulo.

38 Donationis titulus in renunciatione expressus, ipsius naturam non immutat.

39 Etiam ubi talis donatio sit irrevocabilis.

40 Clausulæ, & alia verba, licèt quoquomodo realitatem renunciationis præseferant, non debent attendi, quoties ipsius personalitatem suadet ejus natura, & verisimilis Contrahentium voluntas.

42 Renunciatio ex verisimili Contrahentium mente personalis potius, quàm realis est censenda.

43 Renunciantis favore debet in dubio responderi.

44 Præsertim si agatur de Puella ignara, & in sæculo nubente, & num. 46., & 47.

45 Renunciatio facilè emittitur à Puellis, citò ad nuptias inhiantibus.

48 Renunciatio realis operatur exclusionem Renunciantis ab intestota successione ei quandocumque delata.

49 Renunciatio ex voluntate perpetuò à se abdicandi Bona renunciata, realis esse deprehenditur.

50 In renunciatione facta omnibus hereditatibus, etiam ab intestato, Ascendentium, Descendentium, & Collateralium, quælibet eorum Successio ab intestata intelligitur comprehensa.

51 Renuncians omnibus hereditatibus, etiam ab intestato, dicitur se pro mortuo habere velle.

52 Clausula tam ex testamento, quàm ab intestato adjecta in renunciatione, ubi de hereditatibus mentio fit, apta est Renunciantem à quacumque hereditate excludere.

53 Et omnimodam amplius succedendi incapacitatem quoad ipsum inducit.

54 Maximè si juncta habeat verba alia magis ampla, & realitatem renunciationis indicantia.

55 Renunciationis realitas consistit in perpetua abdicatione à quibusvis juribus supervenientibus.

56 Renunciatio in rem directa extenditur ad quemcumque modum, quo res valeat deferri.

57 Renunciatio favore Patris, ejusque heredum, etiam Extraneos comprehendit.

58 Clausula cæterata = ejusque heredibus &c. = subintellectum importat heredum, etiam extraneorum.

59 Ac realitatem renunciationis operatur.

60 Præcipuè si, juxta conventa in Capitulis matrimonialibus, renunciatio fuerit in amplissima forma, & secundùm Notariorum stylum extensa.

61 Renunciatio facta pro se, & heredibus suis, & cui daret, ostendit, Renunciantem se de medio sustulisse ipsamque realem omnino esse, atque abdicativam, & num. 62.

63 Renunciatio realis, per Renunciatarii obitum non resolvitur.

64 Renunciatio censetur à Filia emissa ex caussa ingentis dotis à Patre receptæ.

65 Re-

65 *Renunciatio ex caussa ingentis Dotis à Patre receptæ, realis est, & perpetua*, & num. 66.

67 *Renunciatio est realis, ubi ejus observantia fuit perpetuò promissa.*

68 *Renunciationis realitatem inducit illius cum donatione complicatio.*

69 *Donationis complicatio, ubi principaliter, & in parte dispositiva renunciationis facta est, realem eam efficit.*

70 *Secus, si accessoriè, & incidenter, vel in parte executiva.*

71 *Donationis complicatio in renunciatione, tunc maximè hujus realitatem operatur, cum ejusdem donationis perpetuò observanda jurata adest promissio.*

72 *Donatio verè inter vivos dicitur, quæ perpetuò observari promissa est.*

73 *Donatio, ex ejus promissa perpetua observantia, indicat, mentem Contrahentium fuisse actum irrevocabilem celebrandi.*

74 *Contractuum natura, ex eorum qualitatibus, & forma pecdenda est.*

75 *Donatio inter vivos, perpetua est, & ad heredes etiam extraneos Donatarii transitoria*, & num. 79.

76 *Nisi Donans pacto reversivo sibi caverit.*

77 *Renunciatio per viam donationis celebrata realis est.*

78 *Renunciatio ubi per viam donationis facta est, ad Bona renunciata numquam competit regressus.*

80 *Renunciatio per viam donationis celebrata, Renuncianti, ejusque heredibus regressum prohibet ad Bona renunciata, etiam favore Fisci, si desit Renunciatarii heres, qui Fiscum valeat excludere.*

81 *Renunciationis realitas optimè conijcitur ex insimul perpensis ingenti dote, amplitudine verborum, stipulatione favore heredum cum clausula cæterata, & complicato donationis titulo*, & num. 82.

83 *Renunciationis realis naturam contemplatio certarum Personarum non immutat.*

84 *Actus humani, nisi certis in rebus cumque determinatis personis, fieri non valent.*

85 *Actus, cæteroquin realis, personalitas non inducitur ex sola Personarum expressione.*

86 *Intellige tamen, si eædem Personæ fuerunt, non demonstrativè, sed taxativè nominatæ.*

87 *Renuncians non censetur sanguinis dumtaxat heredes contemplasse, cum sui unici Fratris mentionem non habuit*, & pro heredibus *cum clausula cæterata stipulavit.*

88 *Renunciatio, ubi facta propter dotem, non resolvitur, licèt Personæ in ea contemplatæ defecerint*, & num. 89.

90 *In renunciatione propter dotem, etsi una ejus caussa defecerit, nimirum Personæ in ea contemplatæ, altera tamen remanet, nempe caussa dotis receptæ realitatem præseferens.*

91 *Et proinde ejusmodi renunciatio, ex defectu dictarum Personarum, non resolvitur.*

92 *Renuncianti numquam datur ad Bona renunciata regressus, ubi renunciatio principaliter per viam irrevocabilis donationis, nulloque adjecto pacto reversivo, fuerit stipulata.*

93 *Procedit, etsi defecerint Personæ in ea contemplatæ.*

94 *Renuncianti per viam irrevocabilis donationis, non contemplatio certam Personarum, sed pactum reversivum tribuit regressum ad Bona renunciata.*

95 *Donans favore certarum Personarum absque pacto reversivo, nequit ad Bona donata regressum habere.*

96 *Renunciatio non resolvitur per defectum Personarum contemplatarum, si Renunciatarius ab intestato decedat.*

97 *Secus, si cum testamenta.*

98 *In renunciatione contemplatio certarum Personarum duplicem operatur effectum, & qui sit vid.* num. 99. & 100.

99 *Renunciatarius testari nequit in præjudicium Personarum contemplatarum.*

100 *Renunciatario, jam defectis Personis contemplatis, ab intestato decedente, renunciatio resolvitur.*

101 *Renunciatarius ab intestato decedens, præsumitur velle Renunciantem ad renunciata Bona revocare.*

102 *Renunciatarius Pater ab intestato decedens, præsumitur voluisse Filiam renunciantem extraneis præferre.*

103 *Secus, ubi cum testamenta decedat*, & num. 107.

104 *Renunciatarius Pater censetur voluisse plenam adquirere Bonorum à Filia renunciatarum libertatem.*

105 *Donatarii herede existente, extare dicitur Persona, quæ de ejus voluntate, debeat ad Bona renunciata succedere.*

106 *Renunciatarii Patris heres extraneus, etsi in renunciatione Filiæ non contemplatus, est tamen, uti heres Patris, in eadem renunciatione comprehensus.*

108 *Renunciatio concepta his verbis* = cessit translative = *non repugnat, quod respectu Renunciatarii translativa sit; quo verò ad Renunciantem realis, & abdicativa*, & num. 109.

110 *Renunciatio qualibet continet cessionem quoad præsentia.*

111 *Cessio jurium præsentium in renunciatione, realis est, & perpetua, si facta sit per viam donationis irrevocabilis.*

112 *Cessio jurium futurorum potest in renunciatione fieri per donationem irrevocabilem, & per modum perpetuæ renunciationis.*

113 *Cessio jurium futurorum in renunciatione, si facta per donationem irrevocabilem, realis est, & perpetua.*

114 *In cessione jurium futurorum subintelligitur clausula* = quatenus de jure deferantur =

115 *Renuncians per viam irrevocabilis donationis juribus deferendis, censetur iis se expoliare nedum favore Renuncietarii, sed quorumcumque etiam heredum.*

116 *At-*

116 *Atque hæc est veræ donationis, & perpetuæ renunciationis indoles.*

118 *Renunciatio an facta sit occasione spiritualis, an carnalis matrimonii, nil refert.*

119 *Renunciationis natura immutari nequit, sive spiritualis, sive carnalis matrimonii occasione sit celebrata.*

120 *Renunciatio facta occasione carnalis matrimonii, si est correspectiva ad insignem dotem, realis potius, quàm personalis est judicanda.*

OB Dotem scutorum octomillium in Tabulis nuptialibus conscriptis *die 28. Maii anni* 1700., à D. Paulo Patre constitutam D. Catharinæ filiæ nubenti D. Petro, hæc vicissim favore Patris in eisdem Tabulis cum consensu Dominæ Agnetis Matris suæ se amplissimam renunciationem facturam spopondit his verbis = *Fare al detto Paolo suo Padre, suoi Eredi, e Successori ampie fini, e rinoncie generali, a generalissime di tutti li Beni paterni, materni, aviti, e di qualunque Ascendente, ò Collaterale, e di tutto ciò, che potesse pretendere nell' Eredità paterna, materna, e di qualunque Ascendente, ò Collaterale, e che fusse, ò sarà dovuto ò per intestato, ò per Testamento fatto per l' addietro, e per qualunque altra causa, e titolo anche impensato*, additâ etiam amplissimâ declaratione explicatâ illis ad omnia sua Bona comprehendenda aptissimis verbis = *e finalmente di qualsivoglia Beni, e ragioni, niente eccettuato, da estendersi secondo lo stile de Notari di Piacenza in amplissima forma, e con tutte la solennità necessarie, anzi ad abondante cautela le dette fini, e rinoncie s' avranno intanto per estese in ogni miglior modo &c. riservate solamente ad essa Caterina, e suoi Successori le ragioni di conseguire la detta Dote* = ut legitur in supra memoratis Tabulis, in quarum sequelam, & executionem celebrato postmodum inter Contrahentes matrimonio, stipulatum fuit die 14. *Julii* ejusdem anni 1700. Instrumentum dotale, in eoque, ut mihi supponitur, dicta Catharina, dum Paulus Pater infirmaretur, adhibitis necessariis solemnitatibus = *ac etiam in præsentia, & cum consensu &c. dictæ Agnetis ejus Matris, pariter præsentis, & consentientis &c. omni &c. fecit, ac facit dicto Paulo ejus Patri, licèt absenti, & prò eo dictæ Agneti ejus Uxori, & Procuratrici speciali, ut suprà, ibidem præsenti, & acceptanti prò eodem Paulo, ejusque heredibus &c. mihique Notario publicæ personæ stipulanti &c. omni &c. fines, atque donationem, & datum inter vivos, quæ amplius revocari non possit ex quacumque causa &c. nominatim de cuncta substantia, & de omnibus &c., & de omni successione, & hereditate Patris, Matris, Fratrum, Sororum, Avi, & Aviæ, & cujuslibet alterius Personæ ascendentis, & descendentis, ex quocumque latere venientis, quæ hactenus ex Testamento, vel ab intestato evenissent, seù quæ de cætero ab intestato obvenire possent ipsi Catharinæ = & cessit translativè, & alias omni &c. Jura, & actiones &c.* cum promissione ulterius ejusdem Catharinæ perpetuæ observantiæ sub utroque Juramento assertorio, & promissorio, ut latius habetur ex dicto Instrumento dotali.

Dum hæc agebantur, in humanis erant Stephanus unicus frater dictæ Catharinæ, & Laurentius Patruus, qui tamen, utpotè detentus in arctissimo Carcere, Capitula non subscripsit, quemadmodum ab aliis Consanguineis longo ordine subscripta leguntur. At, turbato mortalitatis ordine, cùm Stephanus deindè utrique Parenti prædecesserit, Laurentius verò Patruus adhuc fortè supersit, hinc oritur quæstio, an, eveniente obitu Pauli Patris, qui extraneum sibi heredem instituit, supradicta renunciatio ob defectum personarum contemplatarum dici queat resoluta ad effectum, ut dicta Catharina possit ex propria persona succedere Laurentio Patruo in casu, quo idem Paulo fortasse supervivat, & deindè ab intestato decedat; vel potius dicta renunciatio realis, & perpetua censenda sit, ità quidem, ut si Laurentium ab intestato post Paulum mori contingat, nihilominus ejus intestata Successio ad heredem à Paulo institutum pertineat, & deferatur.

Super qua rogatus ego, ut, libratis rationum
momentis, quæ ex utraque parte deduci pos-
sunt, sententiam meam prò veritate dicere ve-
lim, injuncto mihi muneri manum admovens,
primo quidem rei obtutu, plurimùm prò reso-
lutione renunciationis urgere sentio illius quali-
tatem, quæ personalis esse videtur, utpotè ce-
lebrata contemplatione, & favore certarum
personarum, Patris nempè, illiusque heredum, 1
& successorum *Surd. cons. 544. num. 4., & 5.,*
Malphest. ad Consuetud. Neapol. titul. de renunt.
quæst. 2. num. 2., & quæst. 3. num. 8., Theodor. al-
legat. 36. num. 9., 35., & per tot., Card. de Luc.
de renunt. disc. 6. num. 12. §. Respondebant, Al-
tograd. Jun. contr. 27. num. 7. in fin., Ansald. in
addit. ad decis. 15. num. 24., Rot. in rec. decis. 23.
num. 7. part. 15., decis. 17. num. 11., & decis. 470.
num. 14. part. 19. post Merlin. de legit. decis. 48.
num. 11., ubi, quod renunciatio personalis est, 2
etiam quando facta fuit alicui pro se, & here-
dibus, in *Fanen. Pecuniaria 9. Januarii 1699. §.*
Ex his igitur circà med. coram bo. me. Pio impress.
post Calderon. resol., in Perusina Immissionis 15.
Januarii 1706. §. Non obstat coram Scotta, & in
Interamnea. Immissionis 5. Junii 1716. §. Acceden-
te præsertim coram Altbann. Quamvis enim
mentio heredum, & Successorum facta reperia-
tur, ea tamen nihil officit personalitati renun-
ciationis, quoties, prout in casu nostro, defi- 3
cit verbum *quorumcumque*, aut alia similis clau-
sula comprehensiva heredum, etiam extraneo- 4
rum, tunc enim illa ad solos heredes sanguinis
restringitur, ità exigente naturâ istiusmodi 5
actus, qui strictissimè semper interpretandus 6
est, ut quoad minus fieri potest, noceat Renun-
cianti, ut in difficiliori casu renunciationis fa- 7
ctæ occasione ingressus in Religionem docent *Co-*
varuv. in cap. quamvis in part. 3. relect. §. 3. num. 4.
de pact. in 6., Cyriac. contr. 475. num. 10. & 11.,
Mans. consult. 258. num. 11. vers. unde est, Pani-
moll.

moll. decis. 53. annot. 4. num. 47., *Rota coram Merlino decis.869. num.13., & decis.894. num 9., & ad annot.*, *Card. de Luc. de legat. decis.35. nu. 5. & 6*, & de alia quacumque renunciatione tradiderunt *Mart. de success. legal. part.3. quæst. 6. art.1. num.6.*, *Merlin.contr. forens.cap.32.num. 25. lib.1.*, *Torr. de pact. futur.success. lib. 2. cap. 15. num.38.*, *& var. Jur. quæst.tom.2. tit.7.quæst. 8. num. 43.*, *& seqq.*, *Altograd. Jun. contr. 27. num. 20.*, *Saminiat. contr.100. num.7.11.*, *& 28.*, *Rot. in rec. decis.543. nu.40.*, *& duob. seqq.part. 5. tom.2.*, *cum aliis in Romana renunciationis 17. Junii 1709. §. Et licet, & in confirmatoria 9.Maii 1710. §. Etenim regula coram Priolo , & 3. Julii 1711. §. Neutiquam coram Rño Aldrovando.*

Et rectè quidem , nam si renunciatio ità in-
8 terpretanda semper est , ut , spectatâ prudenti
ratione agendi , & conditione Personarum , inter quas illa celebratur , operetur favore illarum , quas , juxtà verisimilem Contrahentium mentem , in ea contemplatas censere possumus *Rot. coram Dunoz. Jun. decis 346. num. 13. & seqq.*, *in Ariminen. Fideicommissi Bandi , & Eneæ de Baudis 26. Junii 1697. §. Hæcque coram Rño Molines*; Protectè , cùm renunciatio , de qua agitur , facta reperiatur à Catharina favore Pauli Patris, eidem insita videtur legalis præsumptio , quod celebrata dicatur favore Patris ,
9 ejusque Descendentium , erga quos ex parte tum Renunciantis , tum Renunciatarii considerari potest illa prædilectionis ratio , quæ utrumque movet ad eisdem consulendum , quæ ra-
10 tio cessat respectu heredum prorsùs extraneorum, qui tempore celebratæ renùnciationis plerumque ignoti esse solent Contrahentibus , quamobrem ea sequenda videtur interpretatio ,
11 quâ edocemur , similes renunciationes personales potiùs , quàm reales reputandas esse , *Passerin. in cap. Quamvis pactum num.49.*, *& 58. de pact. in 6.*, *Marcian.disput.8. num.1. Gratian. discept.557. num.35.*, *latè Malphes. ad Consuetud. Neapol. tom. 1. part.4. tit. de renunt. quæst. 3. per tot.*, *Torr. de pact. futur.success. lib. 2. cap.10. nu. 19. & 88.*, *Rot. coram Dunoz. Jun. decis. 641. num.30.*, factas nimirum favore Patris , ejusque
12 Descendentium , subintellectâ tacitâ conditione : donec illi superfuerunt, speciale namque est in renunciatione , cujus verba directa sint ad certas personas arcto sanguinis vinculo conjunctas , quod ex verisimili mente Contrahentium , ac ex
13 ipsa natura actus strictissimam exposcente interpretationem , exclusis extraneis , contemplati
14 solum censeantur heredes sanguinis , ut uno ore docuerunt *Corn. cons.330. lib.1. cons. 85. & cons. 98. ubique ferè per tot. lib.2.*, *Gall. cons64. num. 9. & 14.*, *Paris. cons.3. in fin. lib.2.*, *Francisc. de Ponte cons.39. nu.1. lib.1.*, *Anton. Fabr. in Cod. lib.2. tit.3. definit.7. num.10.*, *& definit.22.num. 1.*, *Mars. de success. legal. part.3. quæst. 6. art. 1. num.6.*, *Donat. Anton. de Marin. resol.189.num. 9. in fin. lib.2.*, *Carol. Antan. de Luca ad Franch. decis.575. num.7. propè fin.*, *latè Altograd. Jun. contr.27. num.8. & 12.*, *Torr. de pact. futur. success. lib.2. cap.15. num.90.*, *Saminiat. contr.100. num.15.*, *Ansald. in addit. ad decis.15. num.26. juxtà Lucan. impress.*, *Rot. in rec. decis.543.num. 31. part.5. tom.2.*, *coram Dunoz. Jun. decis.346. num.31. & seqq.*, *optimè in alibi allegatis decisionibus editis in Romana renunciationis coram Priolo , & Rño Aldrovando locis ibi citatis , & in dicta Interamnen. Immissionis 5 Junii 1716. §. Accedente præsertim coram Altban.*; Qui omnes cùm jam defecisse supponantur , indè sequitur, quod juxtâ ratione affirmari posse videtur, renunciationem quoque ob illorum defectum post obi-
tum Patris resolutam censendam fore tamquam 15
deficiente causâ , propter quam facta fuit *Covarruv. in cap. quamvis pactum part.3. §.3. num.4. de pact. in 6.*, *ibidem Passerin. eu nu.59. & seqq.*, *Honded. cons.29. num.79. lib.1.*, *Sanchez. in præcept. decalog. lib.7. cap.7.num.19. & seqq.*, *Paschal. de patr. potest. part. 3. cap. 7. num. 52.*, *Gabriel. commun. conclus. tit. de Jur. Dot. conclus. 1. num.35.*, *Franc. Rocc. resp. legal.48. num. 7., & seqq. lib.2.*, *Rocca disput. Jur. select. cap. 56. num.7.*, *Capon. discept.20.nu.18. & seq.*, *Osasch. decis.98. num.11.*, *Surd. decis. 252. num.4.*, *Copyc. latr. decis.200. num.76.*, *& seq.*, *Rot. coram Merlino decis.894.*, *in rec. decis. 253. num. 17. & 19.*, *& decis.330. num.2. cum seq.*, *& num.6.*, *& seq. part.14., decis.23. num.4., & seq.part.15., decis.17. num.12.*, *& seq. part.19.*, *& in dicta Interamnen. Immissionis tempore , & loco mox citato.*

Eoque magis quia Renuncians *cessit translativè* omnia Jura , & actiones favore Patris, ut in
Instrumento dotali , quibus porrò verbis clarè 16
innuitur, renunciationem , de qua agitur , verè esse translativam , ut *ex Andreol. contr.310. nu. 14.*, *Torr. de pact. futur. success. lib.2.cap. 10. nu. 3.*, *Rot. post eundem decis.127. num.8. decis.128. num.18.*, *& decis.200. num.2.*, præsertim quia
cum titulo renunciationis complicatus etiam 17
fuit titulus donationis irrevocabilis inter vivos, qui suapte naturâ translationem importat ad tradita per *Cæsar. de Afflict. contr. 24. num.25.*, *Card. de Luc. de renunt. disc. 8. num.6.*, *& disc. 60. num.31.*, *& seq. de Donat.*, *Bottiglier. de renunc. success.cap.2.theorem.43. num.2.*, *Hodiern. contr. forens. cap.8. num.58. lib.1.*, *Torr. de pact. futur. success. lib 2. cap.1. num. 46.*, *Rot. coram Bichio decis.631. num.6.*, *& decis.103. num.15.*, *inter collect. per bo. mem. Advoc. Constantin. ad*
statut. Urb. Cùm autem omnis rennunciatio 18
translativa, sit personalis, *Passerin. in Cap. quamvis pactum num.46. de pact. in 6.*, *Donad. de renunt. cap.44. num.8. tom.2.*, *Andreol. contr.310. num.10.*, *Attolin.resol.40.num.30.*, *Torr. de pact. futur. success. lib.2. cap.10. num. 35. & 67.*, *Rota post eumdem decis.64. num.6., & 7.*, *decis. 116. num.16.*, *& decis.200. num.4.*, consequens est ,
ut resolvatur, deficientibus Personis contempla- 19
tis, ut benè ad rem arguunt *Surd.cons.179. num. 20. cons. 448. num. 13.*, *& decis. 163. num. 10.*, *Marcian. disput. 8. num. 11.*, *Donad. de renunt. cap.3. num.20.*, *& 21. tom. 1.*, *& cap.44. num.8., & 9. tom.2.*, *Theodor. alleg.36. num. 31.*, *Donat. Anton. de Marin. resol. quotid.cap.190.*, *ferè per tot.*

rot. lib.2., Torr. de pact. futur. successſ. dict. lib.2. cap.10. num. 36., Rot. post ipsum dict. decis. 64. num.6., & 7., decis.116. num. 16., & decis. 200. num. 4., & seqq.

At clariùs personalitatem renunciationis
evincit causa, ob quam illa facta fuit; celebrata namque reperitur occasione nuptiarum carnalium, & correspectivè ad dotem à Patre re-
20 ceptam, proindeque strictius interpretanda est, adeout facta censeatur favore dumtaxat here-
21 dum sanguinis Dotantis, quorum favore, &
22 donec illi supersunt, sicuti æquum est, quod
23 fœmina congruè dotata careat Successionibus, quas sperare posset *Passerin. in Cap. quamvis pactum num.75. de pact. in 6., Pansut. contr. 20. nu. 197., & seqq., latissimè Torr. de pact. futur. successſ. lib.2. cap. 15. num. 139. & seqq., de Marin. variar. resol. lib.2. resol.189. nu.4.*, ità etiam nullâ æqui, bonique ratione suadetur, quod Renuncians sibi, suæque soboli simili actu adime-
24 re voluerit spem omnem succedendi, etiam favore extraneorum, ut hasce renunciationes di-
25 stinguendo ab illis factis à Monialibus, quæ per emissionem professionis civiliter, & sinè natu-
26 rali herede mori dicuntur, tradunt *Telles Fernandez in leg. 6. Thaur. num. 51. & seqq., Rocca disput. Jur. select. cap. 55. nu.45., & seq., Gratian. discept.568. num.5., Conciol. allegat.31. nu. 24., Pansut. contr.20. num.120., & plurib. seqq., Rota coram Merlino decis.12. num.14., in rec. decis.328. num.18. part.12., decis.213. nu.19. part. 14., in Civitatis Vetulæ Transactionis 20. Aprilis 1708. §. Potissimè coram Card. Scotto, in Romana renunciationis 23. Januarii 1708. §. Maximè, confirmata 15. Junii ejusdem anni §. Præcipuè, & 6. Maii 1709. §. Tanta magis coram eodem, & 10. Maii 1710. §. Attento præsertim cum seq. coram Crispo, & in alia Romana renunciationis 9. Maii 1710. §. Eoque faciliùs* ibi = *altera verò, quod agitur de renunciatione facta à Nubente in sæculo, quam probabile non est voluisse se expoliare spe succedendi, etiam favore extraneorum* = *coram Eñio D. Card. Priolo, confirmata 3. Julii 1711. §. Quatenùs autem ad med. coram Rñio Aldrovando*; Prout etiam si hanc causam referamus ad Renunciatiatarium dotem constituentem, præsumendum est, illum eâ ratione,
27 quâ heredibus sanguinis consuluit, motum sanè non fuisse erga heredes extraneos *Bald. cons. 437. num.3. lib.2., Cancer. variar. resol. part. 3. cap.15. num.26. & seqq., Telles in leg. 6. Thaur. Gloss.1. num.45. in fin.* ibi = *ratio est, quia ex præsumpta mente Renunciantis, & Patris recipientis deducitur voluisse renunciationem habere effe-
28 ctum propter extraneos heredes, sed tantùm propter suos; omnia hæc procedunt sinè dubio quando Filia, quæ renunciavit, in sæculo permansit, &
29 in matrimonium ibat* =, & *num. 49. & seqq., Faber. in Cod. lib.1. tit.9. de pact. convent. defínit.12., Marcian. disput.8. per tot., Pansut. contr.20. nu. 97. & seq., & num.216. & seq., de Marin. resol. 189. nu.9., & 15. lib.2., Rota decis.543. nu.31., & seqq., & nu.35. part.5. tom.2. decis 330. nu.2, & seq. part.14., & dec.23. nu.5., & seq. part.5.*

De Contract.

Quamobrem si tum spectatâ naturâ actus strictè interpretandi, tum verisimili mente
Contrahentium, & figurâ verborum prò perso- 30
nalitate potiùs renunciationis respondendum est, facili negotio refelluntur argumenta, quæ in contrarium prò illius realitate deduci posse videntur vel ex eo, quod conventa fuerit renunciatio generalis, & generalissimâ, & in amplissimâ formâ extendenda, vel quia renunciatum fuit omni Successioni tàm ex Testamento, quàm ab intestato, vel ex quo renunciatio sit correspectiva ad dotem, eademque concepta reperiatur etiam per viam donationis, vel demùm ex Juramento, aliisque clausulis generalibus illi adjectis.

Nam, quod attinet ad generalitatem renunciationis, illiusque amplissimam extensionem,
hæc respicit formam ipsius renunciationis, & 31
Clausulas à Notario apponendas, quæ tamen
semper intelligi debent tamulativè ad renun- 32
ciationem personalem, nec extendi possunt contrà naturam contractus, & mentem Contrahentium, ut inquit *Rota in Romana renunciationis 17. Junii 1709. §. Minus illa verba = à fare una amplissima renuncia in amplissima forma = & 9. Maii 1710. §. Non obstantibus coram Priolo*; Clausula verò *tàm ex Testamento, quàm ab intestato* =
operatur quidem, ut, existentibus Personis in 33
renunciatione contemplatis, nequeat Renuntians aut ex Testamento, aut ab intestato suc-
cedere, at non etiam prohibet, quo minus, il- 34
lis defectis, ad Jura renunciata possit habere regressum, ut in specie respondendum dictæ Clausulæ advertunt, *Mans. consult. 257. num. 30., de Marin. resol.189. num.26. & seq. lib.2., Torr. de pact. futur. successſ. lib.2. cap.15. num.73. & seq., Rot. coram Emerix Jun. decis.99. nu.11., & duob. seqq., & in Interamnen. Immissionis 5. Junii 1716. §. Quidquam non subsistante coram Albani.*

Prout etiam non officit, quod renunciatio sit correspectiva ad dotem, & concepta per viam donationis, quia correspectivitas intercedens
inter dotem, & renunciationem operari nequit 35
realitatem renunciationis, & exorbitantem effectum impediendi illius resolutionem, quoties defecerint personæ in eadem contemplatæ, ut docent *Passerin. in Cap. quamvis pactum num.75. de pact. in 6., de Ponte cons.39. nu.3. vers. quando soror dotata, de Marin. resol.189. num.4. circa med., Altograd. contr. 27. num. 2., Rota decis. 543. num.34. part.5. post Tamburin. de Jur. Abbatiss. decis.6. num.21. & 22., & in Romana renunciationis 6. Maii 1709. §. Hinc neque cum seq. coram Scotto, confirmata 10. Martii 1710. §. Pari Jure, & seq. coram Crispo*, quorum plerique
loquuntur in difficiliori casu, renunciationis 36
nempè factæ ex causa ingressus in Religionem, quæ proculdubio rigidiorem contrà Renunciantem, benigniorem verò favore Renunciatarii exposcit interpretem.

Minus etiam titulus donationis cum renun-
ciatione complicatus absolutam istius realita- 37
tem inducere valet, quia talis titulus utpotè

38 accessorius actui, qui principaliter geritur, nunquam alterat illius naturam *Passerin. in cap. quamvis pactum nu.76., Torr. de pact. futur. success. lib.2. cap.10. num. 46., & seqq., Rot. apud eundem decis.63. num. 8., decis.64. nu. 18., decis. 72. num.11. & seqq.*, & generaliter de quacum-
39 que renunciatione, cui donationis etiam irrevocabilis titulus adjectus fuerit, tradunt *de Marin. dict. resolut.189. in observat. ad Reverter. decis.155. num. 2., Torr. variar. Jur. quæst. tom.2. tit.7. quæst. 8. num.64. & seqq., Mans. consult. 256. num. 34. consult. 258. num. 15., Rota apud Gallerat. de renunt. decis.23. num.24., & seqq., coram Bich. decis.119. num. 24. & seqq., in Romana renunciationis 17. Junii 1709. §. Hinc malè coram Priolo, confirmata 9. Maii 1710. §. Responsione non attentâ coram eodem, & 3. Julii 1711. §. Qua verò in fin. coram Rm̃o Aldrovando, in Faventina hereditatis 12. Decembris 1712. §. Secus quippè coram Ansaldo, & in Interamnen. Immissionis 5. Junii 1716. §. Nil denique coram Altban.*

Et denique consultò omissis aliis argumentis desumptis ex Juramento, cæterisque Clausulis generalibus, quibus renunciatio munitur, utpotè apponi solitis prò majori tantùm illius
40 confirmatione, non autem prò ejusdem extensione ultrà res expressas, & Personas in ea contemplatas, ut optimè firmat *Rota in Perusina Immissionis 15. Maii 1705. §. Minusque, & seqq., coram Em̃o Dño Card. Scotto, & in dicta Romana renunciationis 17. Junii 1709. §. Minùs illa verba coram Em̃o Priolo*, quælibet difficultas sublata videri posset eâ generali responsione, quod, cùm non repugnent personalitati renunciationis, quam non obscurè præseferunt verba, quibus illa concepta est, hinc est, quod, tametsi eidem insertæ reperirentur aliæ Clausu-
41 læ, & alia verba quoquomodo illius realitatem præseferentia, istis in conflictu prævalere deberent alia, utpotè coadjuvata tum ex qualitate, & natura actus strictè interpretandi, tum etiam
42 ex verisimili mente Contrahentium, juxtà quam pro personalitate potius, quàm prò realitate actus præsumendum est, ità quidem ut, si res dubia videri posset, favore Renunciantis res-
43 pondendum sit, præsertim verò quando agitur de renunciatione celebrata à Puellis ignaris sub-
44 tilitatum Juris, & in sæculo nubentibus *Torr. de pact. futur. success. lib.2. cap.23. num.31., Cyriac. contr. 252. num. 19., Gratian. discept. 565. num. 63., Palm. nep. allegat. 307. nu.34. & seq., Rot. decis.160. num.7. part.3. rec., & in Romana renunciationis 6. Maii 1709. §. Retenta igitur coram Scotto, confirmata 10. Martii 1710. §. Ex his satis coram Crispo, cum aliis in altera Romana Renunciationis 9. Maii 1710. §. Eoque faciliùs coram Priolo*, illæ enim nuptiarum, & liberioris vitæ usus cupiditate flagrantes, quàm citiùs nup-
45 tias perficere exoptant, minimèque percipiunt quanto persæpe pretio libertatem consequantur, & commodiorem vitæ statum sibi comparent, ut in proposito notat *Calvin. de æquitat. lib.1. cap.20. num.13., & optimè Rota in celebri Romana renunciationis 11. Januarii 1712. §. Ideoque licet coram Rm̃o Ansaldo Decano*, proindeque illis non solum in dubio benigniori semper 46
interpretatione favendum, succurrendumque est; Verùm prætereà, etiamsi verba renuncia-
tionis detorqueri deberent in sensum, qui esset 47
Renuncianti minùs præjudicialis, talis intellectus proculdubio amplectendus esset, ut probant *Capyc. latr. consult.76. num.64. in fin., Card. de Luc. de renunt. disc.1. sub num.7., aliique congesti in Spoletana Immissionis 10. Januarii 1716. §. Eoque libentiùs, quos sequitur eadem Rot. in Interamnen. Immissionis 5. Junii ejusdem anni §. penult. coram Altbann., & novissimè in Ariminen. fideicommissorum super Immissione 16. April. 1717. §. Ultim. coram Foscaro.*

Verum enim verò, licèt primo oculorum conjectu hæc plurimùm urgere viderentur; nihilo tamen minùs re maturiùs, diligentiùsque perspectâ, verius crederem, renunciationem,
de qua agitur, realem esse, ideoque quando- 48
cumque sivè antè, sivè post obitum Pauli Patris obveniat intestata hereditas Laurentii Patrui, eadem deferenda sit heredibus à Patre institutis, exclusâ semper Catharinâ Renunciante, perindè ac si naturaliter mortua esset, istum namque esse effectum, & virtutem hujusmodi renunciationis realis, communiter docuerunt *Mans. consult.8. num.24., Paschal. de patr. potest. part.2. cap.7. num.48., Conciol. alleg.11. nu.43., Capyc. latr. consult.76. num.46., Carena resol.69. num.8., Torr. de pact. futur. success. lib.2. cap.10. num.32., Rot. post eundem decis. 87. num.7., coram Emerix Jun. decis.1181. nu.23., apud Palm. nepot. alleg. 295. num.1., & alleg. 296. num.2., & alleg.297. num.6., in rec. decis 235. nu.13. part. 19., cum concordantibus relatis in Eugubina Immissionis 11. Maii 1711. §. Nec obstare coram Kaunitz.*

Realitas verò, & perpetuitas renunciationis sufficienter resultare videtur tum ex verbis, quibus illa concepta est, tum ex aliis argumentis confirmantibus, mentem Renunciantis per
realem, perpetuamque renunciationem sese 49
abdicandi juribus omnibus renunciatis, benè aliis cumulatis, *Capyc. latr. consult.76. num.45., & seqq., & consult.77. num. 30. & seqq., Donad. de renunt. cap.44. num.27. tom. 2., Torr. de pact. futur. success. lib. 2. cap.10. num.18., Rota post ipsum decis.62. num.2., decis.48. num.3., & decis. 161. num 8., & 9.* Si enim verba tàm Capitulorum, quàm Instrumenti expendantur, illa præseferunt generalem, & amplissimam renunciationem omnibus Successionibus Ascendentium, Descendentium, & Collateralium, ex quocumque latere venientium, & quæ nedum ex Testamento, & ab intestato hactenus Renuncianti obvenissent, verùm etiam, quæ in futurum ab intestato deferri poterant, ex quo sicuti evi-
dens, & aperta redditur comprehensio in re- 50
nunciatione hereditatis, de qua agitur, utpotè provenientis ab intestata successione Collateralis in eadem renunciatione expressè nominati, juxtà *Gloss. singular. in leg.1. §. Sed videndum vers.*
suc-

succedat ff. de success. Edict., Rovit. consf.44.num.
8. & seq. lib.1., Georg. alleg. 23. num.2., Botti-
glier.de success. cap.2.theorem.49. num. 28., Crass.
§. Successio ab intestato quæst. 10. num.13. circa
fin., Gallerat. de renunt. lib.3. cap.5. num. 27. §.
Cautela est, Senat. Mantuan. apud Gobb. consult.
dec.83. nu.31., & 32., Rot. coram Merlin.dec.62.
nu.22., coram Bichia decis.586. nu.14., & dec.632.
n.3., & apud Palm.nepot.alleg.294.nu.21., & alleg.
295. num.12. vers. quæ porro, in rec.decis.328.nu.
8., & 9. part.12., in Romana Immissionis 22.Junii
1707. §.final. coram Lancetta, & in Eugubina
Immissionis 11.Maii 1711.§.Cæterum etiam absque
indagine coram bon.mem. Kaunitz, ità etiam per-
spicua fit realitas, & perpetuitas ejusdem re-
nunciationis, nam Renuncians hoc modo uni-
versis Successionibus tam ex Testamento, quàm
51 ab intestato per realem, & extinctivam renun-
ciationem se de medio tollendo, prò mortua ha-
beri voluisse censetur, ut benè tradunt *Capyc.*
latr. consult. 76. num.57., & consult.77. num.31.
& seq., Donad. de renunt. cap.44. nu. 29., Torr.
de pact. futur. success. lib.2. cap.10. nu. 24., Rot.
post eundem decis.161. num.9., apud, Mans. con-
sult.258. num.29., coram Bich. decis.586. nu 15.
& seq., coram Dunoz. Jun. decis.676. num. 25.,
coram Ansaldo decis. 90. num. 27. juxtà Roman.
impress., in rec. decis. 714. sub num.8. part.2., de-
cis.328. num.8., & 9. part.12., in Fulginaten.
successionis quoad Carolinam 1. Julii 1709. §. Ex
toto namque coram Molines, in dicta Eugubina
Immissionis §. Prætereunda, in Romana Legati 9.
Martii 1714. §. Etenim coram Crispo, & in Bo-
nonien. Immissionis 18. Junii 1714. §. Altera verò
coram Cerra.

Et licèt sola præfata Clausula, tamquam con-
52 tinens unicam, & singularem cautelam, quâ
Renuncians à quacumque Successione perpetuò
excludatur, ut inquit *Carol. Anton. de Luc. in*
observat. ad Franch. decis. 375. num.9., Rot. apud
Palm. nepot. dict. allegat.295.num.13. §. Et licet,
53 exuberaret ad ostendendam omnimodam Re-
nunciantis incapacitatem amplius succedendi in
Bonis renunciatis; nihilominus tamen, ut ea-
dem apertior redderetur, nulloque unquam
tempore dubitari posset de realitate actus, &
comprehensione hereditatis, de qua agitur, in
renunciatione, post non dubiis verbis expressam
in Capitulis matrimonialibus Renunciantis in-
tentionem renunciandi omnibus Bonis unde-
cumque ad ipsam obventuris, videlicet tam ex
Testamento, quàm ab intestato, hæc alia addi-
54 ta fuerunt magis ampla, & effrænata verba,
quibus confirmatur realitas actus, & explicitè
declaratur Renunciantis voluntas se perpetuò à
Bonis renunciatis abdicandi ibi = *E finalmente di*
qualsivoglia Beni ragioni, niente eccettuato, da
estendersi secondo lo stile de Notari di Piacenza in
amplissima forma, e con tutte le solennità necessa-
rie, anzi ad abondante cautela le dette fini, e ri-
nuncie si averanno in tanto per estese in ogni mi-
glior modo &c. riservate solamente ad essa Cateri-
na, e suoi Successori le ragioni di conseguire la
detta dote =, quomodo enim verificari posset
adeo effusa verborum generalitas, & amplitu-
do, nisi includeret Jus futurum ex causa etiam
de futuro, ut præcisè ponderat *Gratian. discept.*
forens. cap.346. num.15., & Rota ad ornat. Card.
de Luc. de legat. decis.33. num.17. ibi = *quod for-*
tius procedit, attentà clausula iteratò in Instru-
mento expressá, nihil penitus excepto, seu exclu-
so, quæ pernecesse includit Jus futurum, ex causa
etiam de futuro, alias enim aliquid exciperetur,
seù excluderetur =, & nisi Renuncians se de me-
dio sustulisset in quemcumque casum se se ab-
dicando quibuscumque juribus supervenienti-
bus, hac enim disponendi formâ realitatem re- 55
nunciationis confirmari compertum fit *ex Me-*
noch. consf.401. num.104., Minad. consf.22. num.3.,
Bottiglier. de success. ab intest. cap.2.theor.49. nu.
26., & seqq, Carena resol.245. num.7. cum duob.
seqq., Rocca disput. Jur. select. cap.56. num.37.,
& seqq., Capyc. latr. consult.76. num.57., & con-
sult.77. num. 31., Urceol. consult. 98. num. 49.,
Gobb. consult. decis. 40. num. 1. vers. quandoqui-
dem, & consult.83. num.11., Rot. coram Dunoz.
Jun. decis. 676. num.25., coram R. P. D. Ansald.
decis.90. num.27., & in Eugubina Immissionis 11.
Maii 1711. §. Prætereunda coram bon. mem. Kau-
nitz., maximè cùm eadem verba in rem directa 56
appareant, quo fit, ut non solùm hæreditati-
bus, sed & modis omnibus, quibus illæ deferri
possent, renunciatum censeatur, *Rot. decis.714.*
num.6. part.2., decis.186. num. 5. part. 3. rec., &
apud Palm.nepot. alleg.295. num.16.

Nil itaque mirum, si Catharina renuncians
(ut realis renunciationis ratio postulat) nullo
pacto sollicita, ad quorum manus Bona ab ipsa
renunciata essent perventura, promittendo in
Capitulis renunciationem Patri, ejusque here-
dibus, & Successoribus, invitavit ad succe-
dendum heredes omnes, etiam extraneos, quos
in hac materia indifferenti, & suaptè natura ad
heredes transitoria sub amplitudine similis Clau- 57
sulæ comprehendi, firmavit *Rota in Forosempro-*
nien. Legatorum super reintegratione 27. Junii
1712. §.19., & 23. ibi = *satis est stipulatio simplex*
pro heredibus, & Successoribus ad comprehendendos
heredes extraneos = *coram Rmo Aldrovando,* quo-
rum sanè comprehensio certior redditur in casu
nostro, tum quia renunciatio successivè stipula-
ta, & respectivè acceptata fuit prò *Paulo Pa-*
tre, ejusque heredibus &c., quæ sola clausula cæ-
terata per intellectum à lege subauditum, ac 58
etiam ex stylo Notariorum importare potest sti-
pulationem prò omnibus heredibus, etiam extra-
neis, & quidem sufficientem prò inducenda rea- 59
litate renunciationis, ut tradunt *Gratian. di-*
scept. 564. num.5., Capyc. latr. consult. 76. num.
53., Caren. resolut. 245. num.6., Pacion. alleg.
civil. 93. num.16. & seqq., Palm.nep. alleg. 293.
num.16., Rot. apud eundem alleg. 294. num. 17.,
& alleg.295. num. 18. coram Ansald., decis. 90.
num.24., & duob. seqq., juxtà Roman. impress.,
in Romana legitima 17. Junii 1707. §. Ac ideò ad
med. coram Lancetta, in Cavallicen. donationis
2. Julii 1710. §. At è converso coram eodem, in
dicta Eugubina Immissionis 11. Maii 1711. §. Al-

tera coram Kaunitz, in Forosemproaien. Legato-
rum super reintegratione 18. Aprilis 1712. §.
Causæ, confirmata 27. Junii ejusdem anni §. Nul-
lumque coram Rmo Aldrovande, & in Romana
Legati 9. Martii 1714. §. Et finè ulla coram Cris-
po; Tum & fortiùs, quia in supradictis Capitulis
60 matrimonialibus expresè conventum fuit, re-
nunciationem esse extendendam in amplissima
forma juxtà stylum Notariorum Placentiæ, ut
autem mihi supponitur, cum in formulario Pla-
centino Mussi tres descriptæ sint formulæ In-
strumentorum renunciationum, quæ fieri so-
lent à Nubentibus carnalitèr, vel spiritualitèr,
& in omnibus stipulatio Renunciatarii per ex-
tensum concepta reperiatur his verbis = præsen-
ti stipulanti, & recipienti pro se, & heredibus
suis, & cui daret, indè sequitur, ambigi non
61 posse, quin Renuncians minimè curans, ad
quos Bona renunciata transitura sint, se de me-
62 dio substulerit per renunciationem omninò rea-
lem, & abdicativam, quæ, utpotè nullius
particularis personæ contemplatione facta, per
63 Renunciatarii obitum, præsertim cùm Testa-
mento, minimè resolvitur, Rovit. cons. 41. nu.
11. lib. 1., Surd. cons. 20. num. 13. in fin., Paris.
cons. 26. num. 52. lib. 3., Faber. in Cod. lib. 2. tit.
3. definit. 22. vers. sed si ut plerumque, Molin. de
rit. nupt. lib. 3. quæst. 85. nu. 60. cum seqq., Mart.
de success. legal. part. 1. quæst. 14. art. 1. num. 11.,
Torr. de pact. fut. success. lib. 2. cap. 10. num. 20.,
Rot. post eundem Torr. var. Jur. quæst. tit. 2. de
substit., & fideicomm. tom. 1. decis. 7. num. 12.,
coram Peuting. decis. 174. num. 8., coram Dunoz.
Jun. decis. 676. num. 27., in rec. decis 587. num. 3.
part. 1., decis. 328. num. 11. part. 12., decis. 458. nu.
10. part. 13., decis. 269. num. 4. & 5. part. 17., in
Romana Immissionis 22. Junii 1707. §. Quibus co-
ram R.P.D. Lancetta, in Urbevetana Immissio-
nis 20. Aprilis 1711. §. Ast certius coram An-
saldo, in Romana legati 9 Martii 1714. §. Indu-
bitanter verò coram Crispo, & in Bononien. Im-
missionis 18. Junii ejusdem anni §. Frustraque co-
ram Cerro.

Gravia profectò sunt argumenta isthæc eli-
cita ex verbis, & clausulis, quibus dicta re-
nunciatio promissa, & concepta legitur, at
longe graviora esse videntur illa, quæ elici pos-
sunt ex causa, & pactis eam informantibus;
Porrò causa, ob quam Catharina adeò amplam
renunciationem emisit favore Patris, ejusque
heredum, & successorum, non alia fuisse vide-
tur, quàm ingens Dos ab eodem Patre recepta,
64 sinè qua ipsa certè mota non fuisset ad similem
renunciationem faciendam, ut admonent Gra-
tian. discept. 558. num. 24., Covaru. variar. resol.
lib. 1. cap. 20. num. 2., Torr. variar. Jur. quæst. lib.
2. tit. 6. quæst. 8. art. 1. num. 4., Rota in Romana
renunciationis 9. Maii 1710. §. Cætera verò co-
ram Priulo, & in Forosempronien. Legatorum su-
per reintegratione 27. Junii 1712. §. 17. coram Rmo
65 Aldrovando, quæ quidem causa cùm semper
duret, & perpetua sit, validissimum idcircò
66 præbet argumentum realitatis, & perpetuita-
tis renunciationis correspectivè ad eam cele-
bratæ, ut unanimitèr observant Paris. cons. 26.
num. 35. lib. 3., Rovit. cons. 43. num. 9. lib. 1., Con-
ciol. alleg. 31. num. 10., Prat. discept. forens. 29.
num. 11. tom. 2., Capon. discept. forens. 216. num.
16., Ric. disput. Jur. select. cap. 56. nu. 10., Cu-
tell. de Donat. disc. 3. part. 6. nu. 127., Peregrin.
de fideicomm. art. 52. num. 74. ad fin. vers. Item
realis, Torr. de pact. futur. success. lib. 2. cap. 10.
num. 25. & seqq., Rot. coram Bich. decis. 586. nu.
12., in rec. decis. 587. num. 1. part. 1., decis. 357.
num. 14., & seqq. part. 13. apud Palm. alleg.
295. num. 25., cum aliis in Romana Immissionis
22. Junii 1707. §. Accedente coram Lancetta, &
in dicta Engubina Immissionis 11. Maii 1711. §.
Corruit coram Kaunitz.

Ejusdemque ponderis est jurata obligatio in
fine renunciationis adjecta illam semper, & in 67
perpetuum observandi, ex qua sicuti clarior
redditur realitas actus, ità firmior efficitur ex-
clusio Renunciantis, juxtà notata per Rovit.
cons. 44. num. 6. lib. 1., Paris. cons. 26. num. 57. lib.
3., Caren. resolut. 245. num 9., Capyc. latr. con-
sult. 76. num. 45., & consult. 77. num. 25., & 30.
lib. 2., Capon. discept. 216. num. 27., Torr. de
pact. futur. success. lib. 2. cap. 10. num. 22., Rot.
in rec. decis. 113. num. 12., & seqq. part. 18. apud
Palm. alleg. 294. num. 22. in fin, & alleg. 295.
num. 15., & in dicta Engubina Immissionis 11.
Maii 1711. §. Res verò coram Kaunitz.

Omnium verò urgentissimum argumentum,
ad evidentiam usque demonstrans realitatem, &
perpetuitatem controversæ renunciationis re-
sultare mihi videtur ex eo, quod non contenta
Catherina amplissimis verbis promisisse in Ta-
bulis nuptialibus se de medio tollere virtute re-
nunciationis realis in subsequuta Instrumenti
stipulatione spem sibi cujuscumque regressus ad
Bona renunciata præripere perpetuò voluit il-
lam celebrando per viam donationis irrevocabi-
lis inter vivos, cui sanè si tanta inest vis, ut so-
la ejus cum renunciatione complicatio summo- 68
pere urgeat ad effectum inducendi perpetuita-
tem, atque realitatem renunciationis Rot. apud
Palm. nepot. alleg. 294. num. 15. & 16., coram
Peuting., decis. 174. num. 1., & seqq., in rec. decis.
587. num. 1. part. 1., decis. 203. num. 4. part. 8.,
& in dicta Engubina Immissionis 11. Maii 1711.
§. Adstipulatur coram Kaunitz, quanto po-
tiori Jure eundem realitatis effectum operabi-
tur in casu nostro, in quo, ut legenti patet,
verba Instrumenti non accessoria, non conse-
quutiva, non intermixta, sed principaliter, & 69
sola in parte dispositiva adjecta ibi = fecit, ac fa-
cit &c. fines, atque donationem, & datum inter vi-
vos, quæ amplius revocari non possit ex quacum-
que causa &c. titulum veræ, perfectæ, ac princi-
palis donationis præseferunt, ut distinguendo
hunc casum ab alio, in quo donationis mentio
accessoriè, & consecutivè facta reperiatur, vel 70
incidenter exciderit in partibus tantùm execu-
tivis Instrumenti, in quibus terminis loquun-
tur Auctoritates suprà in contrarium allegatæ,
egregiè firmant Torr. variar. Jur. quæst. lib. 2.
quæst. 191. num. 56., & seq., Rot. post Gallerat.
de

de renunc. deciſ.3. num. 43. verſ., & parum refert, & penes Palm. nepot. alleg. 295. num. 22. poſt Torr. de pact futur. ſucceſſ., deciſ.48.num.2., coram Peutinger. deciſ. 174. num. 1. & ſeqq., coram Emerix Jun. deciſ.1256. num.10., Rota Lucen. inter collect. per Palm. nepot.deciſ.280. num. 6. apud Card. de Luc.de donat. deciſ.13. num.11., in rec.deciſ.98. part.12., deciſ.68. nu.10. & ſeqq. part.13., deciſ.23. num.13., & ſeqq. part.15., in Romana Legitimæ 27. Junii 1701. §. Præterea coram Caprara, in dicta Eugubina Immiſſionis §. Potiſſimè quia, §. Et in omnem caſum, & §. Adſtipulatur, & in Foroſempronien. Legatorum ſuper reintegratione 27. Junii 1712. §. Quatenus 22. coram Aldrovando.

Quod etiam mirificè comprobat pactum, &
jurata promiſſio eidem Inſtrumento appoſita
71 dictam donationem perpetuò obſervandi, &
cujuſcumque cauſæ colore nunquam eam impu-
gnandi, aut revocandi, quæ cùm veræ dona-
72 tioni irrevocabili inter vivos adijci ſoleat, per
ea, quæ tradunt *Bald. in leg. ultim.num.11. Cod.
de pact., Rip. in leg. ultim. num.181.Cod. de revo-
cand. Donation., Speculat. tit. de Donat. num. 5.,
Bertazzol. conſil.civil.84. num.39., Bargal. de dol.
lib.2. cap.2. num.19., Guttierez. de Juram. con-
firm. part. 1. cap.10. num.5. in princ. Et in §. Sed
contra ad med., Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 41.
num.6. in fin.*, eo magis oſtendit, atque confir-
73 mat Contrahentium mentem celebrandi princi-
paliter actum donationis irrevocabilis inter vi-
vos; intrinſeca namque natura contractuum
74 æſtimari, & determinari debet ex qualitatibus,
& forma, quibus eorum ſpecies demonſtratur,
atque determinatur *Covarr. in Cap. quamvis pa-
ctum part.3. §.3. ſub num.4. de pact. in 6., Aretin.
conſ.160. nu.17., Decian.conſ.108. nu.15., Manſ.
conſult.19. num.17., Rocc. diſput. Jur. ſelect.cap.
56. num.8., Rot. in rec. deciſ.24. num.3. part. 18.
& penes Card. de Luc. tom.1.lib.4.deciſ.17.nu.20.*

Hoc autem poſito, cùm donatio inter vivos
75 ſuâpte naturâ perpetua ſit, & deficientibus
etiam perſonis in ea contemplatis, tranſeat ad
76 quoſcumque Donatarii heredes, niſi Donans
ſpecialiter ſibi de reverſione caverit juxtà *Text.
apertos in leg.1. §. Igitur ff. de Donat., leg. ſi quis
argentum §. final. Cod. eodem, Galeot. contr. 21.
num.215. & ſeqq., Mantic.de tacit. lib.13.tit.21.
num.20., Rot. coram Merlin.deciſ.664.num.7., co-
ram ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ.255. num.5.,
coram Emerix Jun. deciſ.970. num.1. & ſeq., de-
ciſ.1047. num.1., deciſ. 1325. num.31. & 34., in
Mutulen. Salviani 23. Aprilis 1708. §. Quo verò
in fin. coram Omanna, in Romana renunciationis
17. Junii 1709. §. Et talis coram Priola, & 3.
Julii 1711. §. Quo verò coram Rmo Aldrovando,
in Foroſempronien.Legatorum ſuper reintegratione
27. Maii 1712. §. Quatenus 22. coram eodem, &
in Ferrarien. alimentorum, & Dotium ſuper con-
ſumptione Detractionum 11.Martii 1712.§. Abſ-
que eo quod coram Priola*. Hinc proculdu-
77 bio ſequitur, renunciationem per viam dona-
tionis celebratam realem, & perpetuam cenſen-
dam eſſe, itaut nullo unquam tempore Renun-
tians poſſit habere regreſſum ad Bona, & jura 78
renunciata, quæ virtute donationis deferentur
ad quoſcumque heredes Donatarii, etiam ex- 79
traneos, vel ſcriptos in Teſtamento, vel ex le-
gis providentia, & diſpoſitione quoquomodo
vocatos, teſte *Burſat. conſ. 264. num. 8., Cru-
vet. conſ. 42. num.2., Natt. conſ. 470. num. 30.,
Gabriel. conſ. 132. num. 69. lib. 1., Peregrin. de
fideicomm. art.52. num.2., Noguerol. allegat. 37.
num.23. poſt med., Gratian. diſcept.386 num. 14.
& ſeqq., & diſcept.568 nu.1. & 2., Rocc. diſput.
Jur. ſelect. cap.194.num.18. & 19., Torr. de pact.
futur. ſucceſſ. lib.2.cap.10. num.27., & poſt ipſum
Rota deciſ.64. num.5., deciſ.87. num.6., & deciſ.
160.num.2.,& plurib. ſeqq., in rec. deciſ.98. à nu.
8. ad 15., & deciſ.149. num.13., & duob. ſeqq.
part.12.,deciſ.68. num.6. & 7., & deciſ. 271. nu.
4. part. 13.,coram Gregor. deciſ. 85. num.1., coram
Emerix Jun.,deciſ.181.num.24.,deciſ.619.num.1.,
& deciſ.1256. num. 11. coram Ottbubon., deciſ.10.
num.5., & ſeqq. & num.16. & ſeqq., in dicta Eu-
gubina Immiſſionis 11. Maii 1711. §. Adſtipula-
tur in fin. coram bon. mem. Kaunitz, & in aliis
mox allegatis*; adeò quidem perpetuò excluſâ
Renunciante, ejuſque heredibus, ut ſi Dona-
tarium contingat decedere inteſtatum, & ſinè
ullo legitimo herede, qui Fiſcum excludere 80
valeat, Bona ſic donata ad illum devolvantur
una cum reliquis Donatarii Bonis *Rota in Caval-
licen. Donationis 21. Novembris 1707. §. Ità ex
appoſito coram Anſaldo confirmata 2. Julii 1710.
§. Quibus omnibus coram Lancetta.*

Quæ cùm ità ſint, & plenè his omnibus con-
ſtabilita dici poſſe videatur realitas renunciatio-
nis, de qua agitur; ſi enim omnes circumſtan-
tiæ diviſim non conſiderentur, ſed inſimul jun-
gantur; eximia nempè dotis quantitas, ampli-
tudo verborum, & ſtipulatio favore heredum
cum Clauſula cæterata, & titulo irrevocabilis
donationis cum aliis ſuprà ponderatis, quem-
admodum omnia ſimul accipienda eſſe dixit ad
hunc effectum *Rota deciſ. 356. num. 12. part. 13.* 81
*rec. poſt Torr.de pact futur. ſucceſſ., dec.161. nu.9.
§. Quæ ſanè, apud Palm.nepot.alleg.294.nu.23., &
alleg.295.nu.24.§.Tot jam tantiſque, in ſæpe citata
Eugubina Immiſſionis §.Et quamvis, & in Bononien.
renunciationis ſuper admiſſione probationum 26.Ju-
nii 1711. §.Potiſſimè in fine coram Molines*, In du-
bium revocari non poteſt realitas hujuſce renun-
ciationis, ut totidem ferè verbis firmavit *Rot.in* 82
*Foroſempronien.Legatorū ſuper reintegratione 27.
Jun.1711.§.24. cor.Aldrovando*, hæc inquam, cum
ita ſe habeant, fruſtrà in contrarium pro inducen-
da illius perſonalitate obtenditur contemplatio
certarum perſonarum, & favor maſculorum
ſivè heredum ſanguinis, pro quibus dumtaxat
illa facta præſumitur, adeout ob eorum defe-
ctum reſoluta dici debeat; nam contemplatio
certarum perſonarum immutare non valet na- 83
turam renunciationis, quæ alioquin appareat
merè abdicativa, & realis, ob eam rationem,
quod cùm humanorum actuum ea ſit conditio, 84
ut fieri nequeant, niſi circà determinatam ma-
teriam, & res verſentur, & cum certis perſo-
nis

nis gerantur, illarum proindè sola expressio
inducere nequit personalitatem actus, quando
85 hæc excluditur ex natura ipsa renunciationis,
quæ realis, & perpetua sit, ut in puncto respon-
dit Rota in Romana hereditatis de Lanuviis coram
d' Hervault impress. inter collect. per Balduc ad
Ramon. tom.3., & repetit. apud Palm.nepot. alleg.
295. sub num.11. vers. ex mente ergo, & in Ro-
mana legitimæ 15. Maii 1699. §. At dato etiam
coram Ansaldo impress. apud eundem Palm. decis.
Lucen. 272. sub num. 18. vers. observandum, &
latiùs in illius confirmatoria 27. Junii 1701. §. Ni-
hilominus, & §. Nec eliditur coram Card. Caprara,
& in dicta Eugubina Immissionis coram Kaunitz §.
Non obstat, & §. seq., ubi, quod contraria proce-
dant, quando persona Renunciatarii fuit taxativè
nominata in dispositiva, non verò, ut hic, demon-
86 strativè cum clausula pro se, & heredibus &c.
Masculorum verò favor, & heredum sangui-
nis, omisso, quod nulla ex parte dictæ renun-
ciationis desumi posse videtur, quin potiùs ma-
87 nifestè exclusus apparet tum ex eo, quod in ea
numquam facta fuit mentio unici fratris, quem
Catharina habebat tempore factæ renunciatio-
nis, tum etiam ex eo, quod, ut supra latè de-
monstratum fuit, eadem stipulata legitur pro
heredibus quibuscumque etiam extraneis virtu-
te illius Clausulæ cæteratæ heredibus &c. nihilo-
minus admisso etiam, quod renunciatio isthæc
88 ipsorum contemplatione, & favore celebrata
esset, indè tamen non rectè inferretur illius re-
solutio ob eorum defectum ex triplici æque va-
lida ratione; Tum scilicet, quia negari certè
non potest, quin dicta renunciatio facta etiam
fuerit, & quidem expressè, & principaliter
89 correspective ad Dotem receptam; quamob-
rem, cùm non una, sed duæ fuerint dictæ re-
nunciationis causæ, tametsi una ex eis persona-
litatem importans defecerit, quia tamen rema-
90 net, & viget adhuc alia causa, nimirum do-
tis perpetuitatem, & realitatem præseferens,
ut, præter suprà citatos, tradit Rot. in Fulgi-
naten. Successionis quoad Carolinam 1. Julii 1709.
§. Demum coram Molines, & in Forosempronien.
Legatorum super reintegratione 18. Aprilis 1712.
§. Cujus, & 27. Junii ejusdem anni §. Eidemque
18 coram R̃mo Aldrovando, renunciatio minimè
91 resolvitur, per ea, quæ in terminis duarum
causarum æquè principalium observant, Surd.
cons.361. num.14., Marescot. variar. resol. lib. ...
cap.20. num.8., Gratian. discept.971. nu.6. & 7.,
Conciol. alleg.31. num.38., Molin. de Rit. nuptiar.
quæst. 92. num. 49. & 50., Rot. post Catell. de
Donat. decis. penult. num.6., & apud Mans. con-
sult.258. num. 125., coram Burat., decis.12. num.
5., in rec. decis.587. num.7. part.1. decis.348. nu.
2. part.4, decis.251. num.12. part.5., decis.328.
nu.6. part.12., coram Ansaldo, decis.90. nu.18., &
seq. juxtà postrem. edit., in Hortana successionis 27.
Novemb. 1705. §. Minimè vers. & in omnem coram
Omanna, in Motulen. Salviani 6. Maii 1705. §. Pa-
rifor miter vers. vel ambæ coram eodem, & in d. Fa-
rosempronien. Legatorum super reintegratione 27.
Junii 1712. §. Eidemque 18. coram R̃mo Aldrovando.

Tum etiam quia, cum renunciatio princi-
paliter processerit per viam donationis, nullo 92
adjecto pacto reversivo, nunquam locus esse
potest regressui ad Bona sic donata, tametsi 93
defecerint personæ in renunciatione contem-
platæ, quia non contemplatio certarum Per-
sonarum, sed pactum reversivum Donanti at- 94
tribuit regressum, proindeque, illo deficien-
te, licèt donatio facta reperirietur favore certa-
rum Personarum, hoc tamen efficere quidem 95
posset, quod Donatarius illis præjudicare ne-
quiret in rebus donatis, at non etiam, illis de-
ficientibus, operaretur regressum Donantis ad
Bona donata, quæ potiùs libera mansissent pe- 96
nes Donatarium ad Text. in leg. si necessarios 8.
§. Deveniendo, ibique Gloss. ff. de pignorat. action.,
Catell. de Donat. disc. 1. special. 24. num. 14.,
Carol. Anton. de Luc. de lin. legal. tom.1. resp. 1.
num.2. & 6., & ad Gratian. discept.578. num.2.,
idem Gratian. discept. 386. num. 14. cum seq., &
cap.568. num.1. & 2., Noguerol. allegat.37. num.
23. post med., Giurb. de concess. feud. §. 2. Gloss.
13. num.96., Mantic. de tacit. lib.13. tit.21. num.
30., inquiens, non posse ab hac opinione rece-
di Rota coram Priol. decis. 422. num. 2., & seq.,
coram Emerix Jun. decis. 970. num. 1., & 2., de-
cis.1047. num.1., & decis.1325. num.31., & 34.,
in rec. decis.98. num.9., & 14. part.12., decis.68.
num.6. & 7., & decis.434. num.1. part.13., in
Romana Donationis seu Primogenituræ de Aldo-
brandinis 10. Maii 1697. §. Idque potissimum, &
§. In prænotata & §. Cum ergo in fin. coram Ursi-
no, in Motulen. Salviani 23. Aprilis 1708. §.
Quo verò in fin. coram Omanna, in Romana renun-
ciationis 3. Julii 1711. §. Quo verò coram R̃mo
Aldrovando, & in terminis renunciationis cum
donatione complicatæ, ad effectum arguendi
illius realitatem, & perpetuitatem plenissimè
in Eugubina Immissionis 11. Maii 1711. §. Traxit
cum plurib. seqq., & §. Adstipulatur coram bon.
mem. Kaunitz, & in Forosempronien. Legatorum
super reintegratione 18. Aprilis 1712. §. Parum-
que, & 27. Junii ejusdem anni §. Quatenus verò
22. coram R̃mo Aldrovando, ubi sic ad rem no-
stram punctualiter habetur = quàm ex eo quia re-
nunciatio præsefert etiam donationem per se stan-
tem, & independenter ab ipsa renunciatione, quo
casu Fratres de Passioneis incidunt in scillam, nam
in tali hypothesi, admisso etiam, quod causa unica,
& finalis juxtà eorum assumptum fuerit contem-
platio personarum Familiæ, & agnationis, nihilo-
minus, etiamsi ista jam cessaverit, & defecerit per
obitum Innocentii, locus non est regressui ad Bona
sic donata, cum deficiat pactum reversivum expressè
requisitum ad effectum, ut donatio resolvatur, &
Donans regredi valeat ad Bona donata. =

Tum denique, quia defectus Personarum
contemplatarum prodesse posset Renuncianti, si
Renunciatarius decederet ab intestato, at cùm
nostra quæstio versetur in casu, quo Renuncia-
tarius decedat cum Testamento, talis defectus 97
nullatenus viam aperit regressui favore Renun-
ciantis, ob eam efficacissimam rationem, quia
videlicet contemplatio certarum Personarum 98
du-

99 duplicem operatur effectum; Primum nempè,
quod Pater, aut Renunciatarius testari non pos-
100 sit in præjudicium illarum; alterum verò, quod,
eo ab intestato decedente defectis jam personis
contemplatis, filia succedere possit, ac si non re-
101 nunciasset; Renunciatarius enim ab intestato de-
cedens præsumitur velle Renunciantem ad Bona
102 renunciata revocare, Filiamque extraneis præ-
ferre, secus verò si testatus decedat, nam, cùm
103 Parentes istiusmodi renunciationes eà mente, &
104 consilio fieri curent à Filiabus, ut ipsi plenam
acquirant Bonorum libertatem, & de illis pro
libito disponere possint, quotiescumque Renun-
105 ciatarius cum Testamento decesserit, extare dici-
tur persona, quæ ex illius voluntate Renuncian-
tem excludit, heres nempè ab eo scriptus in
106 Testamento, qui licèt non sit de personis in re-
nunciatione contemplatis, est tamen uti he-
res Renunciatarii in stipulatione renunciationis
proculdubio comprehensus, quod sufficit ad hoc,
ut Renunciantem excludere possit, juxtà com-
munem Doctorum opinionem, quam præcipuè
tenent *Jo. Franc. à Ponte consf. 39. nu. 1., & consf.
40. num. 7., Montan. contr. 10. sub num. 20., de
Marin. lib. 2. resol. 189. num. 12. & seq., Mansf.
consult. 257. num. 23. & seq., & consult. 266. num.
13., Gallerat. de renunc. lib. 3. cap. 7. sub num. 9.,
Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 5. nu. 13., Ca-
pyc. latr. decis. 3. num. 26. lib. 2., & pluries firma-
vit Sacra Rota, ut in decis. 85. num. 12. coram
Gregor., decis. 98. vers. non obstat. post Fenz. n. ad
Statut. Urb. inter diversf. decis. 393. nu. 4. part. 1.,
in rec. decis. 543. num. 41. part. 5., & est magistra-
lis decis. 10. ferè per tot. coram san. mem. Ale-
xand. VIII., quam sequitur eadem Rota in Ca-
merinen. Immissionis 27. Junii 1710. §. 2. & 3., &
23. Januarii 1711. §. Prout nec obstare coram Lau-
cetta, in dict. Forosempronien. Legatorum super
reintegratione 27. Junii 1712. §. 23. in fin. coram
Aldrovando*, & ità etiam distinguit sæpè in
contrarium allegata *decisio in Interamnen. Immis-
sionis 5. Junii 1716. §. Minusque coram R. P. D.*
107 *Altban.*; Et hac distinctione facilè conciliantur
reliquæ omnes contrariæ auctoritates firmantes
sub stipulatione facta pro se, & heredibus, non
comprehendi nisi heredes sanguinis, loquuntur
enim in casu, quo Renunciatarius ab intestato
decesserit, secus verò si cum Testamento; ut
earum singulas legenti perspicuè patebit, &
optimè advertit *Andreol. contr. 310. nu. 27.* ibi =
*Prædicta videntur procedere tantùm quando stipu-
lans renunciationem pro se, & heredibus decesse-
rit ab intestato, nam tunc solùm stipulatio pro he-
redibus refertur ad heredes descendentes, secus si
ille Testamentum condiderit instituendo, etiam Ex-
traneos, nam tunc renunciatio durat, & non ex-
tinguitur, cùm etiam extranei heredes comprehen-
dantur.*

Ut etiam parui refert, quod renunciatio, de
qua agitur, translativa esse videatur favore Pa-
tris, & idcircò personalis propter illa verba in
Instrumento renunciationis adjecta *cessit transla-
108 tivè &c.*; non enim repugnat, quod renunciatio
respectu Renunciantis, & ad effectum illum
perpetuò excludendi, realis sit, & abdicati-
va, translativa verò, & personalis censeatur
respectu Renunciatarii *Rocca disput. Jur. select.
cap. 56. sub num. 8. vers, & sanè, Card. de Luca
de renunc. disc. 1. num. 9., & disc. 4. nu. 17., Torr.
de pact. futur. successf. lib. 2. cap. 10. ex nu. 9., An-
sald. in addit. ad decis. 48. num. 24. & 28., Rot.
coram Merlin. decis 62. num. 23. & 25., coram
Dunoz. Jun. decis. 641. num. 32., coram Emerix
Jun. decis. 619. num. 5., decis. 20. num. 11. inter im-
pres. ad ornat. Card. de Luca de fideicomm., in
Pisauren. Fideicommissorum 27. Aprilis 1703. §.
Nec subsistit coram Laucetta, in Romana successio-
nis 10. Februarii 1710. §. Verum quidem est co-
ram Priolo, In Eugubina Immissionis 11. Maii 1711.
§. Magisque stringit coram Kaunitz, & in Roma-
na renunciationis 3. Julii ejusdem anni §. Absque
eo quod coram Aldrovando*; Quamobrem verba
illa præseferentia cessionem translativam, nul- 109
lo pacto resistunt realitati donationis, cum om-
nis renunciatio contineat cessionem quoad præ- 110
sentia, & nihilominus successio fit, prout in ca-
su, per viam donationis irrevocabilis, perpe- 111
tuitas cessionis perspicua remanet ex punctuali-
bus auctoritatibus superiùs allegatis; si verò
refertur ad futura, atque pariter facta est per 112
viam donationis irrevocabilis, & per modum
realis, & perpetuæ renunciationis, quemadmo-
dum fieri potest, per *Text. in leg. 3. Cod. de Donat.*
verbis illis = *Spem futuræ actionis, plena, interce-
dente Donatoris voluntate, posse transferri non
immeritò placuit* = *Soccin. sen. consf. 183. num. 23.
& seq. lib. 2., Surd. consf. 308. nu. 30., Cyriac. contr.
1. num. 14., Gallerat. de renunc. tom. 2. cent. 1. ren.
27 num. 14., clar. mem. Card. de Luc. eodem tract.
disc. 4. num. 17., Torr. de pact. futur. successf. lib.
2. cap. 1. num. 13., & seq., & cap. 2. num. 10., &
seqq., Rot. in Romana renunciationis 6. Maii
1709. §. Non attentis coram Scotto, confirmata 10.
Maii 1711. §. Neutra siquidem coram Crispo*, &
tunc etiam effectus est idem, cum subintelli- 113
gatur clausula = *quatenus Jure deferuntur* = eo- 114
que casu censetur Renuncians se spoliare Juri-
bus deferendis nedum favore Renunciatarii, sed 115
etiam favore heredum quorumcumque, juxtà
indolem veræ, ac rigorosæ donationis, ac rea- 116
lis, & perpetuæ renunciationis, ut in puncto
explicat *Rota in sæpe laudata Eugubina Immissio-
nis coram bon. mem. Kaunitz §. Nec obstare valet*,
ubi concordantes, & patet ex deductis *ex §. A-
ctum verò usque ad fin. ejusdem Decisionis*, & be-
ne ad rem conferunt tradita per *Rot. apud Cutell.
de Donat. decis. penult. num. 2. & seqq., post Torr.
de pact. futur. successf. decis. 160. nu. 2., & seqq.,
in rec. decis. 587. num. 1. part. 7., decis 98. nu. 18.,
& plurib. seqq. part. 12., decis. 68. num. 6. & seqq.
part. 13., in Cavallicen. Donationis 1. Februarii
1706. §. Ratio sic decidendi coram Scotto, & 21.
Novembris 1707. §. Cùm igitur coram Ansaldo
Decano, & in Forosempronien. Legatorum super
reintegratione 27. Junii 1712. §. Quatenus coram
Aldrovando.*

Nil

Nil denique turbat, quod hujusmodi renunciatio, utpotè strictissimè interpretanda, personalis potiùs, quàm realis esse censeatur, præsertim quando facta reperitur occasione nuptiarum Carnalium; Etenim cùm ea regulanda sit
117 juxta mentem, & voluntatem Renunciantis, talis proculdubio censeri debet, qualem à Renunciante fieri voluisse verba, & argumenta demonstrant *Torr. de pact. futur. success. lib. 2. cap. 10. n. 14., & alibi passim*; non curato, an ea facta fuerit occasione matrimonii spiritualis, vel Carna-
118 lis, hoc namque respectu ipsius renunciationis est purum accidens, quod ejusdem substantiam, atque naturam immutare nequit. Immò verò
119 tantum abest, quod Carnale matrimonium possit esse causa exclusiva realitatis renunciationis, ut eam potius inferat, quoties renunciatio, ut
120 in casu nostro, facta fuit correspectivè ad insignem Dotem, ut præter alibi deductos, tradunt *Conciol. allegat. 31. num. 10., Torr. de pact. futur. success. loc. mox citat. num. 25. & 26.*

Januen.

Transactionem jurium primogenituræ, veluti ipso jure irritam, atque etiam veluti bona fide destitutam, nec primogenituræ utilem, nihil successoribus nocere, hinc verò eamdem primogenituram ab herede gravato transigente redintegrandam esse à die obitûs Testatoris de fructibus investimento destinatis, & ab altero ex transactionis lege perceptis, latissimè demonstratur ex eo, quod error, & falsa opinio validæ donationis à primogenituræ Conditore posteriùs conscriptæ caussam dederit transactioni, nec aliquid ex bonis in transactionem deductis primogenituræ ipsi remissum fuerit: Quod verò donatio caussà mortis censenda sit, ac propterea nullis adhibitis testibus facta, non valeat, permultis argumentis ostenditur, præsertim ex sæpius repetita mortis mentione, ex reservata Donatori facultate revocandæ dispositionis, ex istius substantia in tempus mortis collata, & ex non adhibita Donatarii, vel alterius pro eo donationem acceptantis præsentia: Refelluntur contrariæ pro adstruenda donatione inter vivos conjecturæ, quod scilicet nulli testes adhibiti fuerint, quodque Donator scripturæ donationis vim publici instrumenti tribuerit, ac facultatem Procuratori dederit eam exhibendi apud acta Notarii, ejusque confirmationem petendi à Judice: Donatio caussà mortis per Nuncium, Epistolam, aliamve scripturam facta, quomodo præsentiam quinque testium desideret? Ac demùm ostenditur à restitutione fructuum non excusare bonam fidem, si caussam habeat à titulo intrinsecùs nullo, vel si fructus investimento fuerint destinati.

VOTUM VI.

1 *Dispositionis natura spectanda est, ut rectum de ea judicium feratur.*
2 *Scheda absque heredis institutione, Notario, & testibus, codicilli, vel Testamenti jure censenda non est.*
3 *Etiamsi fuerit scripta, & subscripta à Defuncto.*
4 *Ocularis inspectio magis probat, quàm verba, & argumenta.*
5 *Donationem caussà mortis inducit mentio mortis in dispositione pluries facta*, & num. 13., & 45.
6 *Donationem inter vivos excludit facultas mutandæ, & revocandæ dispositionis*, & num. 51. & 52.
7 *Donatio inter vivos suàpte naturà est irrevocabilis.*
8 *Dispositio non valitura, vel effectum habitura, nisi post mortem Disponentis, dicitur collata in tempus mortis ipsius*, & num. 54. & 56.
9 *Et repugnat donationi inter vivos.*
10 *Dispositionis non valituræ, nisi post mortem Disponentis, non sola executio, sed substantia differtur in tempus mortis*, & num. 55.
11 *Donationi caussà mortis congruit actus nonnisi post mortem valiturus.*
12 *Præsumptionem donationis inter vivos excludit mortis mentio.*
14 *Donationis caussà mortis præsumptio ex mentione mortis inducta, ut elidatur, perspicua esse debent argumenta*, & num. 19.
15 *Donationem caussà mortis non efficit sola mortis mentio.*
16 *Mortis mentio intelligi potest facta pro differenda sola executione donationis inter vivos*, & num. 18.
17 *Quod intellige, si ex circumstantiis appareat actum non esse de donatione caussà mortis.*
20 *Donationem inter vivos non probat voluntas Donantis, ut scriptura donationem continens vim habeat solemnis, & publici instrumenti*, & num. 22.
21 *Donationes etiam caussà mortis in publicum instrumentum solent redigi.*
23 *Donationis scriptura, quod ex voluntate Donantis vim habeat publici instrumenti, id solum respicit majorem firmitatem, & probationem actus.*
24 *Nec immutat naturam ipsius donationis.*
25 *Donationis inter vivos levis est conjectura desumpta ex facultate data Procuratori exhibendi scripturam donationis apud acta Notarii, ejusque confirmationem petendi à quolibet Judice, & Magistratu.*
26 *Insinuationem non exigit donatio caussà mortis.*
27 *Sed solùm donatio inter vivos.*
28 *Insinuatio argumentum est donationis inter vivos.*
29 *Insinuationis necessitatem non imponit facultas Pro-*

Procuratori data exhibendi scripturam donationis alicui Notario, ac petendi ejus confirmationem a Judice.

30 *Sed hæc facultas intelligitur data, ut semper, & ubique constaret de veritate scripturæ.*

31 *Argumentum æquivocum non probat*, & nu.44.

32 *Donationis insinuationem potuit velle Donatur ad cautelam, non ad firmitatem actus.*

33 *Donationis insinuandæ voluntatem, & necessitatem abfuisse colligitur ex numquam facta per Procuratorem Donatoris insinuatione.*

34 *Donationis inter vivos valida conjectura est minor, quàm quinque testium numerus in donatione adbibitus.*

35 *Donatio causâ mortis non valet, nisi adbibitis quinque testibus*, & num. 64. & 67.

36 *Donatio inter vivos rectè fit coram duobus testibus.*

37 *Actum inutilem à Donatare fieri voluisse, dicendum non est.*

38 *Actus, ut valeat, omnis interpretatio capienda est.*

39 *Donationis inter vivos nullam præbet conjecturam defectus quinque testium, si nulli adbibiti fuerint.*

40 *Donationis inter vivos conjectura desumpta ex defectu numeri quinque testium, si sola sit, parum urget*, & num.42.

41 *Præsertim, si aliæ validiores adsint conjecturæ pro donatione causâ mortis.*

43 *Donatio continens augmentum primogenituræ, an* inter vivos, *vel* causâ mortis *facta fuerit, nulla conjectura sumi potest ex eadem primogenitura per Contractum antea instituta, & in testamento adaucta.*

46 *Ultimæ voluntatis actum exhibent verba* = Io infrascritto per la Dio grazia sano di mente, ed intelletto.

47 *In ultima voluntate adbiberi soles hæc verborum formula.*

48 *Non autem congruit actibus inter vivos.*

49 *Donationem* causâ mortis *innuunt verba* = Io infrascritto per la Dio grazia sano di mente, ed intelletto.

50 *Donatio* causâ mortis *species est ultimæ voluntatis.*

53 *Donationem* inter vivos *magis excludit facultas revocandi respiciens ipsum donationis substantiam in tempus mortis collatam.*

57 *Donatio non valitura, nisi post mortem Donantis, est* causâ mortis.

58 *Donans* causâ mortis *mavult se habere, quàm eum, cui donat, & magis eum, cui donat, quàm heredem.*

59 *Donationis* causâ mortis *demonstratio, non simplex conjectura est, substantia donationis in tempus mortis collata.*

60 *Donationis* causâ mortis *conjecturæ sunt defectus mentionis heredum, juramenti, præsentiæ Donatarii, vel Notarii pro eo acceptantis.*

61 *In donationibus* inter vivos *adhiberi solent juramentum, mentio heredum, & præsentia Donatarii, vel Notarii pro eo acceptantis.*

62 *Donationem esse* causâ mortis *rectè arguitur, si, ut altera prior donatio, denominata non fuit* inter vivos, *nec in publicum instrumentum reducta, nec aliis clausulis communita.*

63 *Donationem esse* causâ mortis *declarat observantia diuturna.*

65 *Donatio* causâ mortis, *licèt initio inspecto, magis accedat contractui, contractus tamen non est*, & num.68.

66 *Contractus perfici possunt duobus tantùm adbibitis testibus.*

69 *Donatio* causâ mortis *contractus non est, præsertim, si rei traditio secuta non fueris.*

70 *Donatio* causâ mortis *Absenti facta, censenda est ad instar Legati, & ultimæ voluntatis.*

71 *Donatia* causâ mortis *Absenti facta, multò magis quinque testes desiderat.*

72 *Donatio* causâ mortis *non valet sinè testibus.*

73 *Donatio* causâ mortis *fieri potest, etiam absenti, per epistolam, vel scripturam privatam, aut per Nuncium.*

74 *Intellige tamen, quando mandatum, epistola, aut scriptura fiat coram quinque testibus.*

75 *Atque etiam coram quinque testibus fiat traditio epistolæ, vel rei donatæ.*

76 *Donatio* causâ mortis *per Procuratorem non valet, nisi mandatum illi detur coram quinque testibus.*

77 *Testamentum solemne revocari non potest per donationem* causâ mortis.

78 *Testamentum solemne, nonnisi per aliud æquè solemne Testamentum revocari potest.*

79 *Fideicommisso, ut per epistolam, vel aliam privatam scripturam supponatur res aliqua in Testamento prius relicta, adbibendi sunt quinque testes.*

80 *Donatio* causâ mortis, *ut valeat, non sufficit eam à Procuratore Donantis exhibitam fuisse apud acta Notarii coram quinque testibus, nisi id Donator mandaverit coram quinque testibus*, & num.81.

82 *Donationi* causâ mortis *nullum firmitatis robur accedit ex observantia, quæ ex errore processit.*

83 *Donationis nullitas ob defectum quinque testium sanari nequit ab observantia.*

84 *Observantia spectanda est in iis, quæ facti, non juris, sunt.*

85 *Transactio inita ex errore, & falsâ causâ, est ipso jura nulla*, & num. 108. 212. & 249.

86 *Nec opus est, ut rescindatur.*

87 *Transactionis ex falsâ causâ initæ adimplementum potest quis recusare.*

88 *Transactio, & conventio quælibet tacitum habet conditionem, nisi adsit error, vel falsa causa.*

89 *Transactio innixa scripturæ, quæ deinde invalida comperitur, est ipso jure nulla.*

90 *Transactio inita ob timorem insubsistentium probationum, est nulla.*

91 *Transactio inventa est ad finem litibus imponendum.*

92 *Pro transactione in dubio respondendum est.*

93 *Maximè, si accedant justus aliquis timor, juramentum, & observatio diuturna.*

94 *Transactio, si nullâ justâ caussâ innitatur, contra jus extorta censetur.*

95 *Nec ullum habet Legis favorem.*

96 *Nec sustinetur sub obtentu dubii litis eventus.*

97 *Ad transactionis caussam finalem referri debet litis dubietas, & timor.*

98 *Transactionis caussâ finali erroneâ detectâ, inanis quoque detegitur litis timor, & dubietas.*

99 *Qui proinde ineptus est ad sustinendam transactionem.*

100 *Transactio, ut valeat, non sufficit quilibet litis color.*

101 *Sed habere debet caussam probabilem*, & num. 102.

103 *Transactioni ex errore initæ nullam vim tribuit jus jurandum, & observantia.*

104 *Ad transactionem necessarium consensum adimit error, & falsitas caussæ.*

105 *Consensus suppleri nequit juramento, & observantiâ.*

106 *Transactionis errori, & falsæ caussæ censentur innixa juramentum, & observantia.*

107 *Et propterea eodem erroris, & deficientis consensus vitio laborant, quo ipsamet transactio.*

109 *Transactio justè impugnatur ob enormissimam unius Transigentis læsionem*, & num. 112.

110 *In transactione bona fides, & æquitas exuberare debent.*

111 *In transactione commoda, atque incommoda invicem sunt communicanda.*

113 *Transactio potest obligare Transigentes, & impugnari à substitutis unius ex Transigentibus*, & num. 119.

114 *Substituti veniunt jure proprio, & independenter à persona Transigentium.*

115 *Transactio Antecessoris substitutis non obstat*, & num. 121.

116 *Transactio Antecessoris efficere nequit, quo minus posteriores substituti rectâ viâ immissionem petant in bonis Primogenituræ.*

117 *Etiam non petitâ priùs rescissione transactionis.*

118 *Transactio cum Antecessore inita, quoad substitutos perinde habetur, ac si non esset.*

120 *Præsertim, si à transactione abfuerit bona fides, & justa transigendi caussa*, & num. 126., & 132.

122 *Transactio facta justo aliquo titulo, & bonâ fide super rebus fideicommissi, vel primogenituræ obligat substitutos.*

123 *Transactio bonâ fide facta, consideratur uti actus necessarius.*

124 *Transactio bonâ fide facta, obligat successores.*

125 *Transactio bonâ fide carens, est actus heredis gravati merè voluntarius.*

127 *A transactione bona fides abesse dicitur, si omnia gesta sint ad evertendam primogenituram.*

128 *Nec ulla habita sit ratio Descendentium vocatorum ad primogenituram*, & num. 129.

130 *Transactio super rebus Primogenituræ, ut valeat, debet res utilis geri eidem primogenituræ.*

131 *Transactionis bona fides excluditur, si primogenituræ utilis illa non sit.*

133 *Transactio inita super rebus fideicommissi pro solvendo ære alieno, pro detractionibus, & expensis ad fideicommissum non pertinentibus, bonam fidem non habet.*

134 *Transactio non primogenituræ, sed solis Transigentibus utilis, enormissimam læsionem continet.*

135 *Transactio enormissimam læsionem continens, nunquam bonam fidem habere dicitur.*

136 *Sed potius dolo extorta præsumitur.*

137 *Et ideò, nec transigentes obligat, nec successores.*

138 *Transigens de rebus primogenituræ debet consulere Jurisperitos*, & num. 205.

139 *Tutor, & curator pro transactione ineunda debent Jurisperitos consulere.*

140 *Heredis gravati obligatio æquiparatur obligationi Tutoris*, & num. 204.

141 *Administratoris cujuscumque voluntarii, & necessarii obligatio æquiparatur obligationi Tutoris.*

142 *Administrator quilibet eam curam præstare tenetur, quam diligens Paterfamilias in rebus suis adhibere solet.*

143 *Transactiones, ut rectè fiant, adhiberi solet Sapientum consilium.*

144 *Transigens in damnum primogenituræ absque Sapientum consilio, bonam fidem non habet.*

145 *Dolo vix vacat Omittens id, quod facere debet.*

146 *Ignorantia obligationis exquirendi Sapientum consilii pro ineunda transactione heredi gravato non prodest.*

147 *Ignorantia juris neminem excusat.*

148 *Ignorantiæ excusationem reijcit probabilis scientia.*

149 *Scientiam probabilem inducit obligatio ratione muneris.*

150 *Ignorantia ejus rei, quam quis scire tenetur, excusationem non præbet*, & num. 209.

151 *Primogenitura de fructibus consumptis, & ex præcepto Testatoris in illius augmentum convertendis, redintegranda est, nullâ etiam consideratâ morâ, nullâque factâ interpellatione.*

152 *Ad primogenituram duo pari jure vocati, pari quoque investiendæ pecuniæ obligatione tenentur.*

153 *Ad primogenituram non vocatus onere investiendæ in ejus beneficium pecuniæ, gravatus non est.*

154 *Primogenituram de omisso investimento redintegrare non tenetur, qui nec tenebatur investire.*

155 *Re-*

155 *Redintegrandi obligatio sequitur obligationem investiendi*, & num. 189.

156 *Et culpam Omittentis investimentum.*

157 *Redintegrationis pœna non datur sinè culpa, & negligentiâ.*

158 *Investiendi obligationem non habens, culpâ vacat.*

159 *Culpa imputari non potest non facienti id, quod facere non tenebatur.*

160 *Primogenituræ redintegrandæ pœnam non subit, qui fructus ad eam augendam destinatos percepit.*

161 *Investiendi obligatio non sequitur ex perceptione fructuum, qui destinati erant pro investimento.*

162 *Ad primogenituram primò vocatus tenetur adimplere præceptum Testatoris investiendi fructus in Primogenituræ augmentum*, & num. 164.

163 *Et ejus culpæ imputatur omissio investimenti.*

165 *Ad primogenituram vocatus tenetur emendare damnum primogenituræ illatum.*

166 *Primogenituram redintegrare tenetur heres omittens investimentum à Testatore ordinatum*, & num. 168.

167 *Redintegratio primogenituræ facienda est in eo, quod adquirere potuit, & ex alterius negligentiâ non adquisivit.*

169 *Scientiam vocationis ad primogenituram, & oneris investiendi habuisse censetur quis ex inspectione testamenti ennunciati in instrumenta transactionis cum eo initæ*, & num. 227.

170 *Investimenti omissi excusationem non præbet posterior donatio à Testatore facta, si ea nulla sit.*

171 *Pro redintegratione omissi investimenti tantum præstandam est, quantum à die obitus Testatoris confici potuit*, & num. 216.

172 *Investiendi præcepto à Testatore data, statim parendum est.*

173 *Et obtemperare negligens, culpâ non vacat.*

174 *Redintegrandi obligatio statim oritur à die commissæ negligentiæ.*

175 *De investimento neglecto redarguendus non est Vocatus ad primogenituram, quam nondum possidet.*

176 *Investimenti onus injunctum censetur Possessori, & Percipienti fructus investiendos.*

177 *Investimenti omissionem Vocatus ad Primogenituram, eamque ex facto, & culpa sua non possidens sibi imputare debet*, & num. 188., & 192.

178 *Pro Possessore habendus est, qui ex facto & culpâ suâ non possidet*, & num. 187.

179 *Restituere cogor, quod dolo meo ad me non pervenit.*

180 *Quodque etiam ex lata culpa.*

181 *Dolo æquiparatur lata culpa.*

182 *Non possidere facto, & culpâ suâ dicitur, qui per transactionem in alium transfert integra Capitalia ad primogenituram certò spectantia.*

183 *Primogenitus primogenituræ jura tueri debet.*

184 *Culpa magna dicitur supina ignorantia, vel negligentia.*

185 *Culpa, an magna sit, Judicis arbitrio ex facti circumstantiis æstimanda est.*

186 *Culpâ magnâ non vacat Omittens id, quod diligens Paterfamilias non omisisset.*

190 *Primogeniti culpa, & negligentia Successoribus nocere non debet.*

191 *Redintegratio investimenti, nisi fiat à die obitus Testatoris, Successores primogenituræ duplicem fructuum jacturam ferrent, nempe investimenti, & reliquorum bonorum primogenituræ.*

193 *Primogenituræ fructus alio titulo ex facto suo percipiens, perinde habetur, ac si percepisset titulo primogenituræ.*

194 *Ex culpa sua commodum, ex aliena damnum ferre æquum non est.*

195 *Bonâ fides à dolo, & culpa excusat.*

196 *Bonam fidem non producit dispositio nulla ex defectu solemnitatis*, & num. 217.

197 *Bonâ fide caret sciens investimentum à Testatore demandatum, & illud omittens.*

198 *Ignorantia juris clari non præsumitur.*

199 *Nec admittitur etiam in muliere.*

200 *Maximè quando adest commoditas consulendi Juris peritos.*

201 *Ignorantia juris clari bonam fidem non gignit*, & num. 207.

202 *Et nimium supina est, & inverisimilis.*

203 *Ignorantia, ut excuset, debet esse inculpabilis.*

206 *Jurisperiti solent consuli pro dignoscenda validitate, vel nullitate dispositionis.*

208 *Primogenitus Juris peritos consulere omittens pro tuendis primogenituræ juribus, deficit in eo, quod proprium munus respicit.*

210 *Ignorantia ejus rei, quam quis scire tenetur, admixtam habet negligentiam.*

211 *Bona fides ex transactione desumitur.*

213 *Bonam fidem non præstat transactio falsæ caussæ innixa, & enormissimam læsionem continens*, & num. 215.

214 *Immò gravem Transigentium culpam præsefert.*

218 *Investimentum prætextu posterioris donationis ab herede gravato omissum, ei imputatur, nisi omnem diligentiam præstiterit pro investiganda donationis validitate.*

219 *Contra heredem gravatum omittentem ex culpa sua investimentum à Testatore ordinatum urget regula, quod culpa culposo suffragari non debeat.*

220 *Bona fides ex propria culpa proveniens, nemini prodest.*

221 *Redintegratio involvit restitutionem fructuum jam consumptorum.*

222 *Redintegratio ab eodem culpæ, & malæ fidei fonte promanat, ac fructuum restitutio.*

223 *Malâ fide positâ ad effectum redintegrationis, necessariò sequitur alter effectus restitutionis fructuum.*

224 *Fructuum restitutio, ut evitetur, sufficit, malam fidem abesse.*

225 *Mala fides non abest, si adsit scientia oneris neglecti, & nullitatis donationis idem onus revocantis.*

226 *Scientia malam fidem constituit.*

228 *Scientia nullitatis donationis semper præsumitur.*

229 *Scientia præsumpta, & probabilis sufficit pro inducenda obligatione restitutionis fructuum.*

230 *Scientia præsumpta malam fidem inducit pro obligatione restituendi fructus.*

231 *A fructuum restitutione, quando illi non petuntur, uti accessorii, sed principaliter pro investimento omisso, quod ex fructibus confici debuisset, bona fides non excusat*, & num. 232. 234. 236. 238., & 247.

233 *A restitutione fructuum bonorum fideicommissi bona fides excusat*, & num. 235.

237 *Bona fides à restitutione fundi, seu capitalis non excusat.*

239 *Fructus destinati ad investimentum, habentur pro capitali.*

240 *Pecunia, & fructus investimento destinati, sortiuntur naturam sortis, & capitalis.*

241 *Idemque prorsus de illis judicium ferendum est.*

242 *Fructus investimento destinati, tamquam capitale, integrè restituendi sunt.*

243 *In fructibus investimento destinatis res ipsa principalis consistere dicitur.*

244 *Fructus investiendi bonâ fide consumpti, restitutioni non subjacent.*

245 *Intellige, si accessoriè petantur.*

246 *Vel de iis, qui percipi potuissent ex investimento faciendo.*

248 *Fructus in primogenituræ augmentum destinatos, & ab herede gravato redintegrandos, ipse potest repetere ab eo, qui illos percepit ex titulo transactionis invalidæ.*

250 *Bonam fidem non adimit titulus redactus ad non titulum.*

251 *Bona fides, etiam absque titulo, excusat à restitutione fructuum.*

252 *Bona fides est loco tituli.*

253 *Bonam fidem non adimit titulus redactus ad non titulum, quoties ab initio est validus, vel habilis ad transferendam possessionem.*

254 *Titulus est habilis ad transferendam possessionem, si nullitas proveniat ex defectu aliquo extrinseco solemnitatum*, & num. 256.

255 *Fructuum adquisitionem non impedit nullitas tituli ex defectu aliquo extrinseco.*

257 *Bona fides in Possidente semper præsumitur.*

258 *Bona fides cum possessione sufficit pro adquirendis fructibus, etiam si titulus fuerit invalidus.*

259 *Titulus nullus, vel bonam fidem non excludit, vel non inducit malam*, & num. 261.

260 *Bona fides oriri potest etiam ex caussis temerariis, & injustis.*

262 *Possessor ad faciendos fructus suos, sufficit, ut malam fidem non habeat.*

263 *Bonam inter & malam fidem datur media sufficiens ad fructuum adquisitionem.*

264 *Titulus nullus ex defectu consensus possessionem non transfert.*

265 *Bona fides sinè possessione non sufficit ad evitandam restitutionem fructuum perceptorum.*

BON. mem. R.P.D. Dominicus de Marinis Archiepiscopus Theodosiæ, (quique jam pridem in statu conjugali è D. Maria Francisca Imperiali susceperat filiam nomine Paulam Patri tamen præmortuam, sed relicto post se Filio, D. videlicet Com. Philippo Cataneo) anno 1664. per contractum donationis irrevocabilis, nuncupatæ inter vivos, constituit Primogenituram favore D. Pauli de Marinis ex Hieronymo fratre nepotis sui, ejusque descendentiæ masculinæ. Illinc verò ad novem annos, nimirum anno 1673. Testamentum condidit, in quo primùm vigore facultatis sibi in dicta donatione reservatæ, deficiente lineâ masculinâ D. Pauli, substituit in Primogenitura per contractum, ut supra, ordinata, dictum D. Philippum Cataneum suum ex Filia nepotem, ejusque Primogenitum, & lineam masculinam; Deindeque aliam Primogenituram instituit favore ejusdem D. Philippi, & ejus descendentiæ masculinæ, huic primogenituræ, præter ducatos triginta mille collocatos in officina monetaria Venetiarum, subjiciendo illa Credita, quæ habebat in Dominio illius Serenissimæ Reipublicæ: eâ tamen adjectâ lege, ut quoties omnia prædicta Credita, & pecuniæ ibi investitæ, detractis omnibus expensis, non attingerent annuum reditum quingentorum saltem nummorum aureorum, fructus investiri deberent usquequo conficeretur capitale talem reditum ferre valens, & demum ex asse heredem scripsit dictum D. Philippum Cataneum.

Præter donationem, & Testamentum prædictum, alia præfertur dispositio memorati R. P. D. Dominici, quæ facta asseritur Viennæ, biennio post conditum Testamentum, nimirum anno 1675., ab eoque scripta, atque subscripta dicitur in duobus foliis, in quibus, præter alia, dictæ Primogenituræ jam per contractum institutæ favore D. Pauli, & deinceps in aliis posterioribus dispositionibus, semper ampliatæ, atque adauctæ additi reperiuntur Ducati illi triginta mille occupati in dicta officina monetaria, ceteraque omnia Jura, credita, & deposita, quæ Disponens habebat in Dominio dictæ Serenissimæ Reipublicæ, quæque jam præcedenter in suo Testamento subjecerat alteri particulari Primogenituræ conditæ, ut dictum est, favore D. Philippi, ejusque descendentiæ masculinæ.

Hæc folia die 27. Mensis Martii anni 1676. cuidam Notario tradita fuerunt à Doctore Francisco Canario Procuratore ad id specialiter constituto, prout asseritur in eisdem foliis, die verò 8. Aprilis ejusdem anni, & sic post octo dies ab obitu R.P.D. Dominici sequuto Venetiis die 31. Martii, idem Canarius vigore al-

alterius mandati Procuræ eidem dati à Domino Paulo uti Procuratore usque ab anno 1670. ab eodem R. P. D. Dominico pariter deputato cum facultate substituendi alium, ad dictorum foliorum normam re ipsà addidit, & subjecit dictæ Primogenituræ ordinatæ per contractum, Capitalia, & credita in eisdem foliis contenta.

Statim indè inter DD. Paulum, & Com. Philippum certatum est acerrimis litibus, protractis in annum usque 1682., quo actum fuit de illis amicè componendis, resque ad optatum finem perducta jam fuerat vigore cujusdam apocæ, in qua, præter alia, conventum fuerat, quod D. Paulus, liquidatis coram Judice, quibusdam assertis Creditis, quæ uti heres Hieronymi Patris habere contendebat contra hereditatem R.P.D. Dominici Patrui, eorum satisfactionem consequi teneretur super dictis Ducat. triginta millibus existentibus in officina monetaria Venetiarum, & super illorum fructibus, tàm maturatis, & non exactis, quàm in futurum maturandis; Verùm repertâ interim solutione, seù extinctione præcipui ex dictis Creditis, id causam dedit novæ transactioni celebratæ anno 1683., in quâ agnitâ dictâ extinctione, & factâ favore D. Comitis Philippi renunciatione reliquorum Creditorum, eà adjectâ lege, quod pro eis, eorumque fructibus jam decursis, & deinceps decursuris, nullo unquam tempore D. Paulus, ejusque heredes, & successores quidquam consequi amplius possent ex hereditate, & Bonis R.P.D. Dominici; vice autem versâ, vigore dispositionis contentæ in foliis Viennæ exaratis, eidem D. Paulo adjudicatis Capitalibus Venetiarum, confirmata fuit divisio fructuum ex eisdem provenientium, inter ipsos DD. Paulum, & Comitem Philippum, eorumque heredes, & successores etiam extraneos jam præcedenter facta in priori apoca Concordiæ.

Transactioni huic religiosè observatæ toto anno 1713., stare hodie renuit D. Comes Philippus. Ipse enim eùm per obitum Pauli sinè filiis usque ab anno 1703. adeptus fuerit possessionem superiùs memoratæ Primogenituræ ordinatæ in contractu, cui aggregata fuerant Capitalia existentia Venetiis, recusat præstare D. Pauli heredibus medietatem redituum dictorum Capitalium, tametsi in transactione promissam: eo quidem sub obtentu, quod agnitum fuerit, illam nullam esse, & irritam, quia innititur falso supposito validitatis ultimæ dispositionis, quæ à R.P.D. Dominico in supramemoratis foliis Viennæ condita asseritur, atque etiam quia, novissimè detectum est, inania, & erronea prorsus esse reliqua duo credita liquidata vigore apocæ primæ Concordiæ, & extinctâ, ac renunciata vigore secundæ.

In hoc rerum statu plura ad me transmissa fuerunt Dubia resolvenda, prout Juris esse censuerim, eademque relata eo ordine, quo mihi proposita fuerunt, ità se habent.

Primò. An sustineatur postrema dispositio R. P. D. Dominici contenta in foliis exaratis Viennæ.

Secundò. An positâ nullitate dictæ dispositionis, D. Philippus impugnare queat transactionem, quæ dictæ dispositioni principaliter innititur.

Tertiò. Utrum in casu, quo D. Philippus impugnare non posset dictam transactionem, eam taltem impugnare queant substituti, & præsertim illius Primogenitus, qui dictæ transactioni non interfuit.

Quartò demum; An, corruente dictâ dispositione, eum reviviscat secunda Primogenitura à R.P.D. Dominico ordinata in suo Testamento favore D. Philippi, ejusque Descendentium per lineam masculinam, cum obligatione convertendi fructus in Capitale, donec conficeretur annus reditus aureorum quingentorum, an, inquam, reintegratio secundæ Primogenituræ fieri debeat ex hereditate Pauli, qui fructus percepit spatio annorum 28. à die obitus R. P. D. Dominici, sive potius à D. Philippo moderno possessore ejusdem Primogenituræ, & quo tempore dicta reintegratio incipere debeat.

Rem itaque ordiendo à primo dubio, ut recto judicio statui possit, an sustineatur nec ne
postrema dispositio R. P. D. Dominici contenta
in dictis foliis, definienda, statuendaque priùs 1
est illius qualitas, & natura, ut eà ad suam speciem redactâ, sententia ferri queat super illius
validitate, vel invaliditate. Porrò dispositio
hæc per se spectata, nec Testamenti, nec Co- 2
dicillorum formam præsefert, destituta quippe
est necessariis solemnitatibus, quum careat heredis institutione, rogitu Notarii, Testibus,
aliisque requisitis pro forma, & validitate supradictorum actum, quibus deficientibus, cùm
nemo suadere sibi queat, asserta Folia, tametsi 3
scripta, & subscripta charactere R.P.D. Dominici, Testamenti, aut Codicillorum jure censeri posse ad Textus apertos *in Leg. si unus*, *& in Leg. hac consultissima*, *& tot tit. Cod. de testament. L. proxime ad fin. de his, quæ in testament. delen. L. 1. in fin. ff. de vulgar., & pupill. L. 1. ff. de hered. institut. L. fin., ibique Gloss. ff. de jur. Codicill.*, *& L. fin. in fin. Cod. de Codicillis*, & firmata per *Rot. in Romana hereditatis* 15. *Junii* 1708. *§. Non attento*, *& trib. seqq. cor. bo. mem. Omanna*, *& in Æsina Testamenti* 14. *Maii* 1717. *§. Constabilita*, *& seqq. cor. Falconer.* non est idcirco, cur diutius his immoremur, demonstrando scilicet, præfatum R. P. D. Dominicum talia folia minimè conscripsisse mente, & animo condendi ullum ex similibus acti-
bus, id enim clariùs apparet ex ipsa ocula- 4
ri illorum inspectione, quàm nos dicendo verbis, aut probando argumentis explicare possimus.

Ut etiam colore nullo figurari potest, illum in eisdem foliis explere voluisse actum donationis inter vivos, dum neque verba, neque pacta, neque demum substantia actus dictæ donationi conveniunt, nam, quod attinet ad verba,

5 ba., sæpè in dictis foliis facta legitur mentio
mortis, quæ cum in dubio causa finalis actus,
& illius substantiæ adjecta præsumatur, *Angel.
conf. 254. num. 1., Mantic. de conject. lib. 1. tit.
13. nu. 4.* non donationem inter vivos, sed cau-
sà mortis inducit *Natt. conf. 123. num. 1. & seq.,
Roman. conf. 129. nu. 1., Cutell. de donat. disc. 1.,
Special. 12. num. 23., Autunez eod. tract. Tom. 1.
prælud. 2. §. 3. num. 2., & seqq., Vinc. de Franch.
decis. 436. num. 2., Rot. in Fanen. Fideicommissi 14.
Junii 1683. §. Idque apparere cor. R. P. D. Rondini-
no* pacta verò continent reservationem faculta-
6 tis variandi, revocandi &c. semper, & quando-
cumque tàm in vita, quàm in morte &c. quæ
minimè conveniunt donationi inter vivos suàp-
7 te naturà irrevocabili, *Bellon. jun. conf. 8.
num. 22., & seqq., Menoch. conf. 1093. num.
27., Molin. de primog. lib. 4. cap. 2. num. 40.
& 52., Rot. decis. 9. num. 13. part. 7. Rec.* &
demum, quod fortiùs urget, substantia actus
8 collata videtur in tempus mortis, quippè R. P.
D. Dominicus, non semel, sed iterum, atque
iterum in dictis foliis protestatur, & declarat
voluntatem suam esse, ut dispositio in eis con-
tenta valida non sit, & effectum non habeat,
nisi post mortem suam ibi = *da sussistere seguita
la mia morte naturale &c.* & rursus alibi = *per do-
po mia vita, e successa la mia naturale morte &c.*
& tandem in fine ibi = *da valere, ed intenderfi
valido, e fatto solamente per dopo la mia vita, e
seguita la mia naturale morte effettiva*, clarius
9 autem explicari non poterat mens, animusque
contrarius actui donationis inter vivos, tali
10 namque formâ disponendi non sola executio, &
effectus donationis, sed in tempus mortis diffe-
rebatur substantia ipsa actus, utpotè qui, non-
nisi post Disponentis mortem, factus censeri de-
bebat ibi = *da valere, ed intenderfi valido, e fat-
to per dopo mia vita* = ut benè in proposito nota-
runt *Dec. conf. 470. num. 7. & seqq., Roland. conf.
61. num. 10., & 11. lib. 2., Cyriac. contr. 314. nu.
9., Clar. in §. Donotio quæst. 4. nu. 4., Card. Man-
tic. de conjectur. lib. 1. tit. 13. num. 4., Mart. vot.
Pis. 218. num. 4., & 10., Rot. in rec. decis. 289.
num. 9. part. 14., in Fanen. Fideicommissi 31. Ja-
nuarii 1681. §. Quarto demum, & 14. Junii 1683.
§. Idque apparera cor. bo. mem. Rondinino.*

Vice autem versà perspicuè ex his demonstra-
tur, R. P. D. Dominicum in hisce foliis cogitas-
se potiùs præparare donationem causâ mortis:
cui apprimè conveniunt tum verba, tum pacta
11 dictis foliis inserta, tùm denique substantia actus,
non nisi post mortem valituri. Si enim de pri-
mis agatur, verba, ut supra dictum est, plu-
12 ries, pluriesque mentionem mortis præseferunt:
quo casu, sublatâ præsumptione urgente prò
donatione inter vivos, ad *Text. in L. Seja §. fi-
nal. ibique gloss. & DD. ff. de donat. caus. mort.,
& in leg. fin. Cod. eodem, Gloss. in princ. Institut.
de Donat.*, & aliam similem *Glossam in leg.
apud Celsum §. Julius verb. spopondisset ff. de
dol. mal. except., Surd. conf. 450. num. 28. & 29.,
Clar. in §. Donatio quæst. 4. num. 2., Antunez. de
Donat. lib. 1. prælud. 2. §. 3. sub num. 51., Rot. de-
cis. 355. num. 13. part. 19. rec.* locum sibi vindi-
cat contraria præsumptio in dubio favens dona- 13
tioni causâ mortis, & illam inducens per *Text.
litteralem in leg. Seja ff. de Dot. prælegat., Gloss.
in leg. quæ Dotis ff. solut. matrim.*, ubi commu-
niter scribentes, *Gomez. variar. lib. 2. cap. 3. nu.
15., Clar. in §. Donatio dict. quæst. 4. num. 2., Me-
noch. de præsum. lib. 3. præsum. 35. num. 1., Card.
de Luc. de Dot. disc. 37. num. 2., Mart. medic.
examin. 52. num. 20., Franch. decis. 436. num. 2.,
Rot. coram Buratto decis. 581. num. 1., decis. 258.
num. 3. part. 15. rec., in Fanen. fideicommissi 31. Ja-
nuarii 1681. §. 2. ad eludendum cor. bo. mem. Ron-
dinino*, & admittitur etiam *in dicta decis. 355.
num. 32. part. 19.*, quæ deinde revocata fuit per
mox relatam decisionem *in Fanen. Fideicommissi
cor. Falconer.*

Ad quam sanè præsumptionem elidendam,
opus est conjecturis, & argumentis clarè evin- 14
centibus contrariam mentem Donantis, donan-
di scilicet inter vivos, quæ si deficiant, ex men-
tione mortis in ea facta, celebrata censenda est
donatio causà mortis *Paris. conf. 16. num. 6. lib.
2., Gabriel. conf. 96. num. 2., & 3. Lib. 2., Torr. de
pact. futur. successf. Lib. 3. cap. 13. num. 140.*; etsi
enim talis effici non dicatur ex sola mentione 15
mortis, cùm de morte cogitatum, ejusdem-
que mentio facta videri possit ad solum effectum 16
differendi executionem donationis in tempus
mortis, non verò ad immutandam, seu alte-
randam substantiam ipsius donationis, ad tra-
dita per *Urceol. contr. forens. cap. 54. num. 8., Ca-
pyc. Galeot. contr. 21. num. 8. lib. 2., Fontanell. de
pact. nuptial. claus. 4. Gloss. 3. num. 6., Rot. decis.
9. num. 2. part. 7. rec., & alibi passim*, id tamen
procedit, & intelligitur quando ex circumstan- 17
tiis aliud actum apparet, quàm donatio causà
mortis, & hujus mentio solum adjecta digno- 18
scitur differendæ executionis gratià, *ut ait Carp-
zov. Jur. prud. forens. part. 3. const. 1. defin. 39. num.
1.*, quem sequitur *Torr. de pact. futur. successf.
dict. lib. 3. cap. 13. num. 147.*, cùm alioquin, sub-
motis dictis circumstantiis, & conjecturis con- 19
trarium suadentibus, mortis expressio substan-
tiæ donationis adjecta, & donatio mortis causâ
facta dicenda sit, ut declarat *Barbos. in dict. leg.
quæ Dotis num. 109. ff. solut. matrim., Mantic. de
conject. lib. 1. tit. 13. num. 4., Torr. de pact. futur.
successf. dict. cap. 13. num. 150., Card. de Luc. de
Donat. disc. 38. nu. 4., Magon. decis. flcuen. 87. nu.
2., & alii in superiori §. allegati.*

Argumenta verò, & conjecturæ, quæ affer-
ri fortè possent pro inducenda donatione inter
vivos, tanti ponderis mihi non videntur, ut id
suadere valeant. Primum enim, quod desu-
mitur ex illis verbis initio dispositionis adjectis
ibi = *in virtù di questa da servire, e valere &c.* 20
come ogni più legale, e statutario Istromento = faci-
lè convincitur ex eo, quod, ut quotidiana nos
edocet experientia, etiam donationes causâ 21
mortis factæ, ferè semper in publicum Instru-
mentum rediguntur: quamobrem conjectura
nulla eidem contraria elici potest ex eo, quod 22
Donans voluerit privatam scripturam à se exa-
ra-

ratam vim habere publici, & solemnis Instru-
menti, id enim cùm respiciat solùm majorem
23 firmitatem actus, ejusque probationem, æquè be-
nè congruentem donationi causâ mortis ac do-
nationi inter vivos, illam quidem reddit magis
24 solemnem, & firmam, sed ejus naturam mini-
mè immutat, ut in similibus terminis respondet
Card. de Luc. de Donat. disc.38. num. 6. & con-
ferunt firmata per *Rot. in decis.355. nu. 28. part.
19., & in Fanen. Fideicommissi 14. Junii 1683.
§. ratificatio cor. bo. mem. Rondinino.*

Leve pariter est aliud argumentum desump-
25 tum ex facultate data Procuratori exhibendi as-
sertam scripturam, & folia apud acta cujuscum-
que Notarii, illiusque confirmationem, sivè ap-
probationem petendi coram quolibet Judice, &
Magistratu, quasi indè argui possit præscriptam
fuisse solemnitatem insinuationis, propterea-
26 que ex ea, utpotè non necessaria in donatione
causâ mortis, sed benè quidem requisita in do-
27 natione inter vivos, hæc & non illa inferatur
*per text. in leg. fin. Cod. de donat., Corn. de success.
ab intest. §. Donatio causâ mortis quæst. 12.,
Menoch. præsumpt. 35. num. 34., & seq. lib.3.,
Mantic. de conject. lib. 1. tit. 13. num. 8., Rot. cor.
Royas dec. 304. nu. 8., cor. Buratt. dec. 461., n. 1. &
2. & dec. 579. nu. 22., in rec. dec. 355. n. 24 part. 19.*
28 Obvia namque est responsio, quod facultas illa
exhibendi scripturam, & petendi comprobatio-
29 nem apertè non imponit necessitatem facien-
di insinuationem, eo quod data videri possit,
30 etiam ad alium effectum, ut scilicet semper, &
ubique constaret de identitate foliorum, & ve-
ritate characteris; id autem sufficit, ut simile
31 argumentum, tamquam æquivocum, conclu-
dere non dicatur, ad tradita per *Rot. in Fanen.
Fideicommissi 14. Junii 1683. §. Nec irrevocabi-
litas cor. bo. mem. Rondinino*, maximè, quia,
32 tametsi reverà dicta facultas exhibendi impo-
neret necessitatem faciendi insinuationem, hæc
nihilo minus ad cautelam potiùs, quàm ad ne-
cessitatem requisita censeri posset, & proindè
substantiam actus non alteraret *Mantic. de con-
ject. lib. 1. tit. 13. num. 16., Rot. decis. 355. num.
29. part. 19., in dicta Fanen. Fideicommissi 14.
Junii 1683. §. Ratificatio cor. bo. mem. Rondini-
no*, eoque certius in nostra hypothesi, quia re
ipsà insinuatio à Procuratore facta non fuit,
33 ex quo rectè arguitur, illam neque demanda-
tam, neque necessariam fuisse pro validitate
actus, nam alioquin Procurator eam facere non
omisisset *Rot. decis. 613. num. 26., & decis. 654.
num. 8. part. 18., in Taurinen., seu Vercellen. Mo-
lendini 14. Maii 1700. §. Et pariformiter coram
R.mo dell'Olmo Episcopo Conchen.*

Rejectis hisce argumentis intrinsecè desump-
tis ex tenore ipsius scripturæ, faciliùs refellun-
tur alia mutuata ab extrinseco defectu solemni-
tatum, quod nimirum adhibitus minimè fue-
rit numerus quinque Testium requisitus ad vali-
ditatem donationis causâ mortis, quodque, si-
cuti Primogenitura ordinata fuerat per Contra-
ctum inter vivos, ità quoque per similem Con-
tractum factum censeri debeat illius augmen-
tum: Nam, quod attinet ad primum, tunc il-
lud validam præbet conjecturam pro inducen- 34
da donatione inter vivos, quando actus factus
apparet coram minori numero Testium, quàm
quinque, hoc enim casu locum sibi vindicat ra-
tio à Doctoribus considerata, quòd scilicet, cùm
actus celebratus minori numero Testium ex de- 35
fectu solemnitatis valere nequeat tamquàm do-
natio causâ mortis, vice autem versâ referri
commodè possit ad donationem inter vivos, 36
quæ coram duobus tantummodo Testibus vali-
dè perficitur, idcircò, ne dicatur Donatorem 37
facere voluisse actum prorsùs inutilem, rectæ
rationi congruit, eam interpretationem se- 38
quendam esse, per quam actus sustineatur eo
modo, quo potest, ut apud *Antunez. de Do-
nat. lib. 1. præl. 2. §. 3. num. 26., & seqq., Torr.
de pact. futur. success. lib. 3. cap. 13. num. 164., &
seqq.* At aliter res se habet, quoties, ut in hy- 39
pothesi, nulli Testes adhibiti fuerunt, & sic
neque etiam duo illi in donationibus inter vi-
vos adhiberi soliti, ut rectè in proposito adver-
tit *clar. mem. Card. de Luc. de Donat. disc. 38. sub
num. 6., & 7.*

Præterea defectus numeri quinque Testium
urget quidem pro inducenda donatione inter 40
vivos, quando coadjuvatur aliis efficacibus con-
jecturis, illam potius, quàm donationem cau-
sâ mortis suadentibus, sed per se dumtaxat
spectatus parum valet, præsertim verò quan-
do validiores concurrunt conjecturæ pro dona- 41
tione causâ mortis inducenda, alioquin frustrà
leges nullas, & irritas sancirent donationes 42
causâ mortis sinè quinque Testibus celebratas;
tali quippe numero deficiente, actus semper re-
solvi posset in donationem inter vivos *Angel.
de Ubald. cons. 254. num. 1., & ult., Jason. cons.
6. num. 1. lib. 3., Barbos. in dicta leg. quæ Dotis
nu. 206., & 207. ff. solut. matrim., Card. de Luc.
de Donat. disc. 38. nu. 7., Torr. de pact. futur. suc-
cess. lib. 3. cap. 13. num. 166.*

Omnium denique levissimum visum est ar-
gumentum desumptum ex alia contrariæ ani-
madversionis parte, ab institutione nimirum 43
Primogenituræ conditæ per viam contractus in-
ter vivos, inde inferendo, pari modo factum
censendum esse illius augmentum in dictis foliis
ordinatum. Omissis enim aliis responsionibus,
exuberat illa, quam præbet factum ipsius Do-
nantis, qui eidem Primogenituræ aliud addita-
mentum fecit in Testamento, ideoque nulla
urget ratio, cur illud etiam, de quo agitur,
simili modo facere non valuerit per viam do-
nationis causâ mortis; cum itaque ex hoc tale
argumentum, vel penitùs elidatur, vel saltem 44
æquivocum reddatur, inefficax proculdubio est
ad vincendam præsumptionem militantem pro
donatione causâ mortis, cum qua in dubio
procedendum est, ex supra firmatis.

Certoque certius in casu nostro, quia dicta
præsumptio coadjuvatur validissimis conjectu-
ris univocè suadentibus, mentem Disponentis
fuisse celebrandi donationem causâ mortis,
easque nobis subministrant tum verba, tum pa-
cta,

ctæ, tum ipsamet substantia actus, tum deni-
que observantia; Et sanè, quod attinet ad ver-
45 ba, præter mentionem mortis sæpe sæpiùs fa-
ctam, exordium ipsum dispositionis ità se ha-
46 bens, = *Io infrascritto per la Dio grazia sano di mente, ed Intelletto* =, perspicue demonstrat
animum celebrandi actum ultimæ voluntatis,
47 in quo adhiberi solet prædicta verborum for-
48 mula cæteroquin minimè congruens actibus in-
ter vivos, proindeque ex ea rectè arguitur,
49 donationem esse causâ mortis, quæ species est
50 ultimæ voluntatis, ut ad rem notat *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 36. num. 13., Rot. in Fanen. Fideicommissi 31. Januarii 1681. §. Secundò ad eludendum, & 14. Junii 1683. §. Idque apparere cor. bo. mem. Rondinino.*

Verbis consonat pactum, seù facultas *revo-*
51 *candi &c.* in dicta donatione à Donante sibi re-
servata, quæ vel est prorsùs incompatibilis cum
donatione inter vivos, ideoque illam immu-
tat, & transire facit in donationem causâ mor-
tis *Dec. cons. 370. num. 3. in fin., Bellon. Jun. cons. 8. num. 25., & tribus seqq., Gabriel. cons. 96. nu. 4. lib. 2., Covar. in rubr. de testam. part. 2. num. 11., & seq., Marta Vot. Pisan. 77. num. 2., Rota coram Merlin. decis. 664. num. 12., & 13., cor. Ciril. de-*
52 *cis. 29. num. 4.*, vel saltem, cum sit magis con-
formis donationi causâ mortis, quàm donatio-
ni inter vivos, in dubio istam excludit, & aliam
inducit, juxtà animadversa *Card. de Luc. de Dot. disc. 103. num. 4.*, maxime quando, ut ac-
53 cidit in nostra hypothesi, revocabilitas per-
cutit ipsam donationis substantiam in tempus
mortis collatam, tunc enim omni dubio procul
importat donationem causâ mortis, ut prose-
quitur idem *Card. de Luc. dict. disc. 103. de Dot. sub num. 4. vers. difficultas igitur.*

Substantiam verò actus in tempus mortis col-
54 latam fuisse, ambigi nequit, dum expressè Do-
nator cavit, actum non valere, & factum non
55 censeri, nisi post mortem, ex quo sicuti mortis
tempus non dilationi, ac executioni, sed sub-
stantiæ donationis adjectum dicitur, cum ante
56 mortem donatio valere non deberet, quin im-
mo habenda esset perinde, ac si facta non fuis-
set, ita quoque substantia donationis in tempus
mortis collata censetur, & propterea donatio-
57 nem causâ mortis esse non dubitatur, quia vide-
tur Donans maluisse se habere, quàm eum, cui
donat, magisque eum, cui donat, quàm here-
dem suum, ut demonstrando indolem dona-
tionis caussà mortis, inquit *Text. in l. 1., & in l. Senatus 35. §. Donatio ff. de donat. caus. mort.* &
est communis opinio, quam tradunt *Angel. de Ubald. in optimo Consilio 254. num. 1. & seq., Jas.*
58 *cons. 6. num. 1. vers. secunda principaliter lib. 3., Natt. cons. 626. num. 15., & 16., Clar. §. Donatio quæst. 4. num. 4., Mantic. de conjectur. lib. 1. tit. 13. num. 4., Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 35. num. 1., Mans. consult. 20. nu. 5., Card. de Luca de Donat. disc. 38. num. 3., Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 13. num. 148., Gemm. decis. Lusitan. 103. num. 3. & 4., & firmavit Rot. decis. 289. num. 9. part. 14., & in sæpe dicta Fanen. Fideicommissi 31. Januarii 1681. §. Quartò demum, & 14. Junii 1683. §. Idque apparere cor. Rondinino.*

At verò, si conjectura isthæc elicita ex sub-
stantia donationis, utpotè verius plenè demon- 59
strationis, quàm simplicis conjecturæ vim ha-
bens sola sufficeret ad evincendam donationem
causâ mortis, ex auctoritatibus supra citatis:
quantò fortiùs urgebit in nostra hypothesi, in
qua tot aliæ concurrunt circumstantiæ superiùs
expensæ, atque in idem mirificè collimantes,
quibus accedit animadversio illa, quod in dicta
donatione nulla unquam fit mentio heredum, 60
nullum adest juramentum, deficit præsentia
Donatarii, procul abest Notarius, qui saltem
prò eo acceptaret, nil denique concurrit ex
iis, quæ in contractibus, & donationibus in- 61
ter vivos communiter apponi solent, ut omis-
sam heredum mentionem ad rem ponderat
Altograd. Jun. contr. 98. num. 3. tom. 2., & de
reliquis agit *Cardin. de Luc. de Donation. disc. 38. num. 9.* Non omittendo aliam notâ dignam
considerationem, quod nimirum, quum R.P.D.
Dominicus facere voluit donationem inter vi- 62
vos, eam fecit per publicum Instrumentum, il-
lamque in eo talem denominavit, & clausulas
eidem adijci solitas apposuit, quod cum in his
foliis non fecerit, indè rectè arguitur, in eis
minimè facere intellexisse donationem inter vi-
vos, sed tantùm causâ mortis, ut tradit *Altograd. Jun. dict. contr. 98. num. 11. Tom. 2., cui consonat Rot. decis. 355. num. 37. part. 19., & in dicta Fanen. Fideicommissi 14. Junii 1683. §. idque apparere cor. bo. mem. Rondinino.*

Quibus demum omnibus si jungatur diuturna
observantia quadraginta annorum, & ultra, 63
quibus semper dicta donatio habita fuit tam in
judicio, quàm extra pro donatione causâ mor-
tis, nullus amplius dubitandi locus relinquitur
quoad naturam, & qualitatem ejusdem tot su-
perlativis argumentis hactenus demonstratam,
l. si de interpret. ff. de legib. cap. cum dilecti de constitut. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 1. sub num. 5., clar. mem. Card. de Luc. de donat. disc. 48. num. 14. in fin., Rot. cor. Pæn. decis. 105. num. 7., cor. Zarat. decis. 57. num. 16., cor. Bich. decis. 73. num. 9., cor. Ottob. decis. 274. num. 12., & decis. 257. num. 15., in rec. decis. 456. num. 8. ad fin., decis. 4., decis. 14. num. 4. part. 7., decis. 15. num. 4. part. 8., decis. 300. à num. 29. part. 12., decis. 233. num. 14. part. 13., decis. 269. num. 5., & decis. 282., & 433. num. 12. part. 14.

Quamquam verò ambigi minimè posse videa-
tur, R.P.D. Dominicum dicta folia exarasse con-
silio, & mente præparandi, vel perficiendi do-
nationem causâ mortis; nihilominus ejus vota
in irritum cessere, quia talis actus invalidus, &
irritus illicò detegitur ex defectu numeri quin- 64
que Testium ad illius validitatem omninò re-
quisiti juxtà *Text. in leg. final. Cod. de Donat. caus. mort., Angel. dicto cons. 254. num. 1., Surd. cons. 450. num. 5., de Ponte cons. 82. nu. 14., & cons. 85. num. 2. lib. 1., Gomez. variar. lib. 2. cap. 3. nu. 16., Clar. §. Donatio quæst. 5., Menoch. de præsumpt. lib. 3.*

præ-

præsumpt. 35. num. 5., *Molin. de Primogen. Hispan. lib. 1. cap. 12. num. 17.*, *Merend. contr. lib. 14. cap. 30. num. 6.*, *& seqq.*, *Card. de Luc. de Donat. disc. 38. num. 10.*, *Vincent. de Franch. decis. 693*, *Surd. decis. 149. num. 17. Rot. cor. Merlin. dec. 664. num. 16.*, *decis. 289. num. 9. part. 14. rec.*, *decis. 258. num. 4. part. 15.*, *decis. 355. num. 25. part. 19.*, *& in toties laudata Fanen. Fideicommissi 31. Januarii 1681. §. 3. Idipsum*, *& 14. Junii 1683. §. Idque apparere cor. bo. mem. Ruadinino*, & quamvis non desint Doctores contrarium sentientes, inter quos *Barbos. in dict. leg. quæ Dotis num. 105.*, *& seqq. ff. solut. matrim.* aliique apud *Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 13. num. 19.*, *& plurib. seqq.*,
65 eâ moti ratione, quod donatio caussâ mortis
utpote attento initio æquiparatur Contractibus
66 *leg. Inter mortis ff. de Donat. caus. mort.*, idcirco, ut
cæteri contractus, ritè, valideque perfici possit
duobus dumtaxat adhibitis Testibus; *Leg. ubi numerus ff. de testibus*, attamen cum funda-
67 mentis *Barbosæ*, aliorumque Sectatorum dictæ
opinionis optimè satisfaciat *Osvald. in notis ad Donell. lib. 14. cap. 33. lit. I.*, tamquam verior,
68 & communior sequenda est opinio illa, quâ ad
validitatem ejuscemodi donationis quinque Testes requiruntur, ut apud *Antunez. de Donat. lib. 1. prælud. 2. §. 3. num. 27.*, Donatio namque
causâ mortis, etsi quoad initium magis accedat contractui, Contractus tamen non est, præ-
69 sertim si rei traditio sequuta non fuit, ut docet
Castell. de Donat. disc. 1. num. 27. & seqq. Antunez. loco citato num. 28.

Et præterea dicimus, quod si contrariæ sententiæ adhærere mallemus, non ideò tamen actus, de quo agitur, jure donationis causâ mortis valere posset: ob duplicem rationem, quarum prima est, quod dicta donatio tam-
70 quam facta Absenti, reputatur ad instar Legati, & ultimæ voluntatis, ad cujus validitatem
71 (reprobatâ dictâ contrariâ sententiâ) requiruntur quinque Testes, ut hunc casum distinguendo ab alio, in quo illa, ut in Contractibus, celebretur Donatario præsente, & stipulante, declarat *Torr. de pact. futur. success. dicto lib. 3. cap. 13. num. 24.*, *& trib. seqq.* Altera ratio est, quod
72 nec etiam duo testes ad normam dictæ contrariæ sententiæ in contractibus requisiti in nostra hypotesi adhibiti fuerint, undè sequitur, quod si actus nec etiam sustineri posset tamquam donatio inter vivos, multò minus valebit tamquam donatio causâ mortis.

Nilque obest donationem causâ mortis fieri
73 posse etiam Absenti per Epistolam, vel scripturam privatam, aut per nuncium *Crass. in §. Donatio causa mortis qu. 9. n. 3.*, *Berlich. conclus. Jur. part. 3. conclus. 2. num. 4.*, *Harpret. in addit. ad Clar. lib. 4. §. Donatio quæst. 12. num. 3.*, *Gomez. variar. tom. 2. cap. 3. num. 16.*, *Hartman. Pistor. quæst. Jur. part. 1. quæst. 13. num. 8.*, *& alii adducti per Carpzov. in Jurisprud. forens. part. 3. const. 1. definit. 35. num. 1.*, *& 2.* Nam id quidem verum est, sed tunc demum locum sibi vindicat,
74 quum mandatum, Epistola, aut alia privata scriptura illam continens facta est cum solemnitatibus à lege requisitis, cum interventu videlicet quinque Testium, ut apud *Gen. de scriptur. privat. lib. 3. quæst. 13. fol. mihi 137. quæsit. 1. num. 18. & seq.*, *Merend. contr. Jur. lib. 13. cap. 30. nu. 6. 9. & 11.*, *Rot. decis. 289. num. 9. part. 14.*, quos
sanè quinque Testes intervenisse oportet, non 75
solùm quando Epistola scribitur, vel mandatum Procuræ conficitur, aut nuncio committitur donationis celebratio, aut executio, sed etiam tempore, quo traditur Epistola, vel res donata ex *Berlich. conclus. 2. num. 38. part. 3.*, *Merend.*
dict. cap. 30. num. 9. & 11., ubi quod donatio cau- 76
sa mortis Procuratoris ministerio celebrata non subsistit, nisi mandatum coram quinque Testibus datum illi sit, quamquam Procurator, adhibitis quinque Testibus, donationem deindè perfecerit, & tradit *Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 13. num. 17. & 18.*

Idque eò certiùs procedit in nostra hypothesi,
quia per dictam donationem, quatenus subsi- 77
steret, revocaretur ex parte testamentum undique solemne, quod fieri nequit, nisi per æquè
validam, atque solemnem dispositionem *Alto-* 78
grad. cons. 55. nu. 39., *& cons. 78. nu. 2.*, *& seqq. lib. 1.*, *& cons. 65. nu. 71. lib. 2.*, *Gratian. discept. 605. per tot.*, *Antunez. de donat. lib. 3. cap. 12. nu. 1.*, *de Franch. decis. 552. per tot.*, *Rot. decis. 92. part. 13.*, *& decis. 138. num. 8.*, *& seqq. part. 17. rec.*,
in Romana hereditatis 15. Junii 1708. §. Non at- 79
tento cor. bo. mem. Omanna unde receptum est, quod ad hoc, ut per Epistolam, aut aliam privatam scripturam Testator disponere posset de re in testamento relicta, eamque Fideicommisso supponere ad mentem *Textus in leg.*, *& in Epistola 22. ibique Gloss. in verb. Testibus Cod. de Fideicomm.*, *& in l. Miles ff. de Legat. 2.*, requirantur saltem quinque Testes, ut docent *Lanar. cons. 28. num. 2. & 3.*, *Paris. cons. 88. num. 98. lib. 3.*

Quamobrem, consultò omisso tamquam superfluo examine singulorum actuum, qui in hypothesi nostra considerari possent prò inducenda executione, & adimplemento assertæ donationis, & præsertim illarum duarum præsentationum apud acta factarum à Francisco Canario, quæ cæteroquin aliis pluribus defectibus laborant, & præsertim illo, quod in earum casu
nullus hujusmodi Testium numerus adhibitus 80
appareat, & quatenus adhibitus fuisset, minimè suffragaretur, cum ex supra firmatis, non suf-
ficiat, actum donationis debitâ solemnitate ex- 81
pletum, & executum fuisse, nisi constet, pari quoque solemnitate fuisse demandatum, ut benè præceteris advertit *Merend. contr. lib. 13. cap. 30. num. 9. & 11.*, *& ex eo Torr. de pact. fut. success. lib. 3. cap. 13. nu. 17. & 18.*, his, inquam, omissis, rectè concluditur actum in dictis Foliis con-
tentum minimè valere, eidemque nullum fir- 82
mitatis robur accessisse ex subsequutâ observantiâ tàm in Judicio, quàm extrà, nedum quia ass. observantia processit ex errore *Rota cor. Coccin. decis. 436. num. 9.*, *eadem 2305. num. 107.*, *& seq.*, *in rec. decis. 136. num. 12. part. 1.*, *eadem*
244. num. 46., *& seqq. part. 8.* Verùm etiam quia 83
nullitas inducta ex clara dispositione legis, ad

validitatem similis actus requirentis quinque
Testes, sanari nequit observantià, quæ in claris non attenditur *Surd. cons. 224. num. 14., Gratian. disceptat. 417. num. 21. & seq., & disceptat. 560. num. 15., Noguerol. allegat. 2. num. 48., Ciarlin. contr. 238. num. 36., Caren. resolut. 68. num. 8.*, benè *Rot. in Romana hereditatis 22. Junii 1703. §. nec pro observantia coram Priolo*, maximè quoad ea, quæ non fa-
84 cti, sed Juris sunt *Rot. Jannen. apud Balducc. decis. & rer. judicat. tit. 3., decis. 21. num. 52., Rot. Florent. apud de Comitib. decis. 31. num. 52., Rota Romana coram Carill. decis. 190. nu. 12., in rec. decis. 2. num. 14. part. 12., dec. 10. num. 28. part. 15., & ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de fideicomm. decis. 67. num. 14.*

Expeditus à primo Dubio, progredior ad secundum, in quo quæritur, an D. Philippus impugnare valeat transactionem initam inter ipsum, & D. Paulum de Marinis. Transactio isthæc duobus præcipuis fundamentis innixa videtur, alteri scilicet donationis Viennæ factæ, cujus vigore Partes convenerunt, quod Capitalia Venetiarum assignari deberent D. Paulo, ad quem illa juxtà tenorem ass. donationis spectabant; & alteri, quod vera essent, & vigerent credita, quæ D. Paulus uti heres Hieronymi Patris habere contendebat adversus hereditatem R.P.D. Dominici, quæque ex causa ejusdem transactionis, & correspectivè ad illam remissa, & condonata fuerunt, D. Com. Philippo, neutrum autem ex dictis fundamentis subsistit.

Quippè donatio facta Viennæ, cujus tantùm vigore D. Paulus sibi asserere potuisset Capitalia Venetiarum, corruit, ut dictum est, ex defectu solemnitatis, credita verò à D. Paulo supposita, non vera comperta sunt, propterea que
85 transactio, utpotè inita ex errore, & falsa causa, quæ adimit consensum ab actu nulla est ipso jure usque ab initio *leg. Cum putarem 36. ff. famil. erciscund., leg. ex falsis 42. Cod. de transact., Saminiat. contr. 177. num. 51., & seqq. tom. 2., Card. de Luc. de Cred. disc. 123. nu. 12., Palm. Nepos decis. Lucen. 173. num. 8., & decis. 174. nu. 5., Rota coram Cerro decis. 164. num. 1., in rec. decis. 650. per tot., & decis. 714. nu. 14., & seqq. part. 18., decis. 350. num. 5. part. 19., & in Romana Pecuniaria, seu transactionis 17. Junii 1701. §. Absque eo quod, & §. Seclusâ coram bon. mem. Ansaldo*, ita quidem, ut, prætermissâ illius
86 rescissione, quam in his terminis necessariam non esse tradunt *Castald. consultat. 257. num. 5.*, latè *Constantin. ad statut. Urb. annotat. 46. nu. 15., Rota coram Bich. decis. 192., & decis. 390. utrobique num. 9., & decis. 111. num. 19. post Urceol. de transact., decis. 22. num. 2., in recent. decis. 226. num. 6., & seqq. part. 16., cum aliis pluribus plenâ manu congestis in Romana Tenutæ Campi Merli 27. Februarii 1719. §. Postulatæ coram R. P. D. de Herrera, & in Romana Pecuniaria 24. Martii ejusdem anni §. Quacumque ex parte coram R. P. D. Fuscaro*, D. Comes Philippus directè illam
87 impugnare posset, renuendo adimplere obligationem ex falsa causa, & erroneo supposito in eadem transactione susceptam *Rota in Bononien. Fideicommissi 14. Maii 1700. §. Minusque coram bon. mem. Molines*, ac etiam solutum repetendo *Rodulphin. allegat. 113. num. 12.*, cum quælibet transactio, quemadmodum & alia
quævis conventio, contineat tacitam illam con- 88
ditionem, videlicet, nisi adsit error, vel falsa causa *Gratian. disceptat. 788. num. 3., Rota coram*
Bich decis. 260. num. 11., proptereaque tum fal- 89
sum suppositum validitatis scripturæ, quæ deindè invalida comperta fuerit, inducere ipso jure nullitatem transactionis super ea fundatæ, tradunt *Bellon. Jun. cons. 77. nu. 2. & seqq., Altograd. Jun. contr. 37. n. 2., Urceol. de Transact. qu. 96. num. 35. & 38., Rota coram Merlin. decis. 603.*
nu. 1. & 2. tum etiam idem operari solum dum- 90
taxat timorem insubsistentium probationum prò assertis creditis adductarum, quibus ad transigendum moveri potuit D. Philippus, docuerunt *Bartol. in leg. ex falsis num. 2. Cod. de transaction., Odd. de restitut. in integr. quæst. 77. art. 10. num. 55., Urceol. de transact. dict. quæst. 96. num. 15.*

Frustraque prò sustinenda dicta transactione obtenditur favor illi à Jure tributus, litis timor, dubius illius eventus in proemio transactionis expressus, ac demum juramentum, & observantia, quibus eadem confirmata reperi-
tur. Etsi enim assentiar, transactionem, utpotè 91
inventam ad finem litibus imponendum, fir-
mam semper esse oportere, ideoque in dubio il- 92
lius favore respondendum esse, ut aliquando
finis litium sit, maximè quoties justo aliquo il- 93
larum timore impellente, eadem cum juramento solemniter celebrata, & per longum tempus observata reperitur; Certi tamen, & explorati
Juris est, quod si nullâ justâ causâ fulcita, qui- 94
nimò ex causa prorsùs erronea celebrata convincatur, sicuti contra Jus, & fas extorta censetur, *Saminiat. contr. 143. num. 58. tom. 2., Radulphin. allegat. 114. nu. 7. & 59., Rota decis. 311.*
num. 22. part. 16., ità cessat quilibet legis favor 95
prò ea militans, eademque nullo pacto sustine- 96
ri valet sub obtentu litis, ejusque dubii eventus, 97
quia cum litis timor, & dubietas præcipuè fundentur, & relationem habeant ad ea, quæ prò causa finali transactionis considerata fuerunt,
iis proindè erroneis, & insubsistentibus reper- 98
tis, inanis detegitur quoque litis timor, & du-
bietas, & consequenter ineptus ad sustinendam 99
transactionem ex defectu causæ finalis, & con-
sensus omninò deficientibus, ut enim transa- 100
ctio valida, & firma dici queat, non sufficit quilibet litis color, aut quæcumque dubietas,
sed eam talem esse oportet, ut nitatur funda- 101
mentis probabilibus Juris *Altograd. cons. 104. nu. 40. lib. 2., Radulphin. allegat. 113. num. 17.*, alio-
quin quotidie contra omnem æqui, bonique ra- 102
tionem emendicato, atque inani litium colore à callidis, & calumniosis Litigatoribus extorquerentur transactiones, quod ferendum minimè esse tradunt *Valeron. de transact. tit. 2. quæst. 3. per tot., Andreol. contr. 286. num. 76.*, *Gobb.*

Gobb.consult. 23. num. 41., Urceol. de transact. quæst.43. nu.36. & seqq., Rota coram Celso decis. 335. nu.7., & apud Palmam decis.Lucen.174.n.4.
Et eisdem transactionibus ob non absimilem
rationem, firmitatis robur tribuere nequit jus-
103 jurandum, & subsequuta etiam longi temporis
observantia, quia error, & insubsistentia, seù
104 falsitas causæ adimit consensum, necessariò re-
quisitum ad perficiendam transactionem, qui
105 sanè consensus suppletus dici nequit juramento,
& observantiâ, isti namque actus cùm prodiis-
106 se, & emanasse censeantur ex eodem erroneo,
& falso supposito, propterea ipsi etiam tam-
107 quam destituti consensu, eodem vitio laborant,
quò ipsemet principalis actus transactionis, ut
in proposito considerant *Gratian. disceptat. 788. num.2.& 3., Actolin. resol.111. num.78. & seq., Valeron. de transact. tit.6. quæst.3. num. 3., Urceol. eodem tract. quæst.96. nu. 17. & seq., & nu. 39. & seqq., Rota coram Merlin. decis.603. nu. 1. coram Pen.decis.70.nu.4., coram Coccin.decis.436. sub num.10., in rec. decis.504. num.11.part.4.tom. 2., & in Romana Tenutæ Campi Merli 27. Februarii 1719. §.Et hinc coram R.P.D. de Herrera, ubi alii concordantes.*
Istiusmodi igitur transactio ex hac sola ra-
108 tione, quod inita sit ex causa prorsus erronea,
& insubsistente, ideoque nec etiam ipsos Transi-
gentes obliget, rectè impugnari posset à D.Com.
109 Philippo; Verùm præterea idem justè illam ob-
servare reluctatur, quia ex ea non nisi enormis-
simum damnum, contra verò bon. mem. Pau-
lus commodum omne consequutus fuit, ille
enim dimidiam tantùm partem fructuum acce-
pit ex Primogenitura Integrè ejus favore purifi-
cata, & D. Paulus, cui nihil ex Capitalibus Ve-
netiarum relictum fuerat, contrà judicium Te-
statoris habuit integram illorum proprietatem,
& reliquam medietatem fructuum; At, verò si
110 transactionis natura, ob æqui, bonique ratio-
nem, ac bonam fidem, quæ præcipuè in illa
111 exuberare debent, efflagitat, quod aliquo hinc
indè dato, vel remisso, commoda, atque incom-
moda invicem communicentur, sustineri certè
112 non poterit transactio illa, ex qua D. Philip-
pus nihil accepto, enormissimo damno affe-
ctus fuit, hujusmodi enim adeo inæquales tran-
sactiones improbat *Textus leg. 1. ff. de transact., in leg. si diversa, leg. ubi pactum, & leg. transactio Cod. de transact., Altograd. cons. 82. nu.19. & 20., Andreol.contr.290. num. 100., Paulucc. differt.15. num.59., Urceol. de transact. quæst.2. num.8., & plurib. seqq., & quæst.3. num.40., & quæst.8. num.16., Rot. decis.534. num. 5. part. 2. rec., Urceol. de transact. decis. 3. num. 3. ad ornat. Card. de Luc. lib.7.tit.7., decis.40.num.final., in Romana transactionis 20.Martii 1709. §.Quæcumque coram Rño D. Lancetta Decano, in Spoletana Census 20. Januarii 1712. §.Attentâ præsertim coram Rño Aldrovando, in Romana Donationis, & usufructus de Gavottis super reintegratione 20. Aprilis 1714. §. Ponderantibus coram Eño D.Card. Scotto, in Bononien. Trebellianicæ 11. Januarii 1717. §.Spontè coram bon.mem. Ansaldo, & in Romana Tenutæ Campi Merli 27. Februarii 1719. §. Nec his coram R.P.D.de Herrera, & novissimè in Cavallicen. Immissionis, seu Primogenituræ currentis anni 1720. §.fin. cor.R. P.D. Rovavult de Gamaches.*

Verùm enim verò, quando etiam colore ullo
isthæc transactio sustineri posset respectu D. Co-
mitis Philippi Transigentis: eadem nihilominus 113
rectè impugnaretur à substitutis, & præsertim
ab ejusdem Primogenito, qui illius stipulationi
non interfuit, ut quæritur in tertio dubio ità
concepto, utrum nempè casu, quo transactio
impugnari non posset à D. Philippo, saltem im-
pugnari valeret à substitutis, & præsertim à Pri-
mogenito ejusdem D. Philippi, qui in transa-
ctione non intervenit; iis namque uti venien- 114
tibus jure proprio, & independenter à persona
D. Philippi Transigentis transactio ista, tam- 115
quàm res inter alios acta, minimè obstat, & ef-
ficere nequit, quo minus, purificatâ eorum fa- 116
vore Primogeniturâ ordinatâ ab R.P.D. Domi-
nico in suo testamento, rectâ viâ Immissionem
petere valeant, etiam non petitâ priùs rescis- 117
sione transactionis, ad tradita per *Morot. cons.87. num.6., Natta cons.543. nu.28., Andreol.contr. 286. num.96.& 103., Cyriac. contr. 310. num.3., Card. de Luc. de fideicomm. disc. 93. num. 2., & seqq., Gobb. consult. decis. 23. num. 40., Cutell. decis.5. num.11., Rota coram Merlin. decis. 186. num.7., coram Royas decis.287. num.5. & 6., & decis.342. num.3. & 4., coram Ansaldo decis.67. num.9. & seqq. post Constant. ad Stat. Urb. decis. 165.num.10., post Card de Luc. de legat.decis.23. num.13., in recent. decis.312. num.19., & 21.part. 16., decis.249. num.5. part.19., & in Camerinen. Immissionis 27.Junii 1710. §.fin. coram Rño Lancetta Decano*; cùm quoad ipsos post mortem 118
Transigentis ex mente juris, & ex judicio Te-
statoris, hujusmodi transactio habeatur periu-
dè, ac si celebrata non fuisset, ut hunc casum
distinguendo ab alio, in quo res esset cum ipso 119
Transigente, & contraria conciliando advertit
Carvall. de una, & altera quarta part. 2. num. 353.& 359., Urceol. de transact. quæst.50.n.83.
Certius quià, procul abfuit bona fides, & 120
justa transigendi causa, quibus deficientibus,
communiter receptum est, transactionem ini-
tam à Gravatis super rebus Fideicommissa-
riis, sivè Primogenituræ subjectis minimè susti-
neri in præjudicium Successorum in Fideicom-
misso, sivè Primogenitura, quos uti venientes 121
Jure proprio, & ex propria persona hujusmo-
di transactio non afficit, nisi facta sit justo ali- 122
quo titulo, & bona fide *Castrens. in leg.Cùm heres 36.num.10. ff. ad Trebell., Spad.cons.279.nu. 13. lib.3., Cirocch. disceptat.3. num.35., Conciol. allegat. civil.48. num.49. & seqq., Valleron. de transact. tit.4. quæst. 1. num. 30., Urceol. eodem tract. quæst.50. num.1. & seqq., Card. de Luca de fideicomm. disc.13. num.21. disc.94. num.3., disc. 140. num.3., disc.174. num.2., & seqq., Rota coram Penting.decis.38.num.4. & 11., coram bon. mem. Emerix Jun. decis. 517. num.7., in rec. decis.548. nu.2., & seq. part.19., in Bononien.tran-*

sactionis 19. Novembris 1705. §. Nihilominus coram bo.me. Ansaldo, & 20. Martii 1709. §. Minimè relevante coram R̃mo Lancetta Decano, in Firmana legitimæ 1. Junii 1709. §. Cæterum coram bo.mem. Ansaldo, in Salisburgen. Primogenituræ de Londron. 20. Februarii 1713. §. Quid ultrà co-
123 ram eodem: ex illa sanè ratione, quod, sicuti transactio bonâ fide facta consideratur uti actus ne-
124 cessarius, qui proindè justè obligat Successores ad illius observationem Rota in dicta Bononien. transactionis 20. Martii 1709. §. Et hæc omnia coram R̃mo Lancetta Decano, ita è contrario, bo-
125 nâ fide deficiente, cum illa continere dicatur actum heredis gravati merè voluntarium, & præjudicialem, æqui, bonique ratio non sinit, ut
126 ad illius observationem obstringantur Successores ab eo causam minimè habentes, ut, præter supra citatos, notarunt Cyriac. contr. 3. num. 3., Rot. decis. 453. num. 10. part. 19., in Romana Fideicommissi 11. Januarii 1706. §. Atque hæc coram bon. mem. Ansaldo, in Maceraten. Fideicommissi 6. Maii 1709. §. De cætero coram eodem, in Romana Fideicommissi de Maximis super quarta subrogatione quoad Dotem Lauræ 9. Decembriis ejusdem anni §. Rursus coram Card. Scotto, in Firmana Primogenituræ super transactione 26. Junii 1713. §. Nullo sanè coram Crispo.

Porrò bonam fidem procul abfuisse in nostra
127 hypothesi, perspicuè resultat ex eo, quod omnia in dicta transactione gesta fuisse apparent ad penitus evertendam Primogenituram ordinatam in testamento R.P.D. Dominici, dum, non oppositâ nullitate sæpiùs memoratæ donationis, quinimò admissâ illius validitate, Capitalia Venetiarum subjecta dictæ Primogenituræ, contra illius legem assignata fuerunt D. Paulo, & fructus prò medietate divisi inter ipsos Contransigentes, eorumque heredes, & Successores
128 quoscumque, etiam extraneos, nullâ prorsus habitâ ratione Descendentium D. Philippi, quibus, licet vocatis ad dictam Primogenituram nil penitus reservatum legitur, Rot. in Maceraten. Fideicommissi 6. Maii 1709. §. Ast ibi = Ast quæ bona fides quibat excogitari in Transigentibus, cum nullo deputato Curatore pro Fideicommisso, seù Fideicommissariis substitutis tractu temporis succedere valentibus, nec unica palea tradebatur Fideicommisso, & Fideicommissariis eventuris = coram Ansaldo =, & in Avenionen. Concurusus super reservatis 12. Junii 1713. §. Quid plus coram eodem. Rursus plura supposita fuerunt Cre-
129 dita commentitia, & insubsistentia, eaque compensata cum reditibus ejusdem Primogenituræ cessis, & assignatis D. Paulo; Ex quo sanè adeò improvido agendi modo cum evincatur here-
130 dem gravatum minimè curasse conservationem Primogenituræ, remque utilem illi haud quaquam gessisse, prout ad transactionis validitatem requirebatur Card. de Luc. de emphyt. disc. 52. sub num. 12., de Fideicom. disc. 94. num. 3., & plurib. seqq. idemque repetit in summ. Fideicom. num. 288., & sequitur Urceol. de transact. quæst. 50. num. 27., & seq., Rot. decis. 165. num. 7., & seq. part. 15., decis. 245. num. 1., eadem 277. num. 3. part. 18., in Romana Pecuniaria 28. Junii 1706. §. Etenim coram Em̃o D. Card. Scotto, in Pisaurea. Fideicommissi 25. Junii 1708. §. Secus est cor. Aldrovando, & nuperrimè in Cavallicen. Immissionis, seu Primogenituræ 21. Junii 1720. §. Fir-
mato autem ibi = Præsertim quia directa est ad 131
eversionem Primogenituræ, quando super illa neque aderat, neque timeri poterat lis, & controversia ulla, & tamen, ut transactio nocere possit vocatis jure proprio, opus est, quod utilis sit Primogenituræ, & ipsius vocatis, non autem solis Transigentibus = cor. R.P.D. Rovault de Gamaches, inde certe fit, quod nedum excluditur bona fides,
sine qua transactio, ut dictum est, in præjudi- 132
cium substitutorum non sustinetur Natt. cons. 470. num. 12. & 13., Peregrin. de Fideicomm. art. 52., num. 81., Fusar. de substitut. quæst. 708. num. 3., Card. de Luc. de fideicomm. disc. 4. num. 3., Urceol. de transact. quæst. 50. num. 78., Rota coram Merlino decis. 186. num. 7., coram Cels. decis. 131. num. 5., coram Royas decis. 287. num. 4., decis. 343. num. 3. & 4., & prius decis. 312. nu. 2., in quibus dictum fuit excludi bonam fidem ex eo quod
transactio inita dicebatur tum prò solvendo ære 133
alieno, quod tamen non probabatur ad Testatorem pertinuisse, tum etiam prò detractionibus, attamen insubsistentibus, tum denique prò expensis, quas demonstratur ad fideicommissum non pertinuisse.

Verùm præthereà inducitur ænormissima læ- 134
sio, ad tradita in specie per Castald. consult. forens. 19. num. 10., Saminiat. contr. 264. num. 60. & seqq., Rot. coram Ansaldo decis. 67. nu. 19. post Card. de Luca de donat. decis. 22. num. 4., & seq., decis. 23. num. 1. & seqq., & decis. 24. nu. 6., in Fanen. Bonorum, seù transactionis 28. Martii 1707. §. Atque hinc, & seqq. coram bon. mem. Omanna, & in Vercellen. Reintegrationis 3. Julii 1711.
§. Læsio verò & seq. coram Falconerio, efficiens, 135
ut transactio numquam bonâ fide facta dici pos-
sit, sed potius dolo extorta præsumatur, & pro- 136
ptereà ob defectum consensus nec Transigentes 137
obligat, nec eorum Successores Gratian. discept. 691. num. 1. & seqq., Argel. de legit. Contradictor. quæst. 7. num. 144., Urceol. de transact. quæst. 70. num. 13. & seqq., Card. de Luca de Fideicom. disc. 39. num. 2. & seqq., Ansald. in addit. ad decis. 39. num. 6., Rota coram Cels. decis. 375. num. 1. & seqq., in rec. decis. 383. num. 4. part. 12., decis. 35. num. 12. part. 19., post Constant. ad Stat. Urb. decis 165. num. 10., & decis. 166. num. 1. & seqq., in dict. Fanen. Bonorum, seù transactionis 28. Martii 1707. §. Quo siquidem, & §. Neque hisce coram bon. mem. Omanna, & 16. Januarii 1709. in princip. & §. Erronea coram Scotto, in dict. Vercellen. reintegrationis 3. Julii 1711. §. Hinc miserum, & seqq. coram Falconerio, & in supracitata Cavallicen. Immissionis, seu Primogenituræ 21. Junii 1720. §. Final. coram R.P.D. Rovault de Gamaches.

Nullo autem colore bona fides elici contenderetur ex eo, quod tempore initæ transactionis ignota esset nullitas donationis factæ Viennæ,
imò eadem valida, & subsistens reputaretur: si- 138
quidem in hoc præcisè defecit, & peccavit D. Phi-

Philippus non consulendo Jurisperitos, qui de
illius nullitate statim ipsum certiorem, reddere
potuissent, quam sanè diligentiam, ut facilli-
mè poterat, ità omninò præstare tenebatur ad
139 instar Tutoris, & Curatoris, quorum obliga-
tioni æquiparatur obligatio heredis gravati, &
140 alterius cujuscumque sivè voluntarii, sivè ne-
cessarii administratoris, argumento Textus in
141 leg.Tutor. 33. in fin. ff. de furt., Capon. discept.
forens.134. num.44., Rota coram Emerix Jun. de-
cis.1203. num.11., & melius decis.1344.num.9.,
142 illi namque eam curam, & diligentiam præsta-
re debent in rebus administrandis, quam quili-
bet diligens Paterfamilias in rebus suis adhibe-
re solet leg. à Tutoribus, & Curatoribus 32. ff. de
administr. Tutel.

Si igitur bonus, & diligens Paterfamilias vi-
dens Primogenituram institutam in testamento
143 eversam iri, per similem transactionem consul-
tiùs rem gerere, tenebatur, prævio nimirum
diligenti, ac maturo examine jurium sibi com-
petentium, adhibitoque ad id sapientum consi-
lio, ut fieri solet in similibus casibus, teste Rota
decis.443.num.11. part.13., & in Bononien. Tre-
bellianicæ super Creditis 12. Januarii currentis
anni 1720. §. Absque eo quod coram Lancetta, in-
144 dè certè sequitur, quod aliter agendo D.Philip-
pus in bona fide versatus dici nequeat, tam-
quam negligens in iis, quæ ad proprium munus
145 pertinebant, vix enim dolo vacare censetur,
qui adeò supinè omittit id, quod facere debet
leg. si Procuratorem 8. §. Dolo, & §. seq. ff. man-
dati leg. si fidejussor 29. in princip.; & leg. dolus
44.ff.eodem, Menoch. de præsumpt.lib.5. præsumpt.
3.num.63., & 66., apud quem alii.

Neque verò illi prodesse potest ignorantia ob-
146 ligationis, cujus vigore istiusmodi diligentiam
adhibere teneretur, quia hæc est ignorantia Ju-
147 ris, non facti, quæ minimè excusat Cap. ignoran-
tiâ de regul. Jur. in 6., leg. si fidejussor §. Non
malè ff.mandati, Rota in Romana Immissionis super
fructibus 30. Martii 1716. §. Ex eo quidem, &
13. Januarii 1719. §. Solidis hisce cum seqq. co-
148 ram Crispo: atque etiam quia, cum sufficeret
sola probabilis scientia, eò quòd D. Philippus,
149 ratione muneris, quod gerebat, id scire omni-
no tenebatur, Rota coram Merlin. decis.663.num.
25. & 27., in Gerunden. eleemosynæ Panis super
fructibus 20. Aprilis 1703. §. Reassumendo coram
Priolo, hæc propterea, vel certè adfuit, vel si
150 defecit, excusationem nullam præbere potest
ignorantia rei, quam scivisse omninò oportebat
ad Text. in leg. qui cum alio ff. de regul. Jur. Co-
sta de facti scientia, & ignorantia inspect.65.num.
7., Barz. decis. Bonon.19. num.14. & seqq., Rota
coram Crescent. decis.9. num.10., & seq. tit. de
dol., & contumac., in Fanen. Pecuniaria 26. Ju-
nii 1709. §. Ultraque coram Rmo Aldrovando, &
in Romana Assemistatus 10. Januarii 1718. §.
quia verò coram Certo.

Superest quartum, atque postremum dubium
respiciens reintegrationem Primogenituræ insti-
tutæ à R.P.D. Dominico in suo testamento cum
obligatione convertendi fructus in Capitale do-
nec conficeretur annuus reditus 500.aureorum,
quod quidem investimentum, seù multiplicum
à Testatore ordinatum, hactenus factum non
fuit, eò quod, suppositâ validitate donationis,
per eam uti posteriorem revocaretur dicta Pri-
mogenitura jam pridem in testamento ordina-
tà, & per consequens corrueret præceptum in-
vestiendi, & multiplicandi illi accessorium.
Verùm, cum modo ex his omnibus demonstrata
plenè appareat nullitas dictæ donationis, & pro-
pterea, resurgente Primogeniturâ in testamen-
to ordinata, constet de damno ab eadem hacte-
nus passo, ob jacturam fructuum ex præcepto
Testatoris in capitale convertendorum, agen-
dum idcircò est de illius reintegratione, quam
omnis æqui, bonique & juris ratio illicò facien- 151
dam præcipit, nullâ etiam consideratâ morâ,
nullâque factâ interpellatione, justa notata per
Gratian.discept.67.num.3., & 4., Rota coram Pen.
decis.766. num.8., coram Merlin.decis.665. nu.25.
& alios in Romana commutationis Bonorum 7.Maii
1708. §. Nec Celso coram Molines, & in Romana
prætensæ reintegrationis 6. Junii 1712. §. Indis-
pensabiliter 33.coram Ansaldo, hinc duo rectè
quæruntur. Primò quisnam ad dictam reinte-
grationem reverâ teneatur, an D.Paulus, qui
fructus percepit spatio viginti octo annorum à
die obitus R.P.D. Dominici Testatoris, sivè po-
tius dictus D.Com.Philippus modernus possessor
Primogenituræ, secundò à quo tempore dicta
reintegratio incipere debeat.

Quantùm attinet ad primam Dubii partem,
resolutio plana mihi videtur, quæstio namque
non est inter duos ad Primogenituram pari jure 152
vocatos, quorum proinde par etiam, & æqualis
esset ad investiendum obligatio, sed res agitur
inter D. Philippum primo loco certè vocatum,
& D. Paulum in Primogenitura nullo pacto
successurum, qui idcircò onere Investimenti 153
cùm gravatus censeri minimè possit, nec etiam
obstrictus dici valet ad Primogenituram rein- 154
tegrandam de eo, ad quod ipse nullo pacto te-
nebatur, & quod citrà ullam ejus culpam,
omissum fuit; obligatio quippe reintegrandi 155
supponit obligationem investiendi, & culpam, 156
ac negligentiam in Omittente Investimentum, 156
sine qua culpa, & negligentia non datur pœna, 157
quæ est reintegratio, ad Text. in leg.1. 2., & 3.
Cod. depositi, Card. de Luca de fideicom. disc.
189. num. 3., Rot. coram Bich. decis. 185. n.3.,
in rec. decis. 85. num. 2. part. 4. tom. 2.; cùm
itaque hâc culpâ, & negligentiâ vacet, qui 158
obligationem investiendi non habet, culpa 159
namque imputari non potest ei, qui non fecit
id, quod facere non tenebatur Becc. cons. 37.
num. 16., Surd. cons. 345. num. 31., Thabor.
axiom. Jur. lib. 3. cap. 103. axiom. 26., nil pro-
indè mirum, si D. Paulus, utpotè culpâ carens, 160
ad pœnam reintegrationis non tenetur Rot. co-
ram Emerix Jun. decis. 1143. num. 9., & in Ro-
mana Pecuniaria, seu reintegrationis 23. Janua-
rii 1719. §. Quemadmodum igitur coram R.P.D.
Corio, tametsi fructus ad Investimentum desti-
natos perceperit, quia non indè sequitur ad il- 162
lorum

lorum Investimentum obligatum fuisse, cùm
nullâ lege, aut conventione, sive Testatoris
judicio, id ipsi præciperetur, sed alio titulo
prorsùs diverso, immò contrario, ac destru-
ctivo Primogenituræ obnoxiæ oneri investiendi
fructus illi ad ipsum pervenerint, ut considerat
*Rota in Romanâ prætensæ Reintegrationis 6. Ju-
nii 1712. §. Diximus 44., & §. Figuremus 61.
coram Ansaldo.*

At alitèr res se habet quoad D. Philippum,
162 qui præcisè uti primò vocatus, ad Investimen-
tum faciendum Testatoris præcepto urgeba-
163 tur, ideòque, cùm ejus culpæ, & negligentiæ
imputari possit illius omissio, eò quòd, spretâ
Testamenti lege, Investimentum fieri minimè
164 curaverit, prout curare omninò, tamquam Pri-
mogenitus, & primò vocatus, tenebatur. Nil
165 juri magis consonum videtur, quàm quod per
reintegrationem emendare cogatur damnum
inde illatum Primogenituræ per *Text. in leg.
quidam 25. §. Si quis filium ff. ad Senat.Consult.
Trebell., Peregrin. de fideicom. art. 45. num. 14.
lib. 3., Card. de Luca de fideicom. disc. 189.n.5.,
Rot. coram Amat.Dunoz. decis. 852. per tot., co-
ram Emerix Jun. decis. 1143. num. 9., in Roma-
na Census 7. Junii 1709. §. Obligatio autem co-
ram Rmo Aldrovando, in Camerinen. Investi-
menti 16. Junii 1710. §. Nec obsistit coram Kau-
nitz, in Ariminen. Fideicommissi Baudi de Baudis
quoad Investimentum 25. Junii 1717. §. Iterum co-
ram R P.D. Rouault de Gamaches, & in Bononien.
Commendæ 13. Junii 1718. §. Substantia quippè
166 coram R.P.D.Corio.* Sic enim plectitur negligen-
167 tia heredis, qui in suo onere deficiens Investi-
mentum omisit, & Primogenitura, cujus damno
cessit illius omissio, reintegratur in eo, quod
acquirere potuit, & ex alterius negligentia non
acquisivit. *Leg. Si mandavero. §. Julianus scri-
bit ff. mandati, &, relatis concordantibus, fir-
mavit Rota in Faven. Pecuniaria 26. Junii 1709.
§. Eâ sanè ratione coram Rmo Aldrovando, & in
Ariminen. Fideicommissi Baudi de Baudis quoad
Investimentum 25. Januarii 1715. §. Undique co-
ram R P.D. Cerro.*

Ex his constabilita dici posse videtur respectu
168 D. Com. Philippi obligatio investiendi, & re-
spectivè reintegrandi Primogenituram, quippè
eadem proficiscebatur ex præcepto à Testatore
ipsi injuncto, uti ad illam vocato, idque cum
169 non latebat, tamquam tam de vocatione sua,
quàm de dicto onere certiorem redditum ex in-
spectione, sive lectura testamenti enunciata in
instrumento transactionis *Rota in Bononien. Tre-
bellianicæ super Creditis 12. Januarii 1720.
§. Hoc argumentum coram Rmo Lancetta Deca-
no*, & prius firmaverat eadem *Rota in Romana
Immissionis super fructibus 15. Martii 1717.
§. Non solùm coram R. P. D. Rouault de Gama-
ches 6. Februarii 1719. §. Animadverterunt, &
5. Junii ejusdem anni §. Quamquam, & seq. co-
170 ram Falconerio*, à quo onere minimè eximeba-
tur sub obtentu posterioris donationis, quam
nullam esse, ideoque excusationem aliquam ei
præbere non posse, demonstravimus; Exami-
nandum itaque est, à quo tempore incipere de-
beat reintegratio prædicta, num scilicet ab ini-
tio, hoc est à die obitus Testatoris, adeout cùm
ab eo tempore jam effluxerint tot anni, quibus
commodè investimentum à Testatore deman-
datum confici potuisset, illud modò integrè
præstandum sit à D.Philippo, vel potiùs inchoa-
ri debeat nunc, post detectam nempè nullita-
tem dictæ donationis, cujus colore præcedenti
tempore idem D. Philippus constitutus dici
potuit in bona fide ipsum excusante pro tempo-
re præterito.

Qua in re censerem, reintegrationem esse fa-
ciendam usque ab initio, & propterea D. Phi- 171
lippum omninò teneri relinquere Successoribus
integrum investimentum, quod à die obitus Te-
statoris procul dubio confici potuit, cùm enim 172
ipse esset primò vocatus, & legem investiendi
ab initio non ignoraret, statim illi parere tene-
batur, alioquin tamquam scienter negligens 173
adimplere præceptum Testatoris, culpâ mini-
mè vacare dicitur *Peregrin. de fideicommiss. ar-
tic. 45. num. 15., Rota coram Merlin. decis. 1044.
num 6., coram Cerra decis. 477. num. 15.*, prop-
ter quam illicò orta fuit obligatio reintegrandi, 174
& sarciendi damnum ejus negligentiâ scienter
illatum *Rota coram Emerix Jun. decis. 1119. n. 1.
& duob. seqq., & in Ferentina Fideicommissi
1. Julii 1718. §. Quidquam non relevante coram
Corio.*

Eumque juvare nequit excusatio illa, quòd
tunc culposa, seù dolosa dici posset dicta omis- 175
sio, quando, præter scientiam oneris investiendi,
in ipso concurrisset etiam possessio Primogeni-
turæ, at cùm ipse illam ab initio minimè posse-
derit, argui nequeat de dolo, ob omissum in-
vestimentum, quod veluti faciendum ex fru- 176
ctibus, nonnisi possessori, & illos percipienti
injunctum censetur, nec fieri potuit ab eo, qui
eosdem non exegit, ad tradita per *Rotam post
Constantin. ad statut. Urb. decis. 202. num. 6., & 7.*
Posito enim, quòd ex voluntate Testatoris, de 177
qua dubitari nequit, ipse Primogenituram pos-
sidere deberet, & fructus percipere, si facto, &
culpâ suâ non possedit, nec fructus percepit,
sibi imputare debet, & habendus est perinde ac 178
si possedisset, cùm per ipsum steterit, quo mi-
nùs possederit, & fructus perceperit ex regula
Textus in leg. parem 193. de regul. Jur ibi = *pa-
rem esse conditionem oportet ejus, qui quid possi-
deat, vel habeat, atque ejus, cujus dolo malo fa-
ctum sit, quo minùs possideret, vel haberet = leg.
sed & si leg. 28. §. Quod ait, & §. Perinde* ibi =
*Nam & is, qui dolo fecit, quo minùs possideret,
ut Possessor condemnatur = ff. de petit. hereditat.
& in leg. 2. §. Sed & si quid*, ubi, quòd = *cogor
restituere, quod dolo meo ad me non pervenit, quod- 179
que id procedit etiam ex lata culpa, juxtà verba 180
Textus* ibi = *Sed etsi non dolo malo, sed latâ cul-
pâ amiserit aliquid, utique tenebitur = ff. de he-
red., vel act. vend.* cum aliis apud *Thabor. lib. 14.
cap. 61. anim. 34., Jov. de Contract. minor. Gloss.
25. §. 10. num. 173., & 174.*, & rectè quidem,
nam magna, & lata culpa dolo æquiparatur, 181
imò

imò dolus est, ut inquit *Paulus in lege magna
226. ff. de verb. signific.*, *& in leg. quod Nerva
ff. deposit. leg. contractus*, *ubi Doctores ff. de re-
gul. Jur.*; *Alciat. in d. leg. magna*, *& in leg. la-
ta culpæ 223. num. 5. ff. de verbor. signif.*, *Tha-
bor. axiom. Jur. lib. 3. cap. 103. axiom. 14. & 21.*,
ubi concordantia Juris loca.

Quod autem D. Philippus facto suo, suâque
182 culpâ latâ caruerit possessione bonorum Pri-
mogenialium, illicò demonstrat transactio ini-
ta inter ipsum, & D. Paulum, in qua idem
D. Philippus summâ facilitate pastus, & assen
titus fuit, alteri assignari integra capitalia Pri-
mogenituræ subjecta, nullâ prorsus habitâ ra-
tione jurium vigore dictæ Primogenituræ sibi
183 clarè competentium; quòd sanè nun accidisset,
si ipse, prout tenebatur, jura Primogenituræ
viriliter promovisset; quamobrem, si magna
184 culpa in jure dicitur supina, & nimia negli-
gentia, vel dissoluta ignorantia, ut definitur
in d. leg. magna 226., *& in leg. cedere diem 213.
§. Lata culpa ff. de verbor. signif.*, aliisque con-
cordantibus Juris nostri locis relatis per *Rot. in
Romana Immissionis super fructibus 6. Februarii
185 1719. §. final. coram Falconerio*, eademque Ju-
dicis arbitrio ex facti circumstantiis æstimanda
est *leg. semper §. Culpam ff. quod vi, aut clàm*, &
prosequitur *Rot. in dicta Romana Immissionis su-
per fructibus* die, & anno mox citatis: ea certè
186 imputari posse videtur D. Philippo, qui per
summam negligentiam omisit hac in re agere
omne id, quod diligens Paterfamilias non omi-
sisset: *Thabor. axiom. Jur. lib. 3. cap. 103. axiom.
13.*, quo sanè factum est, ut ipse Primogenitu-
187 ram ab initio minimè possederit, & propterea,
si pro possidente usque ab initio habendus est,
188 latâ culpâ non vacat omissio investimenti, cu-
jus onus ipse non ignorabat: & ex quo, veluti
189 ex necessario antecedente, sequitur obligatio
reintegrationis usque ab initio ab illo facien-
dæ, juxtà firmata per *Rot. decis. 7. num. 10.,
& seqq. part. 12.*, *& in Bononien. Fideicommissi
de Ghisleriis super reintegratione 7. Decembris
1705. coram Molines*, *23. Martii 1711. coram
Scotto*, *22. Februarii*, *& 10. Junii 1712. coram
Falconerio*, *& 30. Januarii 1713. coram Rm̃o
Aldrovando*.

190 Alioquin oporteret ipsius culpam, & negli-
gentiam cedere damno successorum contra re-
gulam communiter traditam à *Peregrin. de Fi-
deicom. art. 52. num. 82.*, *Molin. de Primogen.
Hispan. lib. 4. cap. 9. num. 7.*, *Card. de Luc. de
fideicom. disc. 93. num. 7.*, *Rot. coram Cels. de-
cis. 131. num. 5.*, *coram Merlin. decis. 186. nu. 7.*,
coram Cerra decis. 286. num. 23., *in rec. dec. 277.
num. 3. part. 18.*, *& in Ferrarien. Primogenitu-
ræ 4. Februarii 1709. §. Ex eisdem coram Moli-
191 nes*. Dato enim, quòd investimentum incipere
deberet ex nunc, si contingeret obitus D. Phi-
lippi (quem tamen Deus diù servet incolumem)
investimento nondum completo, Successores
duplici damno afficerentur; carerent quippè
fructibus investimenti, & præterea amitterent
etiam fructus reliquorum bonorum Primogeni-
turæ subjectorum, quos erogare tenerentur pro
investimento perficiendo. Id autem si in perni-
ciem Successorum nullo pacto ferendum esset, 192
etiam in casu, quo D. Philippus nullos fructus
percepisset, minus certè ferendum erit in no-
stra hypothesi, in qua ille reverà fructibus om-
ninò non caruit, sed dimidiam eorum partem
percepit, licèt alio titulo, quàm Primogenitu- 193
ræ, quod tamen, utpotè ex supradictis ejus cul-
pæ, & negligentiæ dumtaxat imputandum,
verti non debet in præjudicium Substitutorum,
quorum respectu titulo Primogenituræ illos
percepisse censetur, cum ipsemet in causa fue-
rit, quin tali titulo perceperit: maximè quia, si
aliter diceretur, sequeretur illud gravissimum 194
absurdum, quod videlicet D. Philippus lucrum,
& commodum sentiret, undè pœnam prome-
ruisset, vice autem versâ Successores prorsùs
innocui duplicem ejus culpâ, ut mox innui-
mus, jacturam pati cogerentur, quod adversatur
omni Juris, & æqui, bonique rationi commen-
datæ in *leg. itaque fullo ff. de furt.*, *& traditur
apud Rot. decis. 978. num. 16. coram Coccin.*, *co-
ram Emerix Jun. decis. 1298. num. 2., & 3., &
decis. 598., & 694. num. 6. pars. 18. rec.*

Ut etiam latæ culpæ nota, quâ obstringitur
D. Comes Philippus, obliterari, aut obtegi ne-
quit colore bonæ fidei excludentis quemcum- 195
que dolum, negligentiam, & culpam, *Ale-
xand. cons. 116. num. 3. & 4. lib. 5.*, *Rot. coram
Pen. decis. 518. num. 3.*, *coram Ludovis. decis. 369.
num. 7.*, *in Cæsenaten. Bonorum 22. Aprilis 1712.
§. Quandoquidem coram Ansaldo*, nam aut dicta
bona fides elici contenditur ex eo, quod ades-
set posterior donatio infirmans Primogenitu-
ram in testamento ordinatam, & cum ista do-
natio ex supradictis nulla esset ob defectum ne- 196
cessariæ solemnitatis, apta non erat bonam fi-
dem producere in D. Philippo, licèt ipse sciret, si-
ve ignoraret laudi nullitatem, si enim talis nulli-
tas illum non latebat, jam quævis bona fides 197
procul abest in Omittente investimentum, quod
sciebat à testatore demandatum *juxtà Text. in
leg. si quis fundum 43. ff. de acquir. possess.*, *leg. ex
diverso §. 1. ff. de rei vindicat.*, *leg. sed etsi §. An-
te litem ff. de petit. hered.*, *Rot. coram Bich. de-
cis. 50. num. 2.*, cum aliis in *Romana Immissionis
super fructibus 15. Martii 1717. §. Quamobrem
coram R. P. D. Rovault de Gamaches*, *& 6. Fe-
bruarii 1719. §. Animadverterunt & seqq. cor. Fal-
conerio almæ Urbis Gubernatore*: si verò hujus-
modi nullitatem ignorabat, cessat pariter in eo 198
bona fides, quia, cum agatur de ignorantia
Juris clari, quæ non præsumitur, *leg. Constitu-
tiones Cod. de jur. & fact. ignor.*, nec admittitur 199
etiam in muliere *leg. nè passim Cod. de jur. &
fact. ignor.*, maximè quando adest commoditas 200
consulendi Jurisperitos *Rot. decis. 435. num. 5.
& seq. par. 18.*, *decis. 486. num. 14. part. 19. tom. 2.*,
talis profectò ignorantia illum non excusat, 201
nec bonam fidem gignit, quia nimium supina,
& inverisimilis est *leg. nec supina 6. ff. de jur. & 202
fact. ignor.*, *Sebastian. Medic. de cas. fortuit.
part. 1. quæst. 3. num. 10.*, *Odd. de restit. in integr.
pars. 1.*

part. 1. quæst.8. num.57. & 58., *Menoch. de præ-
sumpt. lib. 6. præsum. 23. num. 81. & 82.*, atque
203 etiam quia ignorantia , ut excuset , & bonam
fidem producat , debet esse inculpabilis, ut *cum
gloss. in leg. 1. & final. Cod. de fruct. legat. &
fideic.*, tradunt ibidem Doctores omnes , *Pere-
grin. de fideicom. art. 49. num. 109.*, *Rot. in Ro-
mana Immissionis super fructibus 5. Junii 1719.
§. Quod autem coram Falconerio .*

Talis autem non est ignorantia D. Philippi ,
204 qui uti hæres gravatus tantam curam , & dili-
gentiam præstare debebat , quantam bonus , &
diligens Pater familias in rebus suis adhibuis-
205 set , ideoque consulere tenebatur Jurisperitos ,
qui ictu oculi nullitatem dictæ donationis ipsi
206 patefecissent , quod si non fecit , neglexitque id,
quod non solùm à diligenti Patre familias , sed
communiter à nemine negligi solet ; ut patet ex
firmatis per *Rot. dec. 443. num. 11. part. 13.*, &
*in Bononien. Trebellianicæ super creditis 12. Ja-
nuarii currentis anni 1720. §. Absque eo quod ,
coram Rmo Lancetta Decano* ; non est cur idem
207 excusari mereatur ignorantiâ Juris , & quidem
non dubii , sed clari *Conciol. alleg. 72. num. 65.*,
Vrceol. de transact. quæst.89. num. 60., *Mastrill.
decis.73. num. 25.*, *Rota coram Merlino dec.163.
num. 11. & 12.*, quinimò culpæ obnoxius factus
208 dicitur , eo quod omittendo consulere Jurispe-
ritos , prout ex officii sui munere tenebatur , de-
fecit in eo , quod proprium munus respiciebat,
Doctores *in leg. dolo ff. ad leg. falcid.*, *Bartol. in
leg. tutor qui repertorium ff. de administr. Tutor.*,
Soccin. sen. consf.64. num. 4. lib. 1., *Cravet. consf.
115. num. 2.*, *Mascard. de probat. conclus. 531.
num. 89.*, aliique relati per *Menoch. lib. 5. præ-
sum. 3. num. 66.*, quodque ab ipso præstandum
209 esse , haud ignorare censetur , cum scire omni-
nò deberet , ideoque ejus ignorantiam allegare
non valet , juxtà auctoritates alibi adductas ,
210 quia talis ignorantia dicitur babere admixtam
negligentiam , & proindè illam alleganti, tam-
quam negligenti Jura non subveniunt , *Roland.
à Valle consf. 72. num. 20. lib. 3.*, *latè apud Tho-
bor axiom. jur. lib. 9. cap. 6. axiom. 12. vers. sic
etiam circa med.*

211 Aut bona fides desumitur ex transactione , ut
apud *Vrceol. de transact. quæst. 89. num.51.*, *Ro-
ta decis. 611. num. 7. & seq. part. 18.*, & cum
212 hæc pariter esset nulla ab initio ex defectu con-
sensus utpotè innixa falso supposito validitatis
donationis , & subsistentiæ creditorum , quæ
deinde jam extincta comperta sunt , & præte-
rea contineret enormissimam læsionem , ut li-
quet ex deductis ad secundum Dubium , recur-
runt idcircò ea omnia , quæ quoad ipsam dona-
213 tionem mox dicta sunt, ut scilicet bonam fidem
doli exclusivam , inducere nequiverit , cum in
214 his terminis usque ab initio contractus adfuisse
censeatur gravis culpa adimens quemcumque
prætextum bonæ fidei *leg. 3. §. final. ff. pro socio,
Cyriac. contr. 562. num. 54.*, *Vrceol. de transact.
d. quæst.89. num.55.56. & 58.*, *Sperell. decis.37.
num. 56.*, optimè *Rota in Romana Associationis
super fructibus 26. Aprilis currentis anni 1720.
§. Etenim coram R. P. D. Rovault de Gamaches* ,
ibi = *Secus dicendum , si ageretur de rescissione* 215
*transactionis ex errore Juris , & quidem cla-
ro , vel læsione enormissima , quia tunc cum remo-
veretur consensus ab actu , & titulus transactionis
ad non titulum reduceretur , aptus haud esset bo-
nam fidem amplius præbere .*

Reintegratio igitur facienda est usque ab ini- 216
tio ratione culpæ , & malæ fidei resultantis ex
scientia oneris investimenti , & illius inadim-
plemento , à quo D. Philippus excusari nequit 217
sub obtentu donationis , cujus nullitatem scie-
bat , vel scire debebat , aut saltem omnem dili- 218
gentiam adhibere tenebatur pro illa investigan-
da , adeout cum semper ejus culpæ , & negli-
gentiæ imputanda sit omissio investimenti , con- 219
tra ipsum rectè locum sibi vindicant regulæ il-
læ , quod culpa nunquam suffragari debet cul-
poso ad *Text. in leg. itaque 12 ff. de furt.*, & *leg.
13. ff. de dol. mal.*, quâ in proximis terminis uti-
tur *Rota in Melphicten. Cappellaniæ 7. Junii 1700.
§. Diximus , & seq. coram Ansaldo* , quodque 220
frustra quis juvari præsumit bonâ fide , & igno-
rantiâ , quæ ex propria culpa , & negligentia
processit , ad tradita per *Rot. in Romana commu-
nicationis bonorum 7. Maii 1708. §. Nec Celsa
coram Molines , & in Firmana Immissionis 9. De-
cembris 1712. §. Adverterunt namque , & §. Ve-
rum enim coram Aldrovando .*

Eadem verò reintegratio sicuti pro necessario 221
antecedenti supponit restitutionem fructuum
jam consumptorum , ex quibus illa fieri debet ,
ità efficit, ut nullo colore evitari possit dd. fru- 222
ctuum restitutio , quæ ab eodem fonte proma-
nat , quo reintegratio , scilicet ex culpa , & ma-
la fide , quâ proindè positâ ad unum effectum , 223
reintegrationis nempè , eumdem effectum ne-
cessariò producit , etiam quoad fructuum resti-
tutionem ; etsi enim prò hac effugienda non re- 224
quiratur positiva bona fides , sed sufficiat ma-
lam abesse *Saminiat. contr. 144. num.21.*, *Card.
de Luc. de fideic. disc. 84. num. 9.*, *Rota coram
Baratt. decis.184. num.8.*, *ibique Adden. lit.B.*,
*in Romana Prælaturæ de Vecchiarellis super fru-
ctibus 12. Martii 1706. §. final.*, & *in Romana re-
stitutionis fructuum 11. Junii 1708 §. Applican-
do coram Ansaldo* ; eam tamen abesse dici ne- 225
quit, quoties, prout in casu nostro, concurrit po-
sitiva culpa , & mala fides resultans ex scientia
oneris neglecti , & ex scientia nullitatis dona-
tionis , per quam tacitè revocata supponebatur
primogenitura dictum onus præseferens, scientia 226
namque constituit malam fidem *§. Quod autem
dictum est vers. nam qui scient Instit. de usucap. &
§. Si quis à non Domino in fin. Instit. de acquiren.
rer. Domin.*, *Rot. in Romana Immissionis super fructi-
bus 5. Junii 1719. §. Quod autem coram Illmo D.
Falconerio almæ Urbis Gubernatore* , & de hac
oneris scientia in casu nostro vix , ac nè vix qui-
dem dubitari potest cum , ut alibi dictum est, de
testamento , in quo onus illud continetur, spe- 227
cifica mentio fiat in transactione , in qua etiam
enuntiatur, illud lectum fuisse, ut ad probandam
scientiam prò effectu , de quo agitur , confide-
rat

rat Rota in Bononien. Trebellianicæ super creditis
12. Januarii currentis anni 1720. §. Hoc argu-
mentum coram Rm̃o Lancetta Decano, & in aliis
228 supra citatis §. Eu bis constabilitu. Scientia au-
tem nullitatis donationis, utpotè non facti, sed
Juris, & quidem clari, ac maximè verisimilis,
semper præsumitur leg. Constitutiones Cod. de jur.
229 & fact. ignor., eademque exuberat pro inducen-
da obligatione restituendi fructus, cum ad huoc
effectum non minus vera, quàm præsumpta, &
probabilis scientia sufficiat Casanat. cons. 23. num.
17., Cyriac. contr. 329. num. 23., Rocc. disput.
jur. select. cap. 149. num. 41., Rot. decis. 3. n. 26.
& 28. part. 7. rec., & in Romana Immissionis su-
per fructibus 6. Februarii 1719. §. Ideo coram Fal-
230 conerio; quia nimirum sola etiam, & præsum-
pta probabilis scientia satis est ad inducendam
malam fidem, ex qua fructuum restitutio pro-
cedit Rot. in Fanen. Pecuniaria 26. Junii 1709.
§. Neutraque coram Rm̃o Aldrovando, in Roma-
na Immissionis super fructibus 15. Martii 1717.
§. Non solum verò coram R.P.D. Rovault de Ga-
maches, & 5. Junii 1719. §. Quamquam nec ipsum
coram Falconerio.
Verùm enim verò, etsi daremus, aliquem bo-
231 næ fidei colorem in hypothesi considerari posse,
nihilominus minimè suffragaretur ad eximen-
dum D. Philippum à restitutione fructuum,
de quibus agitur, eà ratione, quia nimirùm illi
modò non petuntur uti accessorii ad aliquod
capitale primogenituræ, & tamquam malà fide
percepti, sed principaliter petitur investimen-
tum ipsum, quod ex fructibus confici debuisset,
& consequenter fructus petuntur uti sors princi-
palis ratione dominii, in quibus terminis bona
fides ab illorum restitutione minimè excusat,
Spad. cons. 105. num. 1. lib. 2., Gratian. discept.
forens. cap. 206. num. 18. & seqq., Cancer. variar.
part. 3. cap. 16. num. 97., Card. de Luc. de alie-
nat. disc. 12. num. 19. & seqq., Rot. coram Mer-
lin. decis. 585., & decis. 663., in rec. decis. 286.
nu. 4. part. 14., decis. 265. n. 12. part. 17., decis. 312.
num. 6. part. 19.; cum aliis pluribus cumulatis in
decis. 10. num. 9. & seqq. in Mantis. ad Card. de
Luc. de statut. success.; ubi materia amplissimè
enucleatur, & exemplis quoque exornatur, &
232 in specie fructuum investimento destinatorum
dixit Rota in Romana Fideicommissi de Avila su-
per restitutione in integrum 15. Maii 1711. §. Cæte-
rum coram Rm̃o Lancetta Decano, & punctualis-
simè ad rem nostram firmatum fuit in Arimi-
nen. Fideicommissi, Bandi de Bandis quoad inve-
stimentum 25. Junii 1717. §. final. coram R.P.D.
Rovault de Gamaches, ibi = Nam omisso, quod
233 inspectio bonæ fidei extranea est à casu præsenti,
cùm non petantur fructus accessoriè ad bona fidei-
commissi, prò quibus, quoties bona fide jam consum-
pti sunt, nulla competit actio substitutis prò fidei-
commissi reintegratione consequenda, leg. quæsi-
234 tum &c., sed petitur principaliter investimentum
ipsum à Testatore expressis verbis ordinatum, quod
præcisive à bona, vel mala fide, præstandum est =
Rot. &c., & in ejus confirmatoria 4. Februarii
1718. §. final. coram R.P.D. Cerro, verbis illis=
Nec sub hac hypothesi quærendum est de fructibus,
an fuerint bona fide consumpti, quia non petuntur 235
uti fructus accessoriè ad ipsa Bona, sed agitur de 236
investimento Testatoris judicio induente naturam
sortis principalis ad commodum aliorum heredum,
quod nullo pacto dependet à bona, vel mala fide
heredum, qui præceptum contempserunt, ut ad il-
lud implendum, ac ad illius interesse compelli de-
beant. =
Et rectè quidem, nam si de bona, vel mala
fide minimè inquiritur quoties agitur de vin- 237
dicando aliquo fundo, seu capitali, cujus resti-
tutio certè evitari nequit prætextu bonæ fidei,
ità quoque frustrà illa obtenditur, quando fru- 238
ctus destinati ad investimentum petuntur, uti
sors principalis, & jure dominii, cum tali casu 239
perindè habeatur, ac si peteretur ipsum capita-
le investimenti jam facti, quod adinstar alio-
rum capitalium regulari debet, ut hoc argu-
menti genere in specie utitur Rot. coram Ansal-
do decis. 98. num. 2., pecunia namque, & fru- 240
ctus investimento destinati sortiuntur naturam
sortis, & capitalis, idemque prorsùs judicium 241
de illis, ac de capitali ferendum est, per Text. in
leg. tutit scriptura in fine, & leg. si servus §. Si
quemque ff. de legat. 1., docuerunt communiter
Gratian. discept. 34. num. 41. & discept. 920. num.
26., Gastald. consult. 2. num. 11., Gobb. consult.
136. num. 19., Pacific. de salvian. interd. in-
spect. 3. cap. 4. num. 388., Card. de Luc. de alien.
disc. 51. num. 10., Torr. de majorat. part. 2. quæst.
59. num. 17., Rot. post Pacific. de Salvian. de-
cis. 159. num. 2. & seqq., post Merlin. de legit.
decis. 29. num. 2., coram Ansaldo decis. 55. num.
23., & seqq., in Romana, seù Viterbien. legati su-
per reservatis 27. Junii 1710. §. Desumpta, coram
Crispo, in Perusina Pecuniaria 16. Martii 1714.
§. Respectu vero fructuum, coram Falconerio, in
Romana hereditatis, seù reintegrationis super
multiplico pensionum Palatii 17. Martii 1719.
§. 17., & in eadem super capitali, & multiplico
census Subelli d. die, & anno §. 10. coram eodem,
proptereaque hujusmodi fructus tamquam ca- 242
pitale integrè restituendi sunt, quippè aliter di-
ci non posset integrè restituta res ipsa principa- 243
lis, quæ nonnisi in ipsis fructibus decursis, & in-
debitè perceptis consistere dicitur, ut in pro-
posito observant Ridolphin. in prax. cap. 10. num.
61., & seq. part. 2., Rot. coram Merlino dec. 585.
num. 8., & decis. 663. num. 7., coram Bich. de-
cis. 245. num. 5., in rec. decis. 286. num. 2. & seq.
part. 4., & in dicta decis. 10. num. 12. post Card.
de Luc. de statut. succes. in Mantiss.
Nec urget, quod fructus, etiam investiendos, 244
& multiplicandos, si bonâ fide consumpti fue-
rint, restituendos non esse censuerint Gratian.
discept. 240. num. 14., Rot. coram Priolo dec. 415.
num. 3. & 11., coram Pen. decis. 768. num. 3., &
decis. 805. num. 6., in Romana Multiplicorum 3.
Aprilis 1699. §. final. coram Molines, & in Ro-
mana Pecuniaria 21. Junii 1709. §. Nec à præ-
fata coram eodem; auctoritates namque istæ lo- 245
quuntur in casu, quo fructus accessoriè, non
principaliter petantur, & pleræque agunt de 246
fru-

ſructibus , qui percipi potuiſſent ex inveſti-
mento faciendo , prò quibus bona fides prodeſ-
247 ſe poteſt : at non agunt de ipſo inveſtimento,
quinimmò iſtud ferè omnes ſupponunt eſſe
abſolutè præſtandum , proindeque tamquàm
extraneas , & inapplicabiles caſui noſtro , jure ,
meritòque illas nullo numero habuit Sacra Ro-
ta in ſupracitata cauſa *Ariminen. Fideicommiſſi, Bandi de Bandis ſuper inveſtimento* , in qua eæ-
dem numero auctoritates à ſcribentibus addu-
cebantur .

Ex his igitur concludendum videtur , onus
reintegrationis unicè ſpectare ad D. Philippum,
ab eoque integrè præſtandum eſſe inveſtimen-
tum à teſtatore demandatum , nullâ habitâ ra-
248 tione bonæ , vel malæ fidei , in qua ille verſari
potuiſſe obtenditur : crederem tamen,ipſum re-
petere poſſe à D.Paulo, ſive ejus heredibus fru-
ctus ex capitalibus primogenituræ hactenùs
249 perceptos, quia cùm tranſactio, cujus vigore
illi percepti fuerunt , nulla , & irrita eſſet uſque
ab initio ex defectu conſenſus propter errorem ,
vel falſitatem cauſæ , titulo idcirco reducto ad
non titulum , fructus uſque ab initio reſtituendi
ſunt *Riminald. jun. conſ. 333. num. 19. & ſeqq. , Gratian. diſcept. 207. num.4. in fin. , Card.Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 10. num. 34. , Urceol. de tranſact. quæſt.89. num.56., & quæſt. 99. nu.20. , Rota coram Manzaned. deciſ. 147. à num. 1. , in Romana Pecuniaria , ſeu locorum montium 15.Januarii 1706. §. Abſque eo quod coram bon. mem. Muto , in Romana Dotis 6.Junii 1710. §. Nullitas coram Rmo Aldrovando , in Romana quarti dotalis , ſeù locorum montium 20 Januarii 1713. §.final. , coram Rmo Lancetta Decano , & in Romana Immiſſionis ſuper fructibus 6.Februarii 1719. §. Nil relevante coram Falconerio .*

Nec obeſſe poteſt, quod reductio tituli ad non
250 titulum non adimat bonam fidem *Urceol. de tranſact. quæſt.89.num.49. , Rot.deciſ.498.num.3.*
251 *part.*18. , quæ ſola ſufficit ad effectum evitandi
reſtitutionem fructuum,etiam abſque titulo per-
252 ceptorum,cum ipſa ſtet loco tituli *Thomat.deciſ. 282. nu.4., Rota coram Benincaſa deciſ.186. num.*
253 11. & 12. , reſpondetur enim id procedere quo-
ties titulus ab initio eſt validus , ſivè aliàs quo-
modocumque habilis ad transferendam poſſeſ-
ſionem *idem Thomat. dict. deciſ. Marcb.282.num.*
254 2. , qualis cenſeri poſſet , ſi nullitas proveniret
tantummodò ex defectu aliquo extrinſeco , ut-
potè ſolemnitatum *Honded.conſ.23. nu.26.lib.1., Thomat. deciſ. Marcb.88. num.41. , & deciſ. 181. num.32. , Adden. ad Gregor. deciſ. 194.num.28 , Rot. coram Cavaler. deciſ.503. num.2.,in rec.deciſ. 92.num.5.part. 1. , & deciſ. 768. num.9. part.2. ,*
255 hoc namque caſu nullitas non impedit fructuum
256 acquiſitionem , quia inficit ſolum titulum , non
autem poſſeſſionem, ex qua ſimul juncta cum
bona fide , quæ ſemper in dubio præſumitur in
257 Poſſidente ,*Gloſſ. in cap. ſi diligenti , ubi etiam Abb. de præſcript. , Becc. conſ.95. num.9. , Tho-*
258 *mat.deciſ.*181. *num.* 34. , fructus rectè quærun-
tur , tametſi titulus fuerit nullus , injuſtus , &
359 invalidus , is quippe vel bonam fidem minimè
excludit , utpotè quæ oriri poteſt etiam ex cau-
ſis temerariis , & injuſtis, *Surd.conſ.115.num.8.,* 260
Thomat. dict.deciſ.181. num.35. , Rot. deciſ. 320. num. 2.part.2.rec., & deciſ.199. num.10. , & 11.
part.7. , vel ſaltem non inducit malam , quàm 261
ſufficit abeſſe , nè poſſeſſor dicatur in dolo, pro- 262
pter quem fructus ſuos facere nequeat *leg. quæſitum in fin. ff. de acquir. rer. domin. leg. 4. §. Lana ff. de uſucap. , Surd. dicto conſ.115. nu.4., Rot. coram Gregor. deciſ.74. nu.1. , coram Cavaler. deciſ.409. num.6., & deciſ. 464. num.1., apud Cenc. de Cenſ.deciſ.206. num.6. , in rec. deciſ.326.num.*
3.part.4. , cùm inter bonam, & malam fidem 263
detur media ſufficiens ad acquiſitionem fru-
ctuum *Card. de Luc. de fideicomm. diſc. 21. num. 23. , & de hered. diſc. 18. num.11., Panimoll. deciſ.54. annot.3. num.23. , Rota coram Merlin. deciſ.163. nu.10. , coram Bich. deciſ. 60. nu. 4., cum aliis adductis in Romana Prælaturæ de Vecchiarellis ſuper fructibus 12.Martii 1706. §.final. coram Anſaldo*. At aliter res ſe habet , quando
titulus , quo quis ſe tuetur , ortum habet à cau- 264
ſa irrita ex defectu conſenſus impedientis trans-
lationem poſſeſſionis , ſine qua inanis eſt bona 265
fides ad evitandam reſtitutionem fructuum per-
ceptorum uſque ab initio , ut benè ad rem di-
ſtinguendo , tradunt *Honde. conſ. 23. num. 26. , & ſeq. lib.1. , Gratian. diſcept. 206. num. 15. , & diſcept. 704. num.21. , Thomat. deciſ. Marcb. 88. num.41. , & melius deciſ. 181. num.27. , & deciſ. 282. num.1. & ſeqq. , Adden. ad Ludoviſ. deciſ. 194. num.28. , Rota coram Seraphin. deciſ. 638. num.3. , & deciſ.1200.num.2. , coram Puteo deciſ. 277.num.7. lib.3. inter diverſ.part.2., deciſ.93.nu. 2., in rec. deciſ.693.num.1. part.1., & deciſ. 768. num.9. part.2.*

Januen.

Tranſactio inita ex falſa cauſſa, nulla eſt . Tranſactio , licèt facta ſuper re dubia , & litigioſa, quandoque non ſuſtinetur . Ad reintegrationem Primogenituræ ob non factum inveſtimentum quando uſque à Teſtatoris obitu teneatur , qui eo tempore minor erat , quique major factus , conſultis etiam Juriſperitis , ex falſa cauſa tranſegit ?

VOTUM VII.

1 *Tranſactio inita ex falſa cauſſa, nulla eſt* , & num. 23.

2 *Et nedum a Tranſigentibus, ſed ab eorum etiam heredibus poteſt impugnari* .

3 *Falſitas cauſſæ in tranſactione removet conſenſum ab actis* , & num.33.

4 *Tranſactio inita cum ſuppoſito validitatis alicujus actus de ſe nulli, non ſuſtinetur* .

Idem , ſi cum ſuppoſito invaliditatis actus de ſe validi , num. 6.

Ac ſimiliter , ſi cum ſuppoſito ſubſiſtentiæ Crediti , quod eſſet inſubſiſtens , num.7.

5 *Tranſactio , & diviſio æquiparantur inter ſe* .

8 *Tranſactio quando dici valeat inita in ſtatu du-*

dubietatis quoad ejus caussæ falsitatem? & num. 10.

9 *Auctor Præceptorem suum R.P.D. Arrighum memorat, & laudat.*

10 *Transactio, ut dicatur inita in Statu dubietatis, sat non sunt Advocatorum responsa edita, auctoritatibus in puncto non allegatis,* & num. 16.

Præsertim, cum agitur contra Successores Transigentium jure proprio venientes, num. 17.

Tunc enim non sufficit nuda dubietas oriens ex dicto unius Doctoris, num. 18.

Sed requiritur, transactionem fuisse regulatam bono jure, & bonâ fide, num. 19.

Et utiliter etiam in beneficium omnium Successorum, num. 20.

11 *Donatio censetur inter vivos, si alterius donationis, quæ fit inter vivos, augmentum contineat.*

Hæc tamen argumentatio nimis vaga est, nu. 13.

12 *Augmentum eodem jure determinatur, ac principale.*

14 *In donatione inter vivos duorum Testium requiritur præsentia.*

15 *Aliter non sustinetur.*

21 *Ad sustinendum transactionem quælibet dubietas sufficit.*

22 *Intellige, si res in transactione fuerit deducta tamquam dubia, non si tamquam omnino certa,* & num. 27.

23 *Aliter transactio, utpotè erronea, non subsistit,* & num. 24.

25 *Ad transactionem ex capite dubietatis sustinendam sat non est, rem ejus tempore certam fuisse reputatam, & ratio,* num. 26.

26 *In transactione error, & falsitas caussæ supponunt, aliquid pro vero habitum, & deinde falsum repertum.*

28 *Transactio nequit ex novis juribus rescindi.*

29 *Intellige, si respiciant rem in transactione deductam tamquam dubiam.*

30 *Non, si rem veram suppositam, falsam ostendant.*

31 *In transactione si res tamquam dubia deducta est, jura postmodum reperta, dubietatem, quæ aderat ejus tempore, non infringunt.*

32 *Si vero tamquam certa, destruunt certitudinem tunc suppositam.*

33 *In transactione, compertâ ex novis juribus ejus caussæ falsitate, error inducitur, removens ab actu consensum.*

34 *Sinè quo nequit subsistere.*

35 *In transactione pluribus copulativè consideratis caussis, omnes verificari debent.*

36 *Atque unà deficiente, corruit & transactio.*

37 *Transactio, dum ejus caussa falsa est, non ligat Transigentes.*

38 *Minùsque Successores.*

39 *In transactione nulla ob ejus caussæ falsitatem opus non est probare malam fidem Transigentium.*

40 *Transactio nulla ob ejus caussæ falsitatem nequit ex bona fide Transigentium sustineri.*

41 *Præsertim quoad eorum Successores jure proprio venientes.*

42 *Ignorantia Juris in minori ætate, nec non discrepantia Jurisperitorum in majori quando satis non sit ad evitandam Primogenituræ reintegrationem?* & num. 43. ad 49.

43 *Minori ignorantia Juris non nocet.*

44 *Ignorantia Juris in minori ætate quem non excusat, si in majori, dum poterat, investimentum facere neglexit.*

45 *Transigens in præjudicium Primogenituræ excusari nequit ob discrepantiam Juris Peritorum à se consultorum.*

46 *Magis enim cautus, & solers inde fieri debebat,* & num. 47. & 48.

48 *Ignorantia Juris ex propria culpa, nequit suffragari.*

49 *Culpa, & negligentia propria nulli prodesse debet.*

IN Responso prò veritate à me edito in hac Causa quoad articulum transactionis, censui, illam non sustineri, & impugnari posse etiam à D. Philippo Cataneo Transigente, multòque magis ab ejus Primogenito, & reliquis substitutis, qui stipulationi dictæ transactionis minimè intervenerunt, eâque motus fui ratione, quod illa inniteretur fundamentis undique insubsistent bus tamquam celebrata tum cum supposito validitatis donationis, quæ Viennæ facta reperiebatur à bon. mem. R. P. D. Dominico de Marinis, tum etiam cum supposito existentiæ nonnullorum creditorum contra hereditatem dicti R.P.D. Dominici, quando utrumque prorsus deficere compertum est ex deductis in dicta mea allegatione.

At verò, cùm adhuc censeam, dictam transactionem initam reverâ fuisse ex his duobus
falsis suppositis, idcircò non abducor à mea 1
priori sententia, quod videlicet illa invalida,
ac irrita sit, ideoque liceat D. Philippo, ejusque Primogenito, aliisque deinceps substitutis,
eamdem directè impugnare tamquàm celebra- 2
tam ex errore, & falsa causa, quæ adimit consensum ab actu, si enim dictus D. Philippus no- 3
visset insubsistentiam assertæ donationis, & creditorum, certè minimè transegisset, juxtà firmata in dicta mea allegatione, & disponit *Text. in leg. cum putarem 36. ff. famil. ercisc.* ibi = *non enim transactum inter eos intelligitur, cum ille coheredem esse putaverit* = ac dixit *Rota in Perusina transactionis 8. Junii 1712. §. Quoniam in ordine* ibi = *signum evidens, quod si supposuisset consequi posse Bona Virginiæ cum medietate hereditatis Pellinæ, neutiquam transegissent* = *coram bo. mem. Ansaldo.*

Et sanè quod transactio facta cum supposito
validitatis alicujus dispositionis, quæ tamen su- 4
stineri non poterat, invalida sit, tradit *Altograd. contr. 37. num. 2., Urceol. de transact. quæst. 96. num. 36., & est optimus Textus in leg. 4. Cod. de jur., & fact. ignor.* ità loquens = *Si post divisionem factam testamenti vitium in lucem emerserit, ex iis, quæ per ignorantiam confecta sunt,*

præjudicium tibi non comparabitur ; ostende igitur apud Rectorem Virum clarissimum amicum, nostrum testamentum vel fide veri deficere, vel Juris ratione stare non posse, ut infirmatâ scripturâ, quæ testamenti vice prolata est, solidam successionem obtineas = qui quidem *Textus*, etsi loquatur de divisione, ejus tamen dispositio locum sibi
5 vindicat, etiam in transactione, quia hæc duo inter se æquiparantur *Urceol. consult. forens. cap. 48. num. 25., & seqq., & de transact. quæst. 70. num. 5., Rot. decis. 26. num. 1. part. 15. rec.* Ut
6 etiam viceversa irritam esse transactionem initam cum supposito invaliditatis alicujus dispositionis, donationis nimirum, quæ nulla reputaretur ob defectum solemnitatum, quas deinde intervenisse compertum fuit, admonet *Rota coram Pen. decis. 70., & decis. 93.*, & refert *Urceol. de transact. quæst. 96. num. 34.*, & de nulli-
7 tate transactionis celebratæ cum supposito existentiæ, & subsistentiæ crediti, quod verè non subsistebat, & post transactionem aut extinctum, aut turbidum, & illiquidum repertum fuit, agit *Rota in Romana Pecuniaria 24. Martii 1719. §. Cùm enim, & per tot, & in ejus confirmatoria 19. Januarii 1720. §. Iterum enim, & §. Ita Domini coram Foscaro.*

Neque verò in hypothesi nostra eadem sustineri posse videtur eo sub obtentu, quod tem-
8 pore initæ transactionis res saltem dubia esset, respectu namque donationis factæ Viennæ, disceptata dicebatur inter Jurisperitos prò veritate super illius validitate, vel nullitate consultos: & prò validitate respondit D. Advocatus Arrigus ; respectu verò creditorum, illa tunc temporis vera omninò, & subsistentia apparebant, dum nulla prorsùs habebatur notitia illorum extinctionis.

Quod enim attinet ad validitatem dictæ donationis, etsi prò ea responderit eximius ille,
9 mihique semper venerandi nominis Jurisconsultus, & Præceptor meus bon. mem. R.P.D. Arrigus, nihilominus, ut perspici potest ex ejus responso, fortè plures illum latuerunt facti circumstantiæ deindè detectæ, propthereaque dictũ ejus responsum sufficiens non videtur ad constituendam in statu dubietatis rem alioquin in puncto Juris claram, quoties saltem non alle-
10 gat auctoritates punctuales, sed fundatur solum in eo, quod sicuti prima donatio fuit inter
11 vivos, ità quoque censeri debeat hæc secunda, quæ continet augmentum illius, ex regula ge-
12 nerali, quod de augmento idem judicium feratur, quod de principali, eodemque Jure determinatur, quod quidem nimis vagum, & generale argumentum jam plenè confutatum est
13 in dicta mea primi allegatione, in qua præterea demonstratum fuit, tale argumentum cessare ex facto, quia nempè aliud augmentum dictæ Primogenituræ in contractu institutæ, ordinatum fuerat per viam ultimæ voluntatis, undè nil prohibet, quin & istud simili modo ordinatum censeri possit in donatione causâ
14 mortis, maximè quia nec adhibitus fuit consuetus numerus duorum Testium adhiberi solitus in donatione inter vivos, ideoque neque etiam uti talis sustineri posset asserta donatio 15
celebrata Viennæ ; Igitur non ità facilè dicendum est ex responsis, & ratiociniis Advocatorum, rem alioquin claram, ad effectum, de quo agitur, dubiam redditam censeri posse, ut post *Andreol. contr. 286. num. 85. & seqq.*, docet *Urceol. de transact. quæst. 44. nu. 24. & seq.* loquens
his verbis = *Ex scripturis verò, allegationibus, vel* 16
ratiociniis Advocatorum, qui in Causa scripserunt absque ulla lege, aut Doctore, qui in terminis allegetur, non potest reddi res dubia, & incerta, quando ex altera parte articulus Juris non controversus demonstratur, ut notavit Andreol. &c. nam quæstio Juris dubia non dicitur, quando apertis Libris decidi potest &c. =

Præsertim verò, quando non agitur de sustinenda transactione quoad ipsos Transigentes tantùm liberam suorum Bonorum dispositionem habentes, & eorum Successores ipsorum factum servare obligatos, sed illa per se, & absolutè adeò valida esse contenditur, ut eàdem af-
fici debeant Successores, etiam venientes inde- 17
pendenter à Transigentibus ex persona, & Jure
proprio ; tunc enim non sufficit quælibet sim- 18
plex, & nuda dubietas, ac dictum, & opinio unius Doctoris, vel timor futuræ litis, sed ea
debet esse mixta, regulata scilicet cum bono 19
jure, & bona fide, itaut negocium more pru-
dentis Administratoris dicatur fideliter, & uti- 20
liter gestum in beneficium omnium Successorum *Card. de Luc. de Emphyt. disc. 52. nu. 12., de alienat. disc. 24. num. 15., & disc. 50. num. 9., & de empt. disc. 39. num. 10., Urceol. de transact. quæst. 41. num. 23.*

Frustrà verò in nostra hypothesi obtenditur illa omnium ore trita regula, quâ traditur, ad
sustinendam transactionem sufficere quamli- 21
bet dubietatem, ea quippè locum sibi vindicat,
quando in transactione res deducta fuit tam- 22
quam dubia, secus verò, quando supposita fuit tamquam omninò certa, prout validitas dictæ donationis factæ Viennæ supposita videtur in transactione, de qua agitur, tali enim casu sequenda est illa alia Juris determinatio, per quam
nulla declaratur transactio erronea, & sub fal- 23
so, & insubsistenti supposito celebrata, ex deductis per *Valeron. de transact. tit. 6. quæst. 96. per tot.*

Ut etiam ob non absimilem rationem dubium aliquod aptum ad sustinendam transactionem
desumi nequit ex supposito existentiæ, & reali- 24
tatis creditorum, cùm & ista in transactione deducta fuerint tamquam certa, & indubitata, non tamquam dubia, alioquin enim frustrà quæreretur de nullitate transactionis ex capite erroris, & falsæ causæ in ea expressæ, si ad illam
sustinendam sufficeret dubietas resultans ex eo, 25
quod tempore initæ transactionis res crederetur certa, & indubitata ; Error quippe, & fal-
sitas Causæ supponunt, aliquid in transactione 26
habitum fuisse prò verò, & subsistenti, quod posteà falsum, & insubsistens repertum sit: si autem sola credulitas veritatis, & existentiæ rei tem-

tempore celebratæ tranſactionis produceret du-
bium aptum ad illam ſuſtinendam, iàm patet,
quod nulla amplius tranſactio revocaretur ex
capite erroris, & falſitatis cauſæ; & tamen
quotidiè tranſactiones ex hoc capite revocari vi-
27 demus, undè fateri oportet, ſolam credulita-
tem, & opinionem, in qua tempore tranſactio-
nis Tranſigentes verſabantur, minimè ſuffice-
re prò illa ſuſtinenda, quando res in tranſactione
deducta fuit tamquam certa, & indubitata.

Minùs etiam obeſſe poteſt, quod tranſactio
28 reſcindi non poſſit prætextu Jurium noviter, &
poſt tranſactionem repertorum *leg. ſub prætextu
19. Cod. de tranſact.*, quia ſimili modo reſpon-
detur, id procedere in caſu, quo Jura noviter
29 reperta reſpicerent rem in tranſactione dedu-
ctam tamquam dubiam, non verò quando illis
30 evinceretur error, falſitas, & inſubſiſtentia rei
in tranſactione ſuppoſitæ tamquam veræ, & in-
dubiæ, & ratio eſt, quia in primo caſu jura no-
31 viter reperta non tollunt dubietatem ejuſdem
rei, quæ aderat tempore initæ tranſactionis, &
idcircò hæc per illa non infringitur. At verò
32 in ſecundo caſu, deductionis nempè rei tam-
quam certæ & indubitatæ, jura noviter reper-
ta oſtendunt, rem aliter ſe habere, quàm fue-
33 rit in tranſactione ſuppoſita, & conſequenter
inducunt errorem removentem conſenſum, ſinè
34 quo ſubſiſtere nequit tranſactio *leg. ex falſis 42.
Cod. de tranſact.*, *Valeron. de traaſact. tit. 6. qu.
3. num. 1. & 14.*, *Urceol. eodem tract. quæſt. 92. nu.
14.*, *& quæſt. 96. num. 2. & ſeq.*, *Rota coram Bi-
chio deciſ. 192. num. 4.*, *in rec. deciſ. 226. num. 9.
part. 16.*

Eadem verò corrueret, etiamſi alterutrum
ex dictis ſuppoſitis, validitatis nempè donatio-
nis, & exiſtentiæ creditorum ſubſiſteret, cùm
35 enim illa non æquè principaliter, & alternati-
vè, ſed copulativè conſiderata fuiſſe videantur
in tranſactione, idcircò non ſufficit, alterum
dumtaxat eorum verificari, ſed requiritur ve-
36 rificatio utriuſque, alioquin, altero deficiente,
actus non ſuſtinetur, ut in ſpecie dixit *Rota in
Peruſina tranſactionis 8. Junii 1712. §. Ceterùm
quando coram bon. mem. Anſaldo*.

Quæ cùm ità ſint, parvi refert, ex facto ceſ-
ſare dici poſſe aliqua ex iis argumentis, quæ
in mea allegatione deducta fuerunt pro exclu-
denda bona fide in Tranſigentibus ad effectum
eximendi Succeſſores jure proprio venienes ab
obligatione, & onere obſervandi eamdem tranſ-
actionem, non enim illorum ſingula expenſa
37 fuerunt tamquam neceſſaria ad effectum præ-
dictum, dum, quoties tranſactio corruit ex defe-
ctu conſenſus propter errorem, & falſitatem
cauſæ, ſicuti non ligat Tranſigentes, ità mul-
38 tò minùs Succeſſores, abſque eoquod tali ca-
39 ſu opus ſit probare malam fidem in Tranſigenti-
40 bus, vel eorum bona fides, ſi fortè adfuit, ſuf-
fragari poſſit ad effectum ſuſtinendi tranſactio-
41 nem, etiam quoad Succeſſores habentes Jus
proprium, & omninò independens ab ipſis
Tranſigentibus.

Hæc quoad articulum tranſactionis, quo ve-
rò ad alterum reintegrationis, pro excuſando
D. Comite Philippo ab onere dictæ reintegra-
tionis faciendæ, ſaltem uſque ab initio, duo
obtenduutur, nimirùm ejus minor ætas tempo-
re obitus Teſtatoris, quâ durante, ſemper tam
in judicio, quàm extrà ſuppoſita fuit valida
donatio facta Viennæ, & quod major effectus, 42
quamvis haberet tempus ſex menſium ad deli-
berandum, an ipſi expediret acceptare diſpoſi-
tionem dicti R.P.D. Dominici, nihilominùs,
quia dubitare cœpit de validitate dictæ donatio-
nis, ſtatim ſuper ea conſuluit Juriſperitos, qui
tamen concordes non fuerunt, ideòque nihil ſit,
quod imputari queat culpæ, & negligentiæ di-
cti D. Comitis Philippi, ſinè qua ipſe condem-
nari non poſſe videtur ad dictam reintegratio-
nem faciendam, ſaltem uſque ab initio.

Neutro tamen illum juvari poſſe arbitror ad
effectum evitandi dictam reintegrationem:
non quidem miuori ætate, quia, licèt minori 43
ignorantia Juris non noceat per *Text. in leg.
quamvis 11.*; *& ibi Gloſſ. Cod. de Jur.*, *& fact.
ignoran.*; adhuc tamen, etiam ſubductà minori
ætate, tantum temporis effluxiſſe videtur, quo 44
commodè inveſtimentum confici potuit; minùs
verò eidem prodeſſe poteſt diſcrepantia inter 45
Juriſperitos conſultos ſuper validitare donatio-
nis, inde enim potius excitari, magiſque cau- 46
tus, & ſolertior reddi debebat in propriis juri-
bus vindicandis, illiſque etiam, ſi opus fuiſſet,
in Judicio experiendis; quod ſi facere omiſit,
quinimmò tranſigendo paſſus fuit, univerſa ca-
pitalia Primogenituræ adſcribi D. Paulo, perin-
de, acſi (nullo prorſus numero habità dubietate,
ac diſſidio conſulentium) de validitate dona-
tionis nulla eſſet dubitatio, & ipſe ſuper dictis
bonis nullum jus haberet, nemo non videt, id 47
ejus culpæ, & negligentiæ eſſe imputandum,
quâ poſitâ, certè allegare nequit ignorautiam 48
nullitatis dictæ donationis, quia jura negligenti
non ſuccurrunt *Thabor. axiom. jur. lib. 9. cap. 6.
axiom. 12. verſ. ſic etiam circa med.*, & culpa, &
negligentia nunquam prodeſt illi, qui culpoſe, 49
& negligenter peccavit *Rota in Romana Com-
municationis Bonorum 7. Maii 1708. §. Nec Cel-
ſo coram Molinet*, *& in Firmana Immiſſionis 9.
Decembris 1712. §. Adverterunt namque*, *&
§. Verùm enim coram Rm̃o Aldrovando*, & latè
demonſtratum fuit in mea allegatione, ad quam
in reliquis remiſſivè me haben.

Admonendo ſolum, quòd ideò in dicta mea
allegatione firmavi, reintegrationem eſſe facien-
dam à D. Comite Philippo, quia id à me expreſ-
sè quæſitum fuit, quis nempè ad dictam rein-
tegrationem faciendam teneretur; Verumta-
men non idcircò ſtatuere intellexi, quòd idem
D. Philippus ad illam teneretur, tametſi eum
nullus urgeret, niſi enim ipſe magis fidum, &
laudabile obſequium præſtare velit voluntati
Diſponentis, dicta reintegratio, utpotè reſpi-
ciens intereſſe dumtaxat ſucceſſivè vocatorum,
ad eorum petitionem facienda erit.

Par-

Parmen. rescissionis Locationis, seu restauri.

Rescissio locationis vectigalium conventa in casu Belli per hæc verba = *In caso di guerra guerreggiata* = locum obtinet in quolibet casu Belli, sive formaliter indicti, sive non, sive etiam solus adfuerit Belli timor, negotiationem impediens. Belli infortunia, & calamitates latè describuntur.

VOTUM VIII.

1 *Conductor usu rei locatæ ob impedimentum Belli probibitus, potest in sententia aliquorum à locatione recedere.*

2 *Contrarium tamen alii adfirmant.*

3 *Locatio nequit, usu rei alterato, atque adempto, ampliùs consistere.*

4 *In locationibus, sicut & in cæteris contractibus, obligatio, & dispositio qualibet debet ex æquitate, rebus sic stantibus, intelligi.*

5 *Præsertim, si pactio intercesserit, rebus immutatis, è contractu resiliendi.*

6 *In locationibus vectigalium, pro earum rescissione in casu Belli, pacta magis, & placita Contrahentium, quàm juris dispositio, attendenda sunt*, & num. 7. & 8.

9 *In locationibus vectigalium conventio omnis habita pro casu Belli, modò licita sit, & a jure non probibita, religiosè est observanda.*

10 *Conductionis rescissio, ob infortunium Belli, in pactum deducta, summá æquitate, & ratione probata reperitur.*

11 *Vectigalia facilè possunt exigi, cùm commercia, & negociatio vigent*, & num. 27.

12 *Vectigalium pensitatio a sola negociatione, tanquam à sua caussa, pendet.*

13 *Vectigalia Publicani magno pretio conducunt ex præsupposito ea exigendi in quantitate consueta.*

14 *In locationibus Vectigalium rescissio facilè a supremis Principibus indulgeri consuevit ex superveniente Belli calamitate.*

15 *Etiam deficiente rescissionis pacto*, & num. 16., 17., & 18.

19 *Vectigalium Conductores non modò à belli calamitate, sed etiam à metu calamitatis, quem solus Belli timor adferre potest, defendendi sunt. Et Cicero in Oratione pro L. Manilia hac de re perorata laudatur.*

20 *In locationibus Vectigalium, ubi res est de relevatione à damno ex Bello derivante, damnum ipsum potiùs, quàm istius caussa spectanda est.*

21 *Et eorum Conductoribus reficienda sunt non solùm damna, quæ Bellum, sed quæ etiam timor Belli intulerit*, & num. 43.

22 *Bello pejor est timor ipse belli.*

23 *Timor autem is ex solo belli periculo justus dicitur.*

24 *Bello etiam imminuto, vel prepulsato, statim commercia pristino statui nequeunt restitui.*

25 *Belli reliquiæ, & effectus, etiam post illud confectum, perdurare dicuntur.*

26 *Idque in finem, ut Vectigalium Conductores à susceptis obligationibus exonerentur.*

28 *Mercatores non ità facilè se committunt itineri militibus circumsepto, atque interclufe.*

29 *Commercia ut sublata dicantur, & vectigalia amissa, sat est, vicinas Provincias bello conflagrare.*

30 *Belli calamitas non minùs ab bostilium copiarum sævitia accipitur, quàm ab amicarum lascivia.*

31 *Conductores tam privatorum Prædiorum, quàm Vectigalium liberandi sunt à formidine deprædationum ipsis ab amico etiam milite impendentium.*

32 *Bellum dicitur, quod cum solemnitate Edicti* in Can. 1. caus. 23. quæst. 3. *fuit promulgatum.*

33 *Bellum, licèt non fuerit solemniter indictum, attamen locum babet rescissio locationis Vectigalium in casu Belli conventa.*

34 *Locationis Vectigalium rescissio conventa indefinitè in casu Belli, de quocumque Belli casu intelligenda est.*

35 *In locationibus sola bonæ fidei, & æquitatis ratio inspicienda est.*

36 *Conductori agenti de damno vitando benignâ pactorum interpretatione debet succurri.*

37 *Si præsertim cum Conductore Vectigalium agetur.*

38 *Conductorum Vectigalium res, & fortuna curæ Principi summoperè esse debent.*

39 *Conductionis rescissionem à Conductoribus Vectigalium in casu Belli stipulatam, fuisse restrictam ad Bellum solummodò formaliter intimatum, nulla est, quæ suadeat, ratio.*

40 *Conductores Vectigalium priùs de evitandis infortuniis, deinde de stipulanda conductione solent cogitare.*

41 *Et causa eorum finalis est liber usus, & perceptio Vectigalium*, & num. 42.

44 *Conductor Vectigalium, causâ Belli probibitus eorum usu, & commoditate, unam, eamdemque ad sui favorem babet Juris determinationem pro refectione damni, quocumque ex Belli casu illud evenerit.*

45 *Locationis Vectigalium rescissio stipulata in casu Belli, suum debet deducere effectum non à die ejus declarationis, sed ex quo damnum Conductor pati cœpit*, & num. 48.

46 *Aliàs irrita, atque inutilis ejusmodi rescissio posset evadere, si ejus declarationis tempus esset expectandum.*

47 *Declaratio ex se nil de novo dat, sed datum significat, novamque speciem non facit, sed, quæ fuit, detegit.*

49 *Locationis Vectigalium rescissioni in casu Belli caussam præbet non ipsius rescissionis declaratio, sed damnum ex Bello passum.*

50 *Promissio restauri idem est, ac promissio remissionis mercedis.*

51 *Locationis Rescissio ubi locum babet, potiori jure peti potest mercedis remissio.*

52 *Con-*

52 *Conductori Vectigalium en caussa Belli damnum passo remissio mercedis debetur.*
53 *Conductori Vectigalium ex caussa Belli damnum passo, istud reficiendum duntaxat non est in quantitate excedente medietatem fructuum amissorum.*
54 *Sed vel in tota eorum quantitate*, & num. 55. 56. 57. 58., & 59., *vel saltèm in quantitate excedente sextam eorumdem fructuum partem*, & num. 60., & 61.
57 *In locationibus Vectigalium damnum ex caussa Belli obveniens, non tam censetur illatum fructibus, quàm perimere rei substantiam, quæ in negociatione consistit.*
59 *In locationibus rerum Fiscalium, ut refectio damni locum habeat, illud non requiritur ultra dimidiam.*
60 *Sed sufficit in sexta parte.*
61 *In contractibus cum Fisco celebratis læsio in sexta parte dicitur enormis, ac sufficit ad eorum rescissionem.*
62 *Damni refectio in locationibus, si in certo casu conventa sit, nulla habenda ratio, an de jure, vel in qua summa debeatur.*
63 *Et debita dicitur vigore pacti respicientis certum eventum, certamque fructuum diminutionem.*
64 *Stipulatio ut commissa dicatur, sufficit, quod nudum purificetur factum in conventionem deductum.*

DUCALIS Camera Serenissimi Ducis Parmæ, & Placentiæ locavit anno 1695. Dño N. Datium magnum mercium, his capite quarto, & quinto instrumenti locationis adpositis pactis = *Quarto, che in ogni caso di Guerra guerreggiata, ò di Peste notabile in questo stato, ò per Peste, che fusse a Venezia, o à Milano, a Genova, o Livorno, che Dio non voglia, per l'uno, e per l'altro de' quali fusse levato il commercio di Venezia, o di Milano, Genova, o Livorno, a d'alcun di loro, che in tal caso s'intenda finire la locazione per il tempo a venire dopo, che sarà dichiarato esser venuto il detto caso; Sia però obbligato il Conduttore pagare in tal caso l'intiero del fitto dovuto per il tempo scorso; Dovrà però seguitare l'esigenza, quando la Camera non deputasse qualche Regente, tenendo nota chiara, e distinta de' pagamenti, che verranno fatti, e dovrà render conto del danaro riscosso, ò che s'avesse da riscotere per quell'anno, che verrà detto caso alla rata del tempo, ad elezione della Camera, con che per l'assistenza di tale esigenza abbi a conseguire quella recognizione, che arbitrerà l'Illmo Magistrato* =

His additum quinto loco fuit = *Che in qualunque caso, che per giustizia competesse il restauro a detto Conduttore; mentre però abbia usata la dovuta diligenza; e non vi sia cosa, di che se li possa imputare, possa dimandare restauro, purchè il danno ecceda la quantità di lire quattro mila per ciascun' anno, come supra, non possa pretender restauro alcuno, dichiarando respettivamente, che in ogni caso di restauro il Conduttore debba sempre perdere le lire quattro mila per ciascun' anno, & il detto restauro sia dalla detta somma in sù; non possa però esso Conduttore pretender restauro, se lui abboccherà detto dazio per nuova locazione per più fitto di quello, pagar deve in virtù della presente locazione, o di quello, che realmente, e con effetto si caverà ordinariamente da esso; nè tampoco il Conduttore, in caso di restauro possa trattanere in mano gl'affitti, ma abbi da pagarli di mese in mese sin tanto, che sia liquidato detta restauro* =

Notum est, quàm maximo, quàm teterrimo,
quàm exitioso Bello Italia tota conflagraverit,
etiamque num ardeat, cujus quidèm Belli tem-
pestate, postquam præterito anno pars illa
Lombardiæ, quæ superior dicitur, miserè ja-
ctata fuit, anno, qui modò excurrit, pars infe-
rior sævissimè vexari cœpit, nec impendens,
vicinumque malum vitavit Ducatus Parmæ, &
Placentiæ graviter afflictus Belli calamitate,
quæ ineunte anno palàm serpere in eo cœpit:
quippè aderant propè Cæsaris, & potentissimo-
rum Regum maximæ copiæ, atque exercitus
terrore, & tumultu Belli omnia perturbantes,
atque permiscentes; ideòque in dubium venire
nequit, quin factus fuerit locus rescissioni loca-
tionis constabilitæ in quarto capitulo. Licèt
enim, juxtà strictioris Juris censuram, severio-
resque regulas, plurimi docuerint, superve- 1
niens Belli impedimentum, quo Conductor pro-
hibeatur temporario usu rei locatæ, non præ-
bere justam causam discedendi à locatione, alii
verò affirmaverint, hujusmodi impedimento 2
dissolvi obligationem omnem Conductoris,
quasi rei statu alterato, & usu adempto, loca- 3
tio consistere amplius nequeat, *Alciatus consl.*
762. num. 3., Terron. ad consuetud. Burdigal. tit.
8. §. 3., Quos sequitur Carpan. ad Stat. Medio-
lan. tom. 2. cap. 394. num. 376., Capon. contr. 36.
num. 8., Manfrella ad Capic latr. decis. 162. nu 9.
& seq., Rosa consult. 39. num. 3., & seqq., ob
summam illam æquitatis rationem, quæ tum
cæteris omnibus, tum præcipuè locationis con- 4
tractui inesse dicitur, quod videlicet obligatio,
& dispositio omnis semper ità intelligenda vi-
deatur, ut, rebus sic stantibus, inque eodem
statu permanentibus, firma, rataque habenda
sit, ex juribus, & concordantibus auctoritati-
bus cumulatis apud *Pegas. variar. resolut. cap. 3.*
num. 974., & seqq., Toudut. quæst. civil. part. 1.
cap. 31. num. 9., Massol. Trismagistr. legal. ratio-
cin. 7. num. 13., & seqq., Reynoso observ. 57.
num. 14., Rosa dicta consult. 39. num. 5., Mans.
consult. 26. num. 30., & 84., nihilominùs res
omni dubitatione vacat in nostra hypothesi ob
pactum expressum, quo in casu Belli recessus 5
à Conductore permissus legitur; Versamur si-
quidem in contractu, in quo magis, quàm Juris 6
dispositio, pacta, & Contrahentium placita in-
spicienda, observandaque sunt, juxtà *consil.*
Angeli 312., Toudut. resol. civil. d. cap. 31. nu.
14., & seqq., Card. de Luca de regal. disc. 64.
num. 2., de locat. disc. 2. num. 3., Gobb. consult.
decis. 42. num. 9., & seqq., Pacion. de locat., &

con-

conduct. cap. 47. num. 36., *& cap. 49. num. 1.*, *&*
seqq., *Rota coram Coccin. decis. 422. num. 4.*, *&*
12., *& per tot.*, momentum omne hujus con-
7 tractus constituens in serie, & natura pactorum,
& notat idem *de Luca de locat. disc. 1. num. 51.*,
referens verba dictæ *decisionis*, & de simili re-
scissione conductionis vectigalium stipulata in
8 casu Belli cum permissione, durante Bello, illa
exigendi administratorio titulo, est plena reso-
lutio *Actolini 44.*, edita in una *Bononien. Pecu-
niaria, seu Affictus Gabellarum*, in qua plures
emanarunt decisiones impressæ apud eumdem
idem firmantes, quibus addenda est alia, *part.
13. rec. in ordine lu 291.*

Et quidem, si in hac specie conventio omnis,
quæ licita sit, & à jure non prohibita, religiosè
9 custodienda est ex *Tonduto mox citato cap. 31.
num. 15.*; quanto potiori jure illi firmiter in-
hærendum erit in casu nostro, quia rescissio
conductionis, ob infortunium Belli in pactum
10 deducta, summâ æquitatis ratione probata re-
peritur, cuique enim notum est, vectigalia fa-
11 cilè exigi, atque coacervari posse, cum com-
mercia, & negociatio vigent, penitus verò
conquiescere, illis intermissis, quasi defecisse
dicatur rei substantia; quippè tanquam à sua
caussà, à sola negociatione Vectigalium pensi-
12 tatio proficiscitur *Massol. Trismegistr. legal. ra-
tiocin. 7. num. 9.*, *& seqq.*, *Capon. contr. Forens.
36. num. 16.*, *Mans. consul. 26. num. 73.*, *Ton-
dut. resol. civil. cap. 31. num. 30.*, *& seqq.*; Quam-
obrem supremi Principes agnoscentes, Publica-
13 nos cum tanta pensione vectigalia conducere
ex præsupposito, quod illa facilè in consueta
quantitate exigere possint, aliàs non condu-
cturi, cessante tali præsupposito, juxta *consil.
14 Ancharan. 402.*; æqui proinde, bonique ratio-
ne consueverunt indulgere rescissionem loca-
tionis, ob interrupta commercia ex superve-
niente Belli calamitate, permittendo eisdem
administratorio nomine Vectigalium exactio-
nem, idque egerunt, tametsi nullo explicito
15 pacto ad hanc rescissionem cogerentur, sic enim
cum quodam Appaltatore Gabellæ Ferri Romæ
16 actum refert *Card. de Luca de regul. disc. 64.*,
& disc. 80., imò hujus æquitatis dictamen non
solùm summus Pontifex, qui illius auctor, &
17 vindex est, sequutus fuit, sed ab aliis observa-
tum reperitur, nam cùm maximi Gallorum
exercitus Batavorum Provincias penè omnes
invasissent, anno 1672. solemni Statuum Hol-
landiæ ordinatione Conductores Vectigalium
18 exonerati fuerunt à conductione, deputatis
Administratoribus, per quos illa exigerentur
commodo publici Ærarii, atque honestâ trans-
actione sarcitis damnis universis ante dissolutio-
nem locationis Conductoribus illatis, eisdem-
que non fuit objecta universalis renunciatio ca-
suum fortuitorum, quam in conductione vecti-
galium amplissimè fecerant, visum enim fuit
æquitatis rationem præferendam esse pactorum
rigori, ut testatur *Abrahamus à Wesel in suo
tractatu de remissione mercedis cap. 7. num. 15.*

Nilque turbat, resolutionem locationis sanci-
tam fuisse in solo casu *di Guerra guerreggiata*,
ò di peste notabile in questo Stato, ideoque locum
illi tactum dici non posse in nostra hypothesi,
in qua, licèt Ditiones Serenissimi Ducis Parmæ
Cæsaris milite, regiisque copiis undequaque
circumseptæ, & sæpius refertæ visæ fuerint,
attamen ipse nulli partium fœdere junctus pa-
cem cum utrisque gerebat, servando illam,
quam nostri dicunt, perfectam neutralitatem,
ideoque Regiones eidem subjectæ Belli potius
contagione aliquà tactæ, quàm Bello ipso affli-
ctæ dici possunt; illud enim nunquàm ibi conse-
dit, sed exterorum exercituum Duces, prout
militarium expeditionum ratio, & agendi op-
portunitas postulabat, castra, copiasque suas
deducebant per loca Ducatus Parmensis, & Pla-
centini hostem oppugnaturi, & hostili solo Bel-
lum illaturi.

Nil, inquam, hoc turbat, quia argumenta,
& rationes istæ, præclaris sententiis jam con-
futatæ leguntur à summo illo, sapientissimoque
Romanæ eloquentiæ Parente in ea copiosissima,
atque ornatissima oratione *pro lege manilia*, in 19
qua causa hæc perorata videri potest, gravissi-
mis siquidem argumentis in ea ostenditur, Pu-
blicanos, & Vectigalium conductores non mo-
dò à calamitate, sed à metu calamitatis, quem
solus belli timor afferre potest, esse defendendos=
*Nam cæteris in rebus cum venit calamitas, tunc
detrimentum accipitur, & in Vectigalibus non so-
lum adventus mali, sed etiam metus ipse affert
calamitatem; nàm cùm hostium copiæ non longè
absunt, etiamsi irruptio facta nulla sit, tamen pe-
cora relinquuntur, agricultura deseritur, mer-
catorum navigatio conquiescit. Ità neque ex por-
tu, neque ex decimis, neque ex scriptura Vecti-
gal coacervari potest, quarè sæpe totius anni fru-
ctus uno rumore periculi, atque uno Belli terrore
amittitur, quo tandem animo esse existimatis
aut eos, qui Vectigalia vobis pensitant, aut eos,
qui exercent, atque exigunt cum duo Reges cum
maximis copiis propè adsint? cum una excursio
equitatus perbrevi tempore totius anni Vectigal
auferri possit? cum Publicani familias maximas,
quas in salinis habent, quas in agris, quas in por-
tubus, atque custodiis magno periculo se habere ar-
bitrentur? Putatis nè vos illis rebus frui posse nisi
eos, qui vobis fructuosi sunt, conservaveritis non
solum (ut antè dixi) calamitate, sed etiam cala-
mitatis formidine liberatos?* =

Quamobrem ex hoc egregio Ciceronis loco
multi ex nostris inferentes, in subjecta materia
spectandum potius esse effectum, nempè dam- 20
num, quàm causam, censuerunt vectigalium
conductores non solum relevandos esse à cala-
mitate Bello ipso illata, sed sarcienda quoque 21
damna, quæ solus Belli timor eisdem intulerit,
ut apud *Ripam de privat. contr. caus. pest. num.
135.*, quam refert, & sequitur *Actolin. resol. 44.
num. 18.*, *Abrahamus à Wesel. in dicto tract. de
remiss. merced. cap. 5. num. 10.*, *Ramon. cons. 10.
num. 23.*, idque etiam tradiderunt *Pacion. de
locat.*, *& conduct. cap. 46. num. 23.*, *Mantic. de-
cis. 35. sub num. 5.*, *clar. mem. Card. de Luca de*
re-

regal. disc. 64. num. 9., *Rota in dd. decis. post d. consult.*, *Actolin. scilicet num. 26.*; nam, ut re-
22 ctè ait Seneca, pejor est bello timor ipse Belli, ideoque non requiritur, ut Annibal sit ante portas, sed sufficit justus Belli metus, & causa,
23 cur periculum timeatur, juxta Alpheni sententiam *in leg. habitatores 30. in fine ff. locati*, *Card. de Luca de regal. disc. 71. num. 20.*, *Capon controv. 36. num. 24.*, & prosequitur Abrahamus, *& Actolin.* locis citatis *Hieronym. Pantschmannus practicab. quaest. part. 1. quaest. 2. num. 5., & 6.*, *Capon. controv. 36. num. 7., 13., & seq.*, *Peguer. decis. 114.*, quinimo etiam post imminutum, vel propulsatum Bellum cum commer-
24 cia, & negotiatio pristino statui subito restitui non possint, Belli reliquiae, & effectus, etiam
25 post illud confectum, perdurare dicuntur, ad hoc ut Conductores à susceptis obligationibus
26 exonerentur *Rosa consult. 39. num. 16. & seqq.*, *Manfrell. ad capyc. latr. decis. 162. num. 8.*

Hinc parvi refert, quod vicini exercitus hostiliter non invaserint Ditiones Serenissimi Ducis, cui ab illis Bellum numquam fuerat indi-
27 ctum, quia cum vectigalia copiosissimè, & facilè exigantur, quum inter finitimas Regiones libera sunt commercia, quum negotiatio viget, & quum mercatores sinè metu periculi prò importandis, & exportandis mercibus in exteras Provincias excurrere possunt, viceversâ necesse est, quod illa penitus conquiescant, si haec omnia perturbentur terrore Belli, calamitate, & periculis vicinas regiones affligentibus; quae enim securitas mercatoribus, atque negotiatoribus esse potest, ubi militaris licentia debaccatur; & si, ut cecinit Satyricus satyra 10.

Pauca licèt portes argenti vascula puri
Nocte iter ingressus gladium, contumque timebis,
Et motae ad Lunam trepidabis arundinis umbram.

28 quo animo mercatores substantiis suis, divitiisque onusti se committent itineri, quod miles assiduis excursionibus infestat, atque intercludit! *Parumne*, ut ait *Cicero action. 5. in Verrem = parumne multa mercatoribus sunt necessariò pericula subeunda fortunae, nisi etiam hae formidines ab militum licentia illis impendebunt?* = quamobrem, ut commercia sublata, ut negotiatio perempta,
29 atque ita vectigalia omnia amissa dicantur, satis est vicinas Provincias Bello conflagrare, ut docuerunt *Capon. d. contr. 36. num. 13. & seqq.*, *Reynoso observ. 57. num. 13.*

Prout etiam nil turbat, quod à Bello, quo ardet Italia, utpote suscepto adversùs Hispaniarum Regem, eidemque subditas Ditiones, immunes sint Italiae Principes, quibuscum illud
30 non geritur, quia non minus ab hostilium copiarum saevitia, quàm ab amici exercitus lascivia calamitas accipitur, argumento *Text. in leg. ex conducto 15. §. Si vis tempestatis* ibi = *idemque dicendum, si exercitus praeteriens per lasciviam aliquid abstulit* = *ff. locati*, ideoque sive agatur cum privatorum praediorum Conductoribus, sivè res sit cum iis, qui publica vectigalia exer-
31 cent, atque exigunt, liberandi sunt ab illarum etiam depraedationum formidine, quae ab amico milite frequenter illis impendent, ut post *Curtium Nevizanum*, aliosque firmat *Girgiarent conf. 96. ex num. 79. tom. 1.*, quem refert, & sequitur *Capon. contr. 36. num. 14. in fine*.

Verùm cur in re non dubia argumentis utimur non necessariis? his siquidem egeremus, si Belli tempestas, quae longè, latèque debaccata est per vicinas Regiones, statum Parmensem, & Placentinum nullo pacto attigisset, at in casu nostro, si veritatem amamus, absuit fortè Belli nomen minimè promulgati cum solemnitate edicti praescripta *in can. 1. caussa. 23. quaest. 3.*, 32
at Belli mala omnia, erumnaeque pleno veluti agmine in dictas Ditiones irruperunt, Judices enim omnes, quotquot hanc causam judicaturi sunt, suis prope dicam è subselliis viderunt praelia, audierunt tormentorum strepitum, suisque auribus exceperunt fragorem ruinarum Oppidorum, quae pro Belli administrandi opportunitate à Regiis, Caesareisque militibus oppugnabantur, noverunt incommoda, detrimenta, & clades ex diutina metatorum militum statione, atque hospitatione universis subditis illata, quae colluget, atque à Batavo Senatu justâ ratione aliàs sarcita refert *Abrahamus à Wesel. de remission. merced. cap. 3.*, non est, cur memorem agrorum direptiones, populationesque; Cives enim ipsi Parmensis, & Placentinae Civitatis, aliorumque munitiorum locorum muris inclusi senserunt damna, ac penuriam perpessi ob abducta armenta, exportatas segetes, & interceptam annonam, quae è villis, pagisque ad Civitatem plaustris, & jumentis quotidiè advehi consueverat, tantisque malis nullus alius finis datus est, quàm post quam omnia hospitatione, & rapinâ exhausta, atque exinanita fuerunt miserè quandoque necatis iis, qui exiguas reliquias militum lasciviae superstites prò substentanda vita conservare curabant. His omnibus additur, quod superior, & inferior pars Eridani munitissimis obfirmata pontibus, atque praesidiis, praeclusa penitus erat navigationi, patebatque solùm trajectioni militis finitimas regiones assiduis excursionibus infestantis, & terrore implentis, ideoque non ex Januae, & Liburni portu, non ex Veneta, & Mediolanensi Ditione merces ullae in statum Parmensem cymbis advehi poterant.

Ex quibus omnibus cùm manifestè pateat, statum Parmensem, & Placentinum nullo ferè Belli incommodo, aut calamitate caruisse, & Eridani navigationem omissam, praeclusamque penitus fuisse, in dubium venire nequit, quin factus fuerit locus rescissioni contractus in casu Belli, & impeditae navigationis stipulatae in dicto quarto capitulo, licèt solemnis illius indi- 33
ctio per edictum non praecesserit, idemque minimè geratur adversus Serenissimum Ducem Parmae, ejusque subditos, hujusmodi namque restrictio rescissionis locationis ad hunc praecisum, & formalem casum, quo Bellum solemniter intimatum fuisset Serenissimo Duci, non legitur in dicto quarto Capitulo, in quo indefinitè promissa fuit, *in caso di Guerra guerreggiata,*

ta, ò di peste notabile in detta Stato, ideoque,
juxtà naturam indefinitæ dispositionis, vi, &
34 sigoificatione suà complectitur casus omnes,
sub ea compræhensos per ea, quæ tradit *Thabor
axiom. jur. lib. 9. cap. 54.*, nec etiam de juris
censura, aut meote Contraheotium recipienda
videretur, non quidem de juris censura, quia,
tametsi in verbis ambiguitas ulla esset, nihilo-
35 minus versamur in contractu, in quo sola bonæ
fidei, & æquitatis ratio inspici debet *R. P. D.
Ansald. in tract. de commerc. & mercat. disc. 96.
num. 13.*, pactorumque ioterpretatio facienda
36 est favore Conductoris, qui agit de damno vi-
tando, *Pacion. de locat., & conduct. cap. 49. n. 2.,
Gobb consult. 41. num. 15., & seq., Tondut. re-
sol. civil. cap. 31. num. 11.* Præsertim quum res
37 agitur cum Conductoribus vectigalium, quo-
38 rum res, & fortunæ curæ Principi summoperè
esse debent, *etenim*, ut ait *Cicero* dictâ oratione
prò lege manilia, *si vectigalia nervos esse reipu-
blicæ semper duximus; eum certe ordinem, qui
exercet illa, firmamentum cæterorum ordinum re-
cte esse dicimus*; minus verò dicta restrictio con-
gruit menti Conductorum vectigalium, quos
39 nullà justà ratione affirmari potest rescissionem
conductionis ad hunc præcisum casum restrin-
xisse, nemo eoim non scit, illos prius de evaden-
dis periculis, & infortuoiis evitandis, deinde
40 de stipulanda conductione cogitare solere, ut
notat *Manfrell. ad capyc. latr. decis. 171. num. 3.*,
& causam finalem locationis esse liberum
41 usum, & perceptionem vectigalium, ut, præter
allegatos *in §. Et quidem si in hac*, tradit *Rosa
consult. 39. num. 4.*, ideoque, nè frustrentur hoc
42 fine, quem veluti ultimum, & præcipuum res-
pexisse semper præsumuntur, Doctores commu-
niter docuerunt, eosdem levandos esse ab omni
damno, sivè illud Bello, sive solo Belli timore
43 factum fuerit, utque alibi firmatum est, prò re-
gula tradideruot, spectaodum esse effectum, im-
pedimentum scilicet fruitionis rei conductæ, pa-
rùm curato, an illud provenerit ex Bello, quod
domi, vel in vicinis Provinciis geritur, & an ab
amicorum militum lascivia, vel hostium vi, &
rapina evenerit, una enim, eademque Juris de-
44 terminatione censendi sunt casus omnes, ex qui-
bus Conductor Belli causà usum, & commodita-
tem rei conductæ percipere impeditur, ad tra-
dita *per Mans. consult. 26. num. 25.*

Cum igitur de Juris censura ex mente Con-
trahentium, & ob identitatem effectus, & ra-
tionis plene probatum dici posse videatur in
nostra facti specie, jam locum tactum esse re-
scissioni contractus in casu Belli stipulatæ, hæc
proindè sequuta dicenda erit eo ex tempore,
quo commercia impediri, & vectigalia Bello
imminui ceperunt, adeout rescissionis effectus
non à die declarationis, sed à die præstiti impe-
dimenti sequutus sit, eo enim ex tempore Con-
45 ductor damnum pati cœpit, quod est causa re-
scissionis contractus, alioquin si illa locum ha-
bere intelligeretur solùm postquam declaratum
esset evenisse casum Belli, fieri posset, quod ea-
46 dem irrita, & inutilis redderetur, oam dicta de-
claratio protrahi posset taoto tempore, ut su-
perveniret post Bellum jam confectum, vel bre-
vi tenpore conficiendum, juxtà igitur natu-
ram declarationis, quæ nihil de novo dat, sed 47
datum significat, oovamque speciem non facit,
sed, quæ fuit, detegit, instar illius, qui granum
excutit ex spicis, declaratio rescissionis retro- 48
trahenda erit ad diem, quo ob superveniens
Bellum extitisse dicitur impedimentum aufe-
rens usum, & perceptionem vectigalium, quo-
niam istud, & non declaratio postea superven-
tura fuit causa prò contractus rescissione con- 49
templata, per ea, quæ tradit *Thabor axiom.
jur. lib. 4. cap. 7. num. 5.*, verba verò illa, *dopo,
che surà dichiarato esser venuto il detto caso*, re-
ferenda sunt ad alios effectus, ut puta, quod
Conductor interim tencatur solvere iotegram
pensionem, dilatis excomputationibus ad tem-
pus factæ declarationis.

Coostabilità jam rescissione contractus, su-
perfluum videri potest examen quinti pacti, in
quo actum fuit de promissione restauri, quod
idem est, ac promissio remissionis mercedis, 50
*Gobb. consult. decis. 42. num. 19., Cyriac. contr.
151. num. 1.*, ubi enim locus est rescissioni loca-
tionis, potiori jure peti potest remissio mercedis, 51
Ramon. cons. 84. num. 36. & seqq., quam sicuti
certum est deberi Conductori vectigalium, ex
causa Belli damnum passo *Abrahamus à Wesel
de restit. merced. cap. 2., Marcus Antonius Des- 52
peisses de contract. part. 1. titul. de lovage sect. 4.
sub num. 11. fol. mihi 95. col. 2. vers. sexto, le
Fermier Reynoso observ. 57. num. 13., Capon.
contr. 36., Rosa consult. 39, Manfrell. ad decis.
capic. latr. 162. num. 7., Card. de Luca de regu-
lar. disc. 10. num. 5., Pacion. de locat., & conduct.
cap. 46. num. 3., & seqq.*; sic etiam in dubium
non venit, hujusmodi restaurum in subjecta 53
materia commensurandum non esse cum dam-
oo passo in quantitate excedente medietatem
fructuum, prout fit in aliis casibus sterilitatis,
aut tempestatis, sed vel deberetur in tota illa 54
quantitate, quam, remoto impedimento, Belli
Conductor exigere potuisset, *Rota coram Manti-
ca decis. 35.*, io qua habita fuit ratio damni,
quod in aliqua parte fructuum ob traositum mi-
litum conductori illatum fuerat, quam sequi- 55
tur *Pacion. de locat., & conduct. cap. 46. num. 21.,
Capon. dicta contr. 36. num. 24.*, ubi agitur de re-
missione quartæ partis pensionis ob obsidio-
nem, quæ duraverat quartà parte anoi, & ità
prò dicto tantum tempore impediverat fru- 56
ctuum perceptionem *Manfrell. ad capic. latr. de-
cis. 171. num. 14., & 15.*, ubi pluribus auctori-
tatibus firmat Conductori vectigalium restau-
rum faciendum esse in tota quantitate, quam 57
impeditus fuit exigere ob Belli calamitatem, ex
ea quidem æquissima ratione, quia hujusmodi
impedimento non tam fructibus damnum da-
tum, quàm ipsa substantia rei perempta vide- 58
tur, cum illa consistat in commercio, & nego-
tiatione per Bellum sublata *Menoch. cons. 671.
num. 6. in fine, & seqq., Surd. cons. 400. nu. 26.,
& seq., & cons. 507. num. 7., Mastrill. decis. 299.*
ex

ex num. 110., *cum aliis apud R.P.D. Ansaldum de commerc., & mercat. disc.96. num.6., & seqq.,*
vel saltèm dicendum esset, quòd, cùm versemur
in conductione rerum Fiscalium, damnum non
59 requireretur ultrà dimidiam fructuum, prout
60 requiritur in contractibus inter privatos celebratis, sed sufficeret damnum ultra sextam
partem, quia tanta læsio dicitur enormis, ac
sufficit ad rescissionem contractus cum Fisco
61 celebrati, juxta opinionem, quam in Camera
receptam testatur *Card. de Luca de regal. disc. 65. num. 17.*

Verumtamen in nostra hypothesi cessat omnis quæstio, quia petimus restaurum promissum in casu, quo damnum excedat quantitatem librarum quatuormillium pro quolibet anno, ideoque farciendum est totum illud damnum, quod dictam summam exuperaverit, sivè parvum, sivè magnum illud sit, nullà habità ratione, an ejusdem refectio de jure debeatur nec ne, & an fructuum quantitas sit supra, vel infrà medietatem, aut sextam partem fructuum, ut
62 in fortiori casu latè probat *Surd. cons.* 383., *Pacion. de locat., & conduct. cap.47. num.36., Rota coram Coccin. dicta decis.422. per tot., & præsertim num.14., & seq., confirmata coram Manzanedo decis. 553. num. 2., & 3.,* restaurum quippè hoc casu debitum dicitur vigore pacti respi-
63 cientis certum eventum, certamque fructuum diminutionem, ideoque, ut commissa dicatur
stipulatio, sufficit, quod purificetur nudum
64 factum damni passi in dicta quantitate fructuum taxata à partibus, quarum sola conventio legem dare dicitur contractui, argumento *Textus in leg. sed addes 21. §. Illud nobis ff. locati*, eademque religiosè servanda est, & ut verba sonant, *ut ait Cephal. cons.199.num.15., Surd.dicta cons.* 383., *Cyriac.contr.151.num.11., Toudut.resolut. Civil. dicto cap.31. num. 11., Gobb. consult. decisiva 42. num.11., cum aliis fusissimè congestis apud Roccam disput. jur. select. cap.121.num.1., & seqq.*

Taurinen.

Clausula *ad habendum* adjecta in parte dispositiva Investituræ feudum alienabile constituit, ubi præsertim junctam habet clausulam = *Et quidquid placuerit*, = nec non alteram = *in perpetuum*. Verba *in Feudum nobile, ligium* inalienabilitatem Feudi *hereditarii*, licèt *antiquum* sit, vel jure *antiqui* concessum, non operantur in præjudicium Investiti, sed dumtaxat concedentis.

VOTUM IX.

1 *Clausula* ad habendum *adjecta parti executivæ Investituræ, apta non est feudi alienabilitatem inducere.*

2 *Præsertim, ubi concessio facta fuerit in* feudum nobile, ligium &c. *quæ verba feudum proprium, ac pactionatum constituunt*, & nu. 3.

4 *Clausula* ad habendum *post descriptionem Bonorum in feudum concessorum apposita, dependensque a verbis dispositivis* diamo, vendiamo &c., *parti dispositivæ adjecta dicitur.*

5 *Clausula* ad habendum *in parte dispositiva, feudi alienabilitatem importat.*

6 *Amplia cum aliam adjunctam habet clausulam* = Et quidquid placuerit faciendum = *&* num. 7.

8 *Et maximè, si clausula* in perpetuum *in parte itidem dispositiva sit.*

9 *Feudi alienabilitas ex Investituræ formula, vocatione fœminarum, ac emptitia illius qualitate satis elicitur.*

10 *Verba* = *In* feudum nobile, ligium &c. *nequeunt feudi recti, proprii, & inalienabilis naturam præseferre, nisi ea expressa appareat in præcedentibus Investituræ verbis.*

11 *Verba illa* = in feudum =, nobile, ligium = *operantur inalienabilitatem in feudo, quod est ex pacto, & providentia, non verò in feudo hereditario*, & num. 12. 13. 25., & 28.

12 *Verba* = *In* feudum nobile, ligium *Investituræ adjecta quod facultatem tollant alienandi in feudo hereditaria, fabulam sapit*, & num. 14.

15 *Verba in* antiquum nobile, ligium *ubique locorum in Investituris solent apponi de Notariorum stylo*, & num. 16.

17 *Verba in* feudum nobile, ligium *valent Feudi hereditarii inalienabilitatem operari quoad Principem concedentem, non quoad Investitum.*

18 *Et censentur in gratiam, non in præjudicium Investiti posita.*

19 *Verba* Antiquum, Avitum, & Paternum *nil auferunt de beneficio Investiti, ejusque Successorum.*

20 *Feudum novum ad Principem devolvitur, cum Vassallus, nullis post se relictis liberis, decedit.*

21 *Si tamen* Jure antiqui *fuerit concessum, non redit ad Dominum, sed transversales in eo succedunt.*

22 *Feudum novum, Vassallo delinquente, ad Dominum revertitur.*

23 *At, si antiquum, defertur ad ceteros in Investitura comprehensos, vel ad Agnatos.*

24 *Verba* in feudum nobile, ligium *quibus in casibus operentur inalienabilitatem in feudo hereditario?*

26 *Tribunalium supremorum auctoritas debet sententiæ Doctoris, tametsi egregii, prævalere.*

27 Merend. contr. jur. lib. 16. cap. 13. *non satis ex ejus verbis constat, an agat de feudo hereditario, vel potius de pactionata.*

28 *Et, ubi agat de feudo pactionato, rectè sentire videtur, quod ex clausula ad* habendum *feudi inalienabilitas resultet.*

29 Boscol. post 1 orr. de pact. majorat. Ital. respons. 2. num. 203. *non sequitur, sed refert* Merend. loc. citat., *Imo alibi contrarius illi est.*

ETsi ex iis, quæ nos aliàs abundè deduximus, satis constabilita videri possit alienabilitas, & qualitas hereditaria Feudi; Ea tamen hodiè in dubium revocari dupli-

ci animadversione posse videtur, quarum pri-
ma ea est, quod clausula *ad habendum*, quam
tamquam alienabilitatis argumentum expende-
1 bamus, nullius sit roboris, & efficaciæ, ex eo
quod apposita legatur parti executivæ Investi-
turæ, ex Juribus vulgatis: Altera, & quidem
prima fronte solidior, quod, quum facta fuerit
concessio in *Feudum nobile ligium &c.*, ex hisce
verbis constituta dici debeat natura, & qualitas
2 Feudi recti, proprii, ac pactionati, ità quidem,
ut immutari ea deinde nequeat virtute dictæ
3 clausulæ = *Ad habendum* sivè parti executivæ,
sivè etiam dispositivæ adjecta reperiatur, ex tra-
ditis per *Merend. contr. Jur. lib. 16. cap. 13. ex nu.
9.*, quem sequi videtur *Boscul. de Success. in Feud.,
& Emphyt. respons. 2. num. 203. post Torr. de majo-
rat., & Primog. Ital. part. 2.*

Verùmtamen discursus iste in neutra sui par-
te subsistit. Quod autem ad primam partem
attinet, frustrà conatus impendi credimus, ut
ostendamus, clausulam *ad habendum* = in nostra
hypothesi insertam fuisse parti dispositivæ. Id
unum admonuisse sufficiat, quod, cum negari
4 nequeat, eam positam esse immediatè post de-
scriptionem Bonorum, quæ in Feudum conce-
debantur, ita ut, sublatâ de medio dictâ descri-
ptione, clausula prædicta pendeat, ac regatur
à principali verbo dispositivæ *diamo*, *vendiamo
&c.* certissimum propterea remanet, eam fuis-
se dispositivis adjectam, ut in puncto firmant
*Laderch. cons. 1. num. 14., Intrigliol. de Feud. part.
2. art. 6. num. 56., & trib. seqq., Gratian. discept.
609. num. 11. 12. & 13., Merend. contr. dict. cap.
13. num. 2. lib. 16., Pacion. de locat., & conduct.
cap. 53. num. 76., Osasch. decis. Pedemont. 164. nu.
1., Rot. in rec. decis. 642. num. pariter 1., decis.
294. part. 2. utrobique num. 7., & decis. 452. nu. 9.,
& 10. part. 9. tom. 2., & coram Cavaler. decis. 219.
num. 12.*

Si igitur dicta clausula in parte dispositiva in-
dubitanter posita dici debet, si eadem Feudi
5 alienabilitatem importat, ut præter relatos in
meis præteritis scriptis, tradiderunt *clar. mem.
Card. de Luc. de feud. disc. 37. nu 10. in fin. The-
saur. decis. Pedemont. 146. num. 6., Rota post Gobb.
tract. var. decis. 37. num. 7., cum aliis in Fanen., seu
Senogallien. Castri, & Bonorum Montis Portii 7.
Maii 1708. §. In nihilo coram Rmo Molinet De-
cano, & in Nullius seu Forolivien. Castri Vallis
Oppii 12. Junii 1711. §. Et sanè coram R. P. D.
Lancetta*; Si eadem eò fortiùs urget, quando
6 comitem habet aliam clausulam = *Et quidquid
placuerit faciendum*, ut, præter aliàs allegatos,
benè in nostris terminis observant *Fab. de An-
na cons. 53. num. 26., Bellon. Jun. cons. 30. num. 1.
cum seqq., Gabriel. cons. 83. num. 7., & 8. lib. 1.,
Gratian discept. 736. num. 75., Cyriac. contr. 324.
num. 15. & 21., Saminiat. contr. 12. num. 4.*, cum
aliis congestis per *Rot. decis. 237. nu. 13. part. 12.
rec.*; profectò dubitari jure non potest in casu
nostro de Feudi alienabilitate, tum quia clau-
7 sulæ prædictæ insimul junctæ conspiciuntur, tum
etiam quia in eadem parte dispositiva adest
8 clausula = *In perpetuum*, quæ non parum con-
fert ad rem nostram, ex notatis per *Cyriac. contr.
146., & per Rot. coram Seraph. decis. 1105. utro-
bique num. 10., & decis. 211. num. 6. part. 6. rec.,
& in dict. Nullius, seu Forolivien. Castri Vallis
Oppii 12. Junii 1711. §. Et sanè vers. de clausu-
la in perpetuum coram R. P. D. Lancetta*; Nec
præterea desiderantur alia plura, & quidem 9
multò graviora argumenta desumpta ex ipsa
formula Investituræ, ex fœminarum vocatione,
& ex qualitate Feudi emptitii, quæ nos in præ-
teritis examinavimus, & nunc ad contrarii dis-
cursus eversionem supponi volumus, nè inutilis
fiat repetitio.

Progrediendo nunc ad alteram objectionis
partem, dicimus verba illa = *In Feudum nobile,
ligium &c.* tantæ virtutis non esse, ut Feudo 10
imprimere valeant naturam proprii, recti, &
inalienabilis, nisi ejusmodi natura fuerit jam in
præcedentibus Investituræ verbis expresse con-
stabilita. Quamobrem recepta est hac in re tum
gravissimorum Doctorum, tum supremorum
etiam Tribunalium auctoritate distinctio, quod
nempè aut prædicta verba apposita sunt Feudo,
quod ex tenore Investituræ est ex pacto, & pro- 11
videntia, & tunc ex iis eo magis roboratur, con-
firmaturque Feudi proprietas, ejusque inalie-
nabilitas; Aut verò apposita sunt Feudo, quod
tam ex verbis Investituræ, quàm ex aliis cir- 12
cumstantiis proculdubio dici debet heredita-
rium: Et eo casu non immutant naturam Feu-
di improprii, & hereditarii jam anteà firma-
tam, atque constitutam, itaut, iis non obstanti-
bus, Feudum liberè alienari possit in extraneos,
prout concorditer tradunt *Curt. cons. 171. num. 6., 13
Paris. cons. 106. nu. 43. vers. nec obstat illud lib. 1.,
Ruin. cons. 1. num. 12. lib. 1., Natt. cons. 501. nu. 23.
vers. nam ad Text., Soccin. Jun. cons. 160. num. 44.,
& 45. lib. 2., Berett. cons. 119. num 9.* = ubi = *quod
de tali Feudo judicatur sicuti de aliis rebus heredi-
tariis* = *Alciat. cons. 482. num. 17., & 18. Cum ad
Constitut. Sicil. in cap. si aliquem in verb. antiquis
num. 14., Intrigl. de Feud. cent. 1. quæst. 50. num.
80., & 150.*, ubi *quod alienari potest in quemcum-
que extraneum, & transit etiam in singularem
Successorem uti allodium* = & *quæst. 51. num. 184.
cum seq.* ubi, *quod alienatur irrevocabiliter in
præjudicium agnatorum* = *Giurb. de Feud. §. 2. Glos.
3. num. 14. & 45., & num. 62. cum seq., Schra-
der. eodem tract. part. 8. cap. 8. num. 9., & 10.,
Rosenthal. eodem pariter tract. cap. 2. conclus. 15.
num. 2., Sola in comment. ad nov. constitut. Pa-
triæ Cismontan. rubric. de alienat. Bonor. feudal.
num. 10. vers. sed contrà, & ad Constitut. Sabaud.
sub rubr. de Feud. Glosi. 4. ad secund. part. Decret.
Tolan. in fin. vers. quod adeò verum est, Clar. §.
Feudum quæst. 8. nu. 3. & 4., ibique Harpect. nu.
5. in fin. lit. D., & idem Clar. eodem §. Feudum
quæst. 41. num. 3., Marescot. variar. resolut. lib. 2.
cap. 120. num. 16.*

Et, omissis antiquioribus, *Cardin. de Luc.
de Feud. disc. 12. num. 14. vers. sed istud*, ubi,
quod apud versatos in materia feudali, tabulæ spe-
ciem habere videatur, hoc assumptum, quod
scilicet, ob prædictam clausulam facultas alie-
nan-

14 nandi coarctata remaneat, & num. 15. verf. id
etiam, ubi ità judicatum fuiſſe refert, & diſc.
19. num.10., & in conflictu leg., & ration. part.
3. obſerv. 216., & in ſumm. num.36. ibi = natura
Feudi quoad Succeſſionem, vel diſponendi facul-
tatem, ac ſimilia juxtà naturalem veritatem at-
tendenda, & non immutata, latè Gubb. conſult.
deciſ. 10. nu. 47., & de permiſs. Feud. alienat.qu.
2. num.22. ibi = Inter alienabilia numeratur Feu-
dum hereditarium, illud namque ſivè novum, ſivè
antiquum alienari poteſt, agnatorum præjudicio
nullatenus attento, = & num.53. ibi = quoniam ex
ſuperius allegatis viſum fuit, Feudum, ſeù Em-
phyteuſim non participantem qualitatem hanc (id-
eſt ex pacto & providentia) & ſic ſimpliciter he-
reditariam, utcumque antiquam, alienabilem eſ-
ſe = & nu.54.ibi = Undè non aliter prò iſtorum Bo-
norum inalienabilitate concluditur, quàm ſi inſi-
mul concurrat, quod ſint ex pacto, & providen-
tia, & antiqua, ſeù paterna = ut benè advertit
Becc. conſ.230. nu.21., ubi in hoc ſe fundat, quod
ſit antiquum, & ex pacto, & providentia. Et huic
objecto ſolidè reſpondet Boſcol. in ſua contr. feu-
dal. poſt clar.me.Card. de Luc. de Feud. art. 5. ex
nu.14. ad plures ſeqq., ubi prò ſua ſententia vi-
ginti quatuor Doctores enumerat, & egregiè
Saminiat.contr.12.num.133. & ſeqq., & præcipuè
num.136. ibi = Inveſtito, & ejus Succeſſoribus per
dictam Clauſulam = In antiquum, vel Jure Feudi
antiqui = numquam derogatum cenſetur circa alie-
nabilitatem ipſius Feudi, ſi tale fuerit de ipſius
natura = & melius contr. 13. num. 13. ibi = In ſe-
cundò verò caſu, nempè ſi Feudum fuerit heredi-
tarium, videntur ſinè contradictione in ea conve-
nire ſcribentes, quod hujuſmodi clauſula nullate-
nus præjudicet qualitati Feudi, ſed ipſum, licèt
antiquum, vel jure antiqui conceſſum, retineat
primævam naturam alienabilitatis, = & ità contrà
Ducem Sabaudiæ fuiſſe judicatum, causâ dili-
gentiſſimè diſcuſsâ, teſtatur Theſaur. deciſ.Pe-
demont.227. in fin. reddens rationem nu.15. ibi =
Neque obſtant verba in Feudum rectum, antiquum,
avitum, & paternum, quæ videntur tantummodò
inſervire Feudo recto, & proprio; quia iſta ver-
ba nihil operantur contra beneficium Inveſtiti, &
ejus Succeſſorum = Rot. in rec. deciſ. 541. num. 5.
part.4. tom.3., & coram Seraphin. deciſ.1105.nu.
5. & 6., & coram Dunoz. Jun. deciſ.760.num.8.
in fin. ibi = clauſula in Feudum nobile non reſtrin-
git Feudum aliàs improprium =

Verùm enim verò, etſi vim omnem, & effi-
15 caciam clauſulæ in antiquum nobile, ligium &c.
detrahere poſſemus dicendo eam, ubique appo-
ni ſolitam de ſtylo Notariorum ex auctoritate,
Baldi in cap.1. §. Hoc quoque in fin. de Succeſſ.
Feud., Jaſon. conſ.1. num.14. poſt med. verſ. be-
nè facit lib.3., Intrigliol. de Feud. centur. 1. qu.
24. num.1., Raudenſ. de Analog.cap.34. nu.155.,
Card. de Luc. de Feud. diſc.12. num.15., Boſcol.
apud eumdem dict.contr. feudal.art.5. num.25.,&
ſeqq., Saminiat. contr. 13. num. 25. & ſeqq., &
de Inveſtituris in Pedemontana Regione factis
teſtatur Cravet. conſ.624. num. 3., Faber. de er-
ror. pragmatic. decad.41. error.10. num.2. verſ. et
rurſum ubi dicit, hanc hodie vulgarem eſſe Inveſti-
turarum clauſulam, adeout potius ſcripta conſea- 16
tur de ſtylo Notariorum Principis, vel ex abun-
dantia cordis eorum, qui Inveſtituras extendunt,
quàm de voluntate, & deliberatione Partium;
Nihilo tamen minus admittimus quidem opera-
tionem, virtutemque dictæ clauſulæ, ſed tamen
in præjudicium Principis concedentis, non au- 17
tem in præjudicium Inveſtiti, in cujus potius
gratiam, & beneficium clauſulam = In Feudum
nobile, ligium &c. appoſitam fuiſſe cenſendum 18
eſt, ut, diſtinguendo, tradunt Caſanat. conſ.56.
num.63., Cæſar. Manent. conſ. 44. ſub num. 14.
verſ. ſecundò, & principaliter = ibi = Dato, ma-
trem fuiſſe Inveſtitam jure antiqui, & antiquiſſi-
mi Feudi, illud tamen intelligeretur in ipſius re-
cipientis favorem, non in ejus odium, & præjudi-
cium, Beret.conſ.33. ſub num. 15., itaut non poſſit
Feudum ipſum alienare in præjudicium filiæ, &
agnatorum, quia adhuc id facere poteſt, dicta clau-
ſulâ non obſtante = Palm Sen.conſ.3. ſub num. 22.
ibi = Et quamvis dictum Feudum fuerit conceſſum
cum clauſula jure antiqui, & paterni Feudi, non
tamen ob id ad effectum, de quo agimus, debet an-
tiquum reputari; nam dicta clauſula operatur ſo-
lùm quoad intereſſe Concedentis Feudum, non
autem quoad præjudicium illud de novo acquiren-
tium, qui proindè, illâ non obſtante, poſſunt de
eo ad libitum diſponere = Roſenthal. de feud. cap.
2.concluſ.15. in princip. ibi = Quod dixi, Feudum
Jure antiqui conceſſum per omnia effectum anti-
qui habere, limitatur, ut in favorem Vaſſalli ſo-
lùm procedat = ſola ſuper Conſtit. Patriæ Ciſmon-
tan. rubr. de alienat. Bonor. feudal. num. 10. verſ.
quum verba illa, Card. de Luc. de Feud. in lo-
cis ſupra allegatis, & Boſcol. apud ipſam dict.
contr.feudal.artic.5. nu.16., & 18., Theſaur. dec.
Pedemont. 227. num.15., ubi ait, quod verba =
antiquum avitum, & Paternum nihil operantur 19
contra beneficium Inveſtiti, & ejus Succeſſo-
rum, & Rot. in rec.deciſ.541.num.6 part.4.tom.3.,
& coram Dunoz. Jun. deciſ.760. num.8.

Præjudicium autem Principis inveſtientis, &
favor inveſtiti ex adjectione dictæ clauſulæ re-
ſultans in eo verſatur, quod, licèt Feudum no-
vum ad Principem devolvatur ſi Vaſſallus de-
ceſſerit nullis poſt ſe relictis liberis, juxtà Tent. 20
in cap. 1. §. Sin autem de his qui feud. dar. poſs.
cap.1. §. Final. de ſucceſs. feud. cap. 1. §. Si duo
fratres de Feud. March., Si tamen Jure antiqui
fuerit conceſſum, non redit ad Dominum, ſed
tranſverſales in eo ſuccedunt, ad Tent. in cap. 21
1. de natural. Succeſſ. Feud., Altograd. ſen.conſ.
6. num.1., & ſeq.lib.2., Cyriac. contr.4 num.36.,
& ſeq. juncto num. 44., Card.de Luc. de feud dict.
diſc. 12. num. 15., & apud ipſum Boſcol. in ſæpe
citat. artic.5.num.16., Saminiat. contr.13.nu.15.,
& 16.

Prout etiam, Vaſſallo enormiter delinquente,
quamvis Feudum novum revertatur ad Domi-
num, excluſis tàm deſcendentibus, quàm Colla-
teralibus per Tent. in cap.1. §. final. quæ ſit pri- 22
ma cauſ. benefic. amittend.; attamen contrà ip-
ſum Dominum defendi poteſt, quod tamquam
anti-

23 antiquum deferatur ad ceterns in Investitura
comprehensos, vel ad agnatos *Sicbard.cons.feudal.5. num.13. & 14., Caball. resolut.crimin.cas.*
182. num.15. vers. Secundum verò membrum, &
benè Samıniat.dict.contr.13. num.17., & 18.

In his igitur, & similibus casibus relatis per
Card. de Luc. de feud disc.12.num.15., & in con-
flict. leg., & ration. part.3. observat.216., & Sa-
miniat.dict.contr.13.num.19., & 20. operari po-
24 test prædicta clausula = *In feudum nobile, ligium*
&c. ea verò nequaquam immutare valet natu-
ram Feudi improprii, & hereditarii, ut supra
25 luculentissimè probavimus tum locupletissimo-
rum auctorum testimonio, tum rerum Judica-
tarum auctoritate.

Quamobrem nil officit auctoritas *Merend.*
contr. jur. lib.16. cap.13. tum quia loquitur con-
trà communem, & contrarium sæpius decisum
fuisse suprà vidimus, ideoque judicata supre-
26 morum Tribunalium auctoritate prævalere de-
beant Sententiæ Doctoris tametsi egregii, ad fir-
mata per *Valenz. cons.166.num.58., Boscol.apud*
Card. de Luc. de feud. art. 3. num. 138., Franch.
decis.Neapol.260.num.6., Rota in recent.decis.62.
num.12. part.5., decis.256.num.17. part.7., decis.
112. num.22. part.17., & decis.277. num.8. part.
18. tom.1. Tum etiam quia *Merenda in loco su-*
perius allegato subobscurè loquitur, nec satis de-
27 clarat, an agat de Feudo, quod ex verbis Con-
cessionis sit hereditarium, vel potius pactiona-
tum; Undè, cùm intelligi possit in casu, quo
Feudum ex tenore Investituræ sit ex pacto, &
28 providentia, eique postea sit adjuncta clausula =
In antiquum &c. = rectè potiùs sentire videtur,
quod clausula = *ad habendum* = sivè in executivis,
sive in dispositivis adjecta, non alteret naturam
Feudi proprii, ac pactionati.

Minus urget *Boscol. post Torr. de majorat. Ital.*
29 *respons.7. num.203.*, ubi sequi videtur *Merend.*
loco suprà citato; Etenim non sequitur, sed re-
fert duntaxat opinionem *Merendæ;* Imò con-
trarium ipse per plures rationes, & auctoritates
substinet in sua *contr. feudal. apud Card. de Luca*
de feud. artic.5. ferè per tot., ut vidimus supra
sub §. Progrediendo col. 4. in princip.

Romana Caducitatis.

Caducitatis poena ipso facto, ipsoque jure per *viam modi* non incurritur ab herede, qui pœnali dispositioni contravenit, si istam ignoravit, & non fuit interpellatus. Itidem pœna hujusmodi, si fuerit adjecta, sub conditione dependente a facto alterius, & hereditas non sit purè delata, sed jam quæsita, & diù possessa, nequit ex alieno facto, maximè contra heredes Contravenientis à Substituto expeti.

VOTUM X.

1 *Caducitatis pœnam potest Testator indicere heredibus ejus voluntatem non adimplentibus.*

2 *Heres non servans Testatoris voluntatem, commoda, & utilitates ex testamento delatas amittit.*

3 *Caducitatis pœna in casu contraventionis, censetur* ipso facto, & ipso jure, *ac nullâ præcedente monitione, Heredi inflicta ex verbis* = irremissibilmente, senza purgazione di mora &c. privo del comodo, e frutti di detta mia eredità &c = & num. 36.

4 *Caducitatis pœna, ubi in facto negativo versatur, necessaria non est heredis interpellatio.*

5 *Modus est moderatio quædam dispositioni adjecta, aggravans eum, qui honoratur, in tempus dispositionis jam perfectæ.*

6 *Conditio est quidam futurus eventus, in quem dispositio suspenditur.*

7 *Dispositio per viam modi ab altera per viam conditionis in eo differt, quòd hæc respicit quid adimplendum ante, illa verò post actus consumationem*, & num. 34.

8 *Actio ex dispositione modali statim oritur.*

9 *Dispositio* modalis *potiùs quàm* conditionalis *censenda est.*

10 *Dispositio, in qua, post heredem institutum, ei prohibitio aliqua adjicitur,* modalis *est censenda.*

11 *Dispositio* modalis *est, si onus heredi injunctum, nonnisi post aditam ab eo hereditatem, potest adimpleri.*

12 *Dispositio* modalis *est, si heredi, in casu contraventionis, caducitas per viam pœnæ fuit indicta.*

13 *Caducitas ubi per viam modi fuerit comminata, ab herede non incurritur, nisi clara sit, & inexcusabilis ejus contraventio voluntati Testatoris.*

14 *Et ad eum excusandum inepta qualibet sufficit, fatua, & bestialis caussa.*

15 *Caducitatem non fuisse incursam, in dubio judicandum est.*

16 *Caducitas, ex mero contraventionis facto, ab herede non incurritur, sed ex ejus animo dolo malo contraveniendi, &* num. 22.

17 *Ad caducitatis pœnam incurrendam requiritur in herede certa scientia oneris à Testatore injuncti.*

18 *Nec sufficit scientia vaga, & præsumptiva.*

19 *Scientia generica testamenti, vel fideicommissi dicitur vaga, & præsumptiva.*

20 *Ad Caducitatis pœnam incurrendam requiritur in herede scientia oneris sibi injuncti, resultans ex Lectura testamenti; nec sat est, quod præsens adstiterit ejus aperitioni, seu publicationi.*

21 *Caducitatis pęna contravenienti notificanda est.*

22 *Dolo, & culpâ vacare ignorans dicitur.*

23 *Ignorantia consistit in negatione, cùm privativè opponatur scientiæ, quæ, ut quid facti, non præsumitur.*

24 *Ignorantia sat est, quod à Possessore allegetur, ut onus scientiam probandi in Actorem transferatur.*

25 *Ignoranter peccantem jura nostra ab omni pœna immunem esse sanxerunt.*

26 *Caducitatis pœnam heres, licèt extraneus, non in-*

incurrit ex sola scientia institutionis de se factæ, si prohibitionem cum dicta pœna factam ignoravit.

27 *Scientia unius cum alterius ignorantia stare potest.*

28 *Ex scientia facti in genere nequit elici scientia omnium ejus qualitatum.*

29 *Heres, etsi extraneus, fieri potest, ut ante apertas tabulas hereditatem possit adire.*

30 *In herede, licèt extraneo, cui fortè hereditas ante apertas tabulas obveniat, excluditur scientia oneris illi injuncti.*

31 *Caducitatis pœnam heres ignarus oneris sibi injuncti non incurrit, etiam ubi est ipso jure, ipsoque facto indicta.*

32 *Procedit quoque, si ea pœna fuerit in contractu donationis adjecta.*

33 *In donatione pœnalia percepta efficaciùs ligant.*

35 *Caducitatis pœna non incurritur absque interpellatione, quoties per viam non conditionis, sed modi adjecta est*, & num. 36.

37 *Damnum majus est in amissione juris jam quæsiti, quàm in amissione juris quærendi.*

38 *Interpellatio necessaria est, ut heres de dolo malo possit convinci.*

39 *Interpellatio ad effectum caducitatis inducendæ, juxta aliquos non requiritur, quando agitur de pœna ipso jure, ipsoque facto ex hominis dispositione inducta.*

40 *Ad evitandam caducitatis pœnam omnis æqua interpretatio est favore heredis capienda, si perceptum Testatoris non fuerit pro bono, & decore agnationis augendo injunctum; quin prudenti ullá ratione innixum non videatur.*

41 *Caducitatis pœna adjecta sub conditione dependente à facto alterius, num ob illius factum impediat adquisitionem hereditatis purè delatæ, disputant Doctores: & negativa Bartoli opinio magis recepta est.*

42 *Procedit id maximè, ubi agatur de hereditate non purè delata, sed jam quæsita, diùque possessa.*

43 *Pœnæ demerentibus, non verò merentibus imponuntur.*

44 *Caducitatis pœna censetur à Substituto remissa, si emisit adversùs Contraventorem, dum viveret, ad eamdem pœnam agere.*

45 *Caducitatis pœna ipso facto, ipsoque jure imposita, ut persequi possit contra heredes, requiritur contestatio litis cum defuncto.*

TIBERIUS Albertonius in eo, cum quo decessit, testamento heredem suam scripsit Silviam Aretucciam his verbis: *In tutti poi li miei beni, de' quali, come sopra, ne ho disposto, tanto mobili, quanto stabili, semoventi, ragioni, ed azioni a me spettanti, e pertinenti, e che spetteranno per l'avvenire, fo, instituisco, dichiaro, e colla propria bocca nomino, e colla mano scrivo la Signora Silvia Aretucci moglie del Signor Pietro Paolo Piehi, figliuolo del quondam Giovanni, e ciò fo per l'affetto grande, che ritengo in memoria delle servitù, e beneficj, che ne ho da essa ricevuti, e di presente ne ricevo, con questo, che sin tanto detta Signora Silvia mia erede viverà, debba con suo marito abitare nell' appartamento, che di presente io ritengo, e in uno degl' altri due appartamenti della mia casa posta nella strada detta delli Pianellari, e detto Signor Pietro Paolo suo marito in detto appartamento, anco con il consenso della medesima Signora Silvia, non vi possa fare abitar altri, etiam che fussero a detto Signor Pietro Paolo in qualsivoglia modo congionti, sotto qualsivoglia pretesto, benchè d'estrema necessità, volendo, che ciò s'intenda di ciascheduno degl'appartamenti, dove abiterà detta Signora Silvia mia erede, & in caso di contravenzione, irremissibilmente, senza purgazione di mora, benchè di ragione se li dovesse, privo del commodo, e frutto di detta mia eredità la detta Signora Silvia mia erede, e voglio, che il commodo, e frutto di detta mia eredità si debba amministrare, e riscotere, e godere respettivamente durante la vita della Signora Silvia mia erede dall' infrascritto Esecutore di questa presente mia disposizione, ad effetto di doverla investire a comodo della mia eredità, ò farne quel più, che ad esso parerà, e piacerà, e morenda essa Signora Silvia senza figli legitimi, e naturali, alla medesima Signora Silvia sostituisco la Signora Anna Maria Aretucci sua sorella carnale moglie del Signor Giovan Battista Carnevale, alla quale Signor' Anna Maria sostituisco pro rata della mia eredità le già dette Signore Girolima, e Flaminia sue figlie &c., e detta Signor' Anna Maria la sostituisco come sopra con peso, che non possa mai in alcun tempo, nè sotto qualsivoglia pretesto molestare, ed inquietare la detta Signora Silvia mia erede, e molestandola, ò facendola molestare, in tal caso la detta sostituzione, ò sostituzioni a suo favore, ò di dette sue figlie, come sopra fatte, si abbino per non fatte, e resti la mia eredità libera della detta Signora Silvia.*

Post obitum Tiberii Silvia suscepit hereditatem, & fideicommissum ab eo ordinatum, sed non fuit observata voluntas Testatoris; nam ejus Vir alios inquilinos induxisse dicitur in eam partem domus, quam una cum uxore habitabat, quamobrem, mortuâ dictâ Silviâ sinè filiis, cùm Anna Maria prætes fideicommissariam substitutionem ejus favore purificatam, & cujus vigore sententiam immissionis ab A.C. jam obtinuit, prætendat, Silviam ob contraventionem incidisse in commissum, ideòque adversùs ejusdem heredis agi posse pro fructibus ab illa post contraventionem perceptis, rogatus fui, ut pro veritate inquirere vellem.

Primò. An prædicta contraventio voluntati, & præcepto Testatoris ejusmodi fuerit, ut Silvia statim, ipso jure, & absque Judicis declaratione ceciderit à fideicommisso, ita ut factus fuerit locus petitæ fructuum repetitioni.

Secundò. An ex eo, quod Anna Maria omiserit, vivente Silvia, agere pro caducitate, prohibeatur agere adversùs hujus heredes pro fructuum consequutione, qui consectarii sunt pœnæ caducitatis heredi gravatæ inflictæ.

Et demum, an dicta pœna caducitatis adposita fuerit ad favorem Executoris Testamenta-

tarii, sive D. Annæ Mariæ substitutæ, vel po-
tiùs ad utriusque favorem, adeout ex eo, quod
Executor, vivente Silvia, omiserit agere pro
caducitate, & fructibus, non idcirco præjudi-
cium illatum fuerit juribus heredis substitutæ.

Quod attinet ad primum, videtur dicendum,
Silviam incidisse in commissum, quia certum
1 est, Testatorem caducitatis pœnam irrogare
posse heredibus ejus voluntatem non adimplen-
tibus, ad *Text. in l.unica cod.de his, quæ pœnæ no-*
mine cum aliis apud *Palmam alleg. 45. num. 34.*,
2 eosdemque inobsequentes voluntati Testatoris,
cum ex ipsius dispositione, tum etiam de juris
censura commoda omnia, utilitatesque ex te-
stamento delatas amittere, per ea, quæ tradit
Fusar. quæst. 582. num. 1., & seqq.

Et quamvis, ut contraveniens in commissum
incidisse dici possit, regulariter requiratur mo-
nitio, & interpellatio heredis contravenientis,
nihilominus hæc in nostra hipothesi non neces-
saria videbatur, tum quia caducitatis pœna in
casu contraventionis indicta fuerat *irremissibil-*
mente senza purgazione di mora, benchè di ragio-
ne se li dovesse, privo del commodo, e frutte di
detta mia eredità la detta Signora Silvia mia ere-
de &c., ex quibus adeò vehementibus verbis
3 *ipso facto, & ipso jure* pœna inflicta videtur,
absque eo quod ulla præcesserit inobedientis
monitio, ut tradunt *Fusar. de substit. quæst. 582.*
num. 14., & seqq., Gratian. discept. 520. num. 9.,
& seq.. Tum etiam quia versamur in facto ne-
gativo, ibi = *E detto Signor Pietro Paolo suo*
marito in detto appartamento, anche con il consen-
so della medesima Signora Silvia non vi possa far'
abitare altri, etiam che fussero a detto Signor Pie-
tro Paolo in qualsivoglia più stretto grado congiun-
4 *ti*, quo casu, cùm heres prohibeatur solùm, ne
faciat, non est necessariò interpellatio requisi-
ta, ut idem negligens in faciendo excitetur
Cravett. cons. 193. num. 4.

Verùmtamen, his non obstantibus, contra-
rium mihi verius videtur; nam si rectè intuea-
mur naturam dispositionis, in qua versamur,
modalis illa, & non conditionalis censenda est,
quippè modus definitur, quod sit moderatio
5 quædam dispositioni adjecta, aggravans eum,
qui honoratur, in tempus dispositionis jam per-
fectæ, juxtà definitionem traditam *à Bartol. in*
leg. quibus diebus §. Termilius ff. de condit., &
demonstr., Antunez. de donat. part. 1. prælud. 2.
§. 1. num. 1., conditio verò dicitur quidam fu-
6 turus eventus, in quem dispositio suspenditur,
ut illam definivit idem *Bartol. loco citato*, quam
definitionem, pluribus allegatis Juribus, con-
firmat *Calvin. in Lexicon. verb. conditio*, idcoque
Doctores sequendo communiter Magistralem
Doctrinam Bartoli, modum à conditione secer-
nunt, inspiciendo, an id, quod à Testatore
injungitur, implendum sit antè, vel post con-
7 sumationem actus, nam si illius implementùm
præcedere debeat, dicitur adjectum per viam
conditionis suspendentis actum, donec eadem
impleatur, si verò ejusmodi sit, ut illius imple-
mentum, non nisi post perfectum actum sequi
possit, atque debeat; modi naturam habere
dicitur, ideoque ex dispositione modali tam-
quam pura, statim actio competere dicitur, ut 8
uno ore tradiderunt *Gabriel. cons. 5. ferè per tot.*
lib. 1., Venturin. cons. 49. num. 83., & seq., An-
tunez. de donat. part. 1. prælud. 2. §. 1. nu. 23. cum
seqq., Caren. resolut. 93. num. 1. & seqq., Gra-
tian. discept. 400. num. 15., Palm. alleg. 4. num. 34.,
Mans. consult. 62 num. 14., & consult. 639. nu. 37.,
Card de Luc. de legat disc. 29. num. 5., & 6., &
latissimè de fideicommis. disc. 154. num. 7, & per
tot., Rot. Lucana apud Palm. decis. 8. nu. 43., &
seqq., Rot. decis. 148. num. 29., & seqq. part. 12.,
decis. 103. num 27. cum seqq. part. 15., decis. 320.
part. 17., & decis. 62. utrobique num. 1., & seqq.
part. 18.

Ex qua verissima, & communi *Bartoli*, &
Doctorum traditione manifestum fit, prohibi-
tionem inducendi alios Inquilinos in Domum à
Silvia herede inhabitandam à Testatore ejus Vi-
ro factam, adjectam fuisse per viam modi, non
autem per viam conditionis.

Id enim suadent primò tum juridica præsum-
ptio, juxtà quam dispositio modalis potius,
quàm conditionalis censenda est *Gabriel. cons 5.* 9
num. 4. lib. 1., Rot. Lucana dicta decis. 8. num. 47.,
Spad. cons. 277. num. 3. lib. 3., Rot. decis. 148. nu.
27. part. 12., tum etiam ordo, & figura ver-
borum, cum quibus concepta est dispositio;
nam, cùm Testator, post quam purè heredem
instituerat Silviam, eidem fecit dictam prohi-
bitionem, per viam modi, & tamquam aliquid 10
post perfectum actum adimplendum, illam ad-
jecisse dicitur *Venturin. cons. 49. num. 84., Rota*
Lucana apud Palm. decis. 8. nu. 46., Rot. decis. 103.
num. 27 part. 15.

Secundo id confirmat natura, & qualitas one-
ris heredi adpositi, nam, cùm prohibitioni Te-
statoris obtemperare non posset, nisi postquam
Silvia hereditatem adivisset, ipsaque Domum he- 11
reditariam inhabitare cæpisset, implementum
proindè dicti præcepti requisitum dici non po-
terat tamquam conditio ex parte antè præcede-
re debens, sed necessariò subsequi debebat, uti
modus post aditam hereditatem, & emolumen-
tum perfectè acquisitum ab herede adimplen-
dum, *Card. de Luc. de legat. disc. 29. num. 6., de*
fideicom. disc. 154. num. 13.

Certiùs in casu nostro, quià præceptum Te-
statoris non fuit injunctum ad effectum impe-
diendi, ne heres inobediens lucrum consequere-
tur, sed per viam pœnæ sancitum legitur adver-
sus contravenientem, eumdem privando emo- 12
lumento jam quæsito ibi, - *ed in caso di contra-*
venzione, irremissibilmente senza purgazione di mo-
ra, benchè di ragione se li dovesse, privo del com-
modo, e frutto di detta mia Eredità la Signora
Silvia mia Erede, hoc autem casu onus semper
adjectum dicitur per viam modi, cum privatio
supponat habitum, & ademptionis pœna ob mo-
dum non adimpletum dicatur resolutiva actus
jam perfecti *Carena resolut. 93. num. 21., Rota*
Lucana dicta decis. 8. num. 42., Rot. decis. 103. nu.
30. part. 15., decis. 320. nu. 4., & 5. part. 17. rec.,
decis.

decis. 62. num. 1., & seqq. part. 18., & latissimè
coram Bichio decis. 132., ubi loquitur de bujus-
modi pœnalibus dispositionibus.

Ex eo autem, quod versemur in præcepto in-
juncto beredi non per viam conditionis suspen-
dentis dispositionem, sed perviam modi in
casu oon implementi resolutivi actus jam per-
fecti & ademptivi, emolumenti purè ad bere-
dem delati, duo consurgunt efficacissima fun-
damenta, ob quæ Silvia beres incurrisse dici
nequit iu pœnam caducitatis à Testatore com-
minatam in casu inobedientiæ.

Primum est, quod, ut heres gravatus ob
13 modum non adimpletum privetur hereditate
jam perfectè adquisita eumdem eijciendo ex pos-
sessione bonorum, requiritur contraventio cla-
ra, & expressa voluotati Testatoris, quæque
nullà probabili ratione excusari possit argumen-
to *Text. in leg. igitur 12. ff. de liberal. causa*, &
tradunt communiter *Doctores* omnes, & *Rota*,
qui exaggeratius loquendo, rem ad fatuitatem
14 redigunt, quamlibet ineptam, fatuam, & bestia-
lem demum causam prò caducitate evitanda
sufficere docentes *Turret. cons. 8. num. 66., Hon-
ded. cons. 58. num. 37. lib. 1., Merlin. de legit. lib.
3. tit. 2. quæst. 21. num. 16., & seq., Card. de Lu-
ca de fideicomm. disc. 88. num. 11., disc. 154. num.
3., disc. 155. num. 3., disc. 157. num. 5., Rota co-
ram Cavaler. decis. 81. num. 3., Merlin. dec. 491.
num. 8., coram san. mem. Alex. VIII. decis. 110.
num. 12., & in rec. decis. 158. num. 2., & seqq.
part. 13., decis. 32. num. 10. part. 17., in Bononien.
fideicommissi de Bavosiis impressa apud Balduc. ad
Ramon. decis. 51. num. 5., & in Cortonen. Beneficii
18. Martii 1697. §. In omnem casum coram Ansal-*
15 *do*, atque idcirco in dubio prò non incursu ca-
ducitatis judicandum est ob subjectam mate-
riam, quæ utpotè pœnalis, & odiosa, quan-
tum fieri potest, restringi debet *Honded. cons.
58. nu. 44. & 96. lib. 1., Fusar. de substit. quæst.
718. num. 77., Saminiatus contr. 20 nu. 10., Ro-
ta post Merlin. de legit. decis. 14. num. 13. & seq.,
coram Buratt. decis. 182. in fine.*

Imò nec sufficit uudum, & merum factum
16 contraventionis, sed oporter, beredem grava-
tum animo evertendi dispositionem Testatoris,
ejus præcepto dolo malo contravenisse *Spad.
cons. 277. num. 4., & seqq. lib. 3., Mart. Medic.
examin. 3. num. 79., Mans. consult. 113. num. 8.,
Saminiat. contr. 20. num. 7., Rot. post Merlin. de
legit. decis. 14. num. 15., coram Buratto decis. 182.
num. 2., san. mem. Alex. VIII. decis. 110. num 13.,
& in rec. decis. 534. nu. 10. part. 14.*, Et bæc reas-
sumendo dixit nuper io uoa *Romana caducitatis
3. Julii currentis anni 1702. §. Subnixa, & per
tot. coram Molines.*

Quamobrem, bis retentis terminis, hisque
servatis strictioribus regulis, cum quibus in
hac pœnali, & odiosa materia procedendum
esse voluerunt *Rota*, & *Doctores* omnes; ut con-
traveniens in commissum incidisse, & caduci-
17 tatis pœnæ obnoxius factus esse dici possit, re-
quiritur scientia certa, & indubitata oneris à
Testatore injuncti cum pœna caducitatis ab eo-
dem in casu contraventionis imposita *Saminiat.
contr. 20. num. 18., Rota Lucana apud Palm. decis.
8. num. 15., & seqq. & per tot., Rota in Cortonen.
Beneficii 18. Martii 1697. §. In omnem casum co-
ram Ansaldo*, adeout pro dicta pœna subeunda
non sufficiat scientia vaga, & præsumptiva *Ad-
den. ad Pamphil. decis. 8. in fin.*, qualis esset illa 18
resultans ex scientia generica Testamenti, vel
fideicommissi, *Rota coram Cavaler. decis. 81.* 19
*num. 2. decis. 66. num. 14., & seqq. apud Constanti-
num ad Statutum Urbis, Rota Lucana apud Palm.
decis. 8. num. 59., & seqq.*, quæ loquitur io for-
tiori casu, de herede scilicet, qui fuerat præ- 20
sens aperitioni, seù publicationi Testamenti,
ex qua præsentia dicit non cooncludi auditionem,
& scientiam in eo contentorum, sed quod re-
quiratur præcisa notitia pœnæ resultans, vel ex
lectura ejus partis Testamenti, in qua caduci-
tatis pœna inflicta legitur, vel elicita ex aliis
argumentis necessariò illam convincentibus *Me-
noch. cons. 533. num. 6., Ciarlin. contr. forens. cap.
126. num. 46. cum duob. seqq., Merlin. de legit.
lib. 3. tit. 2. quæst. 21. num. 19., Rota Lucana dicta
decis. 8. num. 55., & seq. apud Palm., Rota coram
Ubaldo decis. 230. num. 4., & 5., coram Buratto
decis. 182. num. 11., & in rec. decis. 160. num. 7.
part. 4., in dicta Romana caducitatis 3. Julii §. Et
quatenus fundetur coram Molines*, cujus indivi-
duæ, & præcisæ scientiæ necessitatem agnoscen-
tes Doctores consuluerunt substitutis in casu
contraveotionis, ut contravenieoti notificent 21
pœoalem dispositionem cum omnibus suis qua-
litatibus, ut apud *Saminiat. contr. 20. num. 19.*

Ob eam quippè vivam, efficacissimamque
rationem superiùs insinuatam, quia, ut con-
traveniens privationis pœuam incurrisse dici
possit, necesse est, eum dolo malo sese gessisse,
cùm autem dolo omni, omnique culpà vacare 22
dicatur ignorans, pœnà proinde nullà perstrin-
gi potest *Spad. cons. 277. num. 4., & seqq. lib. 3.,
Saminiat. contr. 20. num. 8., & latissimè in dicta
decis. Lucana apud Palm. 8. eu num. 15. cum plu-
rib. seqq., & eu num. 55. usque ad finem*, apud
quam concordantia jura, & auctoritates, & ge-
neraliter tradit *Thabor. axiom. Jur. lib. 14. cap. 54.
num. 6., & num. 46.*

Hæc autem ignorantia eum consistat in ne-
gatione, nam, ut notat *Thabor. axiom. Jur. lib.
9. cap. 6. num. 1.*, privativè opponitur scientiæ, 23
quæ est quid facti, quod non præsumitur, suffi-
cit proinde, quod à Reo, & Possessore ignoran- 24
tia allegetur, translato in actorem onere pro-
bandi scientiam, ipse enim Bona viudicare con-
tendit ex capite contraventionis, ideoque ei-
dem non sufficit objicere nudum illius factum,
sed cùm hæc dolosa, & fraudoleota esse debeat,
propterea tenetur Actor allegans contraveotio-
oem eam probare cum omnibus suis qualitati-
bus de Juris censura requisitis, ut pœna cadu-
citatis irrogata dici possit, leges enim, & uni- 25
versa jura nostra ignoranter Peccantem ab om-
ni pœna immunem esse sanxerunt, ut in propo-
sito ratiocinatur *Rota Lucana dicta decis. 8. num.
5. & seq., Spad. dicto cons. 277. num. 6., Rota in*

Bononien. fideicommiſſi de Bavoſiis apud Balducc.
ad conſ. Ramon. deciſ.51. num.6., cum aliis apud
Saminiat.contr.20. num.18.
Hinc parùm urget, quod agatur de herede
extraneo, qui hereditatem ſuſcipere nequibat,
niſi ex Teſtamento, cujus idcirco notitiam ha-
buiſſe neceſſariò cenſendum ſit, quia non im-
pugnamus, Silviam ſciviſſe ſe fuiſſe inſtitutam
26 heredem à Tiberio, ſed ad effugiendam cadu-
citatis pœnam dicimus, ſatis eſſe illam ignoraſ-
ſe prohibitionem cum dicta pœna ſibi à Teſta-
tore factam, cùm unius ſcientia ſtare poſſit cum
27 alterius ignorantia, & ex ſcientia facti in gene-
re rectè elici nequeat ſcientia omnium ejus qua-
28 litatum *Rota Lucana dicta deciſ. 8. num. 60.*, *&*
ſeqq., aliique hactenus allegati loquentes ex
ſuppoſito, quod Teſtamentum apertum fuerit,
cùm cæteroquin fieri poſſit, ut heres, tametſi
29 extraneus hereditatem antè apertas tabulas adi-
re poſſit, quo caſu procul dubio excluditur
30 ſcientia oneris *dicta deciſ. 8. num.34.*, *& ſeqq.*
Quæ omnia procedunt, tametſi agatur de
pœna privationis ipſo jure, ipſoque facto ſub-
31 eunda, ut probant auctoritates ſupra allegatæ,
& præſertim *Rota in dicta Romana Caducitatis*,
in cujus hypotheſi legitur, Teſtatorem adeò ſe-
verè mulctaſſe Contravenienres, ut eo ipſo illos
cecidiſſe voluerit ab omni ſuorum bonorum
commodo, perinde ac ſi mortui eſſent, con-
ceſſà ſubſtitutis poteſtate capiendi viâ facti,
propriâque auctoritate ſuorum bonorum poſ-
ſeſſionem, ut liquet ex alia *deciſione* in eadem
cauſa priùs edita *23. Januarii §. Quamvis enim*
coram R.P.D. dell'Olmo, quodque magis eſt,
32 ibi agebatur de pœna caducitatis adverſus Con-
travenientem adjecta in Primogenitura ordina-
ta in contractu donationis, quo caſu certum eſt,
prohibitiones, & præcepta pœnalia efficaciùs
33 ligare, adeòut aliqui nudum tantùm factum at-
tendendum eſſe voluerint, ut apud *Cene. de*
cenſ. quæſt.19. num.13.
Auctoritatibus verò in contrarium allegatis
in objecto facilè reſpondetur cum diſtinctione
34 ſuperius tradita inter diſpoſitionem conditinna-
nalem, & modalem, & benè declarat *dicta de-*
ciſio Lucana 8. num. 32., *& ſeqq.*
Præterea videtur, Silviam excuſari poſſe à
pœna caducitatis ex alio etiam capite, videli-
cet quòd monita, aut interpellata non fuerit ad
parendum præcepto Teſtatoris, quia quando
non agitur de conditione ſuſpenſiva, quæ impe-
35 diat adquiſitionem dominii, ſed de modo adje-
cto per viam pœnæ, tunc, quia non implemen-
tum modi importat formalem privationem
emolumenti jam quæſiti, quæ ſinè culpa, &
dolo nemini irroganda eſt, neceſſariò requiri-
tur interpellatio, & monitio, quâ hæres ſciat,
ſe non obtemperando voluntati Teſtatoris in
pœnam incidere *Auth. hoc ampliùs cod. de fidei-*
comm., *ibique DD.*, *Cravett conſ. 59. num. 2.*,
Altograd. conſ. 84. num. 42., *& ſeqq. lib. 1.*,
Spad. conſ. 277. num. 9. lib. 3., *Gabriel. conſ. 5.*
num.14., *& ſeq. lib.1.*, *Menoch. conſ. 131. n.15.*,
Galganett. de condit. part.2. cap.3. quæſt.7. n.27.,
Manſ. conſult. 639. num.39., *& ſeq.*, *Rota de-*
ciſ. 148. num.27., *& ſeqq.*, *& per tot part. 12.*,
& deciſ.320. num. 10., *& ſeqq. part.17.*
Nec interpellandi neceſſitas ceſſaſſe dici po-
terat eò quia ageretur de pœna caducitatis ipſo 36
facto, ipſoque jure ex præcepto Teſtatoris in-
currenda; quia, retentâ diſtinctione ſuperiùs
traditâ inter diſpoſitinnem conditionalem, &
modalem, interpellatio non requiri dici poterit,
quum agitur de prima, ſecus verò ſi agatur
de ſecunda diſpoſitionis ſpecie, ob ſuperiùs inſi-
nuatam rationem diverſitatis, quia videlicet in
conditionali id, quod eſt in obligatione ante
impletam conditionem, adhuc non eſt in diſpo-
ſitione, ideòque non cadit interpellatio in eo,
quod non debetur, ſed in modali id, quod eſt in
obligatione, eſt etiam in diſpoſitione, ob quam
ſtatim, & purè jus quæſitum dicitur, ideòque,
ut privationi locus ſit, requiritur interpellatio
ob majus præjudicium, quod verſatur in amiſ-
ſione juris jam quæſiti, quàm in amiſſione juris 37
quærendi, benè *Rota coram Bichio dicta dec.132.*
per tot, in cujus hypotheſi Teſtator ex nunc,
prout ex tunc privaverat heredem onera non
adimplentem, & rursùs, cùm, ex traditis in ſu-
perioribus locis, Contraveniens pœnâ priva-
tionis affici nequeat, niſi dolo malo Teſtatoris
voluntati obſequi recuſaverit, vix unquam eve-
niret, ut heres de dolo convinci poſſet ſinè in-
terpellatione, per ea, quæ tradunt *Venturin.* 38
conſ.49.num.82. cum plurib.ſeqq., *Altograd.conſ.*
84. num.42., *& plurib. ſeq.*, *Manſ. conſult.639.*
ex num.39.
Haud tamen negaverim, plures contrariam
ſequi opinionem ſentientes, interpellationem 39
non requiri, quando agitur de pœna ipſo jure,
ipſoque facto inducta ex hominis diſpoſitione,
ut apud *Altograd. contr.41.*, ſed iſtorum opinio
juſtum locum vindicare ſibi fortè poterit, quan-
do certò conſtat, heredem ſcientiam habuiſſe
pœnalis diſpoſitionis, quam quidèm ſcientiam
ſupponunt *Altograd. d.controv.41. num.16.*, *Ro-*
dulphin. alleg.41. num.3., iſto enim caſu, jure,
meritòque pœnâ privationis hereditatis plecti-
tur heres, qui deliberato animo, cogitatèque
contravenit Teſtatoris voluntati, at aliter res ſe
habet, ſi heres ignoranter præceptum Teſtato-
ris adimplere omiſerit, tunc enim ab omni pœ-
na immunis erit, ex iis, quæ alibi firmavimus.
Quamquam verò hæc omnia exuberare vi-
deantur, ut Silvia exeuſetur à pœna caducita-
tis, nihilominùs pro ea effugienda plura alia ab
ejus heredibus afferri poſſunt.
Primum eſt, quod, licèt voluntas Teſtatoris
religioſè ſervanda ſit, ejuſque parendum præce-
ptis, quando illa promanant ex ordinatâ ratio-
ne, ut puta ſi ad agnationis ſplendorem augen-
dum, vel bona apud Subſtitutos conſervanda di- 40
rigantur, at ſecus eſt, ſi agatur de aliis proihi-
bitionibus, quæ nullà prudenti, aut ſpecioſà ra-
tione ſubnixa videri poſſunt, qualis in noſtro
caſu videtur prohibitio, de qua agitur, non ad Te-
ſtatoris, non ad Familiæ, non ad heredis com-
modum, neque ad ullum demum plauſibilem
finem

finem pertinens, hoc enim casu quælibet magis
æqua interpretatio capienda est pro evitanda
pœna caducitatis.
Secundum est, quod agitur de punienda he-
rede pœnà privationis hereditatis, non quidem
ob factum proprium, sed ob inobedientiam
Mariti, quo casu, ubi datio purè facta est de
hereditate, ademptio autem facta sub condi-
tione dependente à voluntate alterius, licèt
41 disputent Doctores, nùm defectus conditionis
ob factum illius tertii impediat adquisitionem,
& in hac quæstione, uti verior, & æquior præ-
valuerit negativa opinio *Bartol.*, ita intelli-
gens dictum *Alfeni in l. Paterfamilias 44. ff. de
hered. instit.*, quod placuit etiam *Baldo in leg.
unica num.* 10., *Cod. de his*, quæ pœnæ nomine,
Peregr. de fideic. art. 11. num. 86. cum seqq., *Du-
ran. de condit. & modis impossibil. part. 3. cap. 9.
ex num. 14.*, *Galganett. in tract. de condit., & de-
monstr. part. 2. cap. 5. quæst. 3. num. 9.*, *Cresp.
de Valdour. observ. 22. num. 76. & sequen. tom. 1.*,
qui monet, non esse discedendum à sententia,
quæ placuit *Bartolo*, & *Baldo*, *Rota coram Coc-
cin. decis.* 1899. *num.* 10., & *seqq.*, *decis. 1944.
num.* 20., & *seqq.*, *coram Dunoz. Jun. decis.* 882.
42 *num.* 3., & 4., nihilominus res omni vacat dif-
ficultate in nostra hypothesi, in qua hereditas
nedùm purè relicta fuerat, sed jam quæsita Sil-
viæ, diuque ab eadem possessa, quo casu pœ-
nam ademptionis ex facto alterius impositam
heredi, injustam esse, & illicitam, respondit *Al-
fenus dicta leg. Paterfamilias*, inquiens, *nemi-
nem ex facto alterius*, *neque hereditati alligari*,
neque exheredari posse, & notant ibi cum *glossa
Bartol.*, & *Bald.*, aliique mox relati, *Rota de-
cis. 168. num. 4. part. 1. rec.*, & per hæc eadem
verba dictum fuit in una *Romano Immissionis 26.
Martii 1696. §. Hujusmodi enim objecti*, *coram
43 meo de la Tremoille*, ut enim ait *Peregrin. loco
jam citato*, pœnæ demerentibus, & non meren-
tibus pro sui natura imponuntur.
Tertiò denique his omnibus addendum, quod
agitur de pœna expetenda ab heredibus Silviæ,
adversus quam, dùm esset in humanis, nun-
44 quam substitutus in casu contraventionis egit ad
dictam pœnam caducitatis, quæ proindè ab ea-
dem remissa censetur, juxtà *Gloss. finalem in
cap. ultimo de donat.*, & *in leg. final.*, *C. ad le-
gem Juliam de adulteriis*, *Cravett. cons. 59. num.
7.*, & 8., *Torr. de majorat.*, & *Primogen. Ital.
part. 2. quæst. 52. num. 17.*, *Card. de Luc. de
fideicom. disc. 148. num. 3.*, *Palm. alleg. 143. n. 32.
& seqq.*, *Reynoso observ. 40. num. 8.*, & 9., lo-
45 quens in casu pœnæ caducitatis ipso facto, ipso-
que jure impositæ, firmatque, quod prò ea per-
sequenda adversus heredes requiritur contesta-
tio litis cum Defuncto.
Ex quibus cùm plenè demonstratum videri
possit Silviam nullam subiisse pœnam caducita-
tis, quodque, ut mox dictum est, quatenus ea-
dem in illam incurrisset, prò illa agi non posset
adversus ejus heredes, prout quærebatur in pri-
mo, & secundo quæsito, frustraneum erit quæ-
rere, ad cujus favorem illa adjecta dici debeat

executoris nè, vel here lis, de quo disputandum solùm esset ex supposito, quod Silvia heres incidisset in commissum.

Vasionen. Laudemii.

Laudemium ab exraneo solvi debet ex donatione licèt temporaria emphyteusis ad quoscumque heredes, & successores transmissibilis. Donatio non est *temporaria* ex adjecto restitutionis onere, ubi non certa dies, sed quidam restitutioni modus est designatus. Laudemium tricenario temporis spatio contrà Dominum directum alienationis ignarum non præscribitur.

VOTUM XI.

1 *Laudemium ab herede, licèt extraneo, in investitura comprehenso non debetur.*
2 *Laudemium quis præstare non tenetur ex temporaria donatione.*
3 *Laudemii petendi jus aufert tricenaria præscriptio.*
4 *Laudemium præstari debet pro qualibet alienatione, sive concessione utilis dominii rei emphyteuticæ.*
5 *Sivè fiat per contractum inter vivos, sivè in ultima voluntote*, & num. 17. & 19.
6 *Sive titulo oneroso, sivè lucrativo.*
7 *Procedit, si novus Adcquisitor possessionem acceperit.*
8 *Laudemii solutio ex liberali etiam donatione fieri debet.*
9 *Præsertim, si tum ex consuetudine, tum ex regulamentis id juris sit.*
10 *Uxor extranea censenda est, si in investitura non sit comprehensa, & viro ab intestato non successisset.*
11 *Statuti municipalis dispositio attendenda in primis est, ubi agitur de Laudemii solutione.*
12 *Statuta Comitatus Venaissini præcipiunt, Laudemia ex donationibus præstanda esse.*
13 *Exceptis, quæ fiunt personis conjunctis usque ad quartum gradum.*
14 *Idque de emphyteusibus hereditariis disponunt.*
15 *Laudemium debetur ex dispositione quacumque facta de emphyteusi ex pacto, & providentia.*
16 *Ludovicus Bellus* cons. 238. *loquitur de rei emphyteuticæ dispositione facta in ultimo voluntote.*
Et in his terminis Card. de Luc. de emphyt. disc. 49. = num. 18.
20 *Laudemium causam habet à translatione dominii*, & num. 37.
21 *Et Domino directo penditur in signum subjectionis.*
22 *Emphyteutica res potest, invita etiam Domino directo, alienari.*
23 *Ei tamen Laudemium semper debitum est.*
24 *Laudemium Domino directo ex alienotione*

rei emphyteuticæ semper debetur, nisi ab eo fuerit remissum.

25 *In emphyteusi ex consensu Domini ad quoscumque transmissibili, heredes, licèt extranei, compræhensi reputantur.*

26 *In Emphyteusi, ex consensu Domini, ad quoscumque transmissibili, licita est alienatio.*

27 *At novus emphyteuta non eximitur à solutione Laudemii.*

28 *Laudemium solvere non tenentur, qui principaliter in Investitura contemplati sunt.*

29 *Secus, qui latissimo tantùm modò in ea sunt comprehensi, per concessionem factam heredibus, & successoribus quibuscumque.*

30 *Novus Emphyteuta semper dicitur, qui in Investitura latissimo tantùm modo contemplatus est.*

31 *Laudemium ex rei emphyteuticæ donatione, aut alienatione debetur, modò per eam translatum sit dominium, & licèt ea sit resolubilis.*

32 *Procedit, sivè resolutio contingat ex facto Hominis licèt necessariò, sive voluntate Contrahentium, sive juris potestate.*

33 *Resolutio donationis non retrotrahitur ad tempus, quo donatio facta est.*

34 *Resolutà donatione, non tenetur Donatarius restituere fructus media tempore perceptos.*

35 *Laudemia semel debita ex donatione, eà resolutà, non desinunt deberi.*

36 *Laudemia, dum semel dominium translatum est, perpetuò debentur.*

38 *Laudemium, resolutà donatione, ex qua pendendum fuit, deberi non desinit.*

39 *Laudemium debetur, si, resolutà alienatione rei fideicommissariæ, restitutio fiat.*

40 *Laudemium ex donatione debitum, eà etiam revocatâ, solvendum est.*

41 *Laudemium præstandum est ex venditione facta cum pacto retrovendendi.*

42 *Laudemium ex venditione facta ad vitam Venditoris debetur, si is ultra modicum tempus vixerit.*

43 *Laudemium solvi debet ex locutione ad decennium.*

44 *In Conductorem ad decennium reale dominium transferri dicitur.*

45 *Laudemium ex donatione præstandum est, non obstante onere res donatas alteri restituendi.*

46 *Dispositio, ex qua Donatarius cogatur res donatas alteri in morte restituere, temporaria non est, sed perpetua.*

47 *Donatio resolubilis, cui tempus est adpositum, eam non limitans ultra idem tempus, sed personas tantùm indicans, quibus postea adquisitio fiat, perpetua censenda est.*

48 *Donatio facta donec Donatarius vixerit, ex hac temporis, licet incerti, adjectione temporaria dicitur.*

49 *In donatione temporaria ex temporis, licèt incerti, adjectione, incertitudo ad certitudinem pro effectu Laudemii redigenda est ad normam* l. hereditatum, ff. ad l. Falcid.

50 *Donatio temporaria ex temporis, licèt incerti, adjectione ut à Laudemio non eximatur, sat est verisimilitudo, quod Donatarius decem annos à donatione sit victurus.*

51 *Maximè verò Laudemium ab eo debetur, si, quo tempore petitur, triginta, & amplius annos à donatione supervixerit.*

52 *In donatione temporaria ex temporis, licèt incerti, adjectione, ad effectum solutionis Laudemii, spectanda non est præsumptio* leg. hereditatum, ff. ad l. Falcid. *sed veritas, & subsecutus rei effectus.*

53 *In dispositionibus ad alicujus vitam factis, spectandum est, quamdiu is vixerit.*

54 *Laudemii præscriptio non incipit, nisi ex quo Dominus directus notitiam habuit alienationis.*

55 *Dominus directus non præsumitur scivisse donationem rei emphyteuticæ inter Conjunctos factam.*

56 *Ignorantia alienationis rei emphyteuticæ inter Conjunctos etiam præsumitur.*

57 *Eòque magis in Domino directo extraneo.*

58 *Scientia donationis rei emphyteuticæ in Domino directo non præsumitur, si à Donantis Filiis in Investitura compræhensis fuerit in Dominum recognitus.*

59 *Ad præscriptionem tricenariam contra Dominum directum inducendam, tempus pupillaris ætatis ejus authoris, necnon minoritatis ejusdem Domini subducendum prius est,* & num. 60.

61 *Laudemii præscriptio à Debitore, ob ejus malam fidem, nequit allegari.*

DONATIONE irrevocabili inter vivos, & ad normam Regulamentorum Patriæ Venaitinæ insinuationis solemnitate confirmatà, N. de Imbert omnia bona sua donaverat Uxori adjecto onere, cùm moreretur, illa restituendi uni ex communibus filiis, cum quibus illa à tempore obitus viri usque in hanc diem cohabitando, D. Marchionem de Castellane Dominum directum bonorum in dicta donatione compræhensorum in errorem, credulitatemque induxit, quod eadem jure legitimæ successionis ad filios delata essent, materque illis usufructus, vel alio quopiam titulo frueretur, quam quidem credulitatem confirmavit filius d. Imberti, uti heres Patris in eorum Dominum directum agnoscens Baronem.

Verum hunc errorem, in quo diù Ministri D. Marchionis versati fuerant, depulit subsecutus eventus; nam, cùm ille optasset quoddam suum Predium permutare cum alio Prædio hereditario d. Imberti, hujus filius ingenuè fassus fuit, permutationem peragi non posse, eo quod illud pertineret ad Matrem jure donationis universalis eidem factæ à Viro, qui, ut dictum est, Donatariæ potestatem fecerat bona restituendi uni ex filiis, remque ita se habere confirmavit, tum Instrumentum insinuationis donationis deindè repertum, tum etiam quoddam testamentum à dicta muliere conditum; quamobrem Ministri D. Marchionis cupientes in-

incolume servare jus Domini directi, quærunt,
an ex hujusmodi donatione eidem Laudemium
debeatur?

Illudque non competere dici posse videbatur,
quia agitur de Emphyteusi hereditaria, & trans-
missibili ad quemcumque heredem, sive succes-
sorem extraneum, qui, utpotè comprehensus
in investitura concessa prò heredibus, & suc-
1 cessoribus quibuscumque, nullum proindè Do-
mino directo Laudemium præstare teneatur,
per ea, quæ latè disserit in nostris terminis *Lu-
dovicus Bellus cons. 138., Card. de Luc. de em-
phyt. disc. 49.*

Præterea cum Donatariæ adjectum fuerit
onus res donatas restituendi uni ex filiis Donan-
2 tis, Laudemium nullum solvendum esse dice-
batur ex donatinne temporaria, & per quam
dominium irrevocabiliter illi quærebatur.

Et demum contrà Dominum directum urget
tricenaria præscriptio, quà jus petendi Laude-
3 mium sublatum fuit *Ripolla variar. resol. cap. 7.
num. 395., Caucer. variar. resol. part. 1. cap. 12.
num. 10., Antonell. de tempor. legal. lib. 3. cap. 7.
num. 87., Niger de Laudem. quæst. 18. num. 24.
tom. 1.*

At re bene perpensâ, veriùs meo Judicio cre-
derem, D. Marchioni deberi Laudemium; ipsi
enim favet universalis regula, quà statuitur,
4 illud solvendum esse prò qualibet alienatione,
sive concessione utilis dominii rei emphyteuti-
5 cæ, vel feudalis, sivè fiat per contractus inter
vivos, sivè in dispositione ultimæ voluntatis,
6 sive titulo oneroso, sivè lucrativo, modò sequa-
tur ipsa actualis traditio rei, & nnvus Adquisi-
7 tor rei emphyteuticæ possessionem acceperit
aliquo ex iis modis, per quos dominium
re ipsâ transfertur *Gibullin. de usur. lib. 4. cap. 4.
art. 2. num. 1. & 7., Paitell. expedit. caus. civil.
annot. 10. num. 78. & seqq., Fontanell. dec. 281.
num. 15.*, & passim apud alios, quam sanè regu-
lam justum locum sibi vindicare, etiam in
8 translatione utilis dominii in extraneum facta
titulo liberalis donationis, disertè in nostris ter-
minis firmavit *Rota in una Avenionen. Pecunia-
ria coram bon. mem. Emerix inter ejus impressas
9 decis. 750.*, tradens, id Juris tum ex consuetudi-
ne, tùm ex regulamentis constitutum esse, &
præter ibi allegatos, docuere *Cujac. in lib. 4.
Cod. tit. 66. tom. 5. oper. posth. fol. mihi 447., Fa-
ber in eumdem lib. Cod. tit. 43. definit. 29., Hart-
man. Pistor. lib. 1. quæst. 50. num. 31., Molphess.
ad consuetud. Neapol. part. 2. quæst. 8. num. 9.,
Fulgin. de emphyt. tit. de Laudem. quæst. 6., An-
tonell. de tempor. legal. lib. 3. cap. 7. num. 10. &
seqq., Cancer. variar. resol. part. 1. cap. 11. n. 11.
& seqq., Ventrigl. in prax. rer. notab. annot. 39.
§. 1. num. 12., Vivius decis. 496. num. 9. & 12.,
Panimoll. decis. 4. annot. 1. num. 36.*, ideoque,
cum Uxor d. Imberti extranea censenda sit, non
10 enim compræhensa legitur in investitura, & vi-
ro ab intestato non successisset *Franch. dec. 417.*,
jure meritòque cogi debet ad Laudemii solu-
tionem.

Nilque turbant rationes dubitandi in contra-
rium adductæ; nàm, quod attinet ad primam,
ea plenè submota videtur ex censura legis mu- 11
nicipalis, quæ in his causis præcipuè valet, per
ea, quæ tradit *Niger de Laudem. tom. 1. quæst. 4.
art. 1.*, regulamenta siquidem, quibus regitur
Comitatus Venaissinus, expresse præcipiunt, 12
Laudemia deberi ex donationibus rerum Em-
phyteuticarum, exceptis illis factis personis con- 13
junctis usque ad quartum gradum, testè *Rota
d. decis. 750.*, nec venit in dubium, illa loqui de
emphyteusibus hereditariis, quales quoad suc- 14
cessiones, & alienationes censentur illæ Comi-
tatus Venaissini, atque etiam quia, si non age-
retur de emphyteusi hereditaria, quæstio esset
de re non dubia, non autem ut illud deberi ex 15
dispositione quacumque facta de emphyteusi ex
pacto, & providentia *Ludovic. Belli cons. 138.
num. 1. & 2.*

Nec urgent auctoritates in contrarium allega-
tæ, quia *Bellus* profitetur loqui de dispositione 16
rei emphyteuticæ facta per viam ultimæ volun-
tatis, qui non est casus noster, cùm agatur de
translatione dominii utilis facta in extraneum
Jure donationis inter vivos, ex qua deberi lau-
demium, re mature discussâ, decidit *Rota dicta* 17
decis. 750., & non dissentit ipsemet *Bellus*, quà
distinctione respondetur etiam *Card. de Luc. dict.
disc. 49.* pariter loquenti de Emphyteusi extra-
neo per testamentum relicta, licèt etiam hoc 18
casu contrà præfatos Auctores substinere posse-
mus, communiorem, verioremque esse opinio-
nem sentientium Laudemium deberi, ut docue- 19
runt *Gratian. discept. 377. ex num. 10.*, *ibique de
Luca num. 6., & seqq., & in annot. ad Ventrigl.
in prax. rer. notab. annot. 39. §. 1. num. 7., Hodiern.
ad Surd. decis. 93. ex num. 35., Antonell. de tem-
por. legal. lib. 3. cap. 7. num. 33.*

Et rectè quidem, nam Laudemium causam
habet à translatione dominii *Faber. in lib. 4.* 20
*tit. 34. definit. 1. num. 7., & tit. 43. definit.
4. num. 1., definit. 28., & definit. 65.*, pen-
diturque in signum subjectionis Domino di- 21
recto, idem *Faber dict. tit. 43. definit. 1. n. 18., & 23.,
Paitell. expedit. Caus. civil. annot. 10. num. 81.,
Laguvez. de fructib. part. 1. cap. 13. nu. 12.*, ideo-
que, licèt qualitas hereditaria, & alienabili-
tas rei emphyteuticæ operetur, quod illa sinè 22
consensu Domini directi, quinimo, ipso etiam
invito, alienari possit, at non etiam efficit,
quin Laudemia non debeantur, quippe hæc sem- 23
per reservata censentur, nisi à Domino directo
fuerint expresse remissa *Cujac. in lib. 4. Cod. ad* 24
*tit. 66. tom. 5. oper. posth. fol. 447. lit. C., Ventrigl.
in prax. rer. notab. annot. 39. §. 1. num. 14., Ho-
dierna ad Surd. decis. 93. num. 38., Hartman. Pi-
stor. lib. 1. quæst. 50. num. 7. & seqq., Rossentul. de
feud. cap. 9. membr. 1. conclus. 42. num. 12., Vi-
vius dict. decis. 496. num. 12., Panimoll. decis. 4.
num. 26., & seqq.*

Parvique refert, quod heredes, tametsi ex-
tranei, comprehensi censeantur in simili em- 25
phyteusi ex consensu Domini ad quoscumque
transmissibili, quia hujusmodi consensus licitam
quidem reddit alienationem, quæ alioquin non
subsi-

ſubſiſteret, at non eximit à ſolutione Laudemii
26 debiti non ratione conſenſus, ſed pro Inveſtitu-
27 ra, & traditione poſſeſſionis, quam novus em-
phyteuta à Domino directo accipere debet *Gra-
tian.dict.diſcept.377. num.13. & ſeqq., ibique de
Luca, Fulgin. de Emphyt. tit. de var. caducit. qu.
16. num 6., & tit. de Laudem quæſt.2. num.2.,&
quæſt.8. num.14., & quæſt.14. num. 4., Hodiern.
ad Surd.deciſ.93. ſub num. 44., Paitell.expedit.
Cauſ. civil. annot. 10. num. 77., & ſeqq., Hart-
man. Piſtor.lib.1. quæſt. 50.ſub num. 3., cum aliis
apud Lagunez. de fructib. part.1. cap.13. num. 9.,
& ſeqq.*

Contraria verò procedunt favore illorum,qui
28 principaliter contemplati, & comprehenſi fue-
runt in Inveſtitura, & in ipſo primo actu con-
ceſſionis, cujus vigore abſque facto hominis ab
inteſtato ſucceſſiſſent, at aliter res ſe habet,
quando agitur de eo, qui latiſſimo ſolùm mo-
do comprehenſus in conceſſione facta pro here-
dibus, & Succeſſoribus quibuſcumque, ſinè fa-
29 cto hominis, & Jure legitimæ ſucceſſionis rem
emphyteuticam aſſequi minimè poteſt, is enim
reſpectu Domini directi ſemper dicitur novus
30 emphyteuta indigens Inveſtiturâ, & traditione
realis poſſeſſionis, juxtà *deciſ. Franch. 447.*,
quam ſequuntur *Gratian. dict. diſcept.377. num.
35. ibique de Luca, Molpheſ.ad conſuetud. neapol.
part.2.quæſt.8. num. 9., Antonell de tempor. le-
gal.lib.3. cap.7. num.33., Hodiern. ad Surd. dict.
deciſ.93. num.38., Paninoll. dict.deciſ.4. nu.28.*,
quæ obiter attigiſſe fas ſit, ut magis, magiſque
in noſtra hypotheſi elucescat, ſinè dubitatione
ulla Laudemium deberi.

Expediti à primò, proficiſcimur ad ſecun-
dum objectum fundatum in eo, quod donatio
fuerit temporaria cum reſolubili dominii trans-
latione facta in Donatariam gravatam reſtituere
uni ex filiis, prò quo objecto refellendo ſatis eſ-
ſet reſpondere, quod, ſi donatio, aut quælibet
alia alienatio conſtiterit ab initio, ex eaque
translatum ſit per venditionem dominium, non
31 eò minus Laudemia debebuntur, quod ex poſt
facto alienationem illam reſolvi contigerit, ſivè
fiat ea reſolutio interveniente hominis facto li-
32 cèt neceſſario, ſivè ex ſpontanea Contrahen-
tium voluntate, ſivè ipſâ etiam Juris poteſta-
te, nam quemadmodum hujuſmodi revocatio
33 non retrotrahitur ad tempus donationis, ut ex
eo apparet, quod fructus medio tempore per-
34 ceptos reſtituere Donatarius non cogitur, ità
fieri non poteſt, ut ſemel debita Laudemia, ob
35 ſolam donationis reſolutionem deberi deſinant,
ut enim perpetuò debeantur, ſufficit ſemel
36 translatum fuiſſe dominium ex ea cauſa, quæ
ſu. naturâ potuerit eſſe perpetua, cum ſola do-
37 minii translatio illa ſit,quæ Laudemiorum præ-
ſtandorum obligationem parit, ut his verbis
concludit *Faber. in Cod.lib.4. dict. tit.43. definit.
28., & definit.45.*

Quamobrem, ſi Juris poteſtate, ob ſuperve-
nientiam nempe filiorum, donationem revoca-
ri contingat, Laudemium ſolutum Domino di-
38 recto deberi non deſinit, ut, præter *Fabrum* lo-
co mox citat, tradit *Hartman. Piſtor. lib.1. qu.
50.num.48.*, prout etiam reſolutio alienationis
rei ſubjectæ fideicommiſſo legis auctoritate fa- 39
cta, eveniente caſu reſtitutionis, non eximit ab
obligatione ſolvendi Laudemium *Antonell. de
tempor.legal. lib.3. cap.7. num.44.*

Pariterque, ſi facto hominis ſivè neceſſario,
ſivè voluntario aliquando illam revocari contin-
gat, non idcirco, eâ ceſſante, ceſſare dicitur cau- 40
ſa debendi Laudemium, quod proindè præſtan-
dum eſſe ex venditione facta cum pacto retro- 41
vendendi tradiderunt *Anton. Faber. de error.
pragmat. decad. 5. error.3.num.10., & ſeqq., Gi-
ballin. de uſur.lib.4. cap.4. art.3. num.13., Hart-
man. Piſtor.lib.1. quæſt.50. num.8., Bonden. col-
lect.legal.35. num.54., & ſeq. lib. 1., Ventriglia
in prax. rer. notab. annot.39. §.1. num.3., Pani-
moll. deciſ.4. annot 1.n.30., num.60.*, illud deberi
affirmans, etiam venditione facta ad vitam 42
Venditoris, ſi is vixerit ultrà modicum tempus,
idemque ſolvendum eſſe ex locatione ad decen-
nium, quia per illam in Conductorem reale 43
dominium transferri dicitur, tradiderunt *Amad.
de Pont. de Laudem. quæſt.84., Hartman. Piſtor.* 44
*lib.1. dict.quæſt.50.num.31. in fin., Tondut. reſol.
Civil. cap.41. num.12. part. 1., Ventrigl. in prax.
rer.notab.annot.39.§.1.num.22., Vivius deciſ.496.
ſub num.11.*

Sed propiùs ad rem noſtram, fruſtra ſolu-
tio Laudemii evitari contenditur eo ſub colore,
quod donationi adpoſitum fuerit onus res do-
natas alteri reſtituendi, ideoque temporaria 45
cenſenda ſit, quia cùm illa reſpectu temporis
ſimpliciter facta ſit, nullàque certæ, vel in-
certæ diei præfixione limitetur, ſed ſolùm con-
tineat modum, ſivè gravamen, ob quod Do-
nataria, cùm moreretur, alteri res donatas re-
ſtituere cogitur, diſpoſitio non dicitur tempo-
raria, ſed perpetua, quia, cum tempus non 46
fuerit adpoſitum ſubſtantiæ donationis, adeout
limitando acquiſitionem, ultrà tempus præfini-
tum non duret, ſed ſolum limitet, atque de-
ſignet perſonas,quibus acquiri debeat poſt mor-
tem Donatariæ, acquiſitio proindè ab eadem ſe- 47
mel facta, ſuâpte naturâ perpetua dicenda erit,
etiamſi poſteà evenerit caſus fideicommiſſi, ut
benè in his terminis docuit *Cancer. variar. reſo-
lut.part.1. cap.11. num.85.*

Immò verò, tametſi donatio, de qua agitur,
ſimpliciter facta legeretur, donec Donataria
vixerit, ideoque adjectione temporis quamvis
incerti, temporaria diceretur, & pro decer- 48
nendo Laudemio, temporis incertitudo ad cer-
titudinem redigenda eſſet, ſervatâ normâ tra-
ditâ in famigerata *leg. hereditatum ff.ad leg. fal-* 49
cid., ut hunc caſum diſtinguendo ab alio, voluit
idem *Cancer. loco citato*, nihilominus Laude-
mium debitum eſſet, tum quia veriſimile eſt,
quod Donataria tempore donationis ejus eſſet 50
ætatis, ut ipſius vita annis decem comparari
poſſet, tum etiam quia, cum tempore, quo, de-
tectâ dictâ donatione, factus fuit locus petitioni
Laudemii, illam triginta, & amplius anni Do-
naturi ſupervixiſſe conſtet, ſequenda non eſſet 51
præ-

præsumptio dictæ legis, sed spectanda veritas,
52 & subsequutus rei eventus *ad Text. in leg. cum*
Titio 55. ff. ad leg. falcid., Gratian. discept. 756.
num. 49. & seq., Rota coram Coccin. decis. 1567.
num. 11., & seqq., decis. 128. post Merlin. de le-
git., in Pisauren. Pecuniaria 23. Martii 1696. §.
final. coram R.P.D. Pio, & in Callien. Bonorum
26. Aprilis 1697. §. Hoc unum Domini cum seqq.
coram Illustrissimo dell'Olmo Magno Archicancel-
lario Mediolanen., & in nostris terminis, quod
in dispositionibus factis ad vitam alicujus spe-
53 ctandus sit subsequutus eventus, quamdiù scili-
cet is vixerit, tradit *Antonellus de tempor. le-*
gal. lib. 3. cap. 7. num. 76., Panimoll. decis. 4. an-
not. 1. num. 60. alios referens.

Neque verò ex eo, quod tam diuturno tem-
pore Dominus directus Laudemium petere di-
stulerit, D. Adversariæ proderit diffugium præ-
scriptionis tricenarii temporis, quia, cum hæc
currere oon incipiat, nisi à die, quo Dominus
54 directus habuit notitiam alienationis *Ripolla*
variar. resol. cap. 7. num. 396., & seqq., Antonell.
de temp. legal. lib. 3. cap. 7. num. 87., nullâ justâ
55 ratione affirmari potest, illum novisse hanc do-
nationem factam inter conjunctas personas, nam
si hujusmodi actuum ignorantia præsumitur,
56 etiam inter dictas personas, per ea, quæ tradunt
Altograd. cons. 43. num. 68. lib. 2., Surd. cons.
7. num. 53. cons. 51. num. 31., Rota coram Vbald.
decis. 230. num. 4., quantò potiori Jure præsu-
57 menda erit in extraneo Domino, videlicet dire-
cto, in quo, ut inquit *Cancer. var. resol. part. 1.*
cap. 12. num. 11., cum scientia præsumatur, eo
quod viderit rem emphyteuticam in alium alie-
58 natam, procul dubio præsumptio ista cessat con-
trà D. Marchionem, qui à Donantis filiis, ad
quos Jure legitimæ successionis emphyteusis de-
ferenda erat, in Dominum recognitus fuit?

Prætereaque subducenda essent tempora pu-
59 pillaris ætatis D. Uxoris, & Auctricis D. Mar-
chionis *leg. sicut 3. ibique Glossa Cod. de præsumpt.*
30. annorum, Rota coram Gregor. decis. 489. num.
13., in Cavallicen. legitimæ 11. Decembris 1682.
§. final. coram Rmo dict. Hervault Archiepiscopo
Turonen., nec non etiam tempus minoritatis,
60 ob quam eidem succurrendum esset, *Card. de*
Luc. de Judic. disc. 21. num. 37., & seq., & de-
nique illud, quo fuit sub legali administratione
Viri, maximè cùm agatur contrà ipsam debi-
61 tricem Laudemii, quæ ob malam fidem præ-
scriptionis beneficio juvari nequit, *Card. de Luc.*
de Dot. in summ. num. 352.

VOTUM XII.

1 *Donatio inter vivos irrevocabilis est, & perpetua.*

2 *Donatio inter vivos, nisi Donans pacto reversivo sibi caverit, per Donatarii prædecessum non resolvitur.*

3 *Donatio inter vivos ad quoscumque Donatarii heredes transmittitur*, & num. 22.

4 *Filiorum, & Descendentium nomine veniunt Fæminæ*, & num. 5., & 33.

6 *Donatio, si est ex caussa amoris, & liberalitatis erga nepotes, pro fæminis etiam sustinetur.*

7 *Qualitas* masculinitatis *adjecta in particulari institutione, est in universali subaudienda, si eædem in utraque personæ fuerunt nominatæ.*

8 *Procedit etiam quoad diversas personas, ubi sint de eadem Testatoris agnatione.*

9 *Agnationis conservandæ votum masculos tantùm, non fæminas admittit*, & num. 41.

10 *Substitutio fæminarum, in defectum masculorum ordinata, istorum, non earum institutionem supponit, ne aliàs videantur sibi ipsis substitutæ.*

11 *Donatio se referens ad testamentum, declarationem ab eo recipit.*

12 *Referens dicitur in relato inesse*, & num. 38.

13 *Referens ex se importat expressionem omnium in relato dispositorum*, & num. 40.

14 *Amplia, ut id procedat etiam cum expressio pro forma requiritur.*

15 *Relatio secumfert quamdam cum relato dependentiam, & unitatem.*

16 *Relatio efficit, ut ex relato, non ex referente agatur.*

17 *Referens nequit majus conferre jus, quàm relatum.*

18 *Relatio ad testamentum dicitur adesse in donatione, si Donans illi se conformare declaraverit.*

19 *Relatio donationis ad testamentum rectè ex his verbis colligitur*, che in caso morissero detti Donatarj senza figli, in detto caso avesse luogo la disposizione paterna.

20 *Relatio donationis ad testamentum, ut habita censeatur, benigna sumenda est interpretatio.*

21 *Donator non censetur seipsum in concursu fæminarum excludere, ubi se conformat testamento eas excludenti.*

23 *Donatio inter vivos, ut transitoria ad quoscumque heredes judicetur, spectanda est Donatoris voluntas.*

24 *Judicis est eam voluntatem explorare.*

25 *Donantis voluntas, ut censeatur ad quoscumque heredes directa, ex causa finali dimetienda est.*

26 *Causa autem finalis dicitur, non quæ Donatarii, aut Tertii, sed Donatoris utilitatem respicit.*

27 *Intellige non tantùm utilitatem pecuniariam, sed etiam affectionem Donatoris.*

28 *Donatio, quæ fit pro tertiis personis, utque ex*

Asculana Donationis.

Donatio inter vivos facta *filiis, & Descendentibus* cum relatione ad testamentum, in quo contemplata fuit agnatio, nihil prodest Fæminis, præsertim quum Donator vir fide dignus adseveraverit, mentem suam fuisse eas excludendi. Donatio inter vivos intelligi debet facta de juribus præsentibus, non de futuris inexcogitabilibus.

ex certa caussa, eâ cessatâ, resolvitur.
29 *In donatione spectari debet, cuinam Donans dare voluerit, non pro quibus Donatarius adquirere intellexerit.*
30 *Filii, & Descendentes ubi in ultima voluntate fuerunt nominati, latior sumenda est interpretatio pro fœminarum comprehensione.*
31 *In contractibus masculinum non concipit fœminum.*
32 *Filiorum appellatio in contractibus ad masculos tantùm restringitur.*
34 *Filiorum, & Descendentium nomine non veniunt fœminæ in donatione, ubi Donatoris interesse admixtum est ratione pacti reversivi,* & num. 35
36 *Filiorum, & Descendentium nomine, ut fœminæ dicantur comprehensæ, interpretatio sumenda est a Testatoris mente.*
37 *Donator se conformans testamento, censetur fœminas in eo exclusas voluisse pariter excludere.*
39 *Verbum* Pienamente *importat absolutum, nullaque ex parte diminutum adimplementum.*
41 *Liberalitatis caussa in donatione expressa, nil aliud, quàm spontanei actus naturam indicat.*
42 *Liberalitatis caussa in donatione secû non fert independentiam a contemplatione agnationis.*
43 *In donatione caussa impulsiva non curatur, si finalis deficit.*
44 *Declarationi Donantis, quod masculis tantùm donare intellexerit, standum est,* & num. 49.
45 *Præsertim si morum integritate sit, ac Sacerdotali Charactere insignitus,* & num. 46.
47 *Præsumptio est, quem nolle in senectute cum præjudicio animæ suæ mentiri.*
48 *Declarationi Donantis in dubio est deferendum, cùm illud ex interpretatione verborum donationis derivatur.*
50 *Substitutio linearis reciproca. Inter omnes filios, ac nepotes masculos debet favore superstitis masculi locum habere.*
51 *Substitutio linearis reciproca quod fuerit a Testatore demandata, conjecturis opus non est, si de ea ex verbis testamenti clarè constet.*
52 *Substitutio linearis reciproca conjicitur ex inculcato, & sæpius repetito conservandæ agnationis voto.*
53 *Aliæ ad id expenduntur conjecturæ,* & n. 54. 55., & 56.
57 *Substitutio linearis reciproca longè faciliùs inducta censetur, ubi non inter transversales agatur, sed inter Descendentes Testatoris.*
58 *Donatio, si futurum tempus non respiciat, nequeunt dici donata jura in futurum competentia.*
59 *Sed debet censeri restricta ad jura solummodo præsentia.*
60 *Donatio nequit dici comprehendere successionem ad favorem Donatoris deinde apertam, tempore donationis excogitabilem.*
61 *In donatione a Patre facta filio non comprehenditur legitima ex bonis filii prædefuncti debita Patri.*
62 *Cedere sua jura quisque potest in sui præjudicium.*
63 *Factum proprium non licet impugnare.*
64 *Cedi possunt, ac donari bona emphyteutica, si ex generali Provinciæ consuetudine, vel peculiari constitutione redacta sint ad instar allodialium.*

TITIUS die 30. Decembris 1667. postremum condidit testamentum, in eoque in primis heredes singulares in quodam prædio scripsit Sempronium, & Pamphilum suos ex filio prædefuncto nepotes, eâ redditâ ratione, quod sibi semper in animo fuerat, & in votis promovere commoda, & utilitatem filii sui jam defuncti, ejusque filiorum, verbis illis = *Perchè la mia intenzione è sempre stata avvantaggiare N. mio figlio già defonto, e suoi figli, di qui è che istituisco Eredi particolari Sempronio, e Panfilo &c. nella possessione &c.* subdiditque postmodum illa verba = *qual Tenimento di Terra voglio, che si mantenga sempre, e sia di detti miei Nipoti, e loro figli, e Descendenti maschi per conservazione della mia agnazione.*

Postea verò heredes universales æquis portionibus instituit Cajum, & Stichum filios suos, & dictos Sempronium, & Pamphilum nepotes, inter quos omnes reciprocam ordinavit substitutionem, quam porrigi voluit ad omnia omnino bona, etiam particularis institutionis titulo nepotibus relicta, inquiens = *E questo s' intenda di tutti li miei Beni anco sopra espressi, e lasciati per istituzione particolare di Sempronio, e Panfilo &c.* redditque hujus dispositionis rationem ex enixo conservandæ agnationis voto desumptam = *Perchè voglio, che i miei Beni tutti intieri si conservino di detti miei figli, Nipoti, e Pronipoti, e Descendenti in infinito per conservazione della mia agnazione, finchè piacerà a Dio conservarla* =, ob eamque caussam heredibus suis alienationem interdixit verbis illis = *E acciocchè i miei Beni si conservino sempre, ed in infinito nella mia agnazione, proibisco a tutti l'alienazione &c.*

Denique Sejæ nepti, si sese cœlesti sponso in Monasterio aliquo dicare noluisset, dotem illam reliquit, quæ Monasterio dari consuevit; sin verò nubere in sæculo maluisset; dotis nomine ei legavit scuta tria millia, eâ tamen, adjectâ conditione, ut renunciationem facere teneretur, subdendo statim ea, quæ sequuntur, verba = *Ma in caso, che per alcun tempo morissero Sempronio, e Panfilo miei Nipoti senza figli, e la descendenza, e agnazione loro, e mia rimanesse estinta, in tal caso voglio, che i miei Beni tutti, e senza destinazione alcuna devolvano a detta Seja mia Nipote, e a' suoi figli, e Descendenti con obligo d' assumere il cognome, e insegne di casa mia &c.*

Die 28. Junii 1689. Cajus unicus superstes ex filiis Titii Testatoris tum, ut se conformaret men-

menti, voluntatique illius, tum etiam, ut satistaceret amori, quo erga nepotes ferebatur, ac suæ ipsius liberalitati, atque munificentiæ, donavit irrevocabiliter inter vivos Sempronio, & Pamphilo nepotibus sua bona, ita tamen = *Che in caso morissero detti Signori Donatarii senza figli, e Descendenti loro legitimi, e naturali, in detta caso avesse luogo pienamente la disposizione del già Signor Titio Padre, e non respettivamente di essi Signori Contraenti* = Cùm autem nuper fato cesseriot Donatarii, superstite solùm Bertâ Sempronii filia nuptui tradita, & bona ab ipsis relicta (exceptis liberis, de quibus non agitur) triplicis generis sint, bona nempè donata, booa fideicommissaria, quæ scilicet ex testamento Avi dictis nepotibus quæsita fuerant, & bona denique emphyteutica partim ex donatiooe, partim ex dispositione Testatoris conflata, idcircò de pluribus dubitari contingit; An videlicet per obitum Donatariorum absque Filiis masculis factus sit locus resolutioni donationis favore Donatoris; &, quatenùs negativè; An donatio comprehendat bona illa fideicommissaria, quæ nepotibus donatariis obvenerunt, in quibus vigore reciprocæ substitutionis succedere debebat Cajus donator ad exclusionem fœminarum; Et quatenùs affirmativè respondendum videatur? tertio loco examinandum est, quid Juris statuendum sit respectu Bonorum emphyteuticorum; super quibus Dubiis jussus, ut pro veritate sententiam meam dicere velim, rem brevibus perstringam, & meum qualecumque Judicium proferam, haud miraturus, si alii me sapientiores in contrariam abjerint sententiam in tractatione merè conjecturali.

Remque ordiendo, primo quidem obtutu, mentisque conjectu respondendum videretur, donationem, de qua agitur, minimè esse resolutam, sed durare adhuc, ac viribus subsistere favore Bertæ filiæ Sempronii Donatarii. Et-
1 enim donatio inter vivos suàpte naturâ irrevocabilis est, & perpetua, & nisi Donans pacto
2 reversivo sibi caverit, per Donatarii prædecessum non resolvitur, sed ad illius heredes, qui-
3 cumque illi sint, transmittitur, ad *Text. in leg. 1. §. Igitur ff. de donat. leg. si quis argentum §. finali Cod. eodem*, *Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 21. num. 20.*, *Rota coram Emerix Jun. decis. 970. nu. 1.*, *in Cavallicen. donationis 1. Februarii 1706. §. Nec obstat coram Scotto, confirmata 21. Novembris 1707. §. Ita ex opposita coram Ansalda, & 2. Junii 1710. §. Sed res est coram Lancetta, & in Romana renunciationis 3. Junii 1711. §. Quo verò coram R.P.D. Aldrovanda*. Rursùs, cum in Instrumento donationis expressè conventum fuerit, dispositionem paternam fœminarum exclusivam vindicare locum sibi posse eo dumtaxat casu, quo Donatarii decessissent absque *filiis*, & *Descendentibus*, tantum abest, quod exclusa dici possit Berta, ut ea potiùs comprehensa censenda sit in prædicta donatione, tàm
4 enim *filiorum*, quàm *Descendentium* nomine veniunt fœminæ æquè, ac masculi, prout de verbo *Filiorum* est *Text. in leg. si quis ita ff. de testament. tutel.*, *Peregrin. de fideicommis. art. 25. num. 1.*, *Card. de Luca de fideicomm. disc. 36. nu. 2*, *Rota in rec. decis. 581. part. 5.*, *& decis. 324. utrobique num. 2. part. 17.*, *in Camerinen. fideicommissi 18. Martii 1707. §. Minùs, & §. Haud relevante coram Priolo, in Hortana Immissionis 6. Junii 1710. §. Nec relevare coram Caffarello, & latè in Romana fideicommissi R.P.D. Pauli de Alveris 11. Maii 1714. §. Extraneo coram R. P. D. Crispo*, & de illo alio *Descendentium* = dispo-
nitur in *Auth. de hered. ab intest. venien. §. Si* 5
quis igitur ibi = *Si quis igitur Descendentium fuerit &c. nulla introducenda differentia, sivè masculi, sivè fœminæ sint &c.* = *Decian. resp. 41. nu. 114. lib. 1.*, *Gabr. de verb. signific. conclus. 6. num. 106.*, *Paschal. de virib. patr. potest. part. 4. cap. 9. ex num. 492.*, *Rota coram Mantic. decis. 99. num. 22.*, *in rec. decis. 205. num. 1. part. 16. ad ornat.*, *Card. de Luc. de fideicomm. decis. 12. num. 12. in Mantiss. ad eumdem sub eodem tit. de fideicommis. decis. 25. num. 8.*, *& decis. 26. num. 12.*, *in Perusina fideicommissi 20. Februarii 1713. §. Ulteriusque coram Falconeria*; Fortiùs verò hæc urgent, si animadvertatur, istiusmodi donationem factam fuisse ex pluribus causis, ex quibus licèt aliqua deficere potuerit, subsistit tamen illa
amoris, & liberalitatis erga nepotes, quæ pro- 6
indè tam masculis, quàm fœminis conveniens, apta est substinendæ donationi favore Bertæ, ad tradita per *Natt. cons. 14. nu. 6.*, *Surd. cons. 361. num. 20.*, *& cons. 531. nu. 6.*, *Constantin. ad Statut. Urb. annot. 44. art. 3. num. 198. tom. 2.*, *Rota coram Merlino decis. 392. num. 12., & 13.*, *coram Dunoz. Jun. decis. 792. num. 18., & seq.*, *cum aliis in Perusina transactionis 8. Junii 1712. §. Ejusdemque coram Ansalda*.

Verum enim verò, tametsi hæc satis urgere posse videantur, nihilominus tamen re maturiùs, diligentiùsque perspectâ, crederem donationem prædictam reverâ fuisse resolutam, ideoque potiora esse Jura Caii Donatoris; nam cum Titius Testator in institutione particulari vocaverit filios, ac Descendentes masculos agnatos, & qualitas ista masculinitatis, tametsi in institutione universali minimè repetita, subau-
dienda omninò sit, tum quia ibidem adsunt il- 7
læmet personæ, quæ in particulari institutione nominatæ fuerunt *Rota ad ornat.*, *Card. de Luca de fideicommis. decis. 28. num. 3., & decis. 29 nu. 2.*, & licet essent diversæ, id tamen non officeret, quia omnes erant de eadem agnatione Testatoris, quo casu qualitas masculinitatis anteceden-
ter expressa, in subsequenti dispositionis parte 8
repetita censetur. *Buccafer. cons. 20. num. 10.*, *Ciroce. discept. 1. num. 10.*, *& ex aliis tradit Rota in Mantiss. ad clar. me. Card. de Luc. de fideicom. decis. 12. num. 6.*, tum quia Testator pluries, pluriesque expressit ardens conservandæ agna-
tionis votum, quod solos masculos admittit, ex- 9
cluditque fœminas, ut, relatis concordantibus, advertunt *Peregrin. de fideicommis. art. 28. num. 47.*, *Rota in rec. decis. 385. nu. 41., & seq. part. 9. decis. 410. num. 13., & seqq. part. 19., & in*

Mantisi. loco mox citato num. 8., & 9. tum de-
mum quia fœminas substituit in casu dumtaxat
extinctæ agnationis, quamobrem in institutione
de solis masculis sensisse dicendus est, ne alio-
quin, si in ea fœminas fuisse vocatas dicamus,
10 sequatur absurdum illud, quod fœminæ sint sibi
metipsi substitutæ, ut, aliis omissis, novissimè
admonuit Rota in Romana fideicommissorum 14.
Martii 1712. §. Nullo siquidem pacto coram R.P.D.
Crispo, & in Bononien. prætensi fideicommissi de
Ramacciotis 3. Julii 1713. §. Altera verò coram
Scotto. Ex hoc veluti ex necessario anteceden-
ti sequitur, quod in Caii donatione vocati so-
lummodò sint masculi, exclusæque fœminæ,
quia Donans professus fuit se conformare velle
menti, & dispositioni Testatoris, cujus quidem
11 conformationis, seù relationis virtute donatio
declarationem recipit, atque interpretationem
à testamento relato tam respectu formæ, &
ordinis, quàm respectu Personarum, ut benè
ad rem notarunt Dec. cons. 362., & cons. 497.
utrobique per tot., Soccin. Jun. cons. 75. num. 3. lib.
3., Decian. resp. 33. num. 125. lib. 1., Menoch. cons.
287. num. 32., & cons. 459. num. 19. vers. hic pri-
mùm dicimus; Cels. Ugo cons. 42. num. 7., Torr. de
pact. futur. successʃ. lib. 3. cap. 6. num. 31., & de Pri-
mog. Ital. part. 2. quæst. 20. num. 8. & seqq., Sami-
niat. contr. 201. num. 127., Castill. decis. 50., ibi-
que Adden. Urceol. decis. Florent. 11. num. 27.,
Rota coram Pen. decis. 486. num. 8., decis. 503.
num. 3., & decis. 967. num. 4., & 5. coram Bu-
ratt., decis. 471. num. 4. coram Peutinger., decis.
162. num. 5. coram Emerix Jun., decis. 598., &
decis. 845. utrobique num. 14., in Romana, seù
Reatina fideicommissi 23. Januarii 1697. §. At
hujusmodi coram Eño de la Tremoille, confirma-
ta 2. Decembris ejusdem anni §. Placuit coram
eodem, in Interamnen. fideicommissi 11. Decembris
1705. §. Plures namque & §. Nec descendit co-
ram Rño Molines, in Bononien. fideicommissi de
Rossenis 4. Junii 1708. §. Non relevante coram
bon. mem. Omanna, & in Romana fideicommisso-
rum 14. Martii 1712. §. Etsi malum coram Crispo,
& omnium optime Torr. de pact. futur. successʃ. dec.
46. nu. 3., & 4. ibi = Et secundum illius formam re-
stringitur contractus donationis, ut scilicet filius ma-
sculus Primogenitus, & legitimus, & naturalis pro
tempore in bonis donatis succedat, non verò fœmi-
næ, quales sunt sorores de Cævis fideicommisso, &
Primogenitura exclusæ = & nu. 8. ibi = Frustra igi-
tur ex donatione separatim considerata Sorores de
Cævis prætendunt successionem in bonis donatis,
dum extat alia relata dispositio, hoc est fideicom-
missum, & Primogenitura, in qua ipsæ excludun-
tur, & vocantur Primogeniti masculi. =
Et rectè quidem, quia, quod fit per relatio-
nem ad aliud, dicitur in eo inesse verè, ac pro-
12 priè, ad Text. in leg. Ait Prætor §. Si Judex ff.
de re judicat., leg. Certum, ibique Jas. in princip.
ff. si cert. petat., Paris. cons. 9. num. 17. lib. 3.,
Gozzadin. cons. 3. num. 16., Peregrin. de fideicom.
art. 16. num. 112., Gratian. discept. 183. num. 39.,
bene Rota coram Pen. decis. 486. num. 9. in fine.
13 Et habet vim specialis expressionis eorum, quæ
disponuntur in relato, per Text. in leg. Asse to-
to 77. ff. de hered. instit., leg. si ita scripsero ff. de
condit., & demonstr., ubi Bartol. id voluit, ta-
metsi expressio pro forma requireretur. Man- 14
dell. Alb. cons. 340. num. 38., Venturin. cons. 1.
num. 138., & seqq. & num. 216. & seqq., Pere-
grin. de fideicomm. art. 16. num. 113., Mans. con-
sult. 315. num. 28., Rota in rec. decis. 272. num.
4., & decis. 29. num. 13. part. 10., decis. 87. num. 4.
part. 15., decis. 50. num. 5. part. 17., & in dicta Ro-
mana, seù Reatina fideicommissi 2. Decembris
1697. §. Hæc enim vers. quodque eadem coram
Eño de la Tremoille ob eam nempè rationem,
quod relatio secum fert nedum dependentiam,
verùm etiam unitatem quamdam, & identita- 15
tem referentis cum relato, ut inquit R. P. D.
Fattinell. resp. 39. num. 53. tom. 2., & ante ipsum
Rota coram Dunoz. Jun. decis. 526. num. 5., effi-
citque, ut ex relato agatur, at non etiam ex 16
referente. Castill. quotid. Jur. contr. lib. 4. cap.
43. nu. 18. & seqq., & prosequitur Fattinell. dict.
resp. 39. num. 55., Absurdum namque esset plus
quempiam consequi ex scriptura referente, 17
quàm ex scriptura relata, teste Cart. Jun. cons.
94. num. 10., Peregrin. de fideicomm. art. 16. num.
111. ad med.
Quæ sanè relatio superiùs constabilita brevi-
loquis illis, ac compendiariis verbis, quibus 18
Donans dispositioni paternæ conformare se vel-
le declaravit, prout de simili Disponente tra-
dunt Casanatt. cons. 47. num. 107., Castill. decis.
50. num. 23., & Rota in dicta Romana; seù Rea-
tina fideicommissi 23. Januarii 1697. §. Cùm enim,
confirmata 2. Decembris §. Placuit coram Eño de
la Tremoille, magis, magisque confirmatur
alio præfatæ donationis loco, in quo Donator
inquit = Che in caso morissero detti Signori Dona-
tarii senza figli, e Descendenti loro legitimi, e
naturali, in detto caso avesse luogo pienamente la
dispositione paterna, e non di essi Contraenti = Ex
quibus porrò verbis clarius, quàm nos dicendo
explicare possimus, elucescit aperta donatio- 19
nis relatio ad testamentum, ut benè observant
Casanatt. cons. 56. nu. 15., Card. de Luc. de fidei-
comm. disc. 119. num. 6., & in summ. num. 209.,
Saminiat. contr. 201. num. 128., optimè Rota co-
ram Pen. decis. 486. num. 9., coram san. mem. Alex.
VIII. decis. 97. num. 8., & 9., in dicta Romana,
seù Reatina fideicommissi 23. Januarii 1697. §. Et
rursus coram Eño de la Tremoille, in Romana,
seu Reatina fideicommissi de Vincentinis 14. Mar-
tii 1701. §. Quoniam coram Illustrissimo Scotto, &
in Perusina Transactionis 12. Junii 1712. §. Id ip-
sum coram R.P.D. Ansaldo. Eòque libentius la-
ta, atque benigna sumenda est interpretatio pro 20
inducenda tali relatione, quia, cum Testatoris
mens, & vota ad agnationis conservationem,
ampliationemque directa legantur, Donator
etiam prudenti ratione motus, & paternæ dispo-
sitionis vestigia sequutus, agnationem conser-
vare voluisse censendus est; quapropter, si Te-
stator noluit, Cajum, etsi minùs charum, quàm
nepotes, excludi à Seja fœmina proximiore, 21
utpotè nepte, quanto magis inverisimile est,
quod

quod Cajus seipsum excludere voluerit io con-
cursu fœminæ remotioris, Bertæ videlicet Pro-
neptis; ut optimè ad rem ratiocinatur *Casa-
natt. cons. 57. num. 27. & seqq., Moliu. de ritu
nupt. lib. 3. quæst. 24. num. 289. & seqq., Rota in
Romana, seu Reatina fideicommissi 25. Januarii
1697. §. Et quidem, & in confirmatoria 2. De-
cembris ejusdem anni §. Idque apertius* ibi = *Ipsa
agnationis conservandæ ratio, veluti anima infor-
mans, perficiensque relatum, referens quoque
easormabit, perficietque = & §. seq. ad finem* ibi =
*strictamque rejicit relationis interpretationem,
quum subest agnationis favor = coram Emo de la
Tremoille*.

Quæ cum ità sint, facili negotio submoven-
tur ea, quæ io contrariam partem afferuntur;
22 & primò quidem, quod attinet ad donationem
suàpte naturà ad heredes quoscunque Donata-
rii transitoriam, dicimus, id quidem non esse
23 perpetuum, sed ex Donantis meote, ac volun-
tate pendere, proindeque partes Judicis esse
24 illam attentè, ac diligenter explorare, ut mo-
nent *Bald. cons. 115. num. 1. vers. Item realitas,
& personalitas lib. 1., Covarruv. in cap. quamvis
pactum part. 3. §. 3. num. 4. vers. decimo est, Hart-
man. Pistor. lib. 3. quæst. 8 num. 82., Fattinell.
resp. 39. num. 36. tom. 2.*, at verò, si talis volun-
25 tas elici aliundè meliùs nequit, quàm ex causa
finali, ut ex *Text. in l. prima, Cod. de donat. quæ
sub mod., firmat Rota in rec. decis. 315. num. 10.
part. 17., decis. 142. num. 21. part. 19., ad ornat.
de Luca de donat. decis. 14. num. 4., & decis. 15.
26 num. 1. & 2.*, qualis dicitur illa, quæ non Do-
natarii, sed Donantis, aut alicujus tertii com-
modum respicit, juxta *Text. in leg. 2. §. finali,
ff. de donat., R.P.D. Fattinell. resp. 39. num. 10.,
& resp. 40. num. 14. tom. 2., Rota ad ornat. clar.
mem. Card. de Luca de donat. decis. 9. num. 11.*,
27 id tamen intelligendo non de utilitate, & com-
modo dumtaxat pecuniario, verùm etiam de
Donantis affectione, ut ait *gloss. in leg. 1. verb.
sequutum* ibi = *Hoc est ad utilitatem, vel affectio-
nem Donantis, quandò expresiè hoc dicitur, item
quandò tacitè = ff. de donat., R. P. D. Fattinell.
resp. 40. num. 15 tom. 2.*, in dubium venire ne-
quit, quin in casu nostro evidens, & aperta sit
Caji Donatoris voluntas excludendi transmissi-
bilitatem donationis ad quoscunque Donatario-
rum heredes; ille eoim, cùm paternæ disposi-
tioni se conformando, donationemque io nepo-
tes transfereodo, ex ea unica, ac finali causa
motus fuerit, ot bona in agnatione conserva-
rentur, utque masculi agnati vivere decentiùs,
atque splendidiùs possent, hinc sequitur, quod,
28 eum istiusmodi donatio facta legatur ex certa,
ac determinata causa respiciente favorem cer-
tarum dumtaxat personarum, nullo numero
habenda sit, ejusque effectus cessaverit, cessan-
te causâ, & extinctis personis contemplatis, ut
uno ore tradunt *Menoch. cons. 188. num. 55. post
med., Altograd. sen. cons. 43. num. 5., & seq.
lib. 2., Cutell. de donat. disc. 1. special. 40. n. 14.,
Carol. Anton. de Luca de linea legal. lib. 1. resp.
primo num. 3. & seqq., Rota coram Merlino de-
cis. 126. num. 70., & quatuor seqq., in rec. decis.
23. num. 15. & 16. part. 15., post Torr. de pact.
futur. succesi. decis. 64. num. 19., & 20., in Ro-
mana, seù Albanen. canonum 23. Junii 1710.,
§. Placuit enim coram bon. mem. Caffarello*. Et Ju-
re quidèm, meritòque, quia in subjecta mate-
ria spectandum unicè est, cuinam Donaos dare
voluerit, non antem prò quibus Donatarius 29
acquirere intellexerit, ad *Text. expresi. in leg.
qui mihi donatum 13. ff. de donat., Molphes. ad
consuetud. Neapol. tit. de renunc. quæst. 3. num. 7.,
Spadazz. in thesaur. viduil. disquis. 67. nu. 107.,
Saminiat. contr. 100. num. 14., Rota coram Mer-
lino decis. 62. num. 29. ad fin., & coram Bich. de-
cis. 632. num. 2.*

Prout etiam non urget alterum argumentum
elicitum, ex verbis illis *filiorum, ac Descenden-
tium*; prò eo namque submovendo satis esset re-
spondere, quòd, quidquid sit in termiois dispo-
sitionis conceptæ per viam ultimæ voluntatis, 30
ideoque latiorem admittentis interpretationem,
atque significationem, *juxta text. in leg. non so-
lum 31. ff. de obligat., & act. leg. plenum 12. §. Sed
si pecoris ff. de usu, & habitat. leg. in testamentis,
ff. de reg. jur. leg. cum proponebatur 64. ff. de le-
gat. 2. leg. in legatis 21. Cod. de legat.*, in casu
certè nostro, io quo agitur de actu celebrato per
contractum, io quo masculinum oon concipit 31
fœminioum, ut expresè ait *Rota post Torr. de
pact. futur. successſ. decis. 46. num. 13.*, verius vi-
detur, filiorum appellationem restringi ad ma- 32
sculos dumtaxat, & non etiam extendi ad fœ-
minas, *Fusar. de substit. quæst. 311. num. 89.,
Adden. ad 199. num. 73., & seq. part. 8., Card.
de Luca de fideicomm. disc. 38. num. 4., & 5.*, ubi
optimè ad rem nostram ait, quod, licèt nomine
filiorum veniant tàm masculi, quàm fœminæ, 33
id tamen non procedit, quoties admixtum est
interesse ipsius Donatoris ratione pacti rever- 34
sivi, *Rota coram Seraphin. decis. 604., coram
Cavaler. decis. 557. num. 2., & coram Coccino de-
cis. 2123. num. 11.*, idemque juris est de verbo
Descendentium = prout animadvertunt *Ladercb. 35
cons. 9. num. 12., Cephal. cons. 158. num. 7., &
Rota dict. decis. 46. num. 14. post Torr. de pact. fu-
tur. succesi.*

Verùm præterea dicimus, quod, tametsi ver-
saremur in testamento, aut aliqua alia disposi-
tione per viam ultimæ voluntatis facta, oihilo-
minùs mox relata verba in nostra hypothesi ve- 36
riorem, germanamque interpretationem reci-
perent ex mente, aut voluntate Testatoris, qui
cum filios, ac Descendentes masculos vocave-
rit, & fœminas io illorum concursu penitùs ex-
cluserit, pari ratione filios, ac descendentes 37
masculos invitasse, fœminasque excludere vo-
luisse dicendus est Cajus donator, qui sese con-
formare intellexit menti Testatoris: virtute
namque talis conformationis, ac relationis, te- 38
stamentum relatum inesse censetur in donatio-
ne referente cum omnibus suis qualitatibus, ut
in proposito arguit *Casanatt. cons. 47. num. 68.,
cons. 50. num. 42., cons. 53. num. 22. & 81., &
cons. 55. num. primo, Rota coram clar. mem. Card.*

Carro decis. 286. num. 4., & priùs coram Pen.
decis. 967. num. 9., in Romana, seu Reatina Fi-
deicommissi 23. Januarii 1697. §. Et quidem ad
med. ibi = Sed in fideicommisso referente repotita
censeatur cum omnibus suis qualitatibus substi-
tutiones omnes in relato contentæ, non aliter, ac si
ex duabus una conficeretur dispositio &c. = & in
confirmatoria 2. Decembris ejusd. anni, §. Hac
autem in princip. coram Eñio de la Tremoille, & in
Romana fideicommissi de Alberinis 10. Martii
1698. §. Altera, & §. Nil relevante coram
R. P. D. Lancetta, & in Romana fideicommissi de
Albergottis 9. Julii 1698. §. His accedit in fine,
coram Eñio de la Tremoille ibi = Ex quo resultat,
Descendentes filiarum simpliciter nominatos in par-
te referente, intelligendos esse vocatos cum eadem
qualitate masculinitatis expressa in parte relata =
Alioquin enim quomodo se conformasse dicen-
dus esset menti Testatoris, & quomodo locum
sibi vindicare posset paterna dispositio, & qui-
39 dem pienamente, quod sanè verbum importat
absolutum, nullâque ex parte diminutum adim-
plementum, Ruin. cons. 100. num. 7. post med. vers.
& quia etiam verbum prædictam lib. 3., Menoch.
cons. 29. num. 12., Barbos. diction. usu frequ. dict.
261. num. 3., Gratian. decis. Marcb. 239. num. 5.,
& benè Rota in rec. decis. 190. num. 6. part. 13.,
Si quando Pater filios, ac Descendetes mascu-
los dumtaxat ad successionem admiserat, filius
donator admisisset etiam fœminas? Igitur qua-
40 litas illa masculinitatis expressa in testamento,
Patris, repetita censenda est in donatione filii,
tum ob virtutem relationis, tùm ob eamdem
conservandæ per masculos agnationis ratio-
nem, quâ utèrque ad disponendum motus fuit,
41 quæque efficit, ut nomine filiorum, & Descen-
dentium veniant masculi tantùm, non verò fœ-
minæ, prout de primo ponderant Ruin. cons. 134.
num. 19. lib. 2., Honded. cons. 57. num. 33. lib.
primo, Pas. bal. de virib. patr. potest. part. 4. cap. 9.
num. 53., Rota coram Dunoz. jun. decis. 140. n. 5.,
in Melevitana fideicommissi 21. Februarii 1710.
§. Prò sufficienti coram Eñio Card. Priolo, & in
Romana fideicommissi R. P. D. Pauli de Alveris
11. Maii 1714. §. Extraneo coram R. P. D. Crispo,
& de secundo firmat Sest. decis. 412. num. 4. in
fine, Rota decis. 205. num. 2. §. Et quamvis part.
16., & latè decis. 410. num. 24., & num. 44. par. 19.

Denique nil turbat amor ergà nepotes, &
propria Donantis liberalitas, atque munificen-
tia, quasi verò hæ causæ æquè principaliter mo-
vere potuerint Cajum ad donandum; proinde-
que substinere queant donationem, tametsi de-
fecerit altera ex agnationis contemplatione re-
sultans. Etenim, quod attinet ad expressionem
amoris ergà nepotes, hæc quidèm nullo pacto
officere potest, quia, sivè nepotum nomen re-
stringimus ad personas nepotum dumtaxat Do-
natariorum; & nemo non videt, nullum hinc
desumi posse argumentum, eò quod amoris
causa per illorum mortem cessavit, sivè illud
extendimus etiam ad alios posteriores Descen-
dentes, & cum, juxtà firmata superioribus lo-
cis, referendum id sit ad solos masculos, nulla
pariter in contrarium deduci potest illatio, cum
masculi omnes jam defecerint, unicâ tantùm
fœminâ superstite. Quod verò respicit alteram
expressionem munificentiæ, ac liberalitatis,
dicimus, eâ significari dumtaxat naturam actus
liberi, atque spontanei, non verò, quod Do-
nans hac causà ad donandum moveri potuerit
independenter à contemplatione agnationis, ut 42
in terminis similium verborum advertit Magon.
decis. Florent. 81. num. 15., Rota in rec. dec. 236.
num. 7. part. 10., decis. 213. num. 26. part. 12.,
in Romana Renunciationis 9. Maii 1710. §. Cete-
ra verò coram Priolo, confirmata 3. Julii 1711.
§. Prout substantiam coram Aldrovando, & ad
summum propria Donantis munificentia potuit 43
esse causa impulsiva, quæ tamen minimè cura-
tur, quoties deficit causa principalis, atque fi-
nalis, ex traditis per Riminald. jun. cons. 5. num.
210. & seqq., Tiraquell. tract. var. sub tit. cessan-
te causa limit. 22. num. 22. & 23., clar. mem. Card.
de Luca de fideicom. disc. 204. num. 6., Rota co-
ram Dunoz. Jun. decis. 792. num. 17., & plurib.
seqq., cum aliis in Perusina Transactionis 12. Junii
1712. §. Quoniam coram Ansaldo.

Quamquàm verò, tùm argumentis senten-
tiam nostram confirmantibus, tùm illis, quibus
contrarias objectiones confutavimus, satis sta-
bilita dici posse videatur resolutio donationis,
de qua agitur, nihilominùs omittendum non est
alterum argumentum, quo illa magis, magis- 44
que confirmatur, quodque ex declaratione Do-
natoris proficiscitur; hic enim non minùs mo-
rum integritate commendatus, quàm Sacerdo- 45
tali charactere insignitus affirmat, favore
dumtaxat masculorum donationem facere in-
tellexisse, seque plures inducere posse testes
(exceptis tamen instrumentariis interim de-
functis) quibus ipse tàm antè, quàm post dona-
tionem dixerat se donare velle, ac respectivè
donasse solis masculis; has autem declarationes 46
intrinsecâ fulcitas verisimilitudine, atque
coadjutas probitate Personæ, plurimi facien-
das esse monent Mandell. Alb cons. 10. num. 25.
& seq., Mulphes. ad consuetud. Neapol. tit. de re-
nunc. quæst. 17. num. 38., Theodor. alleg. 37. n. 5.
§. Item non adsunt in fine, & num. 15., Mans. con-
sult. 258. num. 50., consult. 296. num. 53. post med.,
Card. de Luc. de renunc. disc. 2. num. 10., R. P. D.
Ansald. in addit. ad decis. 15. num. 29., & seq.,
juxtà Romanam impression., Rota coram Ubago
decis. 63. num. 2., 4. & seq., in rec. decis. 464.
num. 5., & seq. part. 19., in Romana renunciatio-
nis 8. Junii 1705. §. Et in hunc sensum, & seq.,
confirmat. 26. Junii 1706. §. penult. coram Rño
Molines, in Romana Successionis 4. Februarii 1711.
§. Denique coram eod. Eòque magis in casu no-
stro, ob duplicem speciali notâ dignam facti
circumstantiam, quarum prima est, quod Do-
nans jam vergit ad senectutem, ideoque men- 47
tiri velle non præsumitur in præjudicium ani-
mæ, jamjam rationem Deo redditurae. Bald.
cons. 476. num. 2. lib. 6., inquiens = Maximè ubi
gladius Dei est suprà verticem morituri, quia ne-
mo, qui confitetur, præsumitur mori cum menda-
cio,

cio, & peccato = &c, aliis adductis, decisum fuit
per Rotam in Romana donationum 15. Martii
1705. §. Nec levius vers. quamvis enim cor. Rmo
Molines, & in Romana donationis 17. Aprilis
1711. §. 30. coram R. P. D. Ansaldo, altera
elicitur ex eò, quod, cum præsens dubitatio derivetur
ex interpretatione, ac significatione illorum verborum = filii, ac descendentes = ambiguum
valdè est, juxtà firmata superioribus
locis, an in contractibus sub prædictis nominibus
comprehendantur etiam fœminæ. Quamo-
48 brem ritè, rectèque potuit Donator facere declarationem,
cui in his terminis procul dubio
standum esse docent Fontanell. de pact. nupt.
claus. 4. gloss. 5. num. 11. & trib. seqq., Hartman.
Pistor. lib. 3. quæst. 8. num. 83., & seq., R.P.D.
Fattinell. resp. 39. num. 35. tom. 2., Rota in rec.
decis. 238. num. 5. part. 3., coram Cerro dec. 562.
49 num. 30., & præcipuè de declaratione Donantis,
quod solis masculis donare intellexerit, tradunt
Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæst. 24. n. 295.,
Cutell. de donat. tom. 2. disc. 1. special. 7. num. 26.,
& decis. 29. num. 24., & optimè Rota post Torr.
de pact. futur. success. decis. 46. num. 12. ibi = Non
excludit, quin posset declarare, quod sub nomine
illorum intelligebat de solis masculis, non verò de
omnibus, & sic etiam de fœminis = &c., & num. 13.
ibi = Quod verò magis congruit, quia cum non esset
clarum, an sub nomine filiorum comprehenderentur
tàm masculi, quàm fœminæ, quinimò possit
valdè dubitari, inspectâ juris communis dispositione,
quod in contractibus masculinum non concipit
fœmininum &c. utique, ob solam dubietatem
potuit explicitè declarare, quod prò Primogenitis
masculis super Bonis donantis constituebat primogenituram,
& de quibus etiam in prima loquutus
fuerat, ac soli declarationi standum est =

Hæc igitur cum ità se habeant, superfluum
videri posset verba facere de reliquis duobus
dubiis; nam si res sit de secundo, cum donationem
resolutam fuisse sustinuerimus, frustrà
quæritur, an eadem impedire potuerit favore
Caji donantis effectum successionis in portione
illa Bonorum fideicommissariorum, Titij Testatoris
à nepotibus Donatariis possessa. Verumtamen,
ut pleniùs Domino requirenti satisfaciamus,
fingamus, donationem non esse resolutam,
sed adhuc subsistere, quid erit posteà respondendum?
Censerem nihilominùs, Bona
fideicommissaria ad Cajum fuisse devoluta;
nam cùm Testator inter omnes filios, ac nepotes
masculos reciprocam substitutionem ordinaverit,
complectentem etiam bona titulo particulari
nepotibus relicta, consequens est, ut
tum Sticho filio, tum Sempronio, ac Pamphilo
50 nepotibus defunctis absque filiis masculis, factus
sit locus substitutioni favore Caji superstitis
ad Text. expressum in leg. Titius, & Sejus 24.,
ff. de hered. instit. ibi = Titius, & Sejus uter eorum
vivet, heres mihi esto, existimo, si uterque vivat,
ambos heredes esse, alteroque mortuo, eum,
qui supererit, ex asse heredem fore = & in leg. quia
25., ff. eod., & celebris est theorica Bartol. in leg.
Lucius 45. ff. de vulgar. & pupill., quam sequuntur
Soccin. jun. cons. 110. num. 12. & seq.
lib. 3., Surd. cons. 329. num. 7., Peregrin. cons. 54.
num. 2. lib. 1., Mantic. de conjectur. lib. 7. tit. 5.
num. 3., Rocc. disput. jur. select. cap. 16. num. 24.,
Rota in Romana, seù Nicien. fideicommissi 6. Martii
1713. §. Præsertim coram R.P.D. Falconerio,
confirmata 19. Junii ejusd. anni, §. At evidentiùs
coram eod., & 13. Aprilis 1714. §. Validiùs quidem
coram R. P. D. Crispo.

Quæ porrò reciproca linearis substitutio,
utpotè perspicuis verbis à Testatore ordinata, 51
tametsi non egeat conjecturâ ullâ, atque adminiculo,
quo validiùs coadjuvetur, attamen si
quis ea desideraret, uberrima profectò suppeterent
argumenta illam in nostra hypothesi
apertè evincentia. Huc enim spectat toties inculcatum,
totiesque repetitum conservandæ 52
agnationis votum, ut aliis omissis, latè firmavit
Rota in Ravennaten. fideicommissi de Abbiosis
7. Aprilis 1710. §. Quin ad inducendam cum seq.,
coram R.P.D. Crispo, & in d. Romana, seù Nicien.
fideicommissi 6. Martii 1713. §. Quin pro excludenda,
& 19. Junii ejusdem anni §. Eamdem
voluntatem, coram R. P. D. Falconerio, & 13.
Aprilis 1714. §. Hæc autem coram R.P.D. Crispo.
Hùc alienationis rigorosa prohibitio, latè 53
Rota in Prænestina fideicommissi 23. Januarii
1713. §. Litera §. Quamobrem, & §. Tanta coram
R.P.D. Lancetta, in dicta Romana, seù Nicien.
fideicommissi 13. Aprilis 1714. §. Idemque
comprobare coram R. P. D. Crispo, hùc realitas
dispositionis, plenè Rota in d. Romana, seù Ni- 54
cien. fideicommissi 6. Martii 1713. §. Ulteriùs coram
R. P. D. Falconerio. Huc dictiones perpe- 55
tuitatem quamdam temporis, atque infinitatem
importantes, ut, pluribus relatis concordantibus,
observat Rota in dicta Romana, seu Nicien.
fideicommissi 6. Martii 1713. §. Demum coram
R. P. D. Falconerio, & 13. Aprilis 1714. §. His
omnibus coram R.P.D. Crispo. Huc denique fœ- 56
minarum exclusio in concursu masculorum, earumque
in subsidium dumtaxat admissio Rota
in dicta Romana, seù Nicien. fideicommissi, coram
R. P. D. Falconerio §. Præmissis vers. perpetua,
& coram R. P. D. Crispo, §. His omnibus.
Quæ sanè omnes conjecturæ eò fortiùs urgent,
quia non agitur de inducenda reciproca inter
Transversales, sed inter Descendentes Testatoris,
inter quos longè facilius ordinata censetur, 57
ut, distinguendo, tradit Rota in dicta Romana,
seu Nicien. fideicommissi 6. Martii 1713. §. Constabilito
coram R. P. D. Falconerio, in cujus tamen
Decisionis casu agebatur de reciproca inter
Transversales inducenda.

Jam verò constabilità favore Caji superstitis
reciprocà substitutione, cujus effectus impediri
censeri nequit donatione, quam dictus Cajus
fecit favore nepotum; ad eamdem namque
successionem comprehendendam, nec donationis
verba, nec Donantis mens porrigi quoquomodo
potest; non quidem verba, quia, cum in
instrumento donationis nulla ne litera quidem
legatur, quæ spectet, atque respiciat futurum
tempus, colore nullo, nullàque justâ ratione 58
do-

donata censeri possunt Jura in futurum com-
petentia, sed donatio restringi omninò debet ad
59 jura solummodò præsentia *Mans. consult. 635. num. 12.*, *Rota in rec. decis. 564. num. 18. & seqq. part. 19.*, & in casu longè difficiliori *in Romana Renunciationis 15. Junii 1708. §. Minus relevat, confirmata 6. Martii 1709. §. Æquè insubsisteas, cum seq. coram Scotto, 10. Martii 1710. §. Pariter, & §. Sed quatenus, coram R. P. D. Crispo, & 10. Decembris ejusd. anni §. Hæc sunt, coram Emo Priolo*. Non etiam mens, & voluntas Donantis; iste enim nunquam cogitavit, nullam ex duobus nepotibus prodituram esse sobolem masculinam, seque ætate grandiorem superesse posse illis longè minoribus, proindeque ex de-
60 fectu voluntatis Donatoris in præfata donatione minimè compræhenditur successio, postmodum aperta, ut benè ponderat *Rota in Romana, seù Viterbien. Legati 26. Junii 1709. §. Sed hujusmodi, cor. R. P. D. Crispo, in d. Romana Renunciationis 6. Maii 1709. §. Ulteriùs caram Scotto, 10. Martii 1710. §. Respectu coram Crispo, & 10. Decembris ejusd. anni §. finali coram Prio-
61 lo*. Et quod in donatione à Patre facta filio non comprehendatur legitima ex bonis filii prædefuncti debita Patri, eò quod Pater nunquam cogitaverit filium, turbato naturæ ordine, prius efferendum esse, firmavit *Rota in Romana donationis impress. int. rec. decis. 559., & decis. 569. part. 19.*

Expediti à secundo Dubio, progredimur ad tertium, quo quæritur, an saltem bona emphyteutica redire debeant ad Cajum, cum ipse intervertere minimè potuerit leges Investituræ vocantis fœminas in defectum dumtaxat masculorum? Verùm eum etiam hujus Dubii disceptatio proficiscatur ex supposito illo, quod nempè donatio haud quaquam resoluta sit, quodque præterea ejus vigore substitutio reciproca favore Caii impedita remanserit, opus non esset de eo quidquam dicere, cùm juxtà firmatas superioribus locis, & donatio resoluta fuerit, & substitutio suum habuerit effectum. Nihilominùs, quemadmodum in secundo Dubio morem gerere voluimus D. Requirenti, ità etiam hujus respectu deesse nolumus. Quamobrem procedendo cum supradicto supposito, crederem, Cajum vindicare posse bona emphyteutica, tametsi ex lege Investituræ ad masculos prælativè pertineant, quia potuit ipse in sui
62 præjudicium cedere, atque donare jus, quod ipsi competebat, nec ei licitum est factum pro-
63 prium impugnare, ut præcisè dixit *Rota in Pisauren. Emphyteusis 29. Januarii 1712. Verùm cum seq. coram R.P.D. Ansaldo, & in Forosempronien. Legatorum super bonis emphyteuticis 1. Julii 1712. §. Et quamvis coram R.P.D. Aldrovando*, Id quod eò faciliùs admittendum esse censerem, si bona emphyteutica, de quibus agitur, sita essent in aliqua Provincia, in qua
64 vel vigore generalis consuetudinis, vel alicujus particularis Constitutionis istiusmodi bona redacta sint ad instar allodialium, ut in proposito considerat *Rota in dicta Pisauren. emphyteusis 29. Januarii 1712. §. Adstipulabatur cum seq. coram R.P.D. Ansaldo.*

Romana Alimentorum.

Alimentorum Legatum verè non est menstrua præstatio relicta pro pane, vino, & obsonio, sed ista alimentorum dumtaxat vice relicta censetur, cujus ratione nil aliud Legatario, præter menstruam ejusmodi assignationem, debetur, nec pro alimentis in specie Legatis, nec pro iis, quæ alimentorum nomine solent venire.

VOTUM XIII.

1 *Alimentorum, & cibariorum nomine comprehenduntur ea omnia, quæ ad humanæ vitæ usum necessaria sunt.*

2 *Et non tantùm ea, quæ edere solemus, sed etiam illa, per quæ edimus, ut sunt condimenta, quæ acuunt appetentiam, acetum, piper, salsamenta, hisque similia, quibus dapes instruuntur; & denique ligna, & carbones, quibus eædem coquuntur.*

3 *Alimentorum nomen non fuisse usurpatum in sua legali, latiori significatione, constat ex eo, quod ad panem, & obsonium fuerit restrictum.*

4 *Alimenta regulariter menstrua sunt.*

5 *Alimentorum vice legata ea censentur, quæ annua vel menstrua relinquuntur.*

6 *Alimentorum nomine si quæ summa relicta est per divisa tempora, & pensiones præstanda, totum id eà summà relictum censetur, quod pro alimentis necessarium est, ut nil aliud pro iis debeatur*, & num. 11.

7 *Vocabulum* Companatico *idem est, ac quod latinè* obsonium *dicitur, nempe quidquid in cibo, præter panem, & vinum, additur.*

8 *Alimenta legatà, ut sunt carnes, pisces, ac alia ejusmodi, nec non cætera, per quæ edimus, ejus censentur naturæ, ut eorum æstimatio debeatur.*

9 *Cum eorum dumtaxat æstimatio in legato sit.*

10 *Pro alimentorum speciebus, cum eorum æstimatio fuit in certa quantitate relicta, hæc solummodo præstanda est.*

11 *Alimentorum causà ubi certa taxativè quantitas est relicta, augeri hæc minimè potest, aut minui.*

13 *Alimentis legatis non solùm in certa quantitate, sed in certis speciebus ex certo taxativè fundo percipiendis, si ea quantitas percipi nequeat, eorum diminutio debet cedere non heredis damno, sed Legatarii.*

14 *Legatum generis licèt plures contineat sub se species, tamen, si quæpiam ex eis speciatim enumeratæ sunt, eæ tantùm Legatario debentur.*

15 *Legatum alimentorum etsi generaliter conceptum, censetur nihilominus restrictum ad quantitatem, speciesque in eo taxativè designatas.*

16 *Di-*

16 *Dictio cioè naturam habet taxativæ, & restrictivæ.*
17 *Et nomen alimentorum ad panem, vinum, & obsonium restringit, ubi eæ species fuerint expressæ*, & num. 18.
19 *Legatum in dubio interpretandum est non heredis, sed Legatarii favore*, & num. 29.
20 *Legatum esse restrictum ad certas species cum ex mente Testatoris constat, heres non tenetur adminiculis id probare.*
21 *Sed heredi contrarium asserenti probationis onus incumbit.*
22 *Alimenta, quæ Monasterio solvuntur, de cibariis, & dapibus coctis, & conditis solent intelligi.*
23 *Alimentorum nomine si Testator in inferiori dispositionis parte intellexit dapes coctas, & conditas, idem in superiori intellexisse censendus est.*
24 *De alimentis legatis ubi agitur, melior sumi nequit interpretatio, quàm quæ ex testamenti verbis resultat.*
25 *Alimenta uxori, & filiabus legata debent ex mente Testatoris censeri taxata juxta ejus solitum, dum viveret.*
26 *Præsertim si Executoribus testamentariis immodicas, & inutiles sumptus prohibuit.*
27 *Alimenta pro Uxore & filiabus ubi non fuerunt a Testatore in certa quantitate taxata, debet in iis æstimandis inspici, quantum earum respectu impendere consueverit, dum viveret.*
28 *Idque eò magis procedit, ubi certa eorum taxatio facta est.*

Etsi Joannes Ulcius prole masculinâ destitutus, ingentibus, quas industriâ suâ comparaverat, opibus, agnationem suam propagare cuperet in persona suorum ex fratre jam præmortuo nepotum condita eorum favore opulenta Primogeniturâ, nihilominus providus ergà filias, & munificus ergà D. Ceciliam Benagliam Uxorem suam dilectissimam, nullum illarum commodum prætermisit; singulis enim filiabus, quæ tres sunt, dotem scutorum duodecim millium reliquit, & Uxorem pluribus honoravit legatis, de quibus alibi actum est; prætereaque, ut paternus in filias amor, & justa in Uxorem dilectionis ratio postulabat, consulere etiam optans earumdem substentationi, donec scilicet filiæ nuberent, & Uxor viduitatem observaret, id Parens, & Maritus splendidè perfecit.

Postquàm enim plura favore animæ suæ ordinaverat, in §. 56. sui testamenti, ita eisdem providendo, disposuit = *Passando ora il medesimo Signor Testatore alla disposizione de' suoi Beni temporali, rivolge il suo primo pensiere alla Signora Cecilia Benaglia sua dilettissima Consorte, e piacendo alla medesima di rimanere in stato Vedovile, ordina, e vuole espressamente, che debba coabitare con Agnese, Francesca, ed Anna Maria loro communi figliuole, e che dalla sua Eredità li si debbano anticipatamente somministrare Scudi trenta il mese per i soli alimenti delle medesime, cioè Pane, Vino, e Companatico, secondo il loro stato, sperando esso Signor Testatore, che detta Signora Cecilia sarà sempre per continuare il suo amore verso le sudette figliuole, e per ben trattarle, raccomandandole in questa parte anche agl' infrascritti Signori Esecutori Testamentarj, e al Signor Gio: Carlo Benaglia suo Cognato, e respettivamente loro Zio* =: Quoniam verò prudens Testator prospiciebat, quod filiæ ad nubilem ætatem progredientes, in domum Viri cum opulentâ dote commigraturæ aliquando erant, diminuit hoc casu commodo suorum heredum legatum istud cibariorum, subdendo, *e secondo, che le sudette figliuole andaranno prendendo stato ò nel secolo, ò nella religione, debba a proporzione andar cessando il sudetto assegnamento a commodo della sua Eredità*; quam tamen eximere noluit ab onere, præter cibaria, præstandi filiabus, & Uxori vestiaria, habitationem, cæteraque omnia, quæ ad commodam, splendidamque vitæ substentationem, & cultum necessaria erant, ad hæc enim omnia eisdem præstanda illam gravavit eis verbis, *quale in oltre intende, che sia gravata a far le spese del Vestiario per le medesime moglie, e figliuole, pigioni di Casa, e ad ogn' altra cosa, che sarà necessaria per il loro condecente mantenimento, come ancora a pagare per una sol volta Scudi cento cinquanta per comprarne tanti mobili necessarj da apporre in detta Casa, dando sopra di ciò le facoltà necessarie, e opportune agl' infrascritti suoi Esecutori Testamentarj, e riportandosi alla loro prudenza, secondo la quale è certo, che non si faranno spese maggiori del bisogno*. Licèt his verbis abhorrere professus fuerit superfluos, & immodicos sumptus cessuros in detrimentum Primogenituræ ab ipso ordinatæ, quam augeri optavit fructibus investiendis, donec Nepos suus Primogenitus ad virilem ætatem triginta annorum perveniret, attamen non idcircò omisit servire commodis filiarum, & Uxoris; *volendo ancora, che si mantenga alle medesime il commodo della Carrozza, e che per tale effetto si faccino le provisioni per tempo, ed all' ingrosso, e con la maggiore economia possibile*.

Et numquam recedendo ab hoc proposito ità consulendi substentationi filiarum, & Uxoris, ut tamen semper parceretur sumptibus inutilibus, in §. 57. ejusdem testamenti ordinavit, *ed in caso, che alle sudette figliuole, o ad alcuna di esse piacesse di stare per educande in qualche Monastero, ordina, e vuole, che debba la sudetta Signora Cecilia delli Scudi trenta, come sopra assegnati pagare al Monastero li soliti alimenti, e per l' altre spese di Vestiario, mobili, e simili, ed altre necessarie, dovrà soccombere l' Eredità con somministrare quel tanto, che sarà necessario secondo il giudizio, e prudenza degl' infrascritti Signori Esecutori Testamentarj*, deindeque §. 58. providens casui, quo omnes filiæ suæ collocatæ jam essent, solaque D. Cecilia in statu viduitatis domi remansisset, ità disposuit = *Collocate poi, che saranno tutte le sudette figliuole, e rimanendo sola*

la la sudetta Signora Cecilio sua Moglie in stato però Vedovile, perchè desidera di dare alla medesima qualche contrasegno della sua distinta riconoscenza per l' affetto in ogni tempo dimostratole, e per i. compatimento, e carità usata nelle sue sì connaturali, che accidentali imperfezioni, perciò dispone, e ordina, che in tal caso la sua Eredità debba darle il mantenimento della Carrozza, ed ogni altra cosa necessaria secondo il suo grado, senza però, che possa pretendere i frutti della sua dote, nè del lucro, quali frutti cedino in beneficio dello sua Eredità.

Videri poterat providus Testator satis superque commodis, substentationi, & splendido cultui filiarum, & Uxoris his omnibus consuluisse; Verumtamen ipsæ nondum sibi satis provisum esse arbitrantur, ajentes, quod ille in dicto §. 16. agens de cibariis eis verbis, *e che dalla sua Eredità li si debbano anticipatamente somministrare Scudi trenta il mese per l soli alimenti delle medesime, cioè Pane, Vino, e Companatico, secondo il loro stato*, licèt subministrari jusserit Panem, Vinum, & Epulas, Carnes nempè recentes, pisces, ova, hisque similia commestibilia, quæ eduntur cum pane, de quo solo non vivit homo, omiserit tamen condimenta, & ligna, carbonemque, quibus illæ condiri, ac coqui possent. Si enim certi Juris est, alimentorum, & cibariorum nomine comprehendi ea omnia, quæ ad humanæ vitæ usum
1 necessaria sunt per *Text. in leg. legatis ff. de aliment., & cibar. legat. in leg. verb. Victus 43. ff. de verb. signif., Roland. a Valle cons. 22. lib. 1., Simon. de Præt. de interpret. ultim. volunt. lib. 4. dub. 11. fol. mihi 426. nu. 36., Alex. cons. 178. num. 7., lib. 6., Cravett. cons. 199. nu. 3., Garz. de Expens. cap. 4. nu. 17. & seqq., Barbos. de appellat. verbor. appell. 15. per tot., Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 157. num. 16. & seqq., Camarell. de legat. lib. 3. qu. 10. per tot. fol. mihi* 202., certum pariter erit, eodem nomine contineri, non tantùm ea, quæ edere solemus, sed etiam illa, per quæ edimus, ut sunt cibi acuti, aut condimenta, quæ acuunt appetentiam, acetum, piper, salsamenta, his-
2 que similia, quibus dapes instruuntur, & denique ligna, & carbones, quibus eædem coquuntur per ea, quæ tradit *Barr. de success. lib. 9. tit. 20., Camarella de Legat. lib. 10. dict. qu. 10. num. 13., & seq. fol.* 203. certius in casu nostro, in quo Testator dilectissimis filiabus suis alimenta subministrari voluit, *secondo il loro stato*, honesta autem illarum conditio, & opulentia hereditatis postulat, ut non agrestibus, & rusticanis cibis, sed delicatioribus, & benè conditis dapibus vescantur.

At, re mature perpensâ, verius videtur, Legatariis nihil aliud, præter menstruam quantitatem triginta scutorum; ab hereditate bo. me. Jo: Ulcii cibariorum nomine præstandum esse, res autem plana redditur ex ejusdem testamentariâ dispositione, quam superiori loco fusiùs, consultòque retulimus, ut ex ea perspici posset, illum in §. 16. verbis illis; *e che dalla sua Eredità le si debbano anticipatamente somministrare Scudi trenta il mese per i soli alimenti delle medesime, cioè Pane, Vino, e Companatico, secondo il loro stato*; alimentorum nomen pro cibariis tantùm rudius accepisse, nam sub eo, præter cibaria, licèt comprehendantur habitatio, vestiarium, ceterique sumptus humano usui necessarii in aliis testamenti locis eisdem relicti, dum hic alimentorum nomen restrinxit ad Panem,
Vinum, & obsonium, manifestum fit, alimen- 3
torum nomen minimè usurpasse in sua legali, & latiori significatione, ut benè observat *Cujac. in lib. 10. Digest. ad tit. famil. Ercifcund. in leg. ex parte 39. tom. 4. oper. posth. part. 1. fol. mihi 589. lit. E. & seq., & in lib. 6. Cod. tit. 37. fol. mihi 849. lit. B. tom. 5. oper. posth.*, ideoque nihil aliud ex hoc testamenti loco, quàm mera cibaria consequi poterunt.

In quam porrò caussam Legatariis debetur menstrua tantummodo summa scutorum triginta, ad quam cibariorum, sivè alimentorum quantitas restricta fuit ex voluntate Testatoris; assumptum probatur primò, quia alimenta regulariter menstrua sunt, ut argumento du-
cto ex verbis Jurisconsulti *in leg. fin. ff. de liber.* 4
agnoscen. ibi = *nisi se tam esse infirmos, se tamque pauperes Præsidibus probaverint, ut meritò menstruis alimentis a libertis suis adjuvari debeant* = probat *Barry de success. lib. 9. tit. 6. num. 3. versus finem*, ideoque, cùm annua, vel menstrua
relinquuntur, alimentorum vice legata cen- 5
sentur *Cujac. in lib. 33. Digest. ad tit. 1. de annuis legat. tom. 4. oper. posth. part. 1. fol. mihi 1373. lit. C.*, inquiens, = *vel etiam annua, vel menstrua Testatores relinquunt quamdiù legatarii vixerint, ut in leg. 13. in princ. hoc titulo, quod etsi non expresseriat, tamen semper intelligitur, cùm alimentorum vice ea reliquerint* =, idemque subdit *lit. E.* = *& quia hac plerumque de causa, annua, vel menstrua relinquuntur, vel donantur, hinc fit, ut in his libris sæpe annuorum, aut menstruorum appellatione significeatur alimenta. Et sic in leg. quidam de pact. dotal. Julianus cum initio dixisset annui nomine, subjicit alimentorum nomine; dico autem annuorum appellatione significari non alimenta simpliciter, sed annua alimenta, vel annua alimentorum nomine relicta, vel donata: longè enim distat simplex alimentorum legatum a legato annuo relicto alimentorum vice; iis, quibus alimenta legata sunt, miseratione, dimensione, modove nempè minutatim, frustillatim in dies, horasve singulas ea præstantur, illis autem, quibus annua legata sunt, initio cujusque anni: Quod notandum, integra pensio, puta duo, aut tria millia nummorum præstatur, qua se eo anno exhibeant, atque tueantur, leg. 1. C. quando dies legat. cedat* = dum itaque per divisa tempora, & pensiones Testator Uxori, & filiabus suis triginta scuta initio cujuslibet mensis præstari voluit, cibariorum nomine nil aliud eis debetur, quia dictâ
quantitate totum id, quod pro eisdem alendis 6
necessarium erat, reliquisse videtur alimentorum causâ illam relinquendo *Cujac. in lib. 10. Digest. tit. famil. Ercifcund. ad leg. ex parte 39. tom. 4. oper. posth. part. 1. fol. mihi 589. lit. E.*, & fusiùs

fusiùs in eamdem *leg.5. Servo libertatem in lib. 1. respons. Cervidi Scevolæ tom.3.oper.posth. fol. mihi 210. lit. E.*

Clarius id confirmatur, si inspiciamus naturam legati, de quo agitur, Testator enim nomine illo *companatico*, quod, juxta vocabula-
7 rium Cruschæ dicitur *di tutte le cose, che si mangiano col pane*, latinè *obsonium, Glossa marginali in leg. legatis 65. ff. de legat.3.* ibi = *obsonium dicitur quidquid in cibo, præter Panem, & Vinum additur* =, nomine, inquam, illo Legatariis re-
8 linquere voluit edulia omnia, epulasque cibariorum, & alimentorum causâ illis futuro tempore subministrandas, carnes videlicet recentes, pisces, sal, ova, comestibilia omnia, omniaque alia, per quæ illa edimus, harum verò rerum hæc esse natura dicitur, ut earum æstimatio debeatur, cum eadem in sua specie non sint
9 in legato, sed earum æstimatio *leg. mela 14. §. Quidam ff. de alimentis, vel cibar. legat., Simon de Pret. de interp. ultim. volunt. lib. 4. dubit. 11. num.91. fol. mihi 431.* verbis illis = *hæc autem doctrina usquequaque generalis, & perfecta non videtur, quia plures aliæ res sub legato alimentorum continentur, quæ in sua specie non sunt in legato, sed earum æstimatio, veluti sunt Epulæ, vel, ut vulgò dicitur, companaticum, sal, carnes recentes, caseus, ova, pisces, & similia comestibilia necessaria victui hominis cum Pane, de quo solo non vivit homo, ut dicit scriptura &c. & calceamenta, vestimenta, quæ sine pecunia non possunt haberi, & aqua, ubi est venalis, cùm res omnes istæ comprehensæ in legato, passim venales sint, ideo earum species in legato non sunt, at earum æstimatio, sub exemplo aquæ venalis, Text. est in leg. mala* =, & sequitur *Barry de success. lib. 9. tit.6. num. 3.* At verò si ea est cibariorum, & hujusmodi specierum natura, ut non ipsæ, sed earum æstimatio in legato sint, quum Testator illarum æstimationem in certa quantitate Scutorum 30. menstruorum taxaverit, nulla superest dubietas, quin quantitas expressa attenden-
10 da, observandaque sit taxatio ab illo facta, argumento *Text. in leg. Lucius Titius ff. de alimen. vel cibar. legat.* ubi Testator libertis suis *cibaria, & vestiaria annua certorum nummorum reliquit, & posteriori parte testamenti* ità cavit *obligatos eis ob causam fideicommissi fundos meos illum, & illum, ut ex reditu eorum alimenta suprascripta percipiant. Quæsitum est, an si quantò minores redditus pervenerint, quàm est quantitas Cibariorum, & vestiariorum, heredes ad supplendam eam onerari non debeant; vel si alio anno excesserint, an supplendam sit quod superiore anno minus perceperint. Paulus respondit cibaria, & vestiaria libertis Defuncti integrè deberi: neque ex eo, quod postea Prædia his pignoris jure Testator obligare voluit, ut ex redditu eorum alimenta perciperent, minuisse eum, vel auxisse ea, quæ reliquerat, videri* = Quamvis igitur Jurisconsultus, deficientibus reditibus Prædii, quibus cibaria præstanda erant, suppletionem demandaverit,
11 attamen colore nullo augeri, aut minui posse voluit quantitatem taxative in hanc causam relictam, & consonat etiam alter *Text. in leg. penult. eodem tit.* ubi statuitur, quod *cùm alimenta per fideicommissum relicta sunt, non adjectâ quantitate, antè omnia inspiciendum est, quæ Defunctus solitus fuerat ei præstare &c.* certam itaque quantitatem si Testator expresserit pro alimen-
tis certo tempore præstandis, ea dumtaxat, 12
& nihil aliud debebitur *Camarell. de legat. lib. 3. quæst.11. num. 2.*, inquiens, nullam interpretationem, nullamque glossationem necessariam reputari, quando Testator suam mentem expressit, & declaravit.

Et sanè adeò attendendam esse taxationem à Testatore factam, ut nullo unquam colore ab ea recedere liceat congruum fit ex eo, quod si alimenta taxativè non solùm in certa quantitate,
sed in certis speciebus, ex certo fundo taxativè 13
percipiendis, relicta fuerint, si tãta illarum quantitas, vel nihil ex eodem percipiatur, nulla ab herede fieri debeat suppletio, sed eorum diminutio cedat damno legatarii, ut respondit Jurisconsultus *in leg. 5. ff. de tritic., Vino, vel oleo legato* inquiens = *cum certus numerus amphorarum Vini legatus esset ex eo, quod in fundo Semproniano natum esset, & minus natum esset, non amplius deberi placuit, & quasi taxationis vicem obtinere hæc verba, quod natum erit* = *Surd. de aliment. tit.7. quæst.33. num.24., Camarell. de legat. quæst. 11. num.3. fol. mihi 204., & quæst. 12. num. 10.* subdens *nu.12.* quod si res, ex qua præstari debent alimenta, perierit sinè culpa heredis, idem liberetur ab omni onere illa supplendi aliunde, prout etiam si eadem certo loco, puta in sua Domo, ab herede præstanda sint, cessante justâ causâ, extrà illius Domum à Legatario peti nequibunt *Camarell. dict. lib.3. quæst.15. num.23.*

Denique coadjuvari possent hæc omnia aliâ certâ Juris regulâ, quà edocemur, quod, quum agitur de legato sub genere suo plures species continente, si species quædam non ex abundanti, aut per imperitiam, sed consultò, consilio certo, & custodito numero enumerentur,
tunc legato generis derogatur, & ea tantum 14
legatario debentur, quæ specialiter enumerata sunt *leg. legatâ suppellectili 9. ibique Glossa verb. legata ff. de suppellectil. legat., Cujac. ad dict. leg. in lib.7. respons. Papin. tom. 1. oper. posth. fol. mihi 308. lit.C. & D., Simon de Pret. de interpret. ultim. volunt. lib.2. solut. 3. num.6. fol. mihi 174. a tergo, Surd. de alim. decis.9. quæst. 8. nu. 304.* id evenisse dici posset in casu nostro, in quo, tametsi per malam hypothesim dicendum esset, Testatorem verbis illis, *e che della sua Eredità li si debbano anticipatamente somministrare Scudi trenta il mese per i soli alimenti delle medesime*; nihilominus legatum generaliùs conceptum, re-
strictum censeretur taxatione certæ quantitatis, 15
& adjectione, atque enumeratione certarum specierũ generalitatem omnem restringentibus, concurrente præsertim dictione illâ, *cioè*, latinè
idest, seu *videlicet*, quæ habet naturam taxati- 16
væ, & restrictivæ *Barbos. de dict. usf. freq. dict. 145.* genericum nomen alimentorum restringentis ad species expressas, nempe *Pane, Vino,*

no, e companatico, adeoque nil aliud, præter il-
17 las, deberetur *Paris conſ. 17. num. 38. lib. 3.* in-
quiens, *quod per enumerationem ſpecierum re-
ſtringitur ſignificatio generis, quando de hoc con-
ſtat; & conſtare dicitur, quando apponitur ver-
18 bum, ſeù dictio videlicet, Simon. de Præt. de
interpret. ultim.volunt. lib.2. ſolut.3. num.63. fol.
mihi 176., Magon. deciſ. florent.50. nu.19. & 39.,
Rot. coram Ludoviſ. deciſ.257. nu.13. verſ. neque
expreſſio, & in rec. part.11. deciſ.118.nu.15.*

Quæ cùm ità ſint, & inſpectis tum certis Ju-
ris noſtri regulis, tum etiam figurâ verborum,
quibus Legatum cibariorum causâ factum, taxa-
tivè à Teſtatore reſtrictum reperiatur ad men-
ſtruam præſtationem Scutorum triginta, quanti
eadem ille æſtimanda eſſe voluit, ſuperfluum
videri poſſet ex conjecturis inveſtigare illius
mentem, nam cùm hæc ex Legis interpreta-
tione certa ſit, ſatiſque declarata legatur, heres
innixus verbis Teſtatoris, & regulæ juris præ-
cipienti, Legatum in dubio interpretandum eſſe
19 favore heredis, non Legatarii, argumento *Text.
in leg. de alim.& cibar.legat., Rot.coram Rembol-
dò deciſ.595. num.7.*, nullo indiget conjectura-
20 rum adminiculo pro ſubſtinenda, obſervanda-
que Legati taxatione ab ipſo facta, ſed Legata-
rius, qui legati ſubſtantiam ampliandam eſſe
contendit, conjecturis, & efficacibus argu-
mentis concludenter docere tenetur, ſervan-
21 dam non eſſe taxationem legati reſultantem ex
Interpretatiooe Juris, & verbis teſtamenti.
Verumtamen, ut apertiùs detegatur inſubſten-
tia petitionis DD.Legatariarum expoſcentium,
ut ab heredibus menſtruæ quantitati Scutorum
triginta adjiciatur congrua quantitas pro emen-
dis condimentis, & lignis, quibus condiri, ac
coqui poſſint cibaria ipſis legata, quaſi hæc,
tametſi neceſſaria pro alimentis, comprehenſa
minimè fuerint in relicto facto pro *Pane, Vino,
e companatico*, afferimus duplex argumen-
tum, eorumque primum deſumitur ex *§. 17.*
Teſtamenti, in quo Teſtator conſiderans ca-
ſum, in quo aliqua ex filiabus, potius quàm
penes matrem, educationis causâ eligeret mo-
rari in aliquo Monaſterio, juſſit, *che debba la
ſudetta Signora Cecilia delli Scudi trenta, come
ſopra aſſegnati, pagare al Monaſtero li ſoliti ali-
menti;* At verò, ſi penſio, quæ Monaſterio ci-
22 bariorum, ſeù alimentorum nomine ſolvitur,
præſtatur pro cibariis, & dapibus conditis, &
coctis, & quæ in menſa parantur, & come-
duntur, & hoc teſtamenti loco Teſtator nomi-
ne alimentorum dapes ità inſtructas intellexit,
dicendum procul dubio eſt, quod ſuperiori etiam
23 teſtamenti loco, alimentorum, & cibariorum
nomine Epulas ejuſdem qualitatis ſignificare
voluerit, nulla enim in ſubjecta materia ſumi
24 poteſt interpretatio melior illâ, quæ reſultat
ex verbis ejuſdem Teſtatoris per *Text. in dicta
leg. penult. ff. de aliment., & cibar. legat., Ca-
marell. de legat. lib.3.quæſt.11. num. 9., & 10. fol.
mihi* 204.

Alterum verò non minus efficax argumen-
tum elicitur ex eo, quod Teſtator facere con-
ſuevit, dum enim ipſe viveret, pro Uxoris,
filiarum, ſui ipſius, & famulæ etiam cibariis, 25
ſingulis menſibus Scuta viginti dumtaxat, & mi-
nus etiam expendere conſueverat, ſi enim par-
citſimus iſte Vir tantâ cum parſimonia, quoad
ipſe vixit, alimenta familiæ ſuæ ſubminiſtravit,
ſi in univerſis teſtamenti ſui locis imploravit fi-
dem Executorum Teſtamentariorum, ut dili-
genti ſtudio, & curà invigilarent, ne immodicis, 26
& inutilibus ſumptibus extenuarentur reditus
Patrimonii ſui, quibus augeri cupiebat Primo-
genituram à ſe inſtitutam, quo colore, aut quâ
juſtâ ratione dici unquam poterit, quod, ipſo è
vivis ſublato, ideoque diminuto numero perſo-
narum alendarum, Legatariis non ſolùm reli-
querit alimenta in tertia parte majora illis, quæ
ipſe præſtare conſueverat, ſed præterea his ad-
jicere voluerit pecuniam prò condimentis, li-
gnis, & carbone comparandis? ſi enim, defi-
ciente taxatione quantitatis alimentorum factâ
à Teſtatore, in eiſdem æſtimandis, inſpicien-
dum dumtaxat eſſet quantum ipſe vivens tri-
buere ſoleret Uxori, & filiabus, de quarum 27
alimentis agitur, & non niſi tantundem eiſdem
tribuendum eſſet, ut ad *Text. in dict. leg. penult.
ff. de alimen., & cibar. legat.*, & benè obſervant
*Simon. de Pret. de interpret. ultim. volunt. lib. 4.
dubit.11. num.48.*, quantò magis obſervanda
erit conſuetudo, & uſus Teſtatoris pro aſſe-
quenda juſta, ac legitima interpretatione taxa- 28
tionis cibariorum ab eodem factæ, quam lega-
tariæ præter juſtum modum ampliare conten-
dunt, vim faciendo illius verbis, & apertè re-
cedendo ab omnibus regulis Juris ſuperiùs tra-
ditis, & quibus admonemur, in dubio præſu-
mendum eſſe, Teſtatorem ad heredis potiùs, 29
quàm Legatarii favorem diſpoſuiſſe *Merlin. Pi-
gnatell. contr.forenſ. cent.2. cap.65. ſub num. 28.
verſ. conſtat igitur.*

Senogallien. Cenſus, & Pecuniaria.

Creditor fructuum cenſus utroque juvatur aſſo-
ciationis, & Salviani remedio. Fundi cenſiti
identitas in antiquis ex quibus probetur? Cen-
ſus impoſitio, etiam ex mente ſan.mem. Pii V.
valida eſt, ubi, licèt deſit Fundi cenſiti dimen-
ſio, ille tamen certus eſt, ac certis finibus
deſignatus. Damni emergentis ratione ob
Debitoris moram agi nequit, niſi interpellatio
fuerit præmiſſa.

VOTUM XIV.

1 *Summa in adjudicatione cenſus ſequeſtrata pro ejus fructibus penes publicum Depoſitarium, cenſetur propria Creditoris effecta per correſpectivam crediti excomputationem.*

2 *In heredem jura omnia Authoris pertranſeunt.*

3 *Heres pro ſumma ab ejus Authore ſequeſtrata penes Depoſitarium publicum, poteſt hunc ad conſignationem compellere, etiam per viam mandati rigoroſi.*

4 *Se-*

4 Sequestratarius, pendente sequestro, inhibetur pecunias sequestratas alteri solvere.
5 Ac tenetur ei, de Judicis mandato, consignare, qui sequestrum adposuit.
6 Creditori census, virtute clausulæ Constituti in Instrumento adpositæ, competit associationis remedium.
Eâ verò clausulâ deficiente, succurritur remedio Salviani virtute hypothecæ ex Instrumento resultantis, num. 8.
7 Clausula Constituti in Instrumento census, præsefert facultatem capiendi possessionem propriâ auctoritate.
9 Remedium tàm associationis, quàm Salviani eumdem parit effectum.
10 Et census Creditor, pro ejus fructibus, alterutro valet agere.
11 Procedit, tametsi fundus censitus in Tertios fuerit alienatus, & num. 12., & 13.
12 Fundus censitus ex voluntaria ejus distractione a Debitore facta ab hypotheca non liberatur.
13 Hypotheca specialiter a Creditore adquiritur super fundo censita.
14 Immissio in Salvianum Creditori census non denegatur, concurrentibus fundi censiti identitate, antiquâ Debitoris, & modernâ rei conventi possessione.
15 Identitas fundi plenè resultat ex ejus descriptione in Libro Æstimi.
16 Liber Æstimi probat, rem ad eum pertinere, cujus nomine reperitur descripta.
17 Identitas probari potest per Testes, licèt ad perpetuam deponentes.
18 Identitas resultat ex confinibus finis, & invariabilibus, & num. 19.
19 Confinia fixa, & invariabilia alienari nequeunt.
20 Identitas demonstratur ex Instrumentis divisionum, & similibus diverso tempore celebratis, & num. 21.
22 Præsertim in antiquis, & num. 23. ad 26.
23 Identitas in antiquis ut probetur, rigorosæ non requiruntur probationes.
24 Sed præsumptiones, atque indicia admittuntur.
25 Et satis est duas adferre demonstrationes, quarum, una sit specifica, altera generica.
26 Immò unica sufficit cum regione, seù contrata.
27 Creditor fructuum census agere potest contrà Debitorem sui Debitoris, non tamen post tricenarium temporis lapsum, & num. 28.
28 Actio pro fructibus census triginta annorum spatio præscribitur.
29 Competit verò pro fructibus 29. annorum, & num. 32.
30 Præscriptiones tot in annalibus præstationibus requiruntur, quot sunt anni.
31 Præscriptio qualibet impedita remanet per solam litis contestationem, & num. 33.
34 Heres, uti suos, petit fructus decursos post factam ejus Auctori census adjudicationem.
35 Et per eam Dominus census dicitur effectus.
36 Fructus Domino debentur.
37 Fructus semper veniunt in adquisitione rei fructiferæ.
38 Etiam non factâ eorum mentione.
39 Census, non factâ dimensione fundi censiti, nullus est, & illicitus ex Bulla san. mem. Pii V.
40 Intellige, ut id non procedat, si fundus sit certus, & certis finibus designatus, & num. 43.
Imò, ut sustineatur, sat est sola specialis dicti fundi denominatio, aliis Bonis Debitoris census non conveniens num. 44.
Procedit, nullis etiam expressis finibus, dum certa aliunde sit fundi censiti identitas nu. 45. 46., & 47.
Quomodocumque de identitate constet num. 48.
41 Fundus censitus ubi certus est, & certis finibus designatus, Creditor census subest periculo amittendæ sortis, fundo perempto.
42 Census extinguitur, perempto fundo censito, & num. 49.
50 Læsio est concludenter ab Allegante probanda.
51 Associatio impediri nequit exceptione læsionis incontinenti non probata.
52 Damni emergentis ratione ob Debitoris moram agere quis nequit ex damno in specie probato.
53 Nisi præmiserit interpellationem.
54 Ex qua Debitor sciverit, eum in damno esse.
55 Interpellatio autem debuit esse judicialis, ac personalis.
56 Non verò domi dimissâ copiâ.
57 Nec extrajudicialis
58 Procedit etiam in Fidejussore ad relevationem agente, & num. 59. ad 62.
59 Fidejussor, non præmissâ interpellatione, nequit principalem Debitorem in mora constituere, & num. 60., & 61.
61 Debitor a Fidejussore non interpellatus, allegare potest, se non fuisse permissurum, pecunias ab eo sub usuris accipi.
62 Interpellatio semper requiritur, ubi non agitur de lucro cessante, sed de refectione damni emergentis.

JOANNES Baptista Franconius ex causa Fidejussionis præstitæ favore sacri Montis Pietatis Corinaldi pro Hieronymo Franconio illius Ministro, anno 1613. coactus fuit solvere dicto sacro Monti flor. 1867., & rubra 45. tritici, quanti condemnata fuit debitrix hereditas dicti Hieronymi, Juriumque cessionem Monti competentium reportavit.

Vix autem perfectâ tali solutione, obijt idem Jo: Baptista, & deinceps Dominicus ejus filius, relicto post se Bartholomæo filio, & respectivè dicti Joannis Baptistæ nepote in pupillari ætate constituto; quam tamen statim ac excessit, curavit anno 1641. sibi refundi dictam summam ab Avo suo pro Hieronymo solutam, repertâque in hujus hereditate ratâ census scutorum 50.

in majori summa anno 1584. ejusdem favore
impositi à Petro Bartoli cum fidejussione Mar-
cel Antonii qu: Laurentii, aliàs Veroli contra
istum veluti Debitorem sui Debitoris actio-
nem judicialiter direxit, quam subindè conti-
nuavit, etiam contra illius heredes, sed, mortuo
interim Bartholomæo, Judicium conquievit
usque ad annum 1683. quo tempore D. Victoria
Franconi ejusdem filia, & heres illud restau-
ravit, & citato Hieronymo Brunoro Jun., contra
istum mandatum obtinuit à clar. me. Card. Ca-
prara tunc in subselliis A. C. sedente, quod
exequi curavit super rata dicti census scutorum
50., qui successivè sub hasta positus fuit; cum-
que nullus comparuerit Licitator, fuit à Præ-
tore Corinaldi eidem Victoriæ in causam me-
morati sui crediti adjudicatus tam pro sorte,
quàm pro fructibus non solùm decursis, & non
solutis, sed etiam decurrendis, qui propterea
pro rata scutorum 20. ad ejus instantiam seque-
strati fuerunt penes Depositarium sacri Montis
Pietatis Corinaldi.

Post hæc decessit quoque Victoria, relictis
post se DD. Julio, & Jo: Baptista filiis, & he-
redibus, qui anno 1712. institerunt tum pro
consignatione dictorum scutorum 20. in sacro
Monte Corinaldi, ut dictum est, sub sequestro
existentium, tum etiam pro associatione, seù
immissione ad fundum censitum pro consequen-
dis fructibus prædicti census Victoriæ adjudi-
cati usque in hæc tempora decursis. Verum,
cum antequam litem hanc prosequantur, Ju-
dicium, sententiamque meam qualemcumque
pro veritate exquirere voluerint, responden-
dum censeo, quod justà ratione sperare valent
victoriam obtinere, cum eorum actio, jam in
Judicium deducta, in omnibus Juri consona vi-
deatur.

Si enim sermo sit de scutis 20., dubio procul
1 eisdem debentur, quia eo ipso, quod in adju-
dicatione census contraposita fuerunt pro in-
tranti rata crediti, pro quo tunc agebat Vi-
ctoria eorum Auctrix, quemadmodum per hanc
correspectivam crediti excomputationem effe-
cta fuerunt propria Victoriæ, *ad Text. in leg. si
non §. qui injuriarum ff. si quis cauth.*, *Paul. de
Castr. cons. 158. num. 1. part. 1.*, *& cons. 179. nu.
1. part. 2.*, *Valenz. cons. 69. num. 254., & seq.*,
Gratian. discept. for. 624. sub num. 10, & seq.,
*Rota coram bon mem. Emerix Jun. decis. 1088. nu.
5., & 6., & decis. 1181. num. 30., in rec. decis.
320. num. 1., & seqq. part. 12. in Balneoregien.
Fideicommissi 5. Decembris 1691. §. Quod autem
coram clar. me. Card. Caprara, in Romana Salvia-
ni 23. Junii 1710. §. Quoniam pro remotione cor.
Caffarello, in Florentina quartæ funeralis 6. Mar-
tii 1711. § Demum coram eodem, & in Romana
Canonum Tenutæ Nuntintellæ 2. Decembris 1711.
§. quoniam coram eodem*, ita omnis ratio suadet,
quod modò concedatur mandatum de consi-
gnando favore dictorum fratrum, ad quos ob
2 nomen, & titulum hereditarium dictæ Victoriæ
jura omnia, & quæcumque illius Bona transie-
runt. *Leg. hereditas ff. de regul. Jur.*, *Leg. cum
heredes ff. de acquir. vel omit. heredit. leg. 1., & toto tit.
Cod. ut actio ab hered., & contr. hered.*, *leg. Item
veniunt ff. de petit. hered.*, *Rota decis. 67. nu. 18.
coram Coccin., decis. 490. num. 6., & decis. 574.
num. 19. coram Bichio*, compellendo etiam per
viam rigorosi mandari, quatenùs opus esset,
dictum Depositarium, seù Montem Pietatis, in 3
quo à Victoria sequestrata fuerunt, juxta dispo-
sitionem *Textus in leg. penult. ff. depositi*, *Roland.
cons. 17. num. 1. lib. 1.*, pendente namque seque-
stro, sequestratarius à lege, & ab homine inhi-
bitus remanet pecunias sequestratas alteri solve- 4
re. *Gratian. discept. forens. cap. 485. in princip.*,
*Rota in rec. decis. 443. in fin. part. 11., & decis.
176. num. 1., & seq. part. 15.* teneturque illas
apud se conservare ad effectum consignandi illi,
ad cujus instantiam sequestrata fuerunt, quo- 5
ties Judex ita mandet. *Bart. in leg. Ei, apud
quem §. Si velit ff. depositi, & in leg. Oleum nu.
4. ff. de Dol.*, *Rota coram Coccin. decis. 1802.
num. 4.*

Quod verò attinet ad mandatum de associan-
do, sivè de immittendo in Salviano ad fundum
censitum pro aliis fructibus census præfatæ Vi-
ctoriæ adjudicati, res quoque vacat difficulta- 6
te, quia Creditor census vigore clausulæ pre-
carii constituti semper juvatur remedio associa-
tionis, hæ enim, hisque similes clausulæ in
instrumento census adponi solitæ, præseferunt
facultatem accipiendi possessionem propriâ au- 7
ctoritate, ut notat *clar. mem. Card. de Luca de
judic. disc. 44. num. 28.*, *Rota decis. 366. n. 22.
coram Bich.*, vel, hisce clausulis non concurren-
tibus, succurritur per viam immissionis in Sal- 8
viano virtute hypothecæ ex instrumento Cen-
sus resultantis, ut alterutro ex his remediis,
quæ alioquin eumdem pariunt effectum, de cre- 9
dito fructuum satisfieri valeat *l. 2. & 3. Cod. de* 10
pignor., *Menoch. de adipisc. remed. 5. num. 107.*,
Rota decis. 887. num. 5. coram Buratt., *dec. 1159.
num. primo, coram bo. me. Emerix jun.*, *in rec. decis.
187. num. 3. part. 10.* Idque procedit, tametsi
fundus censitus nuncupatus *Coma magna* in ter- 11
tios alienatus fuerit, quia per voluntariam il-
lius distractionem à debitore factam liberari non 12
potuit à vinculo specialis hypothecæ, quam
creditor Census super illo acquisivit, ut, rela- 13
tis concordantibus, firmavit *Rota decis. 24. n. 3.
coram Ansaldo inter ejus decisiones Romæ im-
pressas.*

Nec deficiunt extrema in hoc judicio requisi-
ta, quia fundi censiti identitas, antiqua posses-
sio Petri Bartoli census debitoris, & moderna
rei conventi, quæ sunt extrema in hoc judicio 14
requisita, ad *Text. in leg. prima ibique gloss. in
verb. competit.*, *Cod. de precar. & Salvian. in-
terdict.*, *Rota coram Buratt. decis. 728. num. 4.,
& coram Emerix jun. decis. 59. num. 1. & 2., &
decis. 446. num. 1.*, planè concurrunt in casu no-
stro, in quo identitas, de qua solùm dubitari
posset, satis, superque resultat, tùm ex descri- 15
ptione in libro Æstimi, qui efficacem tribuit
probationem, rem fuisse in Bonis illius, cujus 16
nomine reperitur dictus fundus descriptus, *Pe-
regrin.*

regrin. de fideicom. art. 44. num. 7., Rota coram
Priola decis. 363. num. 18., in rec. decis. 706. nu. 6.
part. 2., in Camerinen. fideicommissi 2. Junii 1687.
§. Quod verò attinet coram Hervault Archie-
piscopo Turonen., in Balneoregien. fideicommissi 5.
Decembris 1691. §. Quod autem Bona coram
Card. Caprara, in Romana Pecuniaria 5. Maii
1700. §. Quod autem coram Ansaldo; tum ex
17 depositionibus testium, licèt ad perpetuam de-
ponentium *Aretin. in l. decem num. 4 ff. de ver-*
bor. obligat., Rota coram Bich. decis. 27. num. 13.,
18 tum ex confinibus fixis, & invariabilibus sylvæ
19 communis Corioaldi, & viæ publicæ, quibus
adhæret, quæ cum alienari nequeant, consti-
tuunt confine immutabile. *Marescott. var. resol.*
lib. primo cap. 12. num. 23., Rocca disput. jur. se-
lect. cap. 10. nu. 60., Rota coram Ottbob. decis. 102.
num. 4., coram Cerro decis. 3. num. 14., cor. Priolo
decis. 182. num. 9., in rec. decis. 88. num. 16. part. 7.,
& decis. 75. num. 2. part. 10., tùm demùm, &
20 fortius ex instrumentis divisioωum, & datio-
num in solutum, aliisque his similibus diverso
21 tempore celebratis, ex quibus superlativè pro-
bata dicitur identitas, *Rota in Sabinen. Census*
10. Januarii 1698. §. Prout nec urget coram bon.
mem. Muto, & in Faventina Primogenitura de
Naldis super idantitate 19. Aprilis 1709. §. Quo
enim coram bon. mem. Caffarella. Præsertim quia
22 agitur de impositione Census à centum ab hinc,
& ultra annis facta. *Paris. cons. 26. nu. 25. lib. 2.,*
Rota decis. 479. num. 11. part. 9., & decis. 152.
num. 6. part. 19. rec., in antiquis enim non re-
23 quiruntur rigorosæ probationes pro indentitate
probanda, sed admittuntur illæ desumptæ ex
24 præsumptionibus, & indiciis, *Rota in Amerina*
fideicommissi 26. Junii 1697. §. penultim. coram
Muto, in dicta Sabinen. Census 10. Januarii 1698.
§. Prout non urget coram eod., in Hortana Bono-
rum 27. Junii 1698. §. penult. cor. Emo D. Card.
25 *Priolo.* Ità quidem, ut satis sit afferre duas de-
monstrationes, quarum una sit specifica, altera
generica. *Rota decis. 446. num. 4. cor. bon. mem.*
26 *Emerix jun.*, ubi quod sufficit unica demonstra-
tio cum regione, seù contrata *in Bononien. Im-*
missionis 25. Junii 1697. §. penult., confirmata 9.
Maii 1692. §. finali coram Rmo Hervault, &
in Viterbien. fidaicommissi de spiritibus 9. Januar.
1688. §. Neque officere coram bon. mem. Benincasa.

Non idcircò tamen dd. DD. fratres generali-
ter, & indistinctè agere poterunt prò omnibus
fructibus dicti Census, sed procedendum est
cum distinctione, quippè incipiendo à fructibus
decursis, & non solutis ab anno 1584., tempore
impositionis Census, usque ad annum 1641.,
spectantibus ad eorum debitorem, qui erat Cre-
ditor census, illos petere quidem poterunt ad
effectum imputandi in proprium eorum credi-
tum, cum permissum sit Creditori agere prò
27 suo credito contra Debitorem sui Debitoris. *Leg.*
nomen Cod. quæ res pign. oblig. poss., Surd. cons. 4.
num. 23., Rota coram Cerra decis. 22. num. 13.,
& decis. 34. num. 61., Verum tamen non prò to-
to dicto tempore, quia ob plusquam tricena-
riam præscriptionem sublata remanserit actio
prò illis consequendis. *Cap. ad aures de præ-* 28
script., leg. sicut, & leg. omnes Cod. de præscript. 30.
vel 40. annor., Rota coram bon. mem. Emerix jun.
decis. 26. num. 1., & decis. 40. num. 9., sed prò
annis tantùm viginti novem, quia fructus in 29
hoc temporis spatio decursi præscribi non potue-
runt, ob certam illam Juris regulam, quà edo-
cemur, in annualibus præstationibus tot requiri 30
præscriptiones, quot sunt anni. *Decian. cons. 29.*
num. 39. lib. 1., Cenc. de Censib. quæst. 118. n. 3.,
Carleval. de judic. lib. primo disput. 4. num. 17.,
Rota coram bo. me. Emerix jun. decis. 557. num. 1.,
& 2., ab anno autem 1641. cum ab Auctoribus
dictorum fratrum mota fuerit lis contra Fide-
jussorem prò consequendis fructibus d. Census,
eademque pluries restaurata, ac diù continua-
ta contra heredes usque ad annum 1683., io du-
bium venire nequit, quin integrè debeaotur,
cum per solam litis contestationem impedita 31
remaneat quælibet illorum præscriptio. *Cap. fi-*
nal. de præscript., Cravet cons. 116. num. 6. lib. 1.,
Cephal. cons. 161. num. 2. lib. 2., Adden. ad Bu-
ratt. decis. 505. num. 13., Rota coram Seraphin.
decis. 614. num. 1., & decis. 307. num. 4., & seqq.
part. 14. rec.

Demum, quod attinet ad fructus ab anno
1683. usque nunc decursos, isti potiori ratione
Actoribus debentur, nedum ex rationibus mox
deductis, sed quia ex alia ratione speciali præ-
scribi nequivissent, dum prò annis 29. deinceps 32
elapsis allegari non potest ulla præscriptio, ut
supra dictum est, & anno proximè præterito,
quo complebantur triginta anni, judicium in-
structum fuit prò associatione ad fundum censi- 33
tum, ut hoc medio DD. fratres de fructibus fa-
ciliùs satisfierent, his solum addendo, quod
fructus isti ab anno 1683. decursi, non sunt im-
putandi in creditum ipsorum fratrum, cum sint 34
eorum proprii, ex quo anno 1683. Victoria co-
rum Mater, & immediata auctrix censum in
sorte sibi adjudicari obtiouit à Prætore Corinal-
di unà cum fructibus decursis, & decurrendis,
undè nedum ex vi talis adjudicationis, per
quam effecti fuere Domini census, fructus ab 35
inde citra decursos petere debent uti suos, sed
etiam ex Juris dispositione, quà cavetur, quod 36
fructus Domino debeantur, & semper veniant
io acquisitione rei fructiferæ, tamquam acces- 37
sorii ad sortem, ejusque naturam sequentes, per
Text. in l. certum 22. ff. de rei vindic. leg. litiga-
tor Cod. de fructib., & litis expens., quamvis de 38
illis mentio ulla facta non fuisset, in *Ariminen.*
Castrorum 5. Maii 1702. §. Et quod coram bon.
mem. Caffarella.

Quibus ità constabilitis, obstare minimè vi-
dentur ea, quæ in contrarium opponi possunt;
& primò quidem non officit, quod dictus cen-
sus impositus fuerit à Petro Bartoli super quo-
dam ejus prædio appellato *Cunæ magnæ*, nem-
pè dimensionis, & latitudinis, nullà factà
expressione numeri rubrorum ejusdem, exindè
inferendo, quod ob prætermissam hanc quanti-
tatis designationem, census nullus sit, & illici- 39
tus, veluti non servatà formà Constitutionis
san.

fau. mem. S.Pii V., nam prò implemento hujus
Bullæ non requiritur expressio quantitatis, aut
40 mensura fundi censiti, modò idem sit certus,
& certis finibus designatus, sic enim sufficien-
ter occurritur fraudi, quæ alioquin ex parte
41 Creditoris inesse posset in non subjiciendo se pe-
riculo amissionis sortis, cui Creditor censua-
42 rius subest in casu peremptionis fundi censiti in
totum, vel in parte, ex notatis per *Leotard. de
usur. quæst. 58. num. 34.*, qui fraudis timor pro-
cul abest à casu præsenti, ex quo omnia confi-
43 nia prædicti prædii censiti expressa leguntur in
instrumento impositionis Census; imò verò, ut
ille sustineretur, satis fuisset sola specialis de-
44 nominatio *Conæ magnæ* aliis Prædiis Petri Bar-
toli impositoris minimè conveniens, cum cen-
45 sus constitutio valida reputetur, etiam nullis
expressis finibus, si aliis modis, & per alias de-
monstrationes de certitudine fundi censiti dubi-
tari non possit, ut enim ait *Textus in leg. 63.
§. primo de contrahend. empt.* demonstratione
46 fundi factâ; fines nominari supervacaneum est,
47 idque procedere, inspectâ etiam Bullâ Pianâ,
probant *Leotard. de usur. quæst. 58. num. 9. &
seqq.*, *Gratian. discept. forens. cap. 883. num. 13.*,
Marescott. variar. resol. lib. 3. cap. 10. num. 28.,
Cenc. de censib. quæst. 40. num. 24., *clar. me. Card.
de Luca de cens. disc. 6. num. 6. & seqq.*, quo-
48 modocumque enim constet de identitate fundi
censiti, satisfactum dicitur menti, & intentio-
ni Pontificis, quia, ubi non potest dubitari de
fundo censito, eveniente casu peremptionis il-
49 lius, dubium nec esse potest, quin Census etiam
sit extinctus, & peremptus, ut prosequitur *Cen-
cius loco citato*.

Minus verò attendi debet, quod in delibera-
tione Bonorum sequutà vigore cujusdam man-
dati per dd. fratres prædictos expediti, coram
R. P. D. tunc A. C. Aldrovando, prò eorum
credito enormissimè læsi fuerint heredes Hiero-
nymi Franconi principalis debitoris Census; si-
50 quidem talis exceptio esset concludenter ab Al-
legante probanda; ideoque cum non sit noto-
51 ria, & incontinenti probata, apta non est im-
pedire præfatis fratribus associationem, seù im-
missionem in Salviano ad fundum censitum prò
residuali eorum credito, per ea, quæ tradunt
*Zacch. de oblig. Cameral. quæst. 17. num. 121., &
seq.*, *Ridolphin. in prax. part. prima cap. 8. num.
226.*, *bon. mem. Advoc. Constantin. ad statut. Urb.
annot. 46. num. 215., & 278.*, *? reeol. consult. fo-
rens. 48. num. 24.*, *Rota in Civitatis Vetulæ tran-
sactionis 28. Aprilis 1704. §. Circa læsionem co-
ram Ansaldo*.

Prout etiam nil refragatur postrema excep-
tio, quod dd. DD. fratres agant prò credito,
de quo jam satisfacti sunt. Etenim, factis cal-
culis, adhuc, ut mihi supponitur, remanent
Creditores scutorum 183. 50., & aliorum scu-
torum 595. 50., de quibus, una cum aliis scutis
40., & ultra, pariter reintegrandi sunt ab here-
ditate Hieronymi Franconi.

Et demum præfati fratres hisce omnibus cre-
ditis addebant aliud damni passi à Joanne Ba-
ptista, eorum mediato Auctore occasione solu-
tionis per eum factæ Sacro Monti prò Hierony-
mo originario debitore, dum prò eadem pera-
genda coactus fuit tradere in solutum d. Sacro
Monti nonnulla stabilia, & prò rata scutorum
200. imponere anno 1624. censum favore ejus-
dem Sacri Montis. Verùm hoc prætensum eo-
rum creditum nullam puto habere subsisten-
tiam, quia, ut Creditor agere possit ad id,
quod sua interest ratione damni emergentis, 52
satis non est, quod in specie probetur, damnum
reverà fuisse incursum ob moram Debitoris, sed
insuper requiritur docere de interpellatione, 53
per quam ille certior factus fuerit de indigentia
Creditoris, quodque alio modo, quàm acci- 54
piendo pecunias sub usuris, aliudve simile dam-
num subeundo, solutio, ad quam ipse Debitor
tenebatur, perfici non potuerit, juxta decisio-
nem *Mohed. 103. aliàs 2. de usur.* à Sac. *Rota*, &
hic in Curia Romana communiter receptam,
quam cæteris omissis, reprobato *Ruino cons. 140.
lib. 4.*, ejusque sequacibus, inter quos numera-
tur *Leotard. de usur. quæst. 97. num. 10. & seqq.*,
tuentur *Gratian. discept. forens. cap. 829. num. 1.
& seqq.*, *& cap. 987. num. 8.*, *Card. de Luca disc.
34. num. 4. de usur.*, *disc. 57. num. 16.*, *& disc. 103.
sub num. 2., & 6.*, *de Feud. disc. 68. num. 6.*, *&
disc. 119. num. 7. de dote*, *Rota decis. 7. post Zacch.
de societ. offic.*, dictaque interpellatio debet esse 55
judicialis, & personalis, cum alio modo facta,
puta, domi dimissâ copiâ, non suffragetur, nec 56
per scientiam aliundè probatam, aut per extra- 57
judicialem requisitionem suppleri valeat, ex
quo agitur de re valdè præjudiciali, ut, quidquid
ratiocinando, dixerit *Card. de Luca de usur. d.
disc. 34. num. 7., & disc. 37. num. 16.*, probat
Gratian. discept. forens. cap. 829. num. 8., *Rota
decis. 181. num. 1. & 2. coram Manzaned.*, *& in
rec. decis. 228. num. 10. part. 7.*, *& d. decis. 304.
num. 13. part. 9.*

Cum itaque DD. fratres non doceant de in-
terpellatione ullo modo facta heredibus Bartho-
lomæi Franconii originarii debitoris Montis
circa damnum, quod Joannes Baptista eorum-
dem mediatus auctor, & ipsi quoque passi fue-
runt, tàm ob dationem stabilium in solutum,
ut dictum est, Monti traditorum, quàm ob im-
positionem census scutorum 200. factam prò di-
cta solutione peragenda; profectò in hisce cir-
cumstantiis damni passi emendationem imme-
ritò sperant, ut probant punctuales auctorita-
tes mox relatæ, quæ procedunt, etiam respectu 58
Fidejussoris, qui à principali Debitore regulari-
ter relevandus est, quoniam fidejussor quoque
præmittere tenetur dictam interpellationem, 59
cum absque illa non valeat principalis Debitor
considerari in mora, atque etiam quia semper 60
allegare posset, quod, si scivisset, forsitan pro- 61
vidisset, & non permisisset, pecunias à fidejus-
sore sub usuris accipi, *latè Cenc. de censib. quæst.
75. num. 7.*, *Rota post eumd. decis. 324. num. 2.,
& seq.*, *decis. 342. num. 2., & seq.*, *& dec. 343.
num. 4.*, *& in rec. d. decis. 228. num. 10. part. 7.*
Consultò omitto verba facere de requisitis *Ca-
stren-*

strensis in leg. 3. §. final. ff. quod de eo, quod cert. loco, quia, cum non agatur de lucro cessante,
62 sed de refectione damni emergentis, talia requisita justificanda non essent. *Rota coram Cerro decis. 783. num.8.*

Januen. Renunciationis.

Renunciatio omnibus juribus, & hereditatibus à Muliere ob receptam dotem emissa favore Fratrum, eorumque Descendentium, si nulla sit ex defectu solemnitatum, posteaque ex Decreto Magistratus convalidetur, quoad hereditates dumtaxat paternam, & maternam, demptis etiam verbis = *E loro Discendenti* = in dubio ad mentem Juris, ipsiusque Magistratus intelligenda est, ut perpetuò transeat ad quoscumque Renunciatariorum Descendentes quoad hereditates dumtaxat paternam, & maternam, à quibus fœmina dotata ad mentem Juris excluditur. Contraria expenditur conjectura dotis incongruæ. Dos quando congrua nec ne dicenda sit?

VOTUM XV.

1 *Renunciatio emissa à Muliere, eàque minore, absque solemnitatibus, nulla est* ex Statut. Januen. §. fin.
2 *Nisi fuerit à Magistratu convalidata.*
3 *Renunciaus filia favore Patris dotantis lædi potest.*
4 *Ob idque Solemnitates in eo actu requiruntur.*
5 *Renunciationes à Puellis dotatis emissas concidere ex mero solemnitatum defectu, æquum non est.*
6 *Renunciationes à Puellis necessariò solent fieri.*
7 *Et, si qua ex parte deficiant, possunt ad æqualitatem redigi.*
8 *Magistratui Extraordinariorum Januen. facultas est sanandi vitia renunciationum à Puellis emissarum.*
9 *Ejusmodi autem facultas iis impertita est per illa verba* = possit &c. providere, & confirmationem, prout videbitur, facere.
10 *Verbum* providere= *necnon alia* prout ei videbitur *in concessione facultatum, æquum arbitrium important*, & num. 11. & 12.
13 *Actus, qui solummodò valet, quatenus ab alio confirmatur, nonnisi ad normam confirmationis valere potest.*
14 *Clausula* Quibusvis non obstantibus *vim habet Decreti irritantis.*
15 *Dos congrua, vel incongrua æstimanda est, ex viribus Patrimonii Dotantis, Regionis consuetudine, & solito familiæ.*
16 *Dos congrua censenda est, si à Patre constituta.*
17 *Item, si nuptiæ fuerint cum Viro paris conditionis contractæ.*
18 *Dotis incongruitas nequit ampliùs opponi post annos 22.*
19 *Renunciatio, seu istius confirmatio debet ad normam juris intelligi, si de mente Renunciantis, aut confirmantis aliunde non constet.*
20 *Renunciatio perpetua est, & transitoria ad quoscumque in eo nominatim expressos.*
21 *Renunciatio, quod fuerit ex Decreto Magistratus in aliqua sui parte restricta, ex Decreti tenore docendum est.*
22 *Renunciatio in ea parte, quà fuit ex Decreto Magistratus confirmata, omnino est attendenda.*
23 *Renunciatio Puellæ dotatæ, quod non comprehendat successiones extraneorum, potest Magistratus ad mentem juris decernere.*
24 *Atque è contra, quod debeat operari illius exclusionem a paterna, & materna hereditate.*
25 *Statutum Januæ disponit, filiam, ob unicam dotem a Parentibus receptam, a plurium hereditate excludi.*
26 *Filia dotata, ubique locorum excluditur a Parentum successione.*
27 *Reservato eidem dumtaxat jure agendi pro suppletione dotis minùs congruè constitutæ.*
28 *Ita quidem ut, dote non receptà, tunc solùm ad eorum successionem possit adspirare.*
29 *Modò statutum non præcipiat, quod ob unicam dotem ab uno receptam, a plurium successione exclusa sit.*
30 *Clausula generalis nequit specialiter dispositis derogare.*
31 *Renunciatio Puellæ dotatæ, in qua Magistratus deleri mandavit verba*, e loro Descendenti, *nequit censeri restricta ad personam dumtaxat Renunciatorii.*
32 *Et ii censeri possunt exclusi tantùm quoad hereditates extraneorum, aliaque jura Renunciantis*, & num. 33.
34 *Interpretatio Decreti ea sumenda est, quæ magis illius verbis est consentanea.*
35 *Soror dotata ex statuto Januæ non admittitur ad successionem Parentum, Fratre existente.*

RENUNCIATIO ab Illustrissima D. Paula Maria filia Illustrissimi D. Antonii de Paulis facta die 15. mensis Martii anno 1700. valida est eâ tantùm ex parte, quâ confirmata fuit ab Illustrissimo Magistratu Extraordinariorum. Etenim, cùm illa careret solemnitatibus patriâ lege præscriptis in Contractibus minorum, & mulierum, & præfata D. Paula Maria tempore celebratæ dictæ renunciationis mulier esset, & minor, hinc sequitur, quod eadem, utpotè destituta necessariis solemnitatibus, nulla, atque irrita extitisset ex censura 1
statuti Januensis *lib. 4. cap. 20. §. final.*, & tradunt communiter Doctores, nisi ex dispositione ejusdem statuti convalidata fuisset à Magistratu istiusmodi Contractibus confirmandis præ- 2
posito.

Quod autem in hac specie Contractus ad illius validitatem requireretur adminiculum statutariæ solemnitatis, in dubium revocari mini-

nimè posse videbatur, quia agebatur de Con-
tractu mutuæ obligationis, cujus virtute Re-
nuncians favore Patris, ad eam dotandam obli-
gati; ob dotem ipsi constitutam plenè illum li-
berabat à quacumque obligatione, sibique pe-
nitùs præripiebat facultatem omnem quidquam
umquam petendi ab eo, ejusque hereditate,
tametsi justa ipsi competere posset actio aliquid
consequendi; in quo sanè actu filia lædi pote-
3 rat tùm quoad quantitatem dotis, & modum
illam solvendi, tùm etiam quoad obligationes,
& actiones Patri remissas, tùm denique quoad
jura favore fratrum ab ipsa renunciata; Quam-
obrem, si illa ob fragilitatem sexus, & ætatis
imbecillitatem pluribus modis damno affici po-
terat, æqui bonique ratio exposcere videbatur,
quod ad validitatem contractus adhiberetur au-
ctoritas Judicis, & præsentia Proximiorum, qui,
præviâ Causæ cognitione, dotatæ atque renun-
ciantis Puellæ incolumitati consulerent, per ea,
quæ tradunt *bon. mem. Advocat. Constantin. ad*
4 *statut. Urb. annot.44.num.63., & num.89., Tho-*
mat. decis.84.num.19., Rot. apud Posth. de sub-
hast. decis.216.num.2.& seqq., coram Pamphil.
decis.205.num.2.& 7., coram Ninot. decis.3.nu.
4., in rec. decis.261.num.4.part.6., decis.63.nu.
1.part.14., in Mantis. ad Card. de Luc. de donat.
decis.34.num.3., in Nucerina Donationis 14.Ju-
nii 1709. §. Non obstante, & seqq. coram bon.mem.
Caffarello, confirmata 9. Maii 1710. §. Nullitas
coram eodem, & 12. Decembris ejusdem anni §.
Præsupposita coram R.P.D. Aldrovando, in Esina
successionis 11. Junii 1714. §. Quoniam cor. R. P.
D. Cerro, & apertè disponitur dict.cap.20. §.De-
clarato.

Quoniam verò æquum non erat, quod ex me-
5 ro defectu solemnitatum conciderent contra-
ctus plerumque necessariò fieri soliti, quales
6 sunt istiusmodi renunciationes à Puellis dotatis
7 celebratæ, & qui vel undequaque justi, vel si
aliquâ ex parte deficerent, ad æqualitatem, &
justitiam redigi facilè poterant, idcircò eàdem
lege municipali prudenter constitutus fuit Illu-
strissimus Magistratus Extraordinariorum re-
præsentans Supremum Principem, cui, nè simi-
les actus perirent, sed potiùs valerent, data le-
8 gitur plena potestas sanandi illorum vitia, ut
apud *Thabor. axiom. Jur. lib. 3. cap.63. axiom. 2.*
vers. limita primò, & axiom. 10., supplendo
nimirum defectum solemnitatum, & quidem
9 sinè citatione Partis, si intrà annum adiretur,
elapso verò anno cum citatione alterius Partis,
quæ comparere, & audiri deberet; Prout ob-
servatum fuit in casu, de quo agitur, cùm enim
supplicatum fuisset dicto Magistratui pro re-
nunciationis præfatæ confirmatione; Ille ani-
madvertens, eam factam fuisse reperiri non fa-
vore Patris dotantis, sed collatam legi in
Personam Illustrissimi Domini Jacobi fratris
D. Paulæ Mariæ renunciantis, & aliorum fra-
trum ex communi Parente nasciturorum ibi = *hò*
rinunziato, cesso, rilasciato, ed irrevocabilmen-
te trà vivi donato alli Signori Giacomo suo fra-
tello, ed altri figli maschi legitimi, e natura-
li di detto Signor Antonio, se nascessero, e
loro Descendenti =, prætereaque eamdem effræ-
natâ amplitudine comprehendere successiones
omnes præripiendo penitùs Renuncianti spem
cujuscumque successionis, quam haberet de
præsenti, vel habere posset in futurum, justum
modum illi adjecit, videlicet, quod renunciatio
confirmata intelligeretur, demptâ, atque abo-
litâ clausulâ illâ, *e loro Descendenti* adpositâ post
expressionem D. Jacobi de Paulis, & aliorum
filiorum ex communi Parente nasciturorum,
quodque sub renunciatione spei cujuscumque
successionis, quam Renuncians haberet de præ-
senti, vel habere posset in futurum, compre-
hensa intelligerentur Bona paterna, & mater-
na dumtaxat.

Si igitur renunciationi isti validitatis robur
tribuere poterat sola confirmatio Magistratus,
cui cùm à lege data reperiretur plena potestas
illam confirmandi, prout eidem videretur eis
verbis *possit idem Magistratus providere, & con-* 10
firmationem, prout ei videbitur facere, poterat
idcircò eamdem vel prorsus, vel ex parte dum-
taxat confirmare, prudenti nempè arbitrio illi
tradito tùm eo verbo *providere*, tùm illis aliis
prout ei videbitur his enim verbis significari ad- 11
monemur æquum Judicis, & Agentis arbi-
trium, ut de verbo = *providere* = *est Text. in cap.*
nisi essent 21. de Præbend., ibique Gonzal, &
Fagnan., & Rot. ad ornat. clar.me. Card.de Luc.
de regal.decis.2.nu.19., & de verbo = *videbitur* =
docent *Carena resol.72. num.3. & seqq., clar.me.* 12
Card.de Luca de Testament. disc.68.num.9., Bal-
duc. ad Ramon. cons.76.num.81., hinc sequitur,
quod, si Magistratus voluit, quod comproba-
tio renunciationis valeret *demptis, & exclusis = e*
loro Descendenti =; rursus, si eidem placuit, quod
renunciatio spei cujuscumque successionis,
quam Renuncians haberet de præsenti, vel ha-
bere posset in futurum, intelligeretur quoad
Bona paterna, & materna dumtaxat, hinc se-
quitur, inquam, quod illa valida, & efficax
censenda sit, servato modo, formâ, & restri-
ctionibus à confirmante adpositis, ex certa Juris
regula, quâ edocemur, actum, qui solummo-
do valet, quatenus ab alio confirmatur, non nisi 13
ad normam confirmationis, & ea ex parte,
quâ confirmatus reperitur, valere posse, per
ea, quæ firmat *Gloss. in cap. si apostolicæ 22. in*
verb. confirmamus de Præbend. in 6., Dec. cons.
341. num.7., Honded. cons.63. num.104. lib. 1.,
Rota in rec. decis.192. nu.2. vers. secus verò part.
1., coram Dunoz. Jun. decis. 341. nu. 2., coram
Arguell. decis.17. num.37., & 38. ad ornat. clar.
mem. Card.de Luc. de regal.decis.2. num. 45. ibi =
Ponderando, quod Pontifices non confirmaverunt
indistinctè prorogationes, & eo modo, quo factæ
fuerunt, sed illas ad placitum restrinxerunt, quod
evincit facultatem esse non a statuto, neque ab ob-
servantia concessionis, sed a facto Papæ confirman-
tis = & de Fideicomm. decis.107. num.5., & latè
in *Ravennaten. Emphyteusis 12. Junii 1710 §. Et*
alterum coram R.P.D. Ansaldo; præsertim verò
inspectis illis verbis confirmationis ibi = *ità ad*
cal-

calculum mandante præfato præstantissimo Magistratu, contrariis quibusvis non obstentibus = quæ
14 clausula vim habens Decreti irritantis *Gambar. de offic. Legat. lib. 8. tit. de potest. Legat. in legib., & statut. conden. num. 28., Barbos. de claus. claus. 83. num. 38., Altimar. de nullitat. rubr. 6. qu. 8. num. 18., & seqq. & num. 27., Rot. Florent. inter collect. à Palm. nep. decis. 366. nu. 4.*, actum confirmatum, ratum haberi posse non fuit eâ ex parte, quâ confirmationis robur minimè obtinuit.

At verò, si renunciatio valida, & efficax censenda est, servato modo, atque restrictionibus à Magistratu confirmante adjectis, examinandum modò erit, quid, illis inspectis, sub illa comprehendi, & quarum personarum favore porrigi eadem possit; In quadam allegatione mihi communicata dicitur, Illustrissimum Magistratum renunciationem hanc limitasse ad vitam dumtaxat D. Jacobi fratris Renunciatarii, dum mandavit, quod comprobatio valeret = *demptis, & exclusis verbis = e loro Descendenti* =; ideoque, exclusis Renunciatarii Descendentibus, post ejusdem obitum renunciationem tamquam personalem resolvi, ità quidem, ut ob istiusmodi personalitatem jura renunciata, veluti effecta non transmissibilia, reditura sint ad Renunciantem; hanc autem restrictionem, sivè renunciationis resolutionem Magistratum eâ mente adjecisse ait, quia, agnoscens, Renunciantem consecutam fuisse exiguam dotem, æquum non esse censuit, ut perpetuò, sed ad vitam dumtaxat Renunciatarii, juribus renunciatis privaretur.

Ut maturo judicio determinari posset, an discursus iste reverâ subsistat, quod nimirum ob assertam dotis modicitatem Magistratus renunciationem redigere voluerit ad omnimodam personalitatem, statuenda priùs esset in facto dotis constitutæ incongruitas, ostendendo, quod, inspectis viribus Patrimonii Patris Dotantis, Regionis consuetudine, & solito Familiæ, dos reverâ modica, & incongrua fuerit, ex his enim illius congruitatem, vel incongruitatem
15 metiendam, æstimandamque esse disponit *Text. in leg. quæro 61. in fin., leg. Cùm post 70. §. Gener. in fin., & §. Nuptiis ff. de Jur. Dot. Canon. nullum 30. quæst. 5., Fontanell. de pact. nupt. claus. 5., Gloss. 8. nu. 21., & 80. part. 1., Boss. de Dot. cap. 13. §. 1. num. 22., Card. de Luc. eodem tract. disc. 26. nu. 4., Rot. coram bon. mem. Emerix Jun. decis. 578. num. 4. & ultim., in Romana Dotis 4. Aprilis 1707. §. Diximus coram Ansaldo, in Fanen. taxationis congruæ Dotis 12. Decembris 1710. §. Ultrà namque in princip. & §. At nihilominus coram Priolo, in Romana Dotis 20. Junii 1712. §. Congruitas coram R.P.D. Aldrovando, & in Camerinen. Dotis 5. Julii ejusdem anni §. Super enim coram R. P. D. Falconerio* = Eòque diligentiori examine inquirenda hæc essent in casu nostro, quia prò dotis congruitate præsumenda, summoperè urget, quod D. Paula Maria dotata
16 fuit à Patre, cujus judicio lex plurimùm confidit, ut in proposito inquit *Rot. coram Bich. decis. 310. num. 27., & ad ornat. Card. de Luc. de Testam. decis. 20. nu. 15.*, quodque eadem paris con-
ditionis Viro despousata, nuptias de paragio ce- 17
lebravit *Petr. de Gregor. de Dot., & Parag. qu. 1. num. 1. & seq., Molphes. ad consuetud. Neapol. tom. 1. part. 4. de success. ab intest. quæst. 16. per tot., Carol. de Ros. ad easdem consuetud. tit. 1. nu. 168. & seq., Capyc. Galeot. contr. 16. nu. 1. & seq. lib. 2., Card. de Luc. de Dot. disc. 2. num. 10. vers. præterea, & disc. 144. num. 2., Constantin. annot. 39. art. 3. num. 256., & seq. tom. 2., Rot. part. 1. divers. decis. 540. num. 3., coram Cavaler. decis. 260. num. 3., & decis. 298. num. 4.*, quæ præsumptio eò fortius urgere videtur, quia ex dicta allegatione mihi communicata perspicere nequivi, an præfati nobiles conjuges ullo unquam tempore de dotis incongruitate conquesti fuerint, ideoque post annos ferè viginti duos, qui excurrerunt ab anno 1693., quo dicta dos constituta reperitur, nimis serò de illius incongruitate opponere dicerentur, ex notatis *apud Card. de*
Luc. de Dot. disc. 42. num. 8. §. Et clarius, & la- 18
tè Rota in Romana Immissionis 2. Maii 1710. §. Eruitur tertia ad fin., & §. Sexta resultat coram R.P.D. Aldrovando, proindeque nullâ justâ ratione admitti posse videtur contrarius discursus, præsertim verò quia in Decreto Magistratus quidpiam non legitur, ex quo intelligi possit, ipsum superiùs relatas modificationes, atque restrictiones apposuisse renunciationi, ut compensatione aliquâ sarciret damnum ex dotis modicitate Renuncianti illatum.

Quamobrem, cùm desint extrinseca argumenta, ex quibus assequi possimus mentem Magistratus, interpretatio, atque intelligentia restrictionum appositarum renunciationi, Decreto ipsi præinsertæ, petenda erit ex earum te-
nore, ad normam Juris inquirendo, cuinam re- 19
nunciationis parti, & quibusnam Renunciantis juribus clausulæ, & restrictiones Decreti applicari, atque congruere possint, tenor autem renunciationis ità se habet = *hà rinunziato, cesso, rilassato, ed irrevocabilmente trè vivi donato all' Illustrissimo Signor Giacomo suo fratello, ed altri figli maschi legitimi, e naturali di detto Signor Antonio se nascessero, e loro Descendenti. Siccome rinuncia, cede, rilascia, e dona agl' istessi &c. stipulante me Notaro &c.* = designatis per hæc verba personis, quarum favore Renuncians conferebat renunciationem, progreditur ad jurium renunciatorum enumerationem, illis aliis immediatè subjunctis verbis = *tutte e singole ragioni, azioni utili, dirette, reali, personali, ed altre qualsivoglia, che essa Illustrissima Signora Paola Maria hà, ed a lei spettano, e competono, e per l' avvenire fusse per avere, ed a lei potessero spettare, competere, ed appartenere ne' Beni, e nell' Eredità di detto Signor suo Padre, e dell' Illustrissima Signora Isabella de Paulis sua Madre per ragione di legitima, come di dote, e congrua dote, tanto per testamento, ed altra qualsivoglia scrittura pubblica, e privata, come ab intestato, o d' altra disposizione di legge, ancorchè de' Beni, ed Eredità renunciate, a por-*

te di essi, ed esse, ad essa Signora Paula Maria spettassero, ed in essa dovessero trasferirsi, a quali tutte &c., come alla speranza di qualsivoglia successione, che avesse di presente, o potesse avere per l'avvenire, hà rinunciato, e rinuncia a favore, e commodo de sudetti respettivamente &c. non ritenute in se alcune di dette ragioni.

In hac igitur renunciatione duo principalitèr à Renunciante disposita videntur. Enim verò primo loco favore D. Jacobi, aliorumque fratrum nasciturorum, eorumque Descendentium renunciavit juribus, & actionibus omnibus, quæ ipsi quomodocumque, & quocumque titulo competere possent *per ragione di legitima, come di dote, e congrua dote tanto per testamento &c.* secundo autem loco cogitans de successionibus, quæ quandocumque, & quacumque ex causa, & titulo ipsi deferri potuissent, renunciavit illarum etiam spei ibi = *come alla speranza di qualsivoglia successione* = in dubium autem venire nequit, quin renunciatio quoad utramque partem perpetua, & transitoria fuerit ad Descendentes, & heredes Renunciatarii nominatim in renunciatione comprehensos, & ex-
20 pressis verbis vocatos, ut notarunt *Gratian. discept.568. num. 1. & seqq., Conciol. allegat. 31. num.6., Saminiat. contr.99. num.20. & 22., latè Rot. in Fulginaten. Successionis quoad Clarolinam 1. Julii 1709. §. Tum & fortius coram R̃mo Molines, in Forosempronien. Legatorum super reintegratione 18. Aprilis 1712. §. Causæ, & §. Parùmque coram R. P. D. Aldravando, confirmata 27. Julii ejusdem anni §. 19., & seq. coram eodem.* Dum igitur eadem quoad utramque pariter partem temporaria, & ad vitam D. Jacobi dumtaxat restricta prætenditur virtute Decreti Illustrissimi Magistratus, de hoc docendum es-
21 set ex tenore ejusdem Decreti, quo tamen inspecto, id nullo pacto concludi posse videtur respectu paternæ, & maternæ hereditatis, dum in eo expressis verbis legitur, quod *renunciatio in dicto Instrumento per dictam magnificam Paulam Mariam facta spei cujuscumque successionis, quam haberet de præsenti, vel habere posset in futurum, intelligatur quoad Bona paterna, & materna dumtaxat* =. Magistratus itaque effrænatam amplitudinem renunciationis spei successionis comprehendentis quascumque hereditates præservavit respectu tum paternæ, tum maternæ hereditatis; quamobrem, si vigore dictæ renunciationis, donec extitissent Renunciatarii, illorumque Descendentes, D. Paula Maria, ejusque Descendentes perpetuò excludebantur à successione in Bonis paternis, ac maternis, exclusi censendi erunt virtute etiam dicti Decreti, quod hac ex parte confirmavit præcedentem renunciationem, declarando, quod renunciatio spei cujuscumque successionis *in-*
22 *telligatur quoad Bona paterna, & materna dumtaxat*, per ea, quæ considerant *Ramon. cons. 37. num.73., ibique Balducc. num.44., Rocca disput. Jur. select. cap.185. ex num. 11. ad seqq., Palm. nep. alleg. 107. num. 16., & seq. alleg. 137., & alleg. 347. utrobique num.12., Rota in rec. decis. 229. num.15. part.19., in Firmana annuæ præstationis super emolumento salis 14. Junii 1709. §. Summo quidem coram R. P. D. Aldrovando, in Avenionen. Collegii 12. Maii 1713. §. Neque in his terminis coram Scotto.*

Quæ Decreti intelligentia confirmatur illud redigendo ad mentem Juris, nam Magistratus, sicuti justâ ratione decrevisse potuit, quod sub renunciatione spei cujuscumque successionis, etiam de futuro deferendæ, minimè comprehenderentur successiones extraneorum, quæ benevolentiâ & liberalitate conjunctorum, vel beneficio fortunæ relinquerentur Renuncianti, cor- 23
respectivè ad dictas successiones nihil à Renunciatariis consequutæ, ut notant *Fenzon. ad Statut. Urb. annot. ad cap.145. nu.3. lit. B., bon. me. Constantin. ad idem statut. annot. 39. art. 3. num. 186., Card. de Luc. disc.145. num.70. tit. de dot., Rota in Romana Dotis 4. Aprilis 1707. §. Agnoscebant §. Durum, & §. Quapropter coram Ansaldo, & in Fanen. Taxationis congruæ Dotis 12. Decembris 1710. § Non attento coram Em̃o Card. Priolo*, sic viceversà æquum erat, ut filia congruè dotata decideret quacumque spe succedendi in paterna, aut materna hereditate, pro-
ut postulat Juris ratio, & disponunt leges mu- 24
nicipales Januæ sancientes, ut Filia ob unicam dotem à Parentibus receptam à plurium heredi-
tate excludatur, prout patet ex prædictis legi- 25
bus municipalibus impress. *apud Bottin. ad statut. Janu. lib.5. cap 2., & traduat Beniell. cons. 54. num.46., Mans. consult.446. num.27. & 28., Casareg. ad statut. Jan. in tract. de successión. ab intestat. sub initium verb. masculi liberi num. 87. fol. mihi 152. & verb., & tota hereditas num.2., & seqq. fol. 156., & omnium optimè Altograd. cons.17. num.11., & 12. juncto num. 2. §. Quantum igitur lib. 2.*, quæ in hoc sanè conformes,
sunt totius Italiæ, sivè, ut veriùs dixerim, 26
universi orbis moribus; ubique enim filiæ congruè dotatæ à Parentum successione excluduntur, latè *bon. mem. Advoc. Constant. ad Statut. Urb. annot. 39. art.1. num.1. & seqq., & artic. 3. num.184., Armezzan. decis. Janu.2. num.11., & decis.9. nu.41., & seq., Rot. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Testam. decis.36. nu.8., & seqq., & in Romana, seù Nullius Immissionis 9. Martii 1711. §. Quartò demùm coram Ansaldo*, reser-
vato eisdem dumtaxat jure agendi pro supple- 27
tione dotis, si illa ex Parentum substantia constituta, minùs congrua extiterit *Tors. ad statut. Pap. rubr.95. in Civil. num.30. vers. nisi tamen esset, Merlin. de legit. lib. 3. tit.1. quæst. 12. nu. 7., Michelor. de fratrib. part.3. cap.12. num.29., Boss. de Dot. cap.13. num. 90. & seq., Giurb. ad consuetud. Messan. part.1. cap.3. Glos.5. num.6., & 7., bon. mem. Advoc., Constan. ad stat. Urb. annot.35. art.1. num.32., latè Rota in Romana dotis 20. Junii 1712. §. ratio resolutionis cum seqq. coram R.P.D. Aldrovando*, ità quidem, ut illis tunc demùm adspirare liceat ad successionem
in hereditate alicujus ex Parentibus, quando ex 28
illius Bonis nihil in causam dotis receperunt,
modò tamen leges municipales non disponant, 29
quod

quod ob unicam dotem ab uno receptam à plu-
rium succeßione excludantur *Negusant. responf.
493. nu. 24. & seq. Constant. ad statut. Urb. annot.
39. art. 3. à nu. 178. ad seqq., Rota coram Merlino
decif. 390., in rec. decif. 316. nu. 4., & 5. part. 6.,
decif. 375. nu. 17., & seq. part. 17., decif. 60. nu.
28. part. 19.*, &, materiâ accuratè examinatâ,
dictum fuit in *Æsina legitimæ 4. Maii 1711. ex §.
Validitas ad plures seqq. coram R.P.D. Falconerio.*

Nilque refragatur, quod in Decreto præci-
piatur confirmationem renunciationis valitu-
ram demptis, & exclusis verbis = *e lora De-
scendenti* =, quia generalis ista clausula deroga-
30 re nequit iis, quæ specialiter disposita sunt
in eodem Decreto *Adden. ad Pamphil. decif. 1.
num. 8., Card. de Luc. de alienat. disc. 35. num.
10., Rot. in rec. decif. 269. num. 7. part. 12., decif.
389. num. 3. part. 19., egregiè in Vaden. Emphy-
teusis 19. Junii 1711. §. Non relevante cum duob.
seqq. coram Illustrissimo Scotta, & in Forosempro-
nien. Legatorum super reintegratione 27. Junii
2712. §. Siquidem 8. & §. Hinc non refert 13.
coram R.P.D. Aldrovando*, proindeque, si illo
cautum fuit, quod renunciatio *spei cujuscum-
que successionis &c. intelligatur quoad Bona pa-
terna, & materna dumtaxat*, quorum respectu
Magistratus ratam haberi voluit renunciatio-
nem suàpte naturâ perpetuam, & transitoriam
31 ad Descendentes omnes Renunciatarii, eadem
temporariè restringi non poterit ad personam
dicti Jacobi dumtaxat, sub obtentu, quod Magi-
stratus deleri mandaverit verba illa = *e loro De-
scendenti*, congrua namquè congruis referen-
do, eadem clausula commodè referri poterit,
32 prout de jure, ad hereditates extraneorum, à
quibus statutum fœminas non excludit, ex sen-
tentia *Benielli conf. 54. nu. 223. & seq.* licèt con-
trarium ioouere videatur *Altograd. conf. 17. nu.
12. lib. 2.*, vel ad alia jura renunciata, si quæ
fortè ratione dotis minùs congruæ, vel legiti-
33 mæ portionis, vel denique ex aliqua alia dispo-
sitione, ac titulo Renuncianti competere potuis-
sent; Magistratus enim examinare nolens do-
tis congruitatem, vel incongruitatem, & effi-
caciam jurium, & actionum, quæ illi compe-
tere potuissent, temporariè dumtaxat valere
voluit renunciationem, donec nempè viverent
Renunciatarii; iisdem verò deficientibus, Re-
nuncianti regressum concessit ad istiusmodi ju-
ra renunciata; quamobrem cùm interpretatio
ista præservet ea, quæ litteraliter disposita sunt
in Decreto respectu paternæ, & maternæ here-
34 ditatis, & viceversà respectu aliorum jurium
operationem tribuat clausulæ ejusdem Decreti,
recipienda omninò erit, cùm consona sit tum
verbis Decreti, *Schrader. conf. 37. num. 95. vers.
in legibus, Amat. variar. resol. cap. 1. num. 86.
vers. Insuper, Tranchedin. resolut. 70. num. 30.,
Gob. consult. 51. num. 108. & seq., Rota in rec.
decif. 582. num. 19. part. 5. tom. 2., & in Forosem-
pronien. Legatorum super reintegratione 27. Ju-
nii 1712. §. Hæc autem 5. §. Neque 10. & §. In-
telligentiam 12. coram R. P. D. Aldrovando*,
tum menti statuti, cui Magistratus, ut dictum

est, se conformare voluisse præsumitur respectu
paternæ, ac maternæ hereditatis, quibus, exi- 35
stente fratre, soror dotata penitùs submovetur,
juxtà ea, quæ in terminis similium statutorum
ponderat *clar. mem. Card. de Luc. de renunc. disc.
4. num. 23., Rot. post bon. mem. Advoc. Constant.
ad Stat. Urb. decif. 170. num. 8., in Eugubina Im-
missionis 11. Martii 1711. §. Adstipulante coram
Rmo Kaunitz., & in Forosempronien. Legatorum
super reintegratione 18. Aprilis 1712. §. Parim-
que refert ad med. coram R.P.D. Aldrovando*.

Januen. Renunciationis.

Renunciatio hereditatis paternæ, & maternæ, ac aliarum quarumlibet succeßionum facta à filia in sæculo nubente favore fratris, ejusque Descendentium propter pinguem dotem ei à Patre constitutam, ostenditur *perpetua*, & *transitoria* ad quoscumque heredes, etiam extraneos Renunciatarii quoad hereditatem paternam, & maternam, secùs quoad alias hereditates, & successiones, ob Decretum Judicis, quo clausula = *E loro Descendenti* = fuerat adempta.

VOTUM XVI.

1 *Descendentium mentio repetita censetur in singulis renunciationis partibus.*

2 *Confirmatio nihil immutat dispositionem confirmatam.*

3 *Clausula* = E loro Descendenti =, *si è dispositione adimatur, juxtà specialem præservationem ademptio facta intelligitur.*

4 *Clausula generalis non derogat iis, quæ specialiter disposita sunt.*

5 *Renunciatio non est quoad omnia bona personalis, & ad vitam Renunciatarii restricta, si in renunciatione facta fuerit bonorum distinctio*, & num. 7.

6 *Clausula generalis omnes orationis partes complectitur.*

8 *Dictio* = dumtaxat = *est taxativa, & non sinit, dispositionem extendi.*

9 *Renunciatio spei futurarum successionum facta favore Descendentium Renunciatarii, non comprehendit successiones extraneorum Renuncianti delatas.*

10 *Filia dotata excluditur à successione paterna, vel materna juxtà Italiæ consuetudinem.*

11 *Statuto municipali censetur se conformasse Judex*, & num. 25

13 *Judicium diversum ferendum est, ubi diversa ratio militat.*

14 *Relatio ad remotam potiùs dispositionem, quàm ad proximam fieri debet, ubi id ratio dispositionis postulet.*

15 *Actum non unicum, sed multiplicem esse, conjicitur ex objectis, & rebus, circa quas versatur, à tenore itidem Scripturæ, atque etiam à verisimili Disponentis voluntate*, & num. 16., & 17.

18 *Actum esse unicum, excludit diversa bonorum species.*

Procedit, licèt unicus sit orationis contextus, & num. 19.

19 *Actuum multiplicitas ex pluralitate rerum desumitur, licèt istas unu complectatur oratio.*

20 *Pluralitatem orationum inducunt verba relativa.*

21 *Oratio plures continens clausulas, non unu, sed multiplex est oratio.*

22 *Dispositio semper censetur completa, & absoluta.*

23 *Verba debent ad congruum sensum redigi, ut dispositio sit rationabilis.*

24 *Filia à statuto exclusa propter dotem à successione paterna, & materna, succedit in hereditatibus Collateralium, & Extraneorum.*

26 *Judex non est redarguendus, si sententiam tulit juxtà leges sibi à statuto præscriptas.*

DIXIMUS in præterito Responso, renunciationem, de qua agitur, duas partes contioere, unam nimirùm, in qua D. Paula Maria, favore D. Jacobi, aliorumque fratrum nasciturorum, eorumque descendentium renunciavit juribus, & actionibus omnibus, quæ ipsi quomodocumque, & quocumque titulo competere possent in hereditate paterna, ac materna = *per ragione di legitima, come di dote, e congrua dote, tanto per testamento &c* =, alteram verò, in qua eadem cogitans de successionibus, quæ quandocumque, & quacumque ex causa, & titulo ipsi deferri potuissent, renunciavit illarum etiam spei ibi = *come alla speranza di qualsivoglia successione* =; prout etiam statuimus, prædictam renunciationem vigore decreti ab Illmo Magistratu Extraordinariorum editi quoad primam sui partem esse perpetuam, ac transitoriam ad Descendentes, & heredes Renunciatarii, quoad secundam verò esse temporariam, & restrictam ad vitam dumtaxat D. Jacobi.

Verùmtamen superest adhuc D. Requirenti scrupulus quidam, an sicut expressio Descendentium in renunciatione semel facta respicit æqualiter utramque dispositionis partem, & utramque perpetuam reddit; ita ademptio, & abolitio clausulæ illius = *e loro Descendenti* = æquè complectatur utramque renunciationis partem, & utramque temporariam efficiat; Præsertim verò quia oulla apparet differentiæ ratio, cur talis ademptio ad secundam potiùs, quàm ad primam dispositionis partem referatur; imò major urgere videtur ratio pro relatione ad primam partem, utpotè proximiorem, quàm ad secundam, uti remotiorem. Fortiùs, quia, inspectà litterâ, ac tenore mox relati Decreti, clausula illa = *come alla speranza di qualsivoglia successione &c.* = posita videtur accessoriè ad primam partem complectentem bona paterna, ac materua dumtaxat, ac per consequens dici nequeat pars æquè principalis, oec bona extraneorum continens, sed unica sit pars principalis, non duplex, sed unica sit renunciatio, eaque ad paterna, & materna bona unicè restringatur, ideòque, cùm ab ea dempta fuerit clausula illa = *e loro Descendenti* = necessariò dicenda sit temporaria, dum ademptio talis clausulæ aliò referri non potest, nec vim, operationemque suam respectu alterius dispositionis exercere. Additur his, quòd si renunciatio redacta dicatur ad omnimodam temporarietatem, ac personalitatem, jure laudatur prædictus Illmus Magistratus, qui justè non minùs, ac providè sarcire hoc pacto voluerit damnum ex dotis modicitate Renuncianti irrogatum; Vice autem versâ negligentiæ, ac fortasse etiam injustitiæ posset insimulari, si Puellæ Renunciantis actiones partim oppressas, extinctasque perpetuò esse voluerit, partim verò suppressas, & ad fratris vitam intermortuas.

Quamquam verò doctissimæ sunt hæ D. Requirentis animadversiones, nihilominus tameo
à priori sententia recedere non possum, quæ
cùm in præteritis scriptis satis constabilita dici
posse videatur, nunc proinde partes muneris
mei in eo sitæ sunt, ut eamdem à contrario discursu vindicem. Remque ordiendo à prima
istiusmodi discursus parte, dicam, quod, licèt
mentio Descendentium in renunciatione, velu- 1
ti sanguis in totius corporis venis, ad singulas
dispositionis partes diffundatur, ac porrigatur,
idem tamen juris non est de remotione dictorum
Descendentium facta in confirmatione Magistratus, dum hujus vigore à secunda dumtaxat, non autem à prima renunciationis parte
exclusi, deletique sunt, id quod facilè suadetur
ex eo, quod cùm dictus Magistratus post ademptam Descendentium mentionem declaraverit,
quòd renunciatio *spei cujuscumque successionis, quam Renuncians haberet de præsenti, vel habere posset in futurum, intelligatur quoad bona paterna, & materna dumtaxat*, effrænatam hanc amplitudinem præservavit respectu tum paternæ,
tum maternæ hereditatis; proindeque virtute
etiam dicti Decreti, quod hac ex parte confirmavit præcedentem renunciationem, D. Paula
Maria, ejusque Descendentes exclusi censendi
sunt a successione in bonis paternis, ac maternis, sicuti perpetuò excludebantur vigore dictæ
renunciationis; Confirmatio namque dispositio- 2
nem confirmatam non immutat, neque respectu qualitatum, neque respectu personarum,
prout ex *Textu in leg. si ità scripsero ff. de condit., & demonstr. firmat Rota coram san. mem. Gregorio XV. decis. 511. num. 1., coram Emerix Jun. decis. 9. 50. num. 6., in Moceraten. Legatorum, & Fideicommissi 18. Junii 1710. §. Sexto tandem coram Ansaldo, & in Nullius, seu Terræ Pontiani Immissionis 15. Junii 1711. §. Nec obstat coram Lancetta*; quamobrem, licèt ademptio
clausulæ illius = *e loro Descendenti* = generaliter 3
facta videatur, attamen intelligenda, interpretandaque est juxtà specialem præservationem
ab eodem Magistratu adjectam, ob eam nempè
rationem, quòd generalis clausula derogare 4
nequit iis, quæ specialiter disposita sunt in eodem Decreto, per ea, quæ tradunt *Adden. ad Pamphil. decis. 1, num. 8., Card. de Luc. de alienat.*

nat. disc. 35. num. 10., Rot. in rec. decis. 269. n. 7. part. 12., decis. 389. num. 3. part. 19., decis. 524 num. 16. eadem part. 19., optimè in Vaden. Emphyteusis 19. Junii 1711. §. Non relevante cum tribus seqq., ità concludens = *Unde remanet incontrovertibile, quod circa ea, de quibus loquitur particularis constitutio, non possit attendi generalis, per quam localis nedum derogata non fuit, sed specificè præservata* = *coram Emo Card. Scotta, & in Forosempronien. Legatorum super reintegratione 27. Junii 1712. §. Siquidem 8., & §. Hinc non refert 13. coram R. P. D. Aldrovando.*

Idque magis, magisque evidens redditur, & apertum animadvertendo, quod si Magistratus prædictus voluisset renunciationem quo-
5 ad utramque sui partem esse temporariam, & restrictam ad vitam D. Jacobi Renunciatarii, satis ei fuisset demere, atque delere verba illa = *a loro Descendenti* =, nec progredi ulteriùs oportuisset ad faciendam ullam declarationem quoad diversas bonorum species; tunc enim gene-
6 ralis, & indefinita talis clausulæ deletio ad omnes orationis partes relata, veluti unica determinatio respiciens plura determinabilia, æqualiter omnes complexa esset, ac determinasset, ad tradita per *Rot. in rec. decis. 375. num. 4. part. 16., coram Priolo decis. 199. num. 8., coram Emerix Jun. decis. 583. num. 5., decis. 662. num. 8., & decis. 963. num. 4. in Miantis. ad clar. mem. Card. de Luca de donat., decis. 4. num. 6. de credit., decis. 7. num. 11., & de fideicom. decis. 82. la 2. num. 15.* At verò cùm postmodum declaraverit, renunciationem à D. Paula Maria factam spei cujuscumque successionis, intelligendam esse = *quoad bona paterna, & materna dumtaxat* = satis
7 liquidò innuere voluisse videtur, quod diversum jus, diversumque judicium statui deberet respectu bonorum paternorum, ac maternorum, diversum respectu aliorum quorumcumque aliundè obvenientium, hanc interpretationem
8 suadente dictione illâ restrictivâ, ac taxativâ = *dumtaxat* =, quæ expressas tantùm bonorum species includit, reliquas autem omnes ab eadem juris determinatione repellit, teste *Surd. decis. 291. num. 18., & seq., Rot. decis. 253. num. 9. part. 14., in Monopolitana Præeminentiarum 14. Martii 1712. §. Cùm enim coram Priolo, & in Forosempronien. Legator. super fideicommissis Ludovici, & Antonii 22. Januarii 1714. §. Manifestius coram Ansaldo.*

Neque verò longiùs petenda est differentiæ ratio, cur ademptio clausulæ illius = *e loro Descendenti* = referatur potiùs ad secundam renunciationis partem, quàm ad primam, ea namque sese statim offert consideranti, quod, cùm in priori parte renuncietur bonis paternis, ac maternis, in posteriori autem bonis omnibus etiam extraneorum, justâ sanè ratione Magistratus decernere potuit, quòd favore Descendentium, & heredum quorumcumque Renun-
9 ciatarii minimè comprehenderentur successiones extraneorum, quæ benevolentiâ, & liberalitate conjunctorum, vel beneficio fortunæ relinquerentur Renuncianti, correspectivè ad dictas successiones nihil à Renunciatario consequutæ, ut benè advertunt *Fenzon. ad statut. Urb. annot. ad cap. 145. num. 3. lit. B., bon. mem. Constantin. ad idem statut. annot. 39. art 3. num. 186., Card de Luca de dot. disc. 145. num. 70., Rota in Tuscanen. Supplementi legitimæ 1. Februarii 1706. §. Eâ utique ratione coram Ansaldo, in Romana Dotis 4. Aprilis 1707. §. Agnoscebant, §. Durum, & §. Quapropter coram eodem, & in Fanen. Taxationis congruæ Dotis 12. Decembris 1710. §. Non attento coram Priolo*; Contrà verò omnis æqui, bonique ratio postulare videbatur, quòd filia dotata submoveretur quacumque paternorum, maternorumque bonorum successione, ità enim suadent totius Italiæ, ne dicam universi Orbis, mores, juxtà notata apud 10
Constantin. ad statut. Urb. annot. 39. art. 1. num. 1. & seqq., & artic. 3. num. 184., Armezzan. decis. Januen. 2. num. 11., & decis. 9. num. 41., & seq., Rot. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Testament. decis. 36. num. 8., & seqq., & in Romana, seu Nullius Immissionis 9. Martii 1711. §. Quartò demum coram R. P. D. Ansaldo; Et, quod magis est, ità etiam disponunt leges municipales Januæ, de quibus apud *Bottin. ad statut. Januæ lib. 5. cap. 2.*, & advertunt *Benniell. cons. 54. num. 46., Mans. consult. 146. num. 27., & 28., Casareg. ad statut. Januæ in tract. de success. ab intest. sub initium verb. masculi liberi num. 87. fol. mihi 152., & verb. Et tota hereditas num. 2., & seqq. fol. 156., & optimè Altigrad. sen. cons. 17. num. 11. & 12., junct. num. 2. §. Quantum igitur lib. 2.* Quibus protectò legibus municipa- 11
libus Illmus Magistratus sese conformare voluisse præsumitur, ut, aliis relat. s, respondit *Rota in Bononien. prætensæ legitimæ 23. Junii 1710. §. Quæ omnia cum seqq. coram Scotto, in Balneoregien Immissionis 15. Maii 1713. §. Et sanè coram Crispo, & in Urbinaten. Supplementi legitimæ 1. Decembris 1713. §. Communis coram eodem.*

Hæc igitur cùm ità se habeant, & inter unum, & alterum casum adeò palmaris concurrat diversitas rationis, jure proinde, meritòque diversum de utroque ferri debet judicium ad *Text.* 12
in leg. adigere §. Quamvis ff. de Jurepatr., Becc. cons. 181. num. 32., Saminiat. contr. 111. num. 29. & contr. 141. num. 32., Palm. nep. alleg. 50. num. 39., Rot. in rec. decis. 499. num. 3. part. 5., decis. 278. num. 12. part. 12., decis. 212. num. 11. part. 14., decis. 205. num. 6. part. 17., in Nullius seu Fulden. Jurisdictionis super bono Jure 1. Junii 1708. §. 145. coram Ansaldo, & in Voto edito in Romana Primogenituræ Julii Cæsaris de Columna 21. Martii 1712. §. Secunda 57. coram R. P. D. Aldrovando, & in his circumstantiis non est cur miremur, si ademptio illius clausulæ = *loro Discendenti* = referatur potiùs ad remo- 13
tiorem, quàm ad viciniorem renunciationis partem, ob illam juris nostri regulam, quâ edocemur, relationem non tam ad proxima, quàm ad remota faciendam esse, quando id 14
exigit, & Disponentis voluntas, & dispositionis rationabilitas, ut benè animadvertunt *Surd. cons. 27.*

conf. 27. num. 244., & feqq., Rot. coram Bich.
decif. 334. num. 13., in rec., decif. 272. num. 11,
& feqq. part. 14., decif. 119. num. 2., & feqq.
part. 17., decif. 478. num. 7. part. 18., in Ca-
merinen. Fideicommiffi, feu Primogenituræ 11.
Maii 1703. §. Quibus pofitis coram Molines, in
Romana fucceffionis 4. Februarii 1711. §. Et in
prædictum in fin. coram eodem, & in Recineten.
Succeffionis 6. Maii 1712. §. Nam Domini, &
§. Ulterius coram Lancetta.

Expediti à prima contrarii difcurfus parte,
progredimur ad fecundam, quà dicebatur, par-
tem illam renunciationis, in qua renunciatur
fpei cujufcumque fucceffionis, uti pofitam ac-
cefforiè dumtaxat, nullo numero habendam,
fed unicam effe partem principalem, unicam
renunciationem ad Bona paterna, & materna
folummodò reftrictam. Enim verò fubtilior,
quàm verior videtur fermo ifte; nàm fi unici-
15 tas actus, ac difpofitionis prorsùs excluditur
tùm ab objectis, & rebus, circà quas verfatur,
per Text. in leg. prima §. Si ftipulanti ff. de verb.
oblig., Bald. in Authen. fi quas num. 2. Cod. de
Sacrof. Ecclef., latè Spad. conf. 281. num. 6., &
feq. tom. 3., Scacc. de fentent. & re judicat.,
Gloff. 14. quæft. 13. num. 12. cum feqq., Mantic.
de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 5. num. 20., & lib. 14.
tit. 36. num. 9., Rot. coram Cavaler. decif. 484.
fub num. 2. verf. non fuit refponfum, & num. 3. poft
Pofth. de manuten. decif. 257. num. 2. & feqq., &
in Voto edito in Romana Primogenituræ Julii Ca-
faris de Columna 21. Martii 1712. §. quæ qui-
dem 15. in princ. coram R. P. D. Aldrovando,
16 tum à tenore fcripturæ, & orationis ftructura,
ex doctrina Bartol. in leg. repetendis colum. 2. ff.
de legat. 3. in leg. feja §. Caja ff. de fund. inftruct.,
Altograd. conf. 54. num. 28. lib. 1., Rota latè in
Bononien. Fideicommiffi de Herculis de Elephantu-
tiis 27. Februarii 1708. §. Utraque autem coram
R. P. D. Aldrovando; tùm denique à verifimili
17 voluntate Difponentis, & ejus, in quem difpo-
fitio confertur, Bartol. in leg. græce 2. Illud com-
mune num. 4. ff. de fidejuff., Parif. conf. 10. n. 92.
& conf. 35. num. 17. lib. 2., Dec. conf. 528 num 11.,
Natt. conf. 372. num. 5. & conf. 479. num. 29. & 30.,
Grat. conf. 81. num. 22., Spad. conf. 281. num. 5.
& 7. lib 3., Seraphin. de privileg. juram. cap. 107.
num. 23., Carol. de Graff. de except. cap. 28. num.
36., Gratian. difcept. 587. num 9. & feqq., Cenc.
de cenf. quæft. 53. num. 5., Arnif. de jur. maje-
ftat. lib. 2. cap. 1. num. 1., Pacion. de locat. cap. 14.
§. 7. num. 18. & feqq., de Philipp. differt. fifcal.
17. num. 14., Scopp. ad Merlin. Pignatell. cap. 15.
num. 6. tom. 2., & in d. Voto R. P. D. Aldrovan-
di in Romana Primogenituræ de Columna d. §. 15.
in fin.

Profectò hæc omnia concurrere in noftra fpe-
cie videntur, fi enim fpectemus res in difpofi-
tione, feù renunciatione comprehenfas, priùs
mentio fit de Bonis paternis, ac maternis, fe-
18 cundo autem loco de Bonis aliorum quorum-
cumque, ideoque duplex eft Bonorum renun-
ciatorum fpecies, ac genus ad Text. in leg. fa-
milia Cod. commun. de judic., Mantic. de tacit.,
& ambig. lib. 14. tit. 30. num. 10. & 11., Balduce.
ad Ramon. obferv. 30. num. 7., Rota in Romana
Afficius 21. Martii 1710. §. Minùs fubfiftit, &
feq. coram Emo D. Card. Priolo, & in d. Voto
R. P. D. Aldovrandi fub §. 16. Idque locum fibi
vindicat, tametfi nulla adeffe dici poffet oratio- 19
nis feparatio, quia dividuitas, ac pluralitas ex
parte rerum potentius operatur, quàm ipfa ma-
terialis actus, ac difpofitionis unicitas proce-
dens à ftructura verborum, ut docuerunt Abb.
in cap. cum dilectus fub num. 31. verf. nota quod
fententiæ de cauf. poffeff. & proprietat., Cyriac.
contr. 198. num. 13. ad plures feqq., Scacc. de ap-
pellat. quæft. 17. limit. 6. memb. 9. num. 36. & de
judic. lib. 2. cap. 7. quæft. 10. num. 457., & de fen-
tent. & re judic. gloff. 24. quæft. 13. num. 17. verf.
& confequentèr, & fub num. 18. verf. dico, Spad.
conf. 381. num. 3. & 4. lib. 3., & in fæpius citato
Voto R. P. D. Aldrovandi fub §. Parùm fuffra-
gante 18.

Verùm non deficit in cafu noftro diverfitas
etiam, ac feparatio orationis, nam in prima
parte nominatim exprimuntur Defcendentes
Renunciatarii ibi = All' Illuftriffimo Giacomo fuo
fratello, & altri figli mafchi, fe nafceffero, a
loro defcendenti; in fecunda verò connotantur
dictione relativà ibi = a favore, e commodo de' fu-
detti =, quæ porrò relativa Defcendentium ex- 20
preffio operatur pluralitatem orationum, ex-
cluditque difpofitionis unicitatem, ut egregiè
differit Rot. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de
legat. decif. 3. num. 6. & 7. ibi = Ponderando præ-
fertim, quod fecunda pars orationis eft conceptu
per verba relativa ibi = li quali ducati 25000., quæ
fupponunt legatum jam factum, & cum dictione =
ut fupra =, quæ repetit omnes qualitates, & condi-
tiones præcedenter appofitas, perindè ac fi denuò
exprimerentur = & in Bononien. Fideicommiffi An-
nibalis de Urfis 13. Maii 1709. §. In præfenti ibi =
quæ repetitio claufulæ = per una terza parte = adje-
cta vocationi cujuslibet fubftituti, operatur oratio-
num pluralitatem = coram R. P. D. Aldrovando.

Nilque turbat, quod tota oratio regatur ab il-
lis in priori parte adhibitis verbis = hà rinuncia-
to, ceffo, rilaffato, e irrevocabilmente trà vivi
donato =; quoties enim oratio concepta eft non
unâ, fed pluribus claufulis, plures quoque, & 21
non una funt orationes propter neceffitatem
fupplendi verbum in unaquaque difpofitionis
parte, ut hùic objectioni præcisè refpondet Rot.
in Bononien. Fideicommiffi Herculis de Elephan-
tutiis 27. Februarii 1708. §. Minimè fubfiftente
coram R. P. D. Aldrovando, & in d. Bononien.
Fideicommiffi Annibalis de Urfis 13. Maii 1709.
§. Atque ideò coram eodem.

Denique, quod attinet ad voluntatem tàm
D. Paulæ Mariæ renunciantis, quàm D. Jacobi
renunciatarii, in dubium venire nequit, quin
ejus vigore duplex dici debeat æquè principalis
pars renunciationis; nàm fi D. Paula Maria in
fuperiori parte expreffis, difertifque verbis re-
nunciat actionibus omnibus, quas in præfens ha-
bet, quafque in futurum habere poffet adver-
fus Patris, Matrifque hereditatem, quomodo
in

in inferiori parte, in qua renunciat spei cujuscumque successionis, quam nunc habet, & in posterum habere posset, quomodo, inquam, de iisdem Bonis inutili repetitione sensisse supponamus? Prout etiam nemo non videt, quod D. Jacobus renunciatarius sibi plenè non consuluisset, si tàm in prima, quàm in secunda renunciationis parte de Bonis paternis, ac maternis dumtaxat actum fuisset; etenim, præter istiusmodi Bona, obvenire etiam aliundè poterant beneficio fortunæ, vel liberalitate Consanguineorum alia Bona, quæ si minimè deducebantur in renunciationem, hæc sanè manca, atque imperfectâ reputari potuisset contrà illud omnium ore tritum Juris axioma, quod ea semper sumenda est interpretatio, per quam
22 dispositio perfecta, completa, atque absoluta dicatur, nequeatque à sapientibus redargui, ut benè ponderant *Menoch. cons. 276. num. 70., Paris. cons. 53. num. 18. vers. quod etiam lib. 2., Gabr. cons. 96. num. 30. lib. 1., Cyriac. contr. 174. num. 29. & seqq. num. 38. & num. 64. vers. quartò quia, Castill. quotid. Jur. contr. cap. 113. nu. 26. lib. 2., Torr. de Primog. Ital. part. 1. cap. 38. num. 213. & part. 2. quæst. 16. num. 121.* Ità quidem, ut à literæ rigore, verborumque significatione
23 recedere liceat, ut dispositio ad congruum, rationabilemque sensum redigatur, per *Text. in leg. qui duos §. Hæc conditio ff. de manumiss. testament., Paris. cons. 71. num. 2. & seqq. lib. 4., Rot. in Romana Fideicommissi de Alborghettis 9. Junii 1698. §. Minùs urget coram Emo D. Card. de la Tremoille, in Bononien. Legatorum 15. Martii 1709. §. Si ergo Testator coram Molines, & in Lucana Fideicommissi de Barsottis 28. Martii 1710. §. Hæc autem coram Crispo.*

Nec est cur objiciatur, quod renunciatio, quæ suàpte naturâ duplex est, duasque continet partes æquè principales, voluntate Illmi Magistratus Extraordinariorum effecta fuerit unica, unicam tantùm continens partem principalem, eo sub obtentu, quod ille in sua confirmatione declaraverit, renunciationem à D. Paula Maria factam spei *cujuscumque successionis, quam haberet de præsenti, vel habere posset in futurum, intelligendam esse quoad Bona paterna, & materna dumtaxat*; Etenim, si veritatem amamus, non alià mente, alioque consilio Magistratus eam fecit declarationem, nisi quia examinare nolens dotis receptæ quantitatem, & jurium, Bonorumque renunciatorum valorem, voluit renunciationem perpetuam esse, & nullo unquam tempore resolubilem respectu paternorum, maternorumque Bonorum, temporariè autem dumtaxat valere quoad Bona transversalium, & extraneorum, ob eam nempè superioribus locis expensam discriminis ra-
24 tionem, quod ob receptam dotem, etiam vigore statutariæ dispositionis, filia excluditur quacumque spe paternæ, ac maternæ successionis, at non etiam à Collateralium, & aliorum quorumcumque successione, quæ sanè interpretatio recipienda, admittendaque omninò videtur
25 cùm non abhorreat à mente statuti, cui Magistratus, ut suprà dictum est, se conformare voluisse præsumitur, & consona sit verbis Decreti, ex animadversis per *Schruder. cons. 37. num. 95. vers. in legibus, Amat. variar. resol. cap. 1. num. 86. vers. insuper, Tranchedin. resol. 70. num. 30. lib. 2., Gobb. consult. 51. num. 108. & seq., Rot. in rec. decis. 582. num. 19. part. 5. tom. 2., & in Forosempronien. Legatorum super reintegratione 27. Junii 1712. §. Hæc autem 5. §. Neque 10., & §. Intelligentiam 12. coram R. P. D. Aldrovando.*

Ex quibus etiam eximitur, liberaturque Illmus Magistratus à quacumque negligentiæ, & injustitiæ nota, quâ perstringi posse dicebatur in postrema contrarii discursus parte, nisi imperio suo decrevisset, renunciationem, de qua agitur, omninò esse temporariam, & exclusis Renunciatarii Descendentibus, post ejusdem obitum ex omni sui parte resolvendam;
quo enim colore, aut quâ justâ ratione redar- 26
gui, accusarique posset, si patrias leges sequutus id ordinavit, quod ab eis præscribitur, id sanxit, quod ab eis sanctè, religioseque servatur? Quamobrem, ut quæ sparsim dicta sunt, uno veluti sub aspectu ponantur, universa hæc mea sententia est, hoc meum judicium, præclusam viam esse D. Paulæ Mariæ quidquam ulteriùs petendi ab hereditate paterna, ac materna, ità quidem ut D. Jacobus, ejusque Descendentes inquietari ob eam causam non possint; at aliter rem se habere respectu Bonorum ab extraneis, cognatisque relictorum, ad quæ, deficientibus Renunciatariis, regressum Renuncianti Magistratus indulsit.

Florentina Ususfructus.

Legatum Ususfructus Uxori, donec viveret, à Marito amplissimis verbis relictum sub onere viduitatem servandi, tutelam, & curam filiorum gerendi, atque cum istis cohabitandi, non cessasse, licèt Filii obiissent, neque locum factum esse substitutioni in casum obitus, & deficientiæ Filiorum conceptæ favore Sororis Testatoris, plenè, relatis Doctorum Sententiis, ex pluribus conjecturis constabilitur.

VOTUM XVII.

1 *Legatum Uxori, donec viveret, à Marito relictum sub onere cum filiis cohabitandi, eorumque curam gerendi, non cessat, licèt filii obierint.*
2 *Legatum debetur, si per Legatarium non steterit, quominus voluntati Testatoris paruerit*, & num. 4.
3 *Secus, si suâ sponte non obtemperet.*
5 *Actus ita in dubio accipiendus est, ut potiùs valeat, quàm pereat.*
6 *Matri propter luctuosam filii mortem in dubio subveniendum est.*
7 *Testator non præsumitur voluisse, Uxorem luctuosà filii hereditate privari.*

8 *Con-*

8 *Conditionem facit non sermo, sed voluntas Testatoris.*

9 *Mens est, quæ modum facit, non oratio, non lingua.*

10 *Voluntas Testatoris in legato Uxori relicto sub conditione cum filiis cohabitandi, censetur ea fuisse, ut Uxor cum filiis habitet, donec vivant.*

11 *Ratio, quia post eorum mortem ea conditio redditur impossibilis*, & num. 12.

12 *Conditio, quæ fit impossibilis, etiam ex post facto habetur pro non adjecta.*

13 *Hereditate quis non privatur, mortuo eo, cum quo conditio erat adimplenda.*

14 *Et voluntas Testatoris debet adhuc adimpleri, si potest.*

15 *Conditio in Legato adjecta habitandi cum Filiis, ad eorum vitæ tempus restringitur, iisque mortuis, removetur.*

16 *Et remanet dispositio pura*, & n. 17. & 26.

17 *Conditio limitata ad tempus, non limitat dispositionem, cui tempus adjectum non est.*

18 *Legatum Uxori ad ejus vitam factum, licèt sub onere habitandi cum filiis, non tamen, donec cum iis habitaverit, censetur potius factum affectu maritali, quàm intuitu habitationis cum filiis.*

19 *Caussa naturalis affectionis prævalet caussæ accidentali tutelæ, aut cohabitationis cum filiis.*

20 *Legatum ex præsumpta affectione benignam requirit interpretationem*, & n. 27.

21 *Legatum ad Uxoris vitam relictum, perpetuum censetur.*

22 *Legatum Uxori, ad ejus vitam, relictum sub conditione cum filiis cohabitandi, censetur ad ejus utilitatem, non heredis, factum.*

23 *Præsertim, si ejusmodi conditio non est principaliter adposita, sed consequenter ad conditionem viduitatis, adjectam Legati fruitioni, ejusque durationi.*

24 *Legatum Uxori ad ejus vitam relictum sub conditione cum filiis cohabitandi, debetur etiam post mortem filiorum, nisi constet de contraria Testatoris voluntate.*

25 *Clausula cohabitandi cum filiis in Legato Uxori relicto, non censetur conditionaliter adposita, sed ad communem declarandam consuetudinem*, & n. 83.

28 *Legatum, si tàm Legatarii, quàm heredis, cum quo jussa est cohabitatio, favorem respicit, post etiam istius mortem perdurat. Declaratur* n. 47. 48. & 49.

29 *Alimentorum caussa non deficit, cessante conditione mixtà, & casuali.*

30 *Et præsumptio est, Testatorem, eâ etiam cessante, fuisse relicturum.*

31 *Secus, si de caussa alimentorum non agatur.*

32 *In Legato Usufructus regula non procedit, quod, cessante ejus conditione mixtà, & casuali, caussa Legati non deficiat.*

33 *Legatum Usufructus resolvitur, mortuis filiis, cum quibus Legatarius habitare jussus fuerat*, & n. 84.

34 *Conditione mixtà deficiente per mortem ejus, cum quo erat adimplenda, legatum quoquè deficit.*

35 *Verba* = Donec habitaverit = *important conditionem successivam, & resolutivam.*

36 *Idemque est dicere* quoad habitaverit, *ac*, si habitaverit.

37 *Legatum usufructus relictum cum onere, eo cessante, cessat.*

38 *Quasi cessante caussà, propter quam factum est.*

39 *Legatum usufructus relictum ob caussam cohabitationis cum filiis, pro rata filiorum mortuorum deficit.*

40 *Legatum determinatur ex caussa illi adnexa.*

41 *Legatum usufructus relictum Uxori sub onere cohabitandi cum filiis, ab altero alimentorum idem onus continente, diversum plurimi Doctores adfirmant.*

43 *In Legato siquidem alimentorum, ut ajunt, urget ratio specialis privilegii pro ipsius duratione, ejus etiam caussà cessante, secùs in Legato Usufructus.*

44 *Cumque conditio morandi cum filiis sit casualis, non potestativa, ejus inadimplementum nequit excusari, quòd ex facto Uxoris non provenerit.*

Conciliantur contrariæ Doctorum sententiæ, & num. 45. ad 61.

45 *Legatum Uxori relictum sub onere morandi cum filiis, si eorum favorem principaliter respiciat, ipsis deficientibus, expirat, secus, si favorem Uxoris*, & num. 46.

48 *In casu mixto inspicienda est favoris, vel affectionis præponderantia.*

49 *Mixtum assumit qualitatem illius simplicis, de quo magis participat.*

50 *Legatum Uxori relictum sub onere morandi cum filiis, an istius, vel illorum potius favorem respiciat, ex mente Testatoris investigandum est.*

51 *Ordo in litera dispositionis, ordinem, & intelligentiam voluntatis Testatoris regulariter designat.*

52 *In Legato Usufructus Uxori relicto, onus cohabitationis cum filiis censetur accessoriè, & non conditionaliter adjectum, si conditio viduitatis Uxoris pariter in Legato adposita, præcedat ipsum onus, non verò subsequatur.*

53 *Legatum ejusmodi censetur Uxoris favorem respicere, si de benevolentia viri erga illam constiterit.*

Et ex quibus Viri benevolentia inferri valeat? num. 54. 55., & 88.

54 *Verba*=mia amatissima Consorte=, *benevolentiam Viri erga Uxorem satis exprimunt.*

56 *Verba*= Per ragion di Legato, ed in ogn' altro miglior modo, lascio il pieno, e libero usufrutto &c. in modo, che non deva restringersi alli soli alimenti &c.= *indicant, caussam finalem Legati esse Legatariæ favorem. Et ratio* n. 57. ad 61., & n. 80.

57 *Legatum usufructus Uxori relictum, favore filiorum, resolvitur in pura alimenta.*

58 *Si*

58 *Si verò eidem favori Testutor derogaverit, censendus est favorem Uxoris inprimis respexisse .*
59 *Maritus plenum usumfructum, extantibus filiis, dilectæ Uxori relinquens, censendus non est, iis deficientibus, adimere voluisse,* & n.61.
60 *Clausula* omni meliori modo *enixam Disponentis voluntatem ostendit .*
61 *Legatum amplissimum Uxori relictum, nedum correspectivum oneri habitationis cum filiis, verùm exuperans idem onus, Uxoris favorem, non verò filiorum respicere censetur ,* & n.62. 63. & 64.
65 *Præsertim, si plures filiis Tutores dati sunt à Testatore .*
66 *Et maximè, si is minuere voluit Uxori laborem per dationem plurium Tutorum , integro tamen manente Legato ,* & n. 67.
68 *Legatum ex caussa tutelæ relictum non cessat, nisi ex culposa tutelæ recusatione .*
69 *Legatum Uxori , quoad viveret , relictum , non debet curæ filiorum, & cohabitationi cum illis alligatum censeri , cum ea duo , vivente adhuc Uxore , possent deficere .*
70 *Tutor recusans tutelam, amittit Legatum ; non tamen à substitutione repellitur , si fuerit Pupillo substitutus .*
71 *Cum substitutio Tutoris facta non censeatur contemplatione tutelæ .*
72 *Præcedentia influunt in consequentia , eaque declarant .*
73 *Nec Legatum toto vitæ tempore duraturum, valet restringi à subsequente conditione cohabitationis ei adjecta .*
75 *Legatum duplicem habens finalem caussam , unà tantùm cessante , non deficit .*
76 *Conjecturæ in materia probatoria debent simul jungi .*
77 *Singula quæ non prosunt , juncta juvant .*
78 *Legatum Uxori factum sub conditione morandi cum filiis in pupillari ætate constitutis ubi censetur horum favorem principaliter respicere .*
79 *Præsertim ubi integritas , atque habilitas Matris, ad eorum imbecillitati consulendum , fuerit spectata .*
81 *Legatum Uxori factum non debet præsumi restrictum ad conditionem illius cohabitationis cum filiis , & onus tutelæ , si Testator per integrum annum vixit post mortem unicæ filiæ suæ .*
82 *Nec tamen cessationis ejusdem Legati declarationem emisit ullam ,* & num.83.
85 *Jura, quæ pro cessatione Legati, ejus cessante caussà , militant , nequeunt applicari Legato dilectæ Uxori relicto .*
86 *Et quæ Uxoris favore loquuntur , non procedunt de Legato dumtaxat alimentorum ,* & num. 87.
89 *Affectio non debet in odium retorqueri .*
90 *Conditione purificatà , dispositio sub ea concepta locum debet habere .*
91 *Author de ineunda concordia Partibus consilium dat .*

De Contract.

BOn. mem. Silvius in supremis tabulis ejus manu exaratis, & die 24. Febr. anni 1710. Notario traditis unicæ filię Gulielmæ susceptæ ex Dña Margherita uxore sua, aliisque filiis sive masculis, sive fæminis fortè ex ea suscipiendis eamdem unà cum aliis Tutricem, & Curatricem constituit, illi relinquendo usumfructum omnium suorum bonorum in hæc verba .

Similmente lascio, che, seguita la mia morte , si faccia l'inventario di tutta la mia robba , sì stabili, che semoventi , Masserizie , supellettili di casa , & urgenti , ori , giaje , scritture , ricolte di qualsivoglia sorte , che si trovaranno al tempo di mia morte in prò de' miei Eredi sì instituiti , che sostituti , delle quali cose tutte &c. & Esecutori di questo mio testamento, e di tutte le cose in essa contenute fò , costituisco , & esser voglio in primo luogo il molto R. P. D. Gio: Gaetano mio fratello , Signor' Attilio , ed in sua mancanza il Signor Filippo suo figlio , Signor Cavalier Zanobio mio Cognato , Signor Cavalier Marc' Antonio , e Signor Canonica Giovan Battista , quali tutti pure deputa , e dichiaro Tutori , e Curatori dell' infrascritti miei eredi assieme colla Signora Margherita mia amatissima consorte , alla quale per ragione di legate , ed in ogni altro miglior modo &c. lascio il pieno , e libero usufrutto di tutto , e ciascheduno de' miei beni in modo, che non deva restringersi alli soli alimenti , ma quello deva pienamente , ed intieramente conseguire , ed essere Donna , e Madonna , ed usufruttuaria , durante la sua vita naturale , e sin tanto vedovarà , e sarà con gl'infrascritti miei Eredi , confidando nell' integrità , pietà , ed amore verso de' suoi , e miei figli, i quali glieli raccomando con tutto lo spirito , dichiarandomi , non intendo , che mai per alcun tempo possa esser forzata ad alcun rendimento de' conti , rimettendomi in tutto , e per tutto alla di lei coscienza .

Heredes verò universales instituit suos filios , & Descendentes masculos , si quos post conditum testamentum suscepisset , hisque deficientibus substituit D. Guglielmam filiam suam unà cum aliis filiabus , tàm inter illas , quàm inter earum filios , & Descendentes masculos ordinando reciprocam substitutionem cum prælatione majoris natu , cui injunxit onus assumendi nomen , & insignia suæ Familiæ , atque habitandi domum suam ; sin autem hi omnes deficerent , substituit quoad usumfructum suorum bonorum D. Mariam Lauram sororem suam , nuptam D. Attilio concivi suo , quo verò ad proprietatem substituit D. Philippum ex dicta Maria Laura nepotem suum cum eodem onere assumendi nomen , & insignia dictæ Familiiæ , & habitandi domum suam .

Verba testamenti ità se habent = *In tutti gli altri miei beni stabili , mobili , immobili , semoventi , cose , ragioni , ed azioni , nomi de' debitori , e creditori presenti , e futuri in qualsivoglia luogo esistenti miei eredi universali , e generali fò , istituisco , ed esser voglio , chiamo , e nomina i miei figli maschi da nascere , e loro figliuoli , e Descendenti maschi da nascere in infinito , ed in mancan-*

za di questi miei figli tù istituiti, che sostituiti, allora istituisco, e sostituisco mia erede universale, e generale la mia figlia già nata, e chiamata Guglielma Maria Costanza, ed altre mie figlie, se a Dio piacerà darmele, e ciascheduna di loro con eguali porzione, sostituendo l'una all' altra reciprocamente, e scambievolmente, e loro figli maschi legitimi, e naturali in infinito, delli quali il primo, che nascerà, intendo, e voglio, che si chiami della Famiglia N., ed usare la medesima Arme, ed impresa, e venire ad abitare nella mia propria casa, e dopo la morte della Madre esser libero usufruttuario di tutta la mia eredità, ed in mancanza de' miei figli, e figlie, e figliuoli delle medesime in tal caso all'ultimo, ed ultima mancanza istituisco, e sostituisco la Signora Maria Laura mia dilettissima sorella in quanto all' usufrutto, ed in quanto alla proprietà il Signor Filippo del Signor' Attilio mio nipote, e figlio della medesima Signora Maria Laura con peso, ed obbligo deva farsi, e chiamarsi, ed usare la medesima impresa, ed Arme, siccome ancora venire ad abitere nella mia propria casa.

Mense Julio ejusdem anni è vivis excessit Guglielma Testatoris filia, eodemque mense sequentis anni 1711., nullis aliis susceptis filiis, decessit bon. mem. Silvius Testator, proindeque quoad proprietatem delatâ hereditate ad D. Philippum Testatoris nepotem nominatim in testamento substitutum; quo ad usumfructum controversia orta est inter D. Margheritam Testatoris uxorem, & præfatam D. Lauram; illa siquidem usumfructum consequi contendit tamquam sibi purè à Viro relictum *per ragion di legato, ed in ogn' altro miglior modo*, Contra verò D. Laura substinet, eumdem usumfructum à Viro relictum fuisse uxori suæ non solùm sub conditione resolutiva viduitatis servandæ, sed sub alia etiam conditione cohabitandi cum filiis, & correspectivè ad onus tutelæ de iisdem gerendæ, quæ conditio, & onus cum defecerint ob mortem Guglielmæ unicæ filiæ Testatoris, resoluto idcircò relicto tacto uxori, ususfructus delatus dicebatur ad D. Lauram sororem utpotè ad illum vocatam eis verbis, *ed in mancanza de' miei figli, e figlie, e figliuoli delle medesime, in tal caso all' ultimo, ed ultima mancante istituisco, e sostituisco la Signora Maria Laura mia dilettissima Sorella in quanto all' usufrutto*; qui porrò casus, & conditio evenerat per obitum dictæ unicæ filiæ Testatoris.

In hac igitur quæstione, quæ ob contrarias Doctorum opiniones gravissima est, & valdè ardua dicitur, requisitus, ut pro veritate sententiam meam dicere velim, exponam primùm momenta rationum, quæ pro utraque opinione expenduntur à DD., deinde examinabo adminicula illa, & conjecturas, ex quibus eliciendo Testatoris voluntatem, modò pro uxore, modò contrà illam Majores nostri respondendum esse censuerunt, & denique, bis omnibus perpensis, judicium meum, qualecunque illud sit, proferam.

Favore uxoris urgere videntur plura juris nostri loca, quibus statuitur, mulieri deberi similia legata, tametsi eo modo relicta, ut eadem deberentur, si mater cum filiis moraretur, eorumque curam, aut tutelam gereret; perspicuus est *Text. in l. annua 20. ff. de ann. le-* 1
gat., in quo Jurisconsultus de simili legato ità respondit = *Annua bis verbis legavit = Si moraretur cum matre mea, quā heredem ex parte institui, quæsitum est, an, mortuà matre, conditio defecisse videatur, ut per hoc neque cibaria, neque vestiaria debeantur? Respondit secundùm ea, quæ proponerentur, deberi* = Non absimilis est dispositio alterius Textus in *l. Cajo Sejo 13. §. Imperator ff. de alimen., & cibar. legat.*, quo loco Imperator Antoninus Pius libertis Sextiæ Basiliæ sic rescripsit = *Quamvis verba testamenti ita se habeant, ut, quoad cum Claudio Justo morati essetis, alimenta & vestiaria legata sint, tamen fuisse hanc defunctæ cogitationem interpretor, ut & post mortem Justi eadem præstari voluerit* =, quod Antonini Pii rescriptum iisdem verbis refertur in *l. 1. cod. de legat*, Idem statuitur in *l. Sticus 20. §. finali eod. tit.* = *quæro filio defuncto, an alimenta debeantur? Respondit, si conditioni paruisset, deberi, & post mortem*; His consonant Text. *in l. Turpia 57. §. 2. ff. de legat. 1.* ibi = *Sed si servi mors impedisset manumissionem, cùm ibi legatum esset, si eum manumisisses, nihilominùs debetur tibi legatum, quia per te non stetit*, similique sententià sancitur in *L. 1. cod. de his, quæ sub mod.* ibi = *Sed si per te non stat; quominùs voluntati Testatoris pareas &c., quominus relictum obtineas non oberit*, & denique, sicuti his postremis juris locis statuitur, quod legatum debeatur, si per le- 2
gatarium non steterit, quominùs voluntati Testatoris paruerit, sic etiam si suà sponte non
obtemperet, à legato repellitur, ut in *l. si eá con-* 3
ditione 3. cod. de condit. insert., ex quo per argumentum ductum à contrario sensu rectè confir-
matur, legatum deberi, quoties non culpâ, & 4
facto Legatarii, sed casu deficit conditio illa morandi cum heredibus Defuncti, deque eis curam gerendi.

Mens, & sententia legis, quæ tot locis favere videtur uxori, ut nempè eadem legatum à Viro sibi factum consequi debeat, modò per eam non stet, quominus obtemperet voluntati Testatoris, coadjuvantur generalibus rationibus in subjecta materia edocentibus, quod, si, quoties ambigua est oratio, commodissimum est
id accipi, quo res, de qua agitur, magis valeat, 5
quàm pereat. *L. quoties 2. ff. de reb. dub.*, po-
tiori jure subveniendum erit matri propter lu- 6
ctuosam filiorum mortem *L. cùm quidam prægnantem cod. de instit., & substit.*, quo loco refer-
tur *Papiniani* sententia ajentis, non præsumi 7
Testatorem voluisse, uxorem luctuosâ filii hereditate privari, prout etiam, si in conditioni-
bus primum locum obtinet Defuncti voluntas, 8
ista enim, non sermo conditionem facere dicitur. *L. in conditionibus 19., & l. Pater Severinam 101. ff. de condit., & demonstr., l. ex facto proponebatur 35. §. Rerum autem, vers. & facit quidèm ff. de hered instit., Cujac. obser. lib. 14. cap. 25.*

cap. 25. tom. 3. oper. prior. litt. D, & E., ut
9 etiam mens est, quæ modum facit, non oratio,
non lingua, *idem Cuiac. in lib. 17. quæst Papinian. ad leg. Titio censum §. Titia genero tom. 1. oper. posthum. fol. mihi 473. litt. E.*

Profectò, si spectemus voluntatem Testatoris, ea in proposito videtur fuisse, ut uxor ha-
10 bitet cum filiis, donec illi vivant; non enim voluisse potest, quod cum illis moraretur, postquam esse desiissent, ob eam rationem, quod, mortuis filiis, conditio cum illis cohabitandi
11 redditur impossibilis, & conditio, quæ fit impossibilis, etiam ex post facto habetur prò non
12 adjecta. *Surd. cons. 236. num. 44.*, vel habetur prò impleta *per Text. in l. quæ sub conditione 8. §. Quoties ff. condit. instit.*, ubi quia, vivo Testatore, mortuus erat is, cum quo conditio
13 implenda erat, heres excusatur, nec ab hereditate submovetur = *Non videtur enim* (sunt verba Textus) *defectus conditione, si parere con-*
14 *ditioni non possit; implenda est enim voluntas, si potest* =, & in casu simili *Text. in l. Multa testamento 6. ff. de condit., & demonstr. §. Si servos* ibi = *Sabinus enim, & Cassius quasi impossibiles eas conditiones prò non scriptis esse &c.*=, & ità in nostris terminis tradiderunt *Bald. in leg. 1. cod. de legat. Dec. cons.601. vers. & hoc confirmatur*, quem cum aliis refert, & sequitur *Altegrad. Jun. contr. 21. num. 3.*, rectè idcircò inquiens,
15 conditionem habitandi cum filiis, illosque educandi suàpte naturâ restringi, & limitari ad tempus vitæ ipsorum filiorum, ideòque, iis mortuis, removeri conditionem, & remanere dispo-
16 sitionem puram, eò quòd conditio limitata ad
17 tempus non limitet dispositionem, cui tempus insertum non est.

Et fanè, cum non agatur de legato simpliciter facto uxori, donec habitaverit cum filiis, sed illud in totum tempus vitæ legatariæ porrectum fuerit, censetur potiùs factum affectione
18 maritali, quàm intuitu habitationis cum filiis, ducto argumento à Textu *in leg. Tutor. pænitùs §. 1. in fine ff. de excusat. Tutor.* ibi = *judicium Patris, ut filius, non ut Tutor promeruit* = Si igitur uxor ex maritali affectione legatum promeruit, fit locus tum illi juris regulæ, quod
19 causa naturalis affectionis prævaleat causæ accidentali tutelæ, aut cohabitationis cum filiis, ideòque legatum ex præsumpta affectione beni-
20 gniori interpretatione accipiendum esse monet *Text. in leg. Aurelius Symphorus 28. §. Titius ff. de liberat. legat., & leg. Si servus plurium 50. §. finali ff. de legat. 1., latè rub. in addit. ad decis. 636. num. 66. part. 4. rec., Saminiat. contr. 130. num. 40., & seq., Rota in rec. dec. 131. num. 6. part. 9.*; tum etiam juris præsumptioni, quæ
21 pro inducenda perpetuitate legati, omnium præcipua in subjecta materia reputatur, quod nempè Testator legando uxori ipsius Legatariæ, non heredis utilitatem respexisse censeatur.
22 *Dec. cons. 601. vers. & hoc confirmatur*; certiùs quando conditio cohabitandi cum filiis adposita
23 non est primò, & principaliter, sed consequenter ad conditionem viduitatis, legati fruitioni,

De Contract.

atque durationi expressè adjectam ad *Text. in leg. quoties duobus 31. ff. de usufruct., & quemadm. quis utat. leg. generaliter 24. §. Quid ergo si plures ff. de fideicomm. libert. leg. cùm Pater 79. §. penult. ff. de legatis 2., & leg. si quis servum 8. §. Certam ff. eodem*, & in nostris terminis, *Dec. cons. 601. vers. & cùm respective*.

Jure igitur, meritòque opinionem hanc faventem uxori tamquam magis conformem sententiæ legis DD. numero quidèm plurimi, & authoritate gravissimi sequuti fuerunt respon- 24
dendo, legatum deberi etiam post mortem filiorum, modò non constet de contraria voluntate Testatoris, qui principaliter in legato filiorum favorem respexerit, ita enim post *Gloss., & DD. in d. leg. 1. cod. de legat.* docuerunt *Dec. cons. 601. per tot., Purpurat. cons. 416. per tot., Ruin. cons. 46. in fine lib. 2., Malvasia cons. 125. num. 22., Menoch. cons. 146. per tot. de præsumpt. lib. 4. præsum. 123. per tot., Simon de Pret. de interpret. ult. volunt. lib. 4. interp. 1. dubit. 8. num. 62., Gratian. discept. 901. num. 6., Thesaur. quæst. forens. lib. 1. quæst. 54. num. 3.*, ubi quòd clau-
sula cohabitandi non censetur conditionaliter 25
adposita, sed ad declarandam communem consuetudinem. *Cancer. var. resol. part. 3. cap. 20. num. 209., & seqq., Castill. contr. Jur. lib. 8. cap. 41. num. 26. ad fin., Arias de Mes. var. resolut. lib. 2. cap. 5. num. 3. cap. 4. num. 21. cap. 7. sub nu. 3., Marant. contr. 31. per tot., Vasq. contr. illustr. cap. 93. num. 25., Barry de success. tit. 9. num. 3. lib. . . ., Altegrad. Jun. contr. 21. per tot., Saminiat. contr. 127. num. 22., & num. 25., Cirocch. discept. 16. n. 18., Card. de Luca de legat. disc. 23. Benintend. decis. 98., Vincent. de Franch. decis. 58., & ibi de Luca, Capyc. latr. dec. 52., ubi Gipt. Sanfelic. decis. 201., Rota in una Ferrarien. legati coram Manzaned. decis. 635. part. 4. tom. 2., coram Card. Cerro decis. 291., quæ est impress., decis. 290. ex num. 18. part. 10.*, in qua reprobantur in specie *Menoch. cons. 970., & Cyriac. contr. 50.*, qui scripsit in allegata *Ferrarien. legati coram Manzaned.*, in qua succubuit, *& decis. 349. eàdem part. 10.*

Quamquam verò hæc opinio verissima sit, nullamque habeat dubitationem, quando versamur in legato alimentorum, quorum favore DD. consentiunt, conditionem cohabitandi cum
filiis, ob eorum mortem deficientem, haberi prò 26
impleta, traduntque, quod legatum præsuma-
tur factum favore Legatarii, vel quòd sit tam 27
istius, quàm heredis favorem respiciat, id suf- 28
ficiat, ut legatum duret etiam post mortem heredis, cum quo Legatarius jussus est habitare. *Dec. cons. 485., Menoch. se ipsum declarans cons. 970., Arias de Mes. lib. 2. cap. 4. num. 21., Cyriac. cap. 50. num. 15., Saminiat. cap. 127. nu. 22., Castill. lib. 4. cap. 60. num. 56., & lib. 8. cap. 40. per tot., Gratian. discept. 104. ex num. 65., Mans. consult. 611. nu. 20., Card. de Luc. de legat. d. disc. 23. num. 6.*, id enim peculiaris privilegii
habere videtur causa alimentorum, ut non defi- 29
ciat, cessante conditione mixtâ, & casuali, quodque juris præsumptio sit, Testatorem,

 etiam

30 etiam illâ deficiente, fuisse relicturum, *Capyc. Galeott. part. 2. cap.44. num.3., & seq., Spadaz. theatr. viduil. disquis.73. num. 38., & seqq.*

Aliter tamen rem se habere sentiunt contra-
31 riæ senteotiæ Authores, quoties versamur extrà
causam alimentorum, & agitur de aliis legatis
diversis ab illo alimentorum, quale est legatum
32 usustructus, præsertim quando relinquitur in-
teger, & formalis; *Abb. cons. 78. lib. 2., Dec.
cons.526., & cons.620., Fulgos. cons.30. num.1.
Soccin. Jun. cons. 58. num. 16., & seq. lib. 3.,
Menoch. cons. 970. sub. num. 17., Tusch. in verb.
legatum conclus. 95. num.21.*, doceot enim, talia
33 legata resolvi mortuis filiis, cum quibus Lega-
tarius habitare jussus fuerat, moventurque illâ
juris ratione, quòd, deficiente conditione mi-
xtâ per mortem ejus, cum quo adimpleri de-
34 bebat, legatum quoque deficiat. *L. in testamen-
to 31. ff. de condit., & demonstrat. leg. legatum 4.
cod. de condit. insert., Menoch. lib. 4. præsumpt.,
præsumpt. 183. num. 40., & seq., Mantic. de co-
nject. lib.11. tit.16. sub num. 17., Surd. de alim.
tit 8. privil. 24. num.5., Cyriac. contr. 50. num.7.
& contr. 391. num. 14., Galeott. contr. Jur. lib.
1. cap. 59. num.53., Arias de Mes. lib. 2. cap. 4.
num.7., Vasq. contr. illustr. cap.93. num.20., &
27.*; ita quidem, ut verba illa = *donec habitaverit* =
35 importent conditionem successivam, & resolu-
tivam ex *Text. in leg. qui Concubinam § Uxori,
vers. videamus, an his verbis ff. de legat. 3.,
Cuiac. ad text. in leg. Sejo amico 10. ff. de ann.
legat. tom. 4. oper. posthum. fol. mihi* 1388. *litt.
D.*, ubi, quod idem est dicere *quoad habitaverit* =,
36 ac = *si habiteverit* = latè *Merlin. Pignattell. contr.
cent. 2. cap.40., Peregr. de fideicom. art. 16. nu.
143., & seqq., Menoch. cons. 970. num. 21.,
Mantic. de tacit., & ambig. lib.11. titulo 19. nu.
23., Galeott. contr. lib. 1. cap. 59. num. 53. vers.
sexta indubitata conclusio*.

Urget etiam prò hac sententia illa alia juris
ratio, quòd nempè legatum relictum cum onere,
37 eo cessante, cesset ad *Text. in leg Alumnæ suæ
30. § secundo ff. de adimend. legat.*, quasi cessante
38 causâ, propter quam factum est *leg. Seio amico
fidelissimo 10. ff. de annu. legat.*, ubi prò rata
39 filiorum mortuorum legatum deficit ibi = *Cum
tam labor, quàm pecunia divisionem reciperent*;
justa enim juris ratio exposcit, quòd legatum
40 determinetur ex causa illi annexa. *Bartol. in dicta
leg. Seio, & in leg. Demonstratio falsa, §. final.
ff. de condit, & demonstr., Tiraquell. de cessant.
caus. part. 1. verb. legati causâ cessante num.101.,
Surd. de aliment. tit.8. privileg. 23. num.1., Si-
mon de Pret. lib. 4. dubit. 3. cap.7. num.7.*, quem
cum aliis refert Galeott. contr. lib.1. cap.59. n.43.

His itaque, aliisque innixi rationibus, hanc
41 opinionem contra uxorem iu terminis legati
ususfructus secuti fuerunt. *Dec. cons. 485., &
cons.526., Aucharan. cons.237., Engen. cons.49.
lib.2., Signor. de Homod. cons.179.*, latè *Menoch.
cons. 970.*, ubi, respondendo iis, quæ tradide-
rat in *cons.146.*, ait, illa procedere io legato
42 alimentorum *Peregr. de fideicomm. art.16. num.
149., & seq., Tusch. in verb. legatum conclus.95.
num. 12., & conclus. 105. num. 2., Gaill. lib.2.
observ. 144. num.12., Cyriac. contr. 50. per tot*,
latissimè *Spadaz. in theatr. viduil. disquis. 73.*,
respondens Decisionibus Rotæ Romanæ *coram
Manzaned., & coram clar. mem. Card. Cerro*.

Iidem verò Doctores facilè se expediunt à ju-
ris locis allegatis in *§. Favore Uxoris*, distinguen-
do legatum alimentorum, prò cujus duratione 43
urget ratio specialis privilegii ab aliis legatis,
in quibus talis ratio cessat, prout etiam non ur-
gere dicitur illa alia juris ratio, quòd nempè
per uxorem oon steterit, quominùs ob casum
supervenientis mortis filiorum nun adimpleve-
rit coo ditionem moraodi cum filiis; inquiunt
enim, id procedere respectu conditionis po- 44
testativæ, oon autem casualis, ut apud *Cy-
riac. d. contr.50. num.18., & Spadaz. disquis.73.
num.55., & seqq.*, & denique submovere conan-
tur argumenta, & rationes, quæ favore uxoris
prò duratione legati afferuntur.

Ex his perspicuum reddi videtur, utramque
opinionem nedum Legis auctoritate, sed ratio-
num etiam adminiculis, & dissidentium inter
se Doctorum suffragiis sulcitam reperiri, pro-
indeque prò determinanda simili quæstione,
quæ in abstracto sumpta, anceps, & dubia pror-
sùs est, Doctores contrarias sententias conci-
liandas esse docent distinguendo tres casus, quo-
rum primus est, quod tale onus adjectum lega-
to facto Uxori, principaliter respicit favorem
filiorum, & hoc casu, cessante causâ legandi, 45
expirat legatum, ut unanimi consensu firmant
omnes secuodæ sententiæ sectatores, & consen-
tiunt etiam alii, qui pro opininne favente Uxo-
ri allegantur; Prout etiam in controverso ca-
su, quo legatum sivè alimentorum, sivè usus-
fructus, quodcumque illud sit, si respiciat com-
modum, & favorem Uxoris, explorati juris
esse videtur, ut mors, vel aliud impedimen- 46
tum illorum, cum quibus demandata est habi-
tatio, nullatenus Legatariæ præjudicet; succe-
dit his tertius casus mixtus, quia nempè causa
legandi respiciat commodum utriusque, & tuuc,
juxtà superiùs relatas opiniooes, discrepant 47
DD.; aliqui enim volunt, ut adhuc legatum
cesset, alii verò magis communiter sentiunt,
ut in casu mixto præponderare debeat favor Le-
gatariorum, ut hos casus distinguendo, tradit
*Card. de Luc. de legat. dict. disc. 23. num. 2., &
seqq. num.8. ex Eugenio cons. 49. num. 18. & seq.
lib.2., & Arias de Mes. var. resolut. lib.2. cap.5.
num.21., Castill. lib.4. cap.41.*, io fine subji-
ciens, in casu mixto inspiciendam esse favoris,
vel affectionis præponderantiam ex vero illo ju- 48
ris priocipio, quod mixtum assumit qualitatem
illius simplicis, de quo magis participat. 49

At, quoniam non semper ex litera testamen-
ti liquere potest, in quonam casu res versetur;
ideoque, qunties in facto coostabilitus non re-
peritur casus, cui Doctorum traditiones, & re-
gulæ applicari possint, justum judicium statui
minimè potest, idem *Card. de Luc. loco citato*
docet, quæstionem istam potiùs facti, ac vo-
luntatis, quàm juris censendam esse, admo-
net-

netque, investigandam, atque ex conjecturis
elicie ndam esse voluntatem Testatoris, nun
scilicet in eo præponderaverit favor, & com-
modum heredis, filiorum nempè, vel matris le-
50 gatariæ, & in hoc consentiunt quotquot de hac
tractatione scripserunt, id semper admonentes,
juris regulas adhibendas esse, ut assequamur,
atque obsequamur voluntati Testatoris, non
autem, ut eisdem illum illudamus.

Porrò, si in hypothesi, de qua agitur, con-
jecturas sequamur, plurima in nostro casu con-
currunt argumenta suadentia, Testatorem in
legato ususfructus facto Uxori, istius potius
favorem, quàm filiorum commodum respe-
xisse, & clausulam cohabitandi cum filiis, eo-
rumque tutelam gerendi non fuisse conditiona-
liter adpositam; ad effectum nempè limitandi
legatum, sed accessoriè, & quidem tamquam
effectum tum generalis consuetudinis, tum ma-
ternæ affectionis, tum denique gratitudinis,
juxtà quam matres non minùs ob amorem erga
filios, quàm ob memoriam matrimonii bene
transacti cum benevolo, & munifico Viro, eo
defuncto, cum communibus liberis cohabitare
solent.

Prima conjectura desumi posset ex ordine lit-
teræ, regulariter designante ordinem, & intel-
51 ligentiam voluntatis Testatoris ad *Text. in leg.
quoties duobus 34. ff. de usufruct.*, *& quemadm.
quis utat.*, *leg. Generaliter 24. §. quid ergò si
plures ff. de fideicomm. libert.* ibi = *& fortassis quis
rectè dixerit, ordinem scripturæ sequendum* = *leg.
cum Peter 79. §. penult. ff. de legat. 2.*, *& leg. si
quis servum 8. §. Certum* ibi = *ei potiùs solvendum,
cui primùm legatum est* = *Rot. decis. 38. num. 6
post Zacch. de Salar.*; hunc autem ordinem si
spectemus, Testator legato ususfructus, de quo
agitur, adposuit conditionem viduitatis non
post onus cohabitandi cum filiis, sed ante dictum
52 onus, ideoque subsequens clausula cohabitatio-
nis accessoriè, & non conditionaliter adjecta
censetur. *Dec. cons. 601. vers. & sum respectus*,
Malvasia cons. 125. num. 22., *Cyrocch. discept. 16.
num. 18.*, *Card. de Luc. de legat. dict. disc. 23. sub
num. 13. vers. secunda desumebatur*, *Mantic. de
conject. lib. 6. tit. 13. num. 11. vers. ex contextu
etiam*, *Rota dict. decis 636. part. 4. tom. 3. nu. 8.*,
& part. 10. decis. 290. num. 18. vers. hinc enim, *&
coram Buratt. decis. 720. num. 3.*

At fortiùs urget secunda conjectura desump-
ta ex benevolentia, & affectione Viri erga Uxo-
53 rem, ex qua veluti ex sua causa legatum pro-
fectum fuit, quæ sanè benevolentia, & affectio
sufficienter expressa verbis illis = *mia amatissima
54 Consorte* = in proposito ponderatis à *Menoch. cons.
146. num. 10.*, & *seq. & de præsumpt. lib. 4. præ-
sumpt. 123.*, *Rota part. 9. rec. decis. 131. num. 5. 6.*,
& 7., *decis. 152. nu. 22.*, *& 23. & decis. 260. nu.
6.*, apertior redditur ex tenore, & substantia
Legati; nam Testator illud concepit eis am-
55 plissimis verbis = *alla quale per ragione di legato,
e in ogni altro miglior modo &c. lascio il pieno, e
libero usufrutto di tutti, e ciascheduno de' miei
Beni in modo, che non deva restringersi alli soli
alimenti, ma quello deva pienamente, ed intie-
ramente conseguire, ed essere donna, e madonna,
ed usufruttuaria durante la sua vita naturale, e
fin tanto vedoverà &c.*

Porro ex relatis verbis plura consurgunt ar-
gumenta aperte innuentia, Testatorem respe-
xisse Legatariæ favorem veluti causam princi- 56
palem, & finalem legati minimè ob mortem
filiorum resolvendi; non solum enim libero, &
pleno legato eam frui velle protestatus fuit, sed
præterea declaravit se immutare regularem
naturam similis legati, quod favore filiorum 57
resolvitur in simplicia alimenta, si igitur Te-
stator favore Uxoris derogavit favori à Jure fi-
liis impartito, quonam pacto in dubium revo-
cari poterit, quin principaliter Uxoris Legata- 58
riæ commodum, secundariò verò illud Filio-
rum contemplatus fuerit, ut hæc omnia pon-
derando, tradunt *Dec. cons. 601. sub num. 4.*, *Ca-
vagnol. ad Menoch. cons 146. num. 10.*, *Benintend.
decis 98. vers omnibus istis consideratis*, *Rota co-
ram Cerro decis. 291. num. 16.*, absurdum nam-
que esset asserere, quod maritus, extantibus
filiis, relinquens Uxori plenum, & liberum
usumfructum, quod difficiliùs est, illum adime-
re voluerit, iisdem deficientibus, *Corn. cons. 59
311. post num. 2. lib. 1*, *Mes. lib. 2. cap. 2. nu. 2.
post alios ab ipso citatos*, attentà præsertim clau-
sulà = *omni meliori modo* =, quæ, utpotè præseferens
enixam Disponentis voluntatem, comprehendit 60
omnes casus, & modos, quibus dispositio ple-
niùs valeat *Hondcd cons 4. lib. 2 num. 31.*, *Bar-
bos. claus. 95. num. 18.*, *& 19.*, *Rota part. 9. decis.
131. nu. 4.*, præsertim verò quia præsumi nequit,
quod Testator voluerit, mortuis filiis, extingui
legatum, & suæ dilectæ Uxoris orbitatem gra- 61
vare, ut post *Dec.*, *& Ambaran.* consideravi *Can-
cer. part. 3. cap. 20. sub num. 209. vers. demum
subjiciebam.*

At magis urget substantia ipsa Legati, quod
amplissimum fuit, & longè excedens onus co-
habitandi cum filiis, & illorum tutelam geren- 62
di, quamobrem, quemadmodum quandò emo-
lumentum est inferius, vel merè correspecti- 63
vum oneri Legatario injuncto, ex hoc elicitur
gravis conjectura, quod Testator filiorum po-
tiùs, quàm Matris Legatariæ commodum con-
templatus fuerit, sic viceversà, quoties emolu-
mentum, & commodum æquat, vel superat 64
onus, contraria ex hoc elicitur conjectura fa-
vore Legatarii *Menoch. cons. 146. num. 13. & seq.*,
Arias de Mes. var. resol. lib. 2. cap. 5. nu. 29., *clar.
mem. Card. de Luc. de Legat. dict. disc. 21. sub
num. 13. vers. tertiò ponderabam post Cephal. cons.
429. num. 107.*, *Benintend. decis ult. num. 7*, *de
Pret. lib. 4. dub. 8. num. 63.*, *Galganett. de condit.*,
& demonstr. part. 1. cap. 15. num. 15., *Altograd.
Jun. contr. 21. num. 29. & seq.*, *Saminiat. tom 2.
contr. 127. num. 25.* Quæ conjectura fortius ur-
get in casu nostro, quia plures à Testatore Tu- 65
tores filiis dati fuerunt, ideoque ut benè inquit
Jurisconsultus in alibi allegata *lege Sejo amico
fidelissimo 10. ff. de annu. legat.* = *cum tam labor.*,
quàm pecuniam divisionem reciperent =, si Testator
plu-

plurium Tutorum datione laborem tutelæ mi-
nuit, Uxori , integro tamen manente Legato
66 ususfructus , ex hoc procul dubio crescit ampli-
tudo , & commodum legati , quod idcircò reli-
ctum censeri nequibit correspectivè ad onus co-
67 habitationis,& tutelæ Uxori impositum Menoch.
dict. consf.146.sub num.14. , Surd. tit.8. privileg.
34. num.7. Imò, etsi tutela fuisset causa legati ,
quod tamen in persona dilecta non præsumitur,
Menoch.lib.4. præsumpt. 124. num.5. , & 6. , non
68 tamen legatum cessat , nisi ex culposa recusa-
tione tutelæ , ut de veriori , Card. de Luca de
legat. disc.22.num.4.

Denique , missis aliis , ut nullus relinqueretur dubitationi locus quoad legati durationem , Testator expressis verbis voluit Uxorem frui usufructu plenè , & integrè = durante la sua vita naturale = , si autem legatum duraturum erat , quoad viveret Legataria , & nonnisi ejus mor-
69 tè naturali finiturum , ex hoc evidens , & aper-
tum fit,quod illud allegatum non erat conditio-
ni cohabitationis cum filiis , & oneri tutelæ de
eisdem gerendæ , quorum alterum cessaturum
erat progredientibus filiis ad adultam ætatem ,
alterum verò cessare poterat , vel eorumdem
morte , vel alio impedimento , ob quod mater
cum illis habitare posse desineret , ducto argu-
mento à Text. in leg. ambiguitatem 12.in fin.Cod.
de usufruct. ibi = quemadmodum enim, si decesserit
Usufructuarius antè impletam conditionem,vel fu-
rorem finitum, extinguitur, usufructus, ita huma-
num est extendi eum in Usufructuarii vitam , etsi
antea decesserit furiosus , vel aliàs conditio defe-
cerit = Dec.dict.consf.601.sub num.4. , Rota dicta
decis.636. part.4. num.12. , & part.10. decis.349.
num.18.vers. quæ fortiùs post Benintend. decis.98.
num.5. , Menoch. lib.4. præsumpt.123. num. 11. ,
& consf.146. num.12. , Cancer. part.3. cap. 20. nu.
208. , & confert etiam Text.in leg. amicissimos 39.
ff.de excus.tutor. , ubi, quod Tutor recusans tu-
telam,licèt perdat legatum,si tamen fuerit sub-
70 stitutus pupillo , non repellitur à substitutione ,
eà nimirum ratione , quia , cùm substitutio ex-
71 tendat vires suas , post quàm tutela finitur , ex
hoc præsumitur , quod non sit facta contempla-
tione tutelæ ibi = a legato quidem repellendum , a
substitutione autem non esse submovendum , cùm
eo casu etiam suscepta tutela finiretur = Si enim
juris nostri regulis admonemur , præcedentia
72 magis influere in consequentia , & ea declara-
re , atque determinare , quàm è contrario , ut
post Gloss. notet Bartol. in leg. quisquis ff. de le-
gat.3. , & in leg. Avia ff. de condit. , & demonstr. ,
Bald. in leg. Legatorum petitio §. final. in fin. ff.
de legat.2. , Jason. consf.69. lib. 3. , Corn. consf. 4.
num.6. , & seq. lib.4. , Cavalcan. decis.14. num.4.
lib.3. perpetua duratio legati porrecta ad totum
tempus vitæ Legatariæ restringi proculdubio
73 nequibit ex subsequentibus verbis importantibus
conditionem cohabitationis , & onus tutelæ
Menoch. consf. 146. num. 12. vers. quarto confert ,
ubi talem restrictionem falsam appellat. Cephal.
consf. 156. num.10. & seqq. , & consf.351. num.8. ,
Paris. consf.23. num.118. lib.1. , Cancer. in termi-
nis part. 3. cap. 20. de legat. num. 208. , & 209.

Ex quibus perspicuum fit,quod,quando etiam
justà aliquà ratione affirmari posset , quod Te-
stator, veluti conditionem , & causam finalem
legati,non solùm commodum Uxoris Legatariæ
considerasset , sed respexisset etiam favorem
filiorum , cum quibus illa cohabitare , & quo-
rum tutelam gerere debebat , nihilominùs, cum
in dubium revocari nequeat, quin saltem ob ra-
tiones hactenus expensas favor tam Legatariæ ,
quàm filiorum vim habeat causæ finalis æque 74
principalis , ob quam Testator motus fuit ad U-
xori relinquendum usumfructum sub conditio-
ne servandi viduitatem, dicendum esset, quod ,
servante illà viduitatem , etsi deficeret causa
finalis favoris filiorum,non idcircò deficeret Le- 75
gatum , quod substineretur vigore alterius cau-
sæ finalis , quæ nondum cessasset , favoris nem-
pè Legatariæ viduitatem servantis, ut ex Text.
in §. affinitatis Institut. de nupt. arguit , Menoch.
consf.146. num.28. , Cephal. consf. 81. num. 14. post
Bart. , & alios in leg.2. §. fin. ff. de donat. , Ti-
raquell in tract. cess.caus.lim. 22., Surd. de alim.
lib.5. quæst.5. num.12. vers. alio etiam modo, idem,
Surd. decis.38 num.26. , Card. de Luca de legat.
disc.32. nu.6. vers secus autem ubi plures causæ ,
Cancer.de legat. sub num. 109. vers. quoniam , &
generaliter tradit. Rota decis.1.num.23. inter col-
lect. per Balducc. ad Ramon. tom. 3.

Quamquam verò me non lateat, hasce conje-
cturas pro perpetuitate ususfructus favore Uxo-
ris allatas reijci à contrariæ sententiæ auctori-
bus , nihilominùs eædem , si simul jungantur ,
prout fieri debet in materia probatoria , in qua 76
vix , ac ne vix quidem habetur regula ulla ma-
gis familiaris illâ,qua admonemur : singula, quæ
non prosunt , juncta juvant, & in proposito tra- 77
dunt Benintend. decis. 98. vers. Omnibus istis ,
Cancer. loc. cit. , Mes. lib.2. cap.5. nu.1., & seqq.
perspicuam reddere videntur voluntatem Te-
statoris ; Prout etiam, licèt non ignorem , quod
plures in casu nostro afferri possent conjecturæ
contra Uxorem , videlicet quod, inspectà pupil-
lari ætate filiorum indigentium curâ matris , ex
verisimili mente Testatoris legatum Uxori fa-
ctum sub conditione cohabitandi cum filiis ho- 78
rum favore utpotè magis dilectorum principa-
liter ordinatum videatur , præsertim verò quan-
dò spectata fuit integritas , & habilitas Uxoris, 79
qua Testator consulere voluisse præsumitur illo-
rum imbecillitati , ut contra Uxorem ratioci-
nantur Doctores prò contraria sententia alle-
gati .

Nihilominùs plurimùm moveor amplitudine
legati facti Uxori verbis nedum connotantibus
eximiam erga illam Legantis affectionem, sed ex-
pressam illius extensionem ad totam vitam le-
gatariæ , ideoque manifestè excludentibus illius 80
restrictionem ad conditionem cohabitationis
cùm filiis , & onus tutelæ , quæ animadversio
magis urgere videtur , si consideremus circum-
stantiam facti maximâ notâ dignam , quod vi-
delicet Testator per integrum annum superstes
fuit morti Guglielmæ unicæ filiæ suæ , quis au- 81
tem

tem ne mente quidem cogitare poterit, quod, si ille, legatum usufructus pendere voluisset à
82 conditione cohabitationis cùm filiis, & correspectivum reputasset oneri tutelæ ita quidem,ut, his cessantibus, tamquam cessante causâ, legatum etiam cessaturum esset, adeò imprudens extitisset, ut Codicillis, aut alio solemni actu hanc suam mentem non fuisset declaraturus? vel enim Testator iste erat Jurisperitus, & illicò noverat, quàm anceps, quàm ardua, & ob contrarietatem Doctorum difficilis esset quæstio isthæc, vel erat Jurisprudentiæ prorsùs ignarus, & dubitare saltem poterat, quod, postquam declaraverat, Uxorem suam plenè, liberè, integrè frui velle usufructu = *durante la sua vita naturale* = idem resolvi nequibat ob mortem filiorum, dum igitur, post prædefunctam unicam filiam, legatum usufructus Uxori non
83 ademit tamquam cessans ob cessantem causam, præsumendum est, quod,juxtà commnnem con-
84 suetudinem libentiùs voluerit, ut, Filiis non extantibus, Uxor frueretur usufructu illo, qui, Filiis extantibus, difficiliùs eidem relinquitur, juxtà ea, quæ alibi animadvertimus,atque ad propositum considerat *bon. mem. Card. de Luc. de legat. disc. 22. num. 8. §. Credebam per totum*.

Reliquum modò esset,ut submoveremus contrariæ sententiæ fundamenta, sed superfluus videtur iste labor utpotè præoccupatus à Doctoribus, qui sequuntur sententiam favorabilem Uxori, cui nocere minimè videntur Juris loca, quæ in contrarinm allegantur, quia, ut benè in proposito animadvertit *Card. de Luc. de legat. dict. disc. 23. num. 9.*, sententia legis in locis citatis plerumque loquentis de libertis, aliisque
85 similibus personis, trahenda non est ad decisionem casus, in quo agatur de Uxore, aliaque persona dilecta, & benè antè eum observarunt plures Doctores ab ipso allegati; Prout etiam frustrà opponitur, quod alia Juris loca allata
86 favore Uxoris loquantur de legato alimentorum, quia alia plura loquuntur etiam de lega-
87 tis factis extrà causam alimentorum, & si inspiciatur ratio legis, eadem non minùs convenit legato alimentorum, quàm cuivis alii legato, immò ex quo Testator non sola alimenta, sed
88 plenum usumfructum reliquit, majus resultat argumentum affectionis, quæ proindè non debet in odium retorqueri *leg. nulla juris ratio 25.*
89 *ff. de legib. leg. quod favore Cod. eodem*. Jure igitur, meritòque Doctores illa expenderunt favore Uxoris,prò qua cum stet etiam opinio sacræ Rotæ, ab ea discedendum minimè crederem.

Verùmtamen licèt hanc sententiam veriorem omninò crederem, nihilominus contemnenda minimè videntur Jura D. Mariæ Lauræ Sororis Testatoris, cujus favore frustrà purificata diceretur conditio usufructus illi relicti =
90 *in mancanza de' miei figli, e figlie*=,qui casus jam evenit, si expectare cogeretur obitum Cognatæ suæ ipsâ fortè Junioris, quæ aliâ ratione illum non retinet, nisi quia, donec ipsa vivit, usufructus vacare dici nequit, quæ exceptio planaesset, & illorum repelleret sororem, si dubia non redderetur aliis conditionibus adpositis, & tot contrariis DD. sententiis, ideoque, nè ullam ex Partibus, quæ meam sententiam requisivit, in difficillimas litium tricas conijciam, libenter eam admoneo, quod, si fortè offeratur, non rejiciat occasionem rem transigendi qualicumque 91 amicâ concordiâ.

Fulginaten. Societatis.

Inter Socios licèt pactum sit initum æqualis utilium divisionis, Socius administrans debet majus lucrum consequi arbitrio boni Viri. Utilium divisio inter Socios quando æqualitate quantitatis, seù potiùs proportionis facienda sit? Pro fidejussione a Socio præstita, dum res non agitur inter Mercatores, Salarium non conventum neqnit expeti, nec vigore consuetudinis, si animus illud recipiendi ex conjecturis excludatur, & quæ sufficiant conjecturæ? Capitali adaucto per inæqualem partium collationem, augmenti lucrum non est, sinè pacto expresso, æqualiter inter Socios partiendum. Quando autem pacta de lucris æqualiter dividendis, cum inæqualis contributio fuerit, sustineri valeant, demonstratur.

VOTUM XVIII.

1 *Socius administrans mercedem debet consequi*, & num.48., & 59.
2 *In Societate qui plus operæ ponit, vel pecuniæ, plus lucri habere debet*, & nu.15. 51., & 151.
3 *Contraria opinio communior est*, & num.6., & 10.
4 *Dictio dumtaxat excludit alia qualibet, præter expressa*, & num. 5.
7 *Socius Bona Societatis administrans, id animo potiùs Socii præstare censetur, quàm mercenario*.
8 *Socius commune negotium gerens, etiam proprium gerere dicitur*.
9 *Salarium iis tantùm regulariter debetur, qui aliena gerunt negotia, non sua*, & nu. 52.
11 *Socius administrans quod separatam debeat consequi mercedem, in jure cautum non reperitur*.
12 *Socius Bona Societatis administrans, plus lucri in præmium laboris debet capere*.
13 *Socius plus aliis industriæ, atque operæ impendens, non debet ex æquo Socius videri*, & num.171.
14 *Societati plerumque industria Socii plus confert, quàm pecunia*, & num.22., & 178.
16 *Socio administranti quantum plus lucri debeat rependi, arbitrio boni Viri relinquitur*.
17 *Habitâ ratione qualitatis operis, & industriæ*.
18 *Inter Socios inita conventio de utilibus ex æquo dividendis, debet intelligi de æqualitate proportionis, non quantitatis*.
19 *Quod scilicet propriæ uniuscujusque collatio-*

tioni pars debeat respondere, & num. 20. & 21. & 189.

Intellige, ut num. 32., & 36.

20 Socius administrans, plus operæ in Societatem confert.

23 Inter Socios iniqua esset conventio de non percipienda majori aliqua utilitate a Socio administrante, & num. 45.

24 Cum præsertim hic majori subsit periculo, amissionis nempe lucrorum, & operarum.

25 In Societate par debet esse ratio tàm lucri, quàm damni.

26 Et pro rata damni, seù periculi emolumentum debet esse.

27 Socius administrans, qualiter vigore pacti sit censendus exclusus a salario consequendo? & num. 28.

28 Socius administrator conveniens, absque salarii mentione, de lucro, & damno æqualiter partiendo, videtur statuisse, nil sibi pro salario posse competere.

29 Sed partes in divisione æqualiter faciendas.

30 Licèt inæqualis fuerit contributia.

31 Inter Socios valida est conventio de lucro, & damno æqualiter dividendo, licèt inæqualis contributio fuerit, & num. 33. 34., & 128.

Eoque casu portiones debent æquales fieri æqualitate quantitatis, num. 35., & 36.

32 Inter Socios æqualia esse debere damna, & compendia æqualitate proportionis, procedit ubi nil circa divisionem convenerunt.

36 Socii convenientes de æquali utilium divisione, censentur id intellexisse de æqualitate quantitatis, nisi aliter locutos constet.

37 Inter Socios inita conventio de non percipienda a Socio administrante ma ori utilitate, sustinetur, stante eorum scientià de ejusmodi administratione, & num. 38.

39 Et Socius administrans nequit eo casu deceptus dici.

40 Sed gratis operam voluisse impendere.

41 Socii voluntas tollit iniquitatem pacti, & num. 131.

42 Socius administator conveniens de servanda in lucro, & damno æqualitate, quod intellexerit gratis velle administrare, non ita facilè dicendum.

43 Præsertim in re magni momenti.

44 Inter fratres faciliùs præsumitur administratio ex liberalitate.

46 Inter Socios liberalitas præsumi valet ante, non post contractum Societatem, & nu. 154., & 158.

47 Societas suàpte naturâ exigit ad æquitatem redigi, & num. 170. 182., & 186.

Et in arbitrio boni Viri maximè versatur, nu. 53., & 165.

49 Socio administranti non nocet, quoad salarium illi debitum, pactum de lucro, & damno æqualiter partiendo.

50 Inter Socios inita conventio de utilibus dividendis, expensas non comprehendit.

Nec proindè salarium Socio administranti debitum, num. 51.

51 Salarium administratori debitum, inter expensas numeratur.

54 Socio administranti, si ex consuetudine Regionis id sit, salarium præstandum est.

55 Etiam contra expressam Juris dispositionem.

56 Et licèt non conventum, & num. 61., & 78.

57 Consuetudo ubi supponitur, eadem intelligitur in conventionem deducta, & num. 89.

58 Pro expresso habetur, quod consuetum est fieri.

60 Socii unius ubi conditio melior est, alterius verò deterior, Societas non transit sinè conscientiæ scrupulo, & peccato, & num. 173.

62 Fidejussori non licet, quid capere pro fidejussionis mercede.

63 Gratuitò enim præstanda est.

64 At contraria sententia communis est, magisque recepta; intellige, ut num. 65.

65 Fidejussor potest pro fidejussione mercedem capere, moderatam tamen, & quæ periculo respondeat, & n. 83.

66 Aliter, citra usuram, non potest. Intellige ut n. 84.

67 Fidejussori solet merces constitui in scutis duobus pro quolibet centenario.

68 Præsertim de stylo mercatorum.

69 Eaque persolvitur, licèt Debitor sit idoneus.

70 Ille enim semper in periculo videtur esse.

71 Procedunt hæc, ubi Statutum vigeat, vel consuetudo.

72 Fidejussori assignanda merces, debet juxta periculi qualitatem regulari, ni aliud consuetudine, vel statuto cautum sit.

73 Relevationis promissio nil prodest, si facta à Debitore non idonea.

74 Relevationis promissio facta Fidejussori, eum à periculo non eximit.

75 Vel tanti saltem non est, ut is malè re suà non dicatur uti.

76 Fidejussorem nulli periculo subjectum fore, est impossibile.

77 Fidejussori Salarium debetur, licèt non conventum.

79 Procedit etiam inter Mercatores non ita practicare solitos, ubi id natura negotii, & fidejussoris periculum expostulet, & n. 98.

80 Fidejussori merces debita, inter expensas recensetur.

81 Nec venit sub divisione utilium inter Socios facienda.

82 Utilia intelligantur, detractis expensis.

84 Fidejussor valet, citra usuram, quid recipere mercedis nomine, si sponte oblatum, vel in conventionem deductum, & n. 96.

Si secus, nec etiam valet pro mercede agere num. 86., & 87.

85 Fidejubere nemo tenetur gratis.

87 Salarium non conventum, non debetur.

88 Nisi in contrarium adsit consuetudo, & n. 97.

90 Fidejubere quem voluisse absque mercede cum potest conjici, non attenditur consuetudo solvendi Salarium non conventum.

91 Quæ autem ad id sufficiant conjecturæ? & num. 92. 93. & 94.

92 Fi-

92 *Fidejubere gratis censetur voluisse, qui gratis similia consuevit facere.*

93 *Fidejubere gratis censetur voluisse Socius, qui mercedem nunquam petiit, durante Societate.*

94 *Fidejussio regulariter absque Salario solet fieri.*

95 *Regulæ, quod Salarium non conventum non debeatur, standum est, si de limitatione non doceatur*, & num. 102.

99 *Fidejussori non debetur Salarium, nisi illius solutio sit ex mente Contrahentium expressa, vel tacita.*

100 *Mercatorem unica non facit mercatio.*

101 *Nisi in matricula sit descriptus.*

103 *Inter Socios lucrum, & damnum debet commune esse, atque æquale.*

104 *Societati non repugnat inæqualitas collationis capitalium.*

105 *In Societate divisio lucri, & damni debet fieri proportionabiliter ad partes à quolibet Socio collatas*, & num. 106. 108., 113. & 188.

107 *Socius, qui promissam quantitatem non contulit, nequit pro rata deficiente lucrum expetere.*

109 *Libro magistrali Societatis fides à Sociis præstanda est, ex* Stat. Fulginei lib. 1. rubr. 28.

110 *Liber magistralis inter Socios plenè probat, licèt ab uno tantùm ex his fuerit conscriptus*, & num. 111.

112 *Intellige, si negotiationi præpositus ille fuerit, vel scientibus consociis, administrarit.*

114 *Inter Socios quando æqualis fieri debeat utilium divisio, licèt æqualis non fuerit contributio?* & n. 115. ad 138.

115 *Liber* Magistralis *inter Socios non probat quantitatem ab unoquoque contributam, si partitas contineat non distinctas, & carentes die, & anno.*

116 *Præsertim si non concordet cum altero Libro, ut dicitur*, Giornale, *&* n. 119.

117 *Liber* Magistralis *relativus est ad alterum* Giornale *nuncupatum.*

118 *Et sinè illo regulariter non probat.*

120 *Liber* Magistralis *discordans ab altero, ut dicitur*, Giornale *suspectam reddit legalitatem scribentis.*

121 *Inter Socios divisio utilium facienda est pro rata capitalium, & temporis, ex quo capitalia ipsa fuerint collata*, & n. 185.

122 *Inter Socios, stante pacto æqualiter partiendi lucri, & damni, utilia sunt ex æquo dividenda, licèt inæquales contributiones fuerint.*

123 *Pacta in Societatibus sunt omnino servanda.*

124 *Pactum, ubi speciale non adsit, regulandum quid intelligitur juxta conventionem principaliter factam*, & n. 140. *Intellige ut* n. 141.

125 *Socius sibi debet imputare, cur apertiùs pactus non sit.*

126 *Pactum Societatis de utilibus æqualiter participandis iniquum est, si non congruat partibus in societatem collatis*, & n. 146.

127 *Secus ubi initum est inter Socios non ignorantes earum partium inæqualitatem.*

De Contract.

129 *Ac longe post earumdem partium collationem*, & n. 130. ad 133. = Item n. 157.

132 *Socii nequeunt dici decepti, si scientes inæqualem partem à Consocio contributam, de utilium æqualitate convenerunt.*

133 *Et censentur in eum liberalitatem exercere voluisse.*

Intellige ut num. 156., 157., & 164.

134 *Socius ob non collatam promissam quantitatem tenetur ergu Consocios ad interesse lucri cessantis.*

135 *Secus est, si ab eisdem scientibus fuit cum eo conventum de utilium æqualitate*, & n. 136.

137 *Consensisse enim, ii dicuntur, & quoad interesse ejusmodi sibi præjudicasse.*

138 *Cum taciturnitate ubi alius concurrit actus, præsumitur consensus etiam in præjudicialibus.*

139 *Sociale pactum respiciens unum capitale non censetur alterum respicere in eodem pacto non expressum.*

140 *Pacto speciali, deficiente circa accessorium, regulandum id non est juxta principale, nisi eadem cum eo ratio concurrat*, & num. 141., 142., & 143.

144 *Sociale pactum quoad unum capitale, ut possit ad alterum non expressum referri, debent in isto illius conditiones præsupponi*, & n. 175.

145 *Sociorum voluntas, ubi pacti sunt de æqualitate utilium, intelligenda est, quatenus æquales partes forent collatæ.*

147 *Inter Socios inæqualiter Capitalia conferentes irritum non est pactum æqualis utilium divisionis, quando eadem sint æqualiter in fine societatis rapartienda*, & n. 148.

Secus quando eorum restitutio integrè sit facienda cuique conferenti, n. 150., & 155.

148 *Inter Socios cum inæqualia ponuntur capitalia, in fine tamen Societatis dividenda, ea dicuntur communicari.*

149 *Quodque plus contribuitur, donari censetur.*

152 *Inter Socios capitalia non censentur posita uti æqualiter partienda in fine societatis, stante eorum conventione augendi integrum capitale pro æquali rata.*

153 *Inter Socios non præsumitur donatio, si ex eorum mente remanet exclusa.*

156 *Inter Socios inæqualiter contribuentes pactum de æquali utilium divisione, non sustinetur ex præsumpta donatione.*

157 *Nisi hæc valeat elici ex actu Societatem præcedente*, & num. 162.

158 *Usura excluditur, stante donatione*, & n. 159.

160 *Inter Socios diversa est donatio in capitali à donatione in lucro.*

161 *Quia in capitali donatio præcedit, in lucrò cum ipsa commiscetur.*

162 *Inter Socios donatio si præcedat Societatem, ipsam non tangit.*

163 *At simul cum ipsa esse non potest.*

164 *Inter Socios scientia inæqualis contributionis per unum factæ quod tollat iniquitatem pacti de æqualiter dividendo, procedit, ubi inæqualitas magna non sit*, & num. 176.

R 166 *In-*

166 *Inter Socios pacta inæqualia tunc sustinentur, quando notabilis non adest differentia, vel alter majorem partem contulit industriæ, aut pecuniæ.*

167 *Aliàs bonà fide Societas inita non dicitur.*

168 *Hæcque opinio uti verior, ac justior, est tenenda.*

169 *Inter Socios æquè irrita sunt pacta de inæquali utilium divisione, ubi æqualiter, ac de æquali, ubi inæqualiter contributio facta est.*

172 *Inter Socios pacta inæqualia irritantur, firmo etiam contractu remanente*, & n. 174.

177 *Inter duos Socios, quorum alter pecuniam, alter operam præstiterit, non reprobatur æqualis utilium divisio*, & num. 179.

180 *Socius ponens operam valet interesse consequi à Consocio, qui promissam quantitatem non contulerit.*

181 *Socium participare de lucro capitalis, non ab eo, sed à consociis adaucti, iniquum est.*

183 *Ad Socium operam ponentem, cujus pecuniâ sit capitale adauctum, non vero ad Consocium pecunias conferentem augumenti lucrum pertinet.*

184 *Procedit, sive consocius sciverit tale augmentum, sive ignoravit.*

186 *Societas suàpte naturà bonam in summo gradu fidem requirit.*

187 *Inter Socios, qui plus pecuniæ contulit, minus non debet accipere.*

TABERNAM cum capitali pannorum, aliarumque mereium constantium summam scutorum 28333. unà cum suo avviamento DD. de Severolis anno 1704. conduxerant ad novennium à DD. de Carolis prò annua responsione scutorum quinque pro quolibet centenario solvenda de semestri in semestre, & cum obligatione restituendi in fine novennii totum capitale prædictum in pecunia numerata juxtà modum, & formam in istrumento locationis conventam sub fidejussione in solidum D. Letii de Letiis, quem dd. DD. de Severolis indemnem relevare promiserunt; quoniam verò negotium hoc expletum fuerat cum consensu, & approbatione tàm d. D. Letii, quàm etiam DD. de Fabiis, qui una simul cum dd. Severolis partem æqualem in illo habere, & commodum, atque incommodum æqualiter prò rata sentire debebant, idcircò dicti Socii statuerunt augere d. Capitale in scutis 9000., factâ nimirum ab unoquoque collatione scutorum trium millium, licet posteà D. Letius nonnisi scuta 1000., alii autem duo Socii singuli scuta 4000. contribuisse dicantur. Elapsis verò quatuor annis, anno nempe 1708. prædicti omnes Socii agnoscendo bonam fidem publico instrumento declararunt, negotium hoc ad ipsos æqualiter pertinere, & inter eos super illo initam esse societatem, in qua unusquisque prò æquali particeps esse debebat lucri, & damni indè obventuri, propthereaque convenerunt relevationem promissam prò tota summa à DD. de Severolis dicto D. Letio prò fidejussione ab eo facta favore DD. de Roncallis restringendam esse ad ratas spectantes ad dd. DD. de Gregoriis, & de Porfiriis, quorum unusquisque prò portione sua illum relevare teneretur, intereà negotium semper administratum fuit à solis Severolis, quorum dumtaxat nomine inscribebatur. Cumque, expirato novennio, DD. de Fabiis renuerint in societate continuare, Letii verò, & Severoli conductionem renovaverint prò alio novennio, dissolutâ idcircò prima societate, dùm agebatur de divisione utilium, quæ in conspicua summa reperta fuerunt, plures inter dd. Socios ortæ sunt controversiæ, propter quas dicta divisio nondum perfici valuit.

Domini namque de Severolis, qui negotium administrarunt, primo loco contendunt ob labores, operasque præstitas in tali administratione ipsis veluti præcipuam, &, ut dicitur, per antiparte deberi ratam utilium ad rationem scutorum 25. prò centenario, & deindè reliqua proportionabilitèr inter Socios esse dividenda; è contra verò alii duo Socii, nonnisi congruum salarium prò dicta administratione illis debitum esse sustinent. Secundo loco DD. de Letiis tamquam fidejussores mercedem aliquam petunt pro hujusmodi fidejussione ratione periculi, cui expositi fuerunt; & tertio demùm DD. de Fabiis, & de Severolis obtendunt, utilia provenientia ex augmento non esse æqualiter dividenda cum dd. DD. Letiis, sed prò rata ab uno quoque in dicto augmento contributa, adeout cùm DD. Letii non contulerint, nisi scuta 1000., ipsi verò scuta 4000. pro quolibet, illi tantum debeatur quinta pars eorumdem utilium, reliqua verò inter ipsos æqualiter sint dividenda; vice autem versa DD. de Letiis sustinent, ipsis deberi sicuti, & aliis integram tertiam partem eorumdem utilium, tria igitur dubia mihi examinanda, & prout Juris esse censuerim, resolvenda proponuntur scilicet.

Primum, An Socio administranti competat salarium, vel aliqua major pars utilium, & hæc in qua summa sit statuenda.

Secundum, An, & quæ merces fidejussori debeatur.

Et Tertium, Quomodo inter Socios utilia augmenti sint dividenda.

Rem autem ordiendo à primo, videbatur,
Socium administrantem Bona Societatis, utpo- 1
tè plus operarum, & laborum in illa impendentem, consequi debere mercedem separatam à lucro cum aliis communicando, per *Text. in leg. si societatem mecum 6. ff. prò socio*, ubi dispoli-
tum habetur, quod ille, qui plus ponit in socie- 2
tate, vel operæ, vel pecuniæ, plus habere debeat, sed in contrarium urget alter *Textus in leg.
si fratres 52. §. Si quis ex sociis ff. eod. tit.* ità lo- 3
quens = *Si quis ex Sociis propter societatem profectus sit (veluti ad merces emendas) eos dumtaxat sumptus Societati imputabit, qui in eam rem impensi sunt* =, per quem sanè *Textum* utentem di-
ctione illâ taxativâ *dumtaxat*, quæ omnia alia, 4
præter expensas de proprio factas, excludit, & consequenter etiam salarium *Zacch. de salar. quæst.*

5 *quæst. 51. num. 58. & 59.* Doctores magis com-
muniter censent, nullum salarium, seù merce-
6 dem competere Socio prò labore, & industria
7 in administratione adhibita; is enim animo po-
tius socii, quàm mercenario operam præstitisse
videtur, proindeque si commune negotium ge-
8 rendo, proprium etiam gessisse dicitur, utique
salarium illi non competit, quod iis tantum re-
gularitèr debetur, qui aliena negotia gerunt,
9 non sua, ut has, aliasque rationes afferendo,
antiquioribus relatis, docuerunt *Menoch. cons.
299. num. 13., Petr. de Ubald. in tract. de duob.
fratrib. part. 6. num. 3. & 27., Card. Mantic. de
tacit. lib. 6. tit. 14. num. 46., Michelor. de fra-
trib. part. 3. cap. 44. num. 13. & seq., Granat. theo-
rem. 12., Zacch. de salar. quæst. 51. num. 57. &
seqq., Rot. post ipsum decis. 46. num. 10., & co-
ram Seraphin. decis. 1368. num. 2.*

10 At, licèt Socius certum salarium, seù distin-
ctam mercedem ex sua industria, & labore con-
21 sequi non debeat, quia id in Jure cautum non
reperitur, teste *Roman. cons. 168. nu. 6.*, & socia-
lis contractus naturæ, ex mox dictis, non benè
convenire videtur, veriùs tamen videtur in
12 præmium ejusdem laboris illi deberi majorem
partem lucri, & quæstus, nè contrà æqui, bo-
23 nique rationem ex æquo Socius esse videatur,
qui plus aliis industriæ, & operæ Societati con-
tribuit; *plerumque enim tanta est industria Socii,*
14 *ut plus societati conferat, quàm pecunia*, juxtà
Text. in leg. si non fuerunt 29. ff. prò socio, quem
in his terminis sequuntur *Roman. d. cons. 168.
num. 6., Corn. cons. 243. ad fin. lib. 1., cons. 233.
post princip., & cons. 311. col. 2. lib. 3., & cons.
58. num. 8. lib. 4., Menoch. cons. 218. num. 30.,
Natt. cons. 376. num. 6., Card. Mantic. de tacit.
lib. 6. tit. 14. num. 48., Zacch. de salar. quæst. 51.
num. 60.*, idque etiam confirmatur ex supraci-
25 tata *lege si societatem mecum 6. ff. eodem*, verbis
illis = *Conveniens est Viri boni arbitrio, ut non
utique ex æquis partibus socii simus, veluti si al-
ter plus operæ, industriæ, pecuniæ in societatem
16 collaturus sit* =, proindeque ex sententia Juriscon-
sulti quanta esse debeat ista major pars, relin-
quitur arbitrio boni Viri rationem habituri qua-
27 litatis operis, & industriæ personæ *Zacch. de sa-
lar. d. quæst. 51. num. 61.*

Nilque turbat, quod in instrumento recogni-
tionis bonæ fidei celebrato anno 1708., nullâ
habitâ ratione dictæ administrationis inter dd.
18 Socios, conventum fuerit, utilia esse æqualiter
dividenda, conventio namque isthæc intelligi
debet de æqualitate proportionis, non quanti-
tatis, itaut unusquisque eam partem ferat, quæ
19 propriæ cujuslibet collationi respondeat *Corn.
cons. 116. num. . . . lib. 4., Petr. de Ubald. de
duob. fratr. part. 4. num. 11., Card. Mantic. de
tacit. lib. 6. tit. 14. num. 35.*, ideoque cum So-
20 cius administrans plus operæ in societate con-
tulerit, plus etiam lucri consequi debet *d. leg.
21 si societatem mecum, & leg. quid enim ff. prò so-
cio, Petr. de Ubald. loc. mox citat.*, enim verò
22 sola opera, & industria tanti plerumque valet,
ut plus societati conferat, quàm pecunia *d. leg. si
non fuerunt 29. ff. eodem*, alioquin pactum ini-
quum esset, & veluti contrà naturam societatis 23
minimè sustineretur *Purpurat. in leg. si posita de
pecora num. 37. Cod. de pact., Covar. variar. re-
sol. lib. 3. cap. 2. num. 3. vers. tertio ex hoc dubia
redditur*; præsertim habito respectu ad gravius 24
damnum, quod Socius iste magis industrius,
& ei administrationi incumbens sensisset, si res
socialis malè cessisset, nàm, ultrà damnum ca-
pitalis commune cum aliis Sociis, subiisset
etiam illud amissionis operarum, quamobrem
æquum est, ut majus etiam lucrum prò d. ad- 25
ministratione percipiat, cum utriusque, scilicet
tàm lucri, quàm damni par ratio esse debeat,
adeo ut prò ea rata, quâ quis subjicitur dam- 26
no, seù periculo damni, prò ea sentiat emolu-
mentum *leg. cum duobus §. Quidam sagariam ff.
prò socio, Alexand. cons. 131. num. 3. lib. 5.,
Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 5. num. 4., Petr. de
Ubald. de duob. fratrib. part. 4. quæst. 11., Costa
de ration. rat. quæst. 48. num. 6.*

Quamquam verò hæc plurimùm valere vi-
deantur favore consocii industriam, operam-
que suam in societatem conferentis, nibilota-
men minus plurimùm apud me urget pactum 27
illud dicto instrumento adjectum = *che ciasche-
duna di esse Parti per rata eguale deva stare ad
ogni commodo, & incommodo, utile, e danno del
medesimo affitto* =; cum enim dictum instrumen-
tum celebratum fuerit post administratum jam
per quatuor annos dictum negotium à DD. de
Severolis, profectò si Socii, qui rem hanc tem- 28
pore celebrationis dicti instrumenti ignorare
non poterant, nullâ babitâ ratione talis admi-
nistrationis, prò æquali rata lucrum, & dam-
num unicuique adscribendum esse duxerunt,
videntur istiusmodi conventione expressè sta-
tuere voluisse, ut nullam lucri partem ratione
susceptæ administrationis dd. DD. de Severolis
consequi possent, sed in divisione partes forent 29
æquales, licèt inæqualis fuerit contributio, 30
quemadmodum fieri posse tradunt *Corn. cons.
187. num. 6., cons. 266. num. 2. lib. 3., & cons. 310.* 31
*num. 7 lib. 4., Cravet. cons. 173. num. 1., Mantic.
de tacit. lib. 6. tit. 4. num. 17.*, hac autem positâ
expressâ conventione æqualis lucrorum distri-
butionis inter consocios faciendæ ab eisdem vo-
litæ, non applicantur authoritates in *superio-
ri §.* allegatæ, utpotè loquentes in casu, quo ni-
hil expressè conventum fuerit quoad similem
lucrorum divisionem faciendam, hoc namque 32
casu rectè inquiunt, damna, & compendia æqua-
lia intelligenda esse, æqualitate tamen propor-
tionis, ut ille, qui plus posuit operæ, industriæ,
vel pecuniæ, plus arbitrio boni Viri consequa- 33
tur; at si aliud inter Socios actum, conventum-
que fuerit, tunc alia Juris ratio sequenda, quip-
pè quando Socii nolunt dividere æqualiter, sed
unus vult percipere majorem portionem, quàm
alter, id facere non prohibentur, modò id ver- 34
bis exprimant per *Text. in d. leg. si non fuerunt,
Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part. 4. num. 10.
& seq.*; quamobrem si convenerint, portiones
inter eos esse æqualiter faciendas, tametsi ali-

qua vel in capitalium, vel in operarum colla-
tione inæqualitas intercesserit, utique conven-
35 tio isthæc servanda est, & portiones fieri debent
36 æquales æqualitate quantitatis, prout ipsi iotel-
lexisse censentur, quoties de alia æqualitate lo-
quutos fuisse non constat *Petr. de Ubald. de duob.
fratr. d. part. 4. num. 8. in fin. secund. quæsit.* &
num. 10., & licèt pactum hujusmodi, etiam ex-
pressum æqualis distributionis inter Socios, qui
inæqualiter contulerunt, tamquam iniquum,
37 & naturæ Societatis repugnans, improbetur à
Purpurat., & *Covarruv. locis supra citatis*; nihi-
38 lominus sustineri posse videbatur in hypothesi
propter scieotiam certam, & iudubiam, quam
Paciscentes habebant dictæ administrationis ge-
stæ ab illis de Gregoriis, itaut iidem decepti nul-
39 lo pacto dici possint, sed videantur potius ope-
40 ram gratis impendere voluisse, quo casu volun-
tas Socii, qui potuit liberalitatem conferre, tol-
41 lit iniquitatem pacti, ut benè in proposito con-
siderant *Corn. cons. 266. num. 2. post med. lib. 3.*,
Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 4. num. 19.

Verùm quia Doctores prædicti fundantur in
42 præsumpta liberalitate Socii, cui haud tutò io-
sisti posse mihi videtur, maximè cùm agatur de
43 re magni momenti, oec simus inter Fratres, in-
ter quos faciliùs donatio, & liberalitas præsu-
44 mitur, ideoque valdè dubitari possit de validi-
45 tate dicti pacti, per ea, quæ tradunt *Cravetta
cons. 173. num. 5. vers. sed tamen puto*, *Gratian.
discept. 768. num. 35.*, *Mantica de tacit. loc. mox
citat.*, *Fælic. de societat. cap. 17. num. 41. & 43.*,
ubi, quod donatio intelligi potest ante contra-
46 ctam societatem, secus verò post, quia naturæ
47 Societatis repugnat, in bac dubietate ut res ali-
quo modo ad æquitatem redigatur, juxtà id,
quod exigit lex, & natura Societatis, censerem
tali casu Socio administranti saltem constituen-
48 dum esse congruum salarium, quod & illi ultrò
debitum referunt alii Socii, & super quo nullum
49 ei præjudicium inferre valuit pactum prædi-
ctum, quod utpotè respiciens utilia Societatis,
50 salarium, quod inter expensas connumeratur,
51 minimè compræhendit; licet enim regulariter
Socius operam suam impendens in re, & nego-
52 tio communi salarium petere non possit ex Ju-
ribus supra citatis, fallit tamen, si æquitas aliud
exposcit, & arbitrium boni Viri, in quo maxi-
53 me Societas versatur, id suadeat, præsertim ve-
rò, si consuetudo Regionis esset, ut salarium
54 debeatur illi, qui onus administrationis suscepit,
tunc enim, etiam non attentâ contrariâ Juris di-
55 spositione, illud etsi non expressè conventum,
56 omninò deberetur, quia cùm consuetudo sup-
ponitur, eadem intelligitur in conventionem
57 deducta; prò expresso enim habetur id, quod
58 consuetum est fieri *Corn. cons. 116. num. 1. & 2.
& num. 3. lib. 4.*, *Petr. de Ubald. de duob. fratrib.
part. 6. num. 27.*, *Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 14.
num. 49.*, *Rot. Jannen. decis. 16. num. 15.*

Concludendum itaque censerem cum *Corneo
d. cons. 116. num. 4. in fin. lib. 4.*, loquente his
verbis = *quod debet condignè satisfieri Socio admi-
nistranti prò opera, & industria, & periculo ad-
ministrationis susceptæ, vel quia ei constituatur* 59
*per Societatem solitum, & condignum salarium,
vel quia sibi attribuatur major pars lucri correspe-
ctiva ad id, quod merentur ejus operæ, & industria,
& periculi susceptio, quæ viæ tandem in idem re-
cidunt, nè aliàs resultaret iniqua Societas, & ini-
quum, & fortè invalidum pactum, quod nec tran-
siret sinè scrupulo conscientiæ, quia est sententia
Theologorum, quod ubicumque in contractu Socie-
tatis unius Socii conditio est melior, & alterius* 60
*Socii conditio deterior, Societas non transit sinè
scrupulo conscientiæ, & sinè peccato propter spe-
cialem naturam Societatis* =. Idemque sentire
videotur *Pacion. cons. 146. num. 3.*, & *cons. 153.
num. 52.*, *Cost. de ration. rat. quæst. 225. num. 3.
& 4.*, ubi, tametsi de mercede nibil conventum 61
esset, *Tusch. lit. S. conclus. 287. num. 75. & con-
clus. 304. num. 21.*

Expeditus à primo dubio, progredior ad se-
cundum, in quo quæritur, an, & quæ merces
fidejussori debeatur; io hac autem quæstione
etsi non desint nimium rigorosi censores, quos 62
refert *Leotard. de usur. quæst. 23. num. 31.*, ne-
gantes, Fidejussoribus licere lucrum aliquod ca-
pere prò mercede fidejussionis, eo quod offi-
cium istud gratuitò, & ex cbaritate impartiri illi 63
debeat; nihilominus contraria sententia magis 64
recepta, & communis est, dummodò præmium
seù merces justa, & moderata sit, & commen- 65
surata periculo, cui fidejussor sè exponit, cùm
alioquin, si nullum periculum adesset, citra usu- 66
ram quidquam percipi non posset ex communi
Theologorum, Canooistarum, aliorumque Do-
ctorum sententia, de qua apud *Bonden. collect.
legal. 31. num. 16. lib. 1.*, *Cancer. variar. resol.
part. 2. cap. 5. nu. 118.*, *Leotard. de usur. quæst. 23.
nu. 32. & seqq.*, *Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 6. n. 6.*,
Card. de Luc. de usur. disc. 4. num. 8., *Palm. nep.
alleg. 15. num. 6.*, *& seqq. & alleg. 16. num. 4.*,
Ansald. de commerc., *& mercat. disc. 98. nu. 54.
& seq.*, *Rot. coram Ludovis. decis. 76.*, ibique
Adden. num. 4. & 10., *& decis. 161. num. 1. & 9.*,
post Zacch. de salar. decis. 19. num. 9. & seqq., *&
num. 17. & decis. 27. num. 4.*

Quæ merces, seù provisio regulariter consti-
tui solet in scutis duobus pro quolibet centena- 67
rio, præsertim de stylo mercatorum comproba- 68
to in *dict. decis. 161. num. 2. coram Ludovis. dec. 19.
num. 6. post Zacch. de salar.*, *& decis. 121. nu. 5.
part. 13. rec.*, cujus etiam usus vigore similis
merces ioter mereatores persolvitur, tametsi 69
principalis Debitor sit idoneus, eâ ratione, quia
semper fidejussori periculum imminere videtur, 70
ut notat *Card. Mantic. de tacit. lib. 16. tit. 2. n. 3.*,
Leotard. de usur. quæst. 23. num. 38., *Rot. dict.
decis. 19. num. 17. post Zacch. de salar.*, ut verò
tutiùs procedatur in hypothesi, crederem,
quod, nisi aliud Consuetudo, vel statutum par- 71
ticulare deficiat, nihil certum prò hujusmodi
promissione assignari possit, sed totum regulari
debeat juxtà qualitatem periculi à fidejussore 72
suscepti, ut firmant *Leotard. de usur. quæst. 23.
num. 34. & 38.*, *Bonden. collect. legal. 31. nu. 8.
& seqq. lib. 1.*, ubi de Socio assecurante capita-
le,

le, *Card. de Luc. de camb. disc. 2. num. 15. & 16.*,
Ansald. de commerc. & mercat. disc. 98. nu. 57.,
Rot. d. decis. 161. num. 4. coram Ludovis., ibique
Adden. num. 9. in fine decis. 19. num. 10. post
Zacch. de salar., *& decis. 139. num. 3. part. 3. rec.*,
quod quidem periculum, & sanè maximum hic
adfuisse non dubitatur, dùm constat, Patrimo-
nium DD. de Severolis prorsus impar fuisse ad
sustinendam illorum obligatinnem, qua de cau-
sa DD. de Letiis fidejussores à celebratione plu-
rium contractuum interdicti remanserunt.

Et hinc parui refert, quod eisdem DD. de
Letiis promissa fuerit relevatio, quia nihil ipsis
profutura erat hujusmodi promissio, quoties re-
73 reverâ DD. de Severolis idonei non erant, at-
que etiam quia dicta promissio illos non exime-
74 bat à periculo, cui eorum Bona subjiciebantur
vigore fidèjussionis, eosdemque non liberabat
75 ab ea saltem communi jactura, quam *Chilo* unus
ex septem Græciæ sapientibus, Fidejussori nun-
quam deesse clamabat, quod nimirum malè
substantiâ suâ uti dicitur *Ursell. conclus. 151. nu.*
25. vers. secus igitur, impossibile reputans, Fi-
76 dejussorem nullum periculum subiturum *Rota*
coram Gregor. decis. 333. num. 2., *& post Zacch.*
de salar. decis. 19. num. 15., *& seqq.* Ut etiam
obesse nequit, quod nulla præcesserit dictæ mer-
cedis conventio, illa namque, etsi minimè
77 conventa fuerit, debetur, præcipuè quando
stylus, & consuetudo concurrit *Rot. dict. decis.*
19. num. 1., *& 19. post Zacch. de salar.*, quæ li-
78 cèt loquatur de Mercatoribus ità practicare so-
litis, benè tamen applicari posse videtur etiam
79 nostræ hypothesi, quia naturæ negotii maximè
conveniens erat hujusmodi provisio, ex quo sinè
illa non ità facilè inveniri potuisset, qui tanto
periculo Bona sua exponere voluisset *Rot. decis.*
679. sub num. 1. part. 1. divers., *& decis. 27. num.*
3., *& 4. post Zacch. de salar.* Et demùm nihil
turbat memorata conventio divisionis utilium
prò æqualitate inter socios facta in Instrumen-
80 to recognitionis bonæ fidei, quia merces, seù
provisio Fidejussori debita inter expensas recen-
81 setur, & ideò non venit sub divisione utilium,
quæ non intelliguntur, nisi deductis expensis
82 *Bald. in leg. 1. num. 9. Cod. pro Socio Mantic. de*
tacit. lib. 6. tit. 20. num. 43., *Angel. de Periglis de*
societ. part. 1. num. 16., *Felic. de societ. cap. 20.*
num. 1., *Rota Januen. decis. 48. in fin.*

His plene confectum videri posset secundum
Dubium; sed quia huc usque deductis intelle-
ctus non acquiescit, tutius existimo in contra-
riam sententiam abire; licet enim vera sit opi-
83 nio, quâ traditur, Fidejussorem posse aliquid ac-
cipere in præmium Fidejussionis ob periculum,
cui subjicitur, id tamen intelligitur ad exclu-
84 sionem usuræ, ut nempè, citrà illam, aliquid
recipere valeat, dummodò vel à sponte danti-
bus inveniat, vel in conventionem specialiter
deductum fuerit, nemo enim gratis officium
85 hujusmodi ex se admodum periculosum impen-
dere tenetur, ad tradita *per Surd. cons. 306. per*
tot. non autem, quod in potestate Fidejussoris
sit semper, & quandocumque prò mercede
agere, illamque etiam non conventam, & in- 86
vitâ parte, ab officio Judicis implorare, cum
certa sit Juris regula, salarium non conventum,
non deberi, ut per *Text. in leg. 1. ff. var. & ex-* 87
traordin. cognit. leg. 1., *& leg. salarium Cod. man-*
dati leg. qui mutuas §. Salarium ff. eodem, innu-
meris penè congestis probat *Zacch. de salar. qu.*
102. num. 2., *Rot. decis. 400. num. 1. coram Ca-*
valer., *decis. 256. num. 2. coram Coccin.*, *& dec.*
259. num. 20. coram Duran., *& ulibi passim*, quæ
quidem, regula etsi pluribus limitationibus ob- 88
noxia reperiatur, & præsertim quando vigeret
consuetudo solvendi salarium, etiam non con-
ventum, cui Contrahentes se conformare vo-
luisse censentur, ex latè notatis per *Zacch. de* 89
salar. dict. quæst. 102. num. 16. & seqq., attamen
hæc applicari minimè posse videntur casui no-
stro, cùm potiùs in contrarium concurrant præ-
sumptiones, & conjecturæ suadentes, Fidejus- 90
sorem gratis, & absque ulla mercede fidejube-
re voluisse, in quibus terminis, etiamsi prædi-
cta consuetudo solvendi salarium adesset, de
qua cæteroquin nullo pacto docetur, attendi
non deberet *Zacch. dict. quæst. 102. num. 20.*, *&*
seq.

Conjecturæ autem, & præsumptiones exclu-
dentes animum recipiendi mercedem prò fide- 91
jussione resultant tum ex eo, quod non constat,
talem Fidejussorem fuisse solitum in hanc cau-
sam aliquid accipere, plenè *Zacch. de salar. dict.* 92
quæst. 102. num. 13. & seqq., tum ex eo, quod 93
per plures annos, & quousque duravit socie-
tas, semper tacuit, & numquam hujusmodi
prætensionem excitavit, nec aliquid prò mer-
cede consequutus fuit, idem *Zacch. de salar.*
dict. quæst. 102. nu. 29. & seqq., *Rota coram Man-*
tic. decis. 266. num. 5., *coram Pen decis. 138. nu.*
3., *coram Seraphin. decis. 849. num. 4.*, *coram Ca-*
valer. decis. 400. num. 5., *in rec. decis. 310. num.*
4. in fin. part. 3., tum demum inspectâ qualita-
te officii, quod tale est, ut regulariter, & ex 94
consuetudine absque ulla mercede, sivè salario
exerceatur *Zacch. dict. quæst. 102. nu. 32. & seqq.*,
quæ conjecturæ, & præsumptiones, quamvis sa-
tis non essent ad effectum ostendendi claram, &
perspicuam voluntatem fidejubendi gratis, &
absque ulla spe mercedis, exuberarent saltem 95
ad hoc ut recedi non valeat à communi illa, &
principali regula, quâ ex supradictis edoce-
mur, salarium non conventum non deberi, cui
standum est, si de limitatione non doceatur.

Nec obstant auctoritates suprà in contrarium
allegatæ, & præsertim *Rota decis. 19.*, *& 27.*
post Zacch. de salar., quia pleræque loquantur
in terminis expressæ conventionis, vel saltem 96
tacitæ desumptæ ex solito, & consuetudine sol-
vendi salarium, aliæ verò quæstionem agunt 97
inter Mercatores, inter quos de stylo hujusmo-
di merces, tametsi non conventa, persolvi solet, 98
prout in dictis *decisionibus post Zacch. de salar.*
res erat de Mercatoribus, & prætereà constabat
de mente, & voluntate Contrahentium solven-
di Fidejussori provisiones, quæ in casu nostro 99
ex supradictis excludi videtur, undè cum hic
ex-

expressa conventio desideretur, tacita non ap-
pareat, & demum non agatur inter Mercato-
100 res, quippè una mercatio non facit mercato-
rem, nisi sit descriptus in matricula, ut inquit
101 Bald. in rubr. Cod. de constitut. pecun. in fin., &
in leg. legatis servis ff. de legat. 3., Petr. de Ubald.
de duob. fratrib. part. 5. num. 34., dicendum vi-
detur, nullam mercedem prò fidejussione de-
beri, quia præcisivè à casibus supradictis, nul-
la, quam viderim, auctoritas firmat, compe-
102 tere Fidejussori salarium, tametsi non conven-
tum, ideoque standum est regulæ.

Jam verò absolutis primo, & secundo Du-
bio, superest tertium, & postremum respiciens
modum dividendi inter socios utilia augmenti,
prò cujus sanè Dubii resolutione juvat præmit-
tere, quod, licèt regulariter inter socios lu-
crum, & damnum debeat esse commune, &
103 æquale Spad. cons. 296. num. 1. tom. 1., Mell. ob-
serv. forens. 55. num. 35., Rocc. disput. Jur. cap.
99. num. 5., Ansald. de commerc., & merc. disc.
98. num. 31., Felic. de societat. cap. 9. num. 22. &
seq., Rot. Ferrarien. apud Leuncill. decis. 65. nu.
5., Rot. decis. 826. num. 14. coram Emerix Jun.,
& in Romana Immissionis 15. Junii 1716. §. Quo
verò coram Ravault de Gamoches; Attamen,
sicuti non repugnat societati, quod adsit inæ-
qualitas collationis capitalium, adeout unus ex
104 sociis capitale majoris, alter verò minoris valo-
ris, ipso capitali Inspecto, contribuat, ut ad-
vertit Berous. cons. 161. num. 24. lib. 1., Ansald.
de commerc., & mercat. disc. 53. num. 12. & seq.,
Franc. Marc. decis. 887. num. 9. part. 1., Rota de-
cis. 221. nu. 10. part. 12. rec. Ità lucrum, & dam-
num tali casu debet proportionabiliter dividi,
105 habito nimirum respectu ad partes per unum-
quemque socium collatas ad Text. in leg. si non
fuerint ff. pro socio, Gratian. discept. 622. num. 2.
& seq., & discept. 768. num. 25. 29. 32. & seqq.,
Marescot. variar. resolut. lib. 2. cap. 146. num. 1.,
Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 4. ex num. 13. ad 20.,
Ansald. de commerc., & mercat. disc. 53. nu. 28.,
Rot. decis. 58. num. 16., & seq. part. 15. rec., &
admissum fuit in Romana Immissionis 15. Junii
1716. §. Quo verò vers. contrariæ verò coram de
Gamaches, quo fit, ut illi, qui plus sortis po-
suit, quàm alius, in divisione debeatur major
106 pars lucri, pro rata nempè capitalis ex eodem
Text. in leg. si non fuerint ff. pro Socio, Riminald.
Jun. cons. 280. in fin., Decian. cons. 39. num. 15.
lib. 1., & cons. 80. num. 4. lib. 5., Felic. de socie-
tat. cap. 15. num. 44., Costa de ration. rat. quæst.
225. num. 5., Michelor. de Fratrib. part. 2. cap. 7.
num. 8., Thomat. decis. March. 188. num. 13., vi-
ce autem versà Socius, qui non posuit capita-
107 le, vel industriam promissam, nequit prò rata
deficiente lucrum expetere Rñs Ansald. de com-
merc., & merc. disc. 74. num. 9.

Quibus constitutis regulis, huic postremo
Dubio respondendum videretur, divisionem
108 utilium augmenti non esse æqualiter faciendam
inter Socios, sed proportionabiliter, & pro ra-
ta capitalis ab unoquoque positi, qua de re,
cùm ex Codice rationum, libro videlicet ma-
gistrali dictæ societatis, cui fidem præstari 109
mandat statutum Fulginei lib. 1. rubr. 18., &
quem etiam de Jure inter Socios plenè probare, 110
quamvis conscriptus sit ab uno tantùm ex ipsis, 111
modò tamen vel negotiationi præpositus sit vel 112
saltem, aliis scientibus, & patientibus, id ege-
rit, tradunt Ruin. cons. 101. num. 13., & seq. lib.
1., Alexand. cons. 186. lib. 2., Pau. Jordan. elu-
cubrat. tom. 3. lib. 14. tit. 20. num. 95., Fælic. de
Societat. cap. 38. num. 14. cum seqq., Cravet. de
antiquit. temp. part. 1. limit. 9. num. 55. & seqq.,
Rot. Jannen. decis. 173. nu. 5., Cùm, inquam, ex
dicto Codice constet, pro æquali rata Socios hu-
jusmodi augmentum minimè contribuisse, sed 113
DD. de Letiis posuisse solùm scuta 1000., alios
verò duos scuta 4000. pro quolibet, juxtà aug-
menti contributi quantitatem utilia inter ipsos
dividenda erunt.

At nihilominus utilia, de quibus agitur, di-
ci posse videtur esse æqualiter dividenda, nullâ
habitâ ratione majoris augmenti, quod duo ex 114
Sociis contulisse dicuntur, vel quia id ex supra-
notato libro magistrali sufficienter non proba-
tur, vel quia, tametsi probaretur, non affice-
ret. Et quidem non probatur dicta inæqualis
contributio ex libro magistrali, quia iste respe-
ctu dicti augmenti non continet omnes parti- 115
tas distinctè, & cum die, & anno, sicuti ha-
bentur in altero libro ex diurno exitu, & introitu
nuncupato = Giornale =, in quo variæ referun- 116
tur partitæ solutionum factarum à dictis duobus
Sociis in caussam dicti augmenti sub pluribus,
& diversis diebus, & quidem non ab initio so-
cietatis, sed multos post annos, quæ omnes
partitæ in libro magistrali sub una tantùm die
continentur, ideoque, si liber magistralis est 117
relativus ad alium, qui dicitur Giornale, & sinè
illo regulariter non attenditur, nec probat Gen. 118
de scriptur. privat. lib. 5. tit. de Giornale, seu Li-
bro Diario num. 1. & 6., Cyriac. contr. 544. num.
10. & 11., Ansald. de commerc., & mercat disc.
general. num. 154., Rot. decis. 115. num. 3. 4., &
7. part 17. rec.; multò minùs probabit, & at-
tendendus erit, quando, prout in hypothesi,
ab illo manifestè discordat, & partitas eo mo-
do, quo in eo descriptæ sunt, fideliter non re- 119
fert, sed omittit peculiarem adnotationem diei,
sub qua facta fuit singularum solutio, & quæ
necessariò requiritur ad hoc ut idem liber fidem
mereatur, & probet, benè Alciat. resp. 64.
tom. 2. lib. 6., Mescard. de probat. conclus. 976. nu.
66., Pau Jordan. elucubrat. tom. 3. lib. 14. tit. 20.
num. 112., Guidopap. quæst. 441. num. 4., Rot. Ja-
nuen. decis. 173. nu. 12., & plurib. seqq., & con-
fert Rot. decis. 212. num. 2., & 3. coram bon. me.
Emerix Jun., cùm alioquin præsumatur dolo
confectus Ancaran. cons. 316., Angel. cons. 277.,
Rota Jannen. dict. decis. 173. num. 14., & con-
sequenter ei deferendum non est eo, quod du-
bitare contingat de legalitate scribentium, Ro- 120
land. cons. 92. num. 6. lib. 3., Gen. de libr. mercator.
num. 48. & seq., Conciol. ad statut. Gugubin. lib.
2. rubr. 74. num. 4., Surd. decis. 199. num. 15.,
quamobrem nemo non videt, quod, etiamsi ta-
li

li caſu morem gerendo dictis duobus Sociis, qui
majorem augmenti partem contuliſſe inquiunt,
plena fides præſtari vellet illi alteri Libro dicto
Giornale ad ſummum dici poſſet utilia dicti aug-
menti eſſe dividenda, ſervatâ juſtâ proportione,
habito nimirum reſpectu ad ratas, & tempus,
quo illæ poſitæ fuerunt, quemadmodum id dicto
Libro deſcriptæ reperiuntur, numquam verò
ab initio totam hanc majorem partem utilium
121 conſequi illi poſſent, quippè deficeret capitale
illorum productivum ab eis nondum poſitum, &
adauctum, ut liquet ex partitis ſolutionum lon-
gè poſt, & diverſis temporibus in dicto libro
adnotatis.

Verùm, quòd magis urget, etſi admittere-
tur, & probata dici poſſet major illa contribu-
tio capitalium ſub initium ſocietatis ab ipſis fa-
cta, nihilominus, illâ non curatâ, utilia dicti
augmenti inter omnes eſſent æqualiter dividen-
122 da, ob eam potiſſimum rationem, quia nimi-
rum tali pacto æqualis participationis lucri, &
damni ſocietas inter ipſos conſtituta fuit, ut li-
quet ex Inſtrumento recognitionis bonæ fidei,
quod quidem pactum omninò ſervandum eſt, ex
regula, de qua in ſpecie *Text. in leg. ſi non fuerint*
123 *29. ff. pro Socio, Felic. de ſociet. cap. 39. n. 37.*, etiam
reſpectu augmenti, circà quod cùm nihil ſpe-
124 cialiter dictum fuerit, regulandum eſſe intelli-
gitur juxtà conventionem factam de principali,
benè *Menoch. conſ. 121. num. 34.*, *Petr. de Ubald.
de duob. fratrib. part. 5. nu. 23.*, *Felic. de ſocietat.
cap. 15. ſub num. 74. & ſeq.*, *Coſt. de ration. rat.
quæſt. 43. num. 7.*, ſibi imputare debent illi, qui
125 majus augmentum poſuerunt, cur apertiùs le-
gem non dixerint, ut per *Text. in leg. veteribus
ff. de pact. & leg. Inter ſtipulantem §. 1. ff. de ver-
bor. obligat.*, *ad rem ibi proſequitur Petr. de Ubald.
loc. mox citat.*

Nec pactum hujuſmodi tali caſu de iniquita-
126 te redargui valet eò, quod non congruat parti-
bus in ſocietatem collatis, juxtà doctrinam Pur-
purati *in leg. ſi paſcenda pecoro num. 37. Cod. de
pact.*, *Covar. varior. reſol. lib. 3. cap. 2. num. 3. ali-
bi citat.*, quoties enim alii Socii nequeunt alle-
127 gare ignorantiam dictæ inæqualis contributio-
nis, ſed de ea optimè conſcij, nihilominus pa-
ciſci voluerunt æqualem lucri diſtributionem
etiam inter eos, qui minus contulerunt, ut fie-
128 ri poſſe tradunt *Corn. conſ. 187. num. 6. conſ. 266.
num. 2. lib. 3.*, *& conſ. 310. num. 7. lib. 4.*, *Cravet.
conſ. 173. num. 1.*, *Card. Mantic. de tacit. lib. 6.
tit. 4. num. 17.*, *Menoch. de arbitr. caſ. 125. num.
6.*, prout certè evenit in caſu noſtro, in quo,
poſt quatuor ferè annos à die initæ ſocietatis,
129 ideoque tempore, quo jam inæqualis augmen-
ti collatio præceſſerat, omnes dicti Socii haud
ignorantes rem ità geſtam occaſione celebra-
tionis Inſtrumenti recognitionis bonæ fidei, in
ea expreſsè convenerunt, utilium nempè divi-
130 ſionem pro æquali rata inter eos eſſe faciendam,
ceſſat profectò in his terminis iniquitas pacti ex
131 aperta voluntate ſociorum, qui decepti in hac
re dici non poſſent, ideoque liberalitatem in
132 conſocium exercere voluiſſe cenſentur, ut opti-
mè animadvertunt *Corn. in dict. leg. ſi paſcenda* 133
num. 2., *Purpurat. num. 30. & 31.*, *Cod. de pact.*,
Roman. conſ. 475. num. 4. & 6., *Corn. conſ. 266. nu.
2. poſt med. lib. 3.*, *Mantica de tacit. lib. 6. tit. 4.
num. 19.*, *Azor. inſtit. moral. part. 3. lib. 9. cap. 8.
verſ. ſexto quæritur*, *Rota coram Burat. dec. 234.
num. 8.*

Imò verò hoc caſu iſte Socius nec etiam tene-
retur erga conſocios ad illud intereſſe lucri ceſ- 134
ſantis, quod cæteroquin ob non collatam quan-
titatem promiſſam arbitrio boni Viri deberi tra- 135
dunt *Petr. de Ubald. de duob. fratrib. part. 5. nu.
22.*, *Menoch. de arbitr. caſ. 125. num. 4.*, *Mantic.
de tacit. lib. 6. tit 14. num. 38.*, *Fælic. de ſocietat.
cap. 15. num. 24. & num. 81.*, *& ſeqq.*, *Coſta de
ration. rot. quæſt. 48. nu. 8.*, *Anſald. de commerc.,
& mercat. diſc. 74. num. 10.*; enim verò, quando
illorum reſpectu nulla conſiderari poteſt reve-
rentia, propter quam ab hujuſmodi intereſſe 136
petendo abſtinere debuerint, & quando non ſo-
lùm tacuerunt, &, ut debebant, proteſtati non
fuerunt, quod alter Socius non poſuerit in ſo-
cietate promiſſam quantitatem, ſed ulteriùs ex-
preſsè convenerunt de æquali diviſione facien- 137
da, proculdubio conſenſiſſe dicuntur, & ſibi
præjudicaſſe quoad petitionem dicti intereſſe,
nam ubi cum taciturnitate alius actus concurrit,
conſenſus præſumitur etiam in præjudicialibus, 138
ut in puncto docet *Fælic. de ſociet. cap. 15. num.
84. & 85.*

Verùm enim verò, quamquam hæc plurimùm
urgere viderentur; nihilominus rem maturiùs
examinando, & ſuperiùs traditas Juris regulas
ad concretum caſus, de quo agitur, redigen-
do, minimè applicari videntur, quia pactum
illud in Inſtrumento recognitionis bonæ fidei
adjectum = *che ciaſcheduna di eſſe parti per rata
eguale deva ſtare ad ogni comodo, ed incomodo,
utile, e danno del medeſimo affitto* = litteraliter
reſpicere videtur diviſionem lucri, & damni
provenientis dumtaxat à capitali conducto, at 139
non etiam illud capitalis adaucti, de quo con-
ventio non loquitur, & licèt, tamquam acceſſo-
rium, quoties de eo nihil ſpecialiter dictum 140
fuit, veniat ſub conventione facta de principali,
ex auctoritatibus ſuprà relatis, id tamen pro-
cedit, quando inter unum, & alterum non mi- 141
litat diverſa ratio, & conventio facta ſuper
principali benè congruit etiam acceſſorio ex 142
congeſtis apud *Thabor. axiom. Jur. lib. 1. cap. 8.
axiom. 4. verſ. limita 1.*, *& infrà poſt dict. cap. in
exegeſi inter limitationes §. 6. verſ.* = *ſecus atque ſi
in acceſſorio ſit diverſa ſeparataque ratio* = quod
non verificatur in caſu noſtro, nam ideo talis
conventio facta fuit reſpectu principalis, quia
æquis partibus capitale conductum fuit, ut pa-
tet ex Inſtrumento recognitionis bonæ fidei, cùm
ergò reſpectu augmenti partes non fuerint æ-
quales, vel dicendum eſt, pactum æqualis divi- 143
ſionis, utpotè reſtrictum ad lucrum, & dam-
num proveniens ex capitali conducto non affi-
cere illud proveniens ex augmento, de quo agi-
tur, quia non militat eadem ratio æqualis con-
tributionis, vel ſi hoc quoque afficere dicatur,
ita

144 ita intelligi debet, ut afficiat eo solum casu,
quo partes augmenti juxtà conventionem essent
æqualiter collatæ, hæc enim verisimiliter esse
debuit mens, & intentio Contrahentium, ac
145 tali modo Paciscentium, quatenus sub dicto pa-
cto comprehendere voluerint etiam lucrum, &
damnum ex augmento procedens; quod si res
146 diversimodè accipiatur, pactum hujusmodi,
tamquam naturæ societatis repugnans, mini-
mè sustineri posse videretur, ex alibi firma-
tis, quibus addo *Fælic. de societ. cap. 17. num.*
38., & seqq., qui contrariam opinionem *Cor-*
neci, & aliorum sustinentium validitatem dicti
pacti, eo tantùm casu tenendam putat, quo
scilicet ponantur capitalia inæqualia, ità ta-
147 meo, quod æqualiter sint dividenda, si ade-
runt in fine societatis, cùm enim tunc capi-
148 talia sint communicata, & illud plus à Socio
149 ponente donatum censeatur, utique justissimum
erit pactum, quod lucrum prò æquali portione
150 dividatur, secus verò si ponantur capitalia, quæ
cuique ponenti, si aderunt io fine societatis,
in eadem quantitate erunt restituenda, hoc
quippè casu pactionem de inæquali lucro perci-
piendo, seù de æquali lucro percipiendo, si
sint inæqualia, nullo pacto valere absolutè fir-
151 mat eâ ratione, quia lucrum quisque percipere
debet prò ea parte, quam in societate habet;
hoc autem secundum proculdubio magis con-
gruere videtur nostræ hypothesi, dum non con-
stat, Socios, qui majus capitale posuerunt, il-
lud communicare voluisse, & donare alteri So-
cio minus ponenti, adeout in fine societatis es-
set æqualiter dividendum, quia potiùs iste do-
nandi animus ab initio apertè excludi videtur
152 ex conventione inter ipsos facta augendi capi-
tale prò æquali rata; exclusâ verò donatione
ab initio, & antè contractam societatem, de-
153 iodè illâ constante, præsumi non potest, quia
donatio repugnat naturæ societatis, ut in pro-
posito advertit *Fælic. de societat. dict.cap.17. nu.*
154 *41. & seqq.*, ideoque dicendum est, quod sicu-
ti finitâ societate capitalia, in eadem quantitate,
in qua posita fuerunt, unicuique ex Sociis resti-
tui debent, ità corruit pactum de æquali lucro
155 percipiendo, quod præcisivè à capitalium com-
municatione sustineri non potest, ex supradi-
ctis.

Idque procedere videtur, etiam non attentâ
scientiâ minoris contributionis, quam alii Socii
habuisse dicuntur, quæque apta censetur tolle-
re iniquitatem hujusmodi pacti de æqualiter di-
156 viddraw ob præsumptam donationem, juxtà au-
ctoritates suprà allegatas; titulus enim dona-
tionis admittitur quidem, si contractum socie-
tatis præcedat, quia tunc priùs res donatur, &
deindè super re donata societas introducitur,
quod naturæ societatis non repugnat, secus ve-
157 rò, si unâ simul cum societate donatio esse de-
beat, hoc enim fieri non potest, quod, con-
stante societate, donatio contrahatur, obstat
quippè *Textus in leg. societas in fin. ff. prò Socio*,
& benè ad rem tradit *Fælic. de societat. dict. cap.*
13. num.41., & 43., ubi ità loquitur = *Item dum*
admittitur fieri posse, quod si ponontur capitolia
inæqualia in fine societatis æqualiter dividenda,
lucra sint communia prò medietate, quia illud plus
à Socio ponente donatum censetur, similiter titu-
lo donationis videtur posse sustineri, quod quis de
lucro percipiat plusquam percipere non deberet,
cùm si non excluditur donatio in capitali, neque
etiam in lucro excludi debeat; Inquam, in se hæc
certè vera sunt, & fieri possunt; sed dum agitur
de voluntate sociorum circa societatem, ut eorum
gesta vigore societotis sustineantur vigore donatio-
nis, sustineri non poterunt, etiam usura excludi- 158
tur stante donatione, sed non excluditur, ubi sinè
donotione contractus usurarius initus fuerit; potest 159
etiam considerari differentia inter donationem in 160
capitali, & donationem in lucro, quia in capita-
li donatio præcedit societatem, in lucro verò com- 161
miscetur cum ipsa societate, quod præcedat, non 162
tangit societotem, quod verò cùm ea sit esse non 163
potest.

Prætereà id, quod dicitur de scientia inæ-
qualis contributionis, quod tollat iniquitatem
pacti de æqualiter dividendo, non potest sem-
per, & quandocumque procedere, sed ità de-
mùm intelligi debet, quatenus partes non essent 164
valde inæquales, alioquin, si contributio inæ-
qualis sit, & partes itidem valdè inæquales, ta-
le pactum, non curatâ supradictâ scientiâ, om-
ninò improbatur, veluti ab æquitate, & ratio-
ne prorsus alienum, ut in puncto explicat *Cra-*
vet. cons. 173. num.1. vers. sed tamen puto, Man-
tica de tacit. dict. lib.6. tit. 4. num. 19., Gratian.
discept. forens. cap. 768. num.35., cùm enim io
societate potissimùm versetur arbitrium boni
Viri, & quod æquum est, fieri debeat, *leg. In-* 165
terpositâ, & seq. ff. prò Socio, Castracan. de so-
cietat. cap.28. num.11., hoc sanè tantam inæqua-
litatem inter Socios non patitur, sed tunc so-
lùm pacta inæqualia inter illos tamquàm valida
admittit, cùm non adest evidens, & notabilis
differentia, vel si alter majorem partem con- 166
tulit aut industriæ, aut pecuniæ, ad *Text. ex-*
pressum in leg. si non fuerit §. 1., ubi communi-
ter *Doctores ff. prò Socio, Covar. var. resolut. lib.*
3. cap.2. num.3., Gratian. discept. 768. num.29.,
Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 4. num. 15., quod si
plus collatum oon fuerit, pactum inæqualis 167
participationis non valet, cùm non sit rationa-
bilis arbitrio boni Viri distributio, nec bonâ fi-
de societas contracta intelligatur, ut in summo
gradu requiritur *Gloss in dict. leg. si non fuerunt*
29. verb. societati lit. A., Mantic. loc. mox citat.,
Angel. de Periglis. loc. mox citat. part.1. num.3.,
ubi, quod, licèt aliqui contrarium dixerint, hæc
tamen opinio *Azon.*, quam sequitur *Accurs.* 168
tamquam æquior, & justior tenenda est, *Petr.*
de Vbold. de duob. fratrib. part. 4. num. 1. & 2.,
Joseph. Ludovic. conclus. 53. num.24. & 120., Vr-
sill. ad Afflict. decis. 58. num. 4. 5. & 6., Sicuti
igitur non valet pactum inæqualis participatio-
nis inter Socios, qui æqualiter contulerunt, ità
pariter sustineri non debet supradicta conventio 169
æqualis participationis, dum à Sociis inæqualiter
confertur, nam utroque casu iniqua est partium
distri-

distributio, quæ non congruit partibus in so-
170 cietatem collatis, & ideo lex, & natura socie-
tatis, quæ summam continet æquitatem, *leg.*
verùm in princ. ff. prò Socio, in eo præcipuè con-
sistentem, ut qui plus ponit, plus accipiat,
171 *dict. leg. si non fuerunt ff. eodem*, eam nullo mo-
do patitur, ut in specie notant *Purpurat in leg.*
si poscenda num. 37. Cod. de pact., *Covar. variar.*
lib. 3. cap. 2. num. 3., *Joseph. Ludovic. dict. conclus.*
53. num. 26., *Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 4. n. 18.*
& 19., *Gratian. discept. 768. num. 32.*, qui priùs
num. 5., *& seq.* generaliter tradit, pacta inæqua-
lia inter Socios reprobari, & passim subduci, fir-
172 mo remanente contractu, quod etiam repetit
num. 16., *& seq.* ubi testatur de veriori, *& ex*
Mantic. dict. tit. 4. num. 7. cum seq. ait, omnes
Theologos passim concludere, quod, si ità so-
173 cietas contrahatur, ut unius conditio sit melior,
quàm alterius, non erit tutus in Foro animæ il-
le, cujus esset melior conditio, & tandem ex
Hostien., *& Mantic.*, ubi supra subdit *nu. 18.*,
quòd, licèt pactum inæqualitatis valeat jure
pacti, non tamen valebit Jure societatis, ideò
174 non erit servandum tamquam ista inæqualis di-
stributio sit contrà naturam societatis.

Aut igitur pactum hujusmodi in casu nostro
175 ità interpretari oportet, ut æqualis fiat distri-
butio habito respectu ad id, quod ab unoquo-
que collatum fuit, aut, si aliter intelligatur,
non sustinetur, per ea, quæ tradit *Gratian. d.*
cap. 768. num. 23., *& pluribus seqq.*, *& per tot.*;
agitur enim non de modica, sed de maxima in-
176 æqualitate, quam ex supradictis natura societa-
tis nullo pacto fert, & Doctores, qui contra-
rium firmare videntur, vel loquuntur in termi-
nis supradictis, vel communiter reprobantur, si-
qui verò tenent, valere, & servandam esse con-
ventionem æqualis divisionis inter socios, etiam-
si alter vel non posuerit totum capitale promis-
sum, vel plus illo contulerit, hi quæstionem
agunt inter duos, quorum alter operam, alter
pecuniam præstiterit, & ideò sentiunt, conven-
177 tam æqualitatem inter eos nihilominus esse ser-
vandam, quia si unus plus contulit pecuniæ,
quàm debebat, potest alter industriâ suâ tan-
178 tum societati conferre, quantum ille pecuniâ,
& idcircò lucrum illi legitimè datur, quia non
179 recipit ratione capitalis, quod stat sub periculo
Ponentis, sed ratione suarum operarum *Menoch.*
cons. 121. num. 34., *Petr. de Ubald. de duob. fra-*
trib. part. 5. num. 23. felic. de sociel. cap. 15. n. 75.,
& seqq.. Si verò minus ille contulerit pecuniæ,
180 minus etiam alter confert operæ, & ulteriùs in-
teresse consequitur ab eo, qui promissam quan-
titatem non posuit, ut firmant *relati in §. Nec*
pactum vers., quo casu, & sic semper æqualis
videtur inter eos esse collatio. At aliter res se
habet, quando, prout in hypothesi, omnes pe-
cuniam conferunt, tunc enim si alter capitale
augeret, alter minus poneret, & nihilominùs
181 lucrum esset æquale, nemo non videt, quod hic
participaret de lucro proveniente à capitali non
suo, & quod sub ejus periculo non stat, absque
eo quod quidquam impenderit de suo, quod
iniquum est, & contrà naturam societatis, quæ
non sinit, partes æquales fieri positâ inæqualitate
capitalis, ut multis comprobat *Menoch. cons.* 182
121. num. 26. ad 30. lib. 2. inquiens, id procede-
re etiam quoad augmentum, ex quo solus au-
gens lucrum percipiet præcisivè ab industria
Operantis, in quibus terminis loquuntur etiam
Decian. cons. 60. lib. 1., *Gratian. discept. 622. n. 8.*,
latè Fælic. de sociel. cap. 15. num. 61., *& plurib.*
seqq., & hinc est, quòd, etiam in priori illo ca-
su societatis initæ inter duos, quorum alter ope-
ram, alter pecuniam conferat; si capitale au-
ctum fuit in pecunia à Ponente operas, lucrum 183
ex eo obventum totum pertinet ad augentem,
& operantem, quia provenit ex pecunia sua, &
ex suis operibus *Fælic. de sociel. d. cap. 15. n. 80.*,
ubi, quod iste casus nullam habet difficultatem,
sive capitale fuerit auctum, inscio, sive sciente 184
altero socio.

Ex quibus censeo, lucrum ex augmento pro-
veniens, de quo res est, nequaquam esse divi- 185
dendum inter socios pro æquali portione, sed
proportionabiliter, & respectivè ad ea, quæ
sunt collata, & ad tempus, quo soluta fuerunt,
hoc enim maximè congruit naturali justitiæ, &
æquitati arbitrio boni Viri, & naturæ societatis,
quæ in summo gradu bonam fidem requirit, vi- 186
ce autem versâ nulla æquitas suadet, quòd qui
plus pecuniæ contulit, minùs accipiat, cùm 187
inter socios tunc partes debeant esse viriles, 188
quando cætera sunt æqualia, unde si quantitas,
opera, industria, labor, vel quid simile exce-
dat potiùs in uno ex sociis, quàm in alio, ità est
facienda divisio, ut partes lucri, & damni sint
æquales æqualitate proportionis, idest quantita- 189
tis, & laboris, non æqualitatis, juxtà commu-
nem, & veriorem sententiam, de qua, contrariis
rejectis, vel declaratis, plenè apud *Gratian. di-*
scept. 622. num. 1., *& seqq.*, *& ferè per tot.*, *&*
discept. 768. num. 5., *& 6.*, *& num. 15. usque ad*
fin., *Fælic. de sociel. cap. 15. num. 42.*, *& plurib.*
seqq., *& Mantic. de Tacit. lib. 6. tit. 4. num. 7. ad*
19., *& tit. 14. per tot.*

Romana Solutionis.

Scriptura privata ob solam falsitatis suspicio-
nem ex conjecturis, atque adminiculis eru-
tam executionem in civilibus non meretur.
Solutio debiti ex lapsu temporis, junctis aliis
conjecturis, & adminiculis, præsumitur. Ex
quibus autem conjecturæ, & adminicula in
utraque specie desumi valeant, expenditur.

VOTUM XIX.

1 *Falsitas in civilibus ut probetur, concluden-*
tibus opus non est probationibus.
2 *Sed conjecturæ, & adminicula sufficiunt.*
3 *Falsitatis sola suspicio fidem scripturæ adi-*
mit, & num. 5.
4 *Eamque reddit inexequibilem.*
6 *Si præsertim non de publico instrumento,*
sed de privata scriptura agatur.

7 *Procedit, licèt scriptura actum Notarii, tamquam matrix, contineat, & in ejus suggestu fuerit reperta.*

8 *Maximè, si non præseferat numerationem pecuniæ coram testibus factam, sed nudam confessionem de recepta.*

9 *Item, si facta appareat cum personis de dolo, & fraude suspectis.*

10 *Et solitis per falsitates delinquere.*

11 *Prout etiam, si ass. Debitor facilis aliàs fuit dolo circumveniri.*

12 *Et quidem ab ass. illius Creditore.*

13 *Falsitatis ubi emergat suspicio, qualitas inprimis personarum est inspicienda*, & num. 48.

14 *Scriptura contra stylum confecta, falsitatis suspicionem præsefert.*

15 *Scriptura quod in una Civitate exarata fuerit, in altera verò a Debitore, ac testibus subscripta, inverisimile est.*

16 *Scriptura privata ex sola inverisimilitudine fidem non meretur.*

17 *Testes patientes notabiles exceptiones rejiciendi sunt*, & num. 23.

18 *Testes mendaces non veniunt attendendi.*

19 *Et eum de mala fama notati sunt.*

20 *Idem, si ignoti.*

21 *Testes, quibus Contrahentes ignoti sunt, non probant.*

22 *Apoca privata, absque testium subscriptionis recognitione, exequibilis non est.*

24 *Apoca ex lapsu temporis ab ejus confectione ad registrationem suspecta reputatur*, & num. 25.

26 *Apoca de falsitate suspecta magis est, si antiqua.*

27 *Scripturæ falsitas in antiquis non ità facilè probari potest.*

28 *Atque ideò probationes minus etiam perfectæ admittuntur.*

29 *Tarditas in productione scripturæ suspectam eam reddit, & quare*, num. 32.

30 *Creditoris negligentia in petendo creditum nequit Debitori nocere*, & num. 31.

33 *Conjecturæ, & præsumptiones, ad eruendam scripturæ falsitatem, debent simul junctæ considerari*, & num. 34., & 44.

35 *Scriptura ubi falsa, vel saltem suspecta noscitur, solutionis probatio necessaria non est.*

36 *Debiti solutio ex conjecturis etiam, & præsumptionibus deducitur.*

37 *Licèt nec debiti solidatio, nec testes, aut confessio Creditoris de recepto adserantur.*

38 *Solutionis præsumptio rectè desumitur ex consueta Creditoris diligentia in exigendo.*

Cùm præsertim locuples est, num. 40.

39 *Atque ex opulentia Debitoris.*

41 *Solutionis præsumptio oritur ex sententia a Creditore jam pridem reportata, & sequestris expeditis*, & num. 42.

43 *Solutio præsumitur ex restitutione apocæ Debitori facta.*

45 *Solutionis præsumptio ex conjecturis elicita validior ob lapsum temporis efficitur.*

46 *Præsertim, si apoca noscatur priùs Debitori restituta, deindeque ad alias personas cum illicitis pactis devenisse.*

47 *Quod fraudis, dolosæque subtractionis indicium est.*

48 *Maximè in casu Debitoris inconsiderati, & personarum suspectarum.*

49 *Solutio præsumitur ex lapsu temporis, junctis aliis adminiculis.*

50 *Idque ratione publicæ utilitatis.*

51 *Et ad lites amputandas.*

52 *Certiùs autem procedit id contra Creditorem multiplici ex capite suspectum.*

LA falsità, quando si tratta in civilibus,
non è necessario provarla pienamente; e 1
con prove concludenti, ma bastano le 2
congetture, ed amminicoli, che possano al savio Giudice ingerire solamente il sospetto, *Larrea allegat. fiscal. 96. num. 2.* ibi = *& probari falsitatem indiciis, præsumptionibus, & conjecturis, maximè in causis civilibus* = *Farinacc. de falsitat. quæst. 152. num. 10., & num. 32.*, ubi quòd hæc conclusio non habet Contradictorem, *Cyriac. contr. 637. num. 1. tom. 4.*, *Noguerol. alleg. 26. num. 147.*, *Rota coram Verallo decis. 4. per tot. part. 2.*, *in rec. decis. 452. num. 4. part. 3.* ibi = *& ad illam probandam admittuntur conjecturæ* =, quale solo toglien- 3
do la fede alla Scrittura, ciò basta per renderla
ineseguibile, *Gratian. discept. 752. n. 5.*, *Larrea* 4
allegat. fiscal. 96. n. 3., *Rot. coram Cavaler. decis. 455. n. 1.*, *in rec. dec. 452. n. 4. part. 3.* ibi = *quæ sola suspicio sufficit in civilibus ad effectum, ut Scri-* 5
ptura non mereatur fidem = *decis. 206. n. 5. part. 15.*, *decis. 562. n. 14. part. 19.* ibi = *Tantò magis quia talis minuta apparuit suspecta de falsitate, quod in civilibus sufficit, ut Scripturæ fides non sit adhibenda* =

Ed un tal sospetto più facilmente s'ammette,
quando non si tratta d'istromento publico, ma
di sola scrittura privata, *Noguerol. d. allegat. 26.* 6
num. 143., *Rota coram Cavaler. d. decis. 455. n. 2., & seq.* ibi = *quod si sola suspicio sufficit ad labefactandam instrumenti solemniter extensi fidem, magis videtur sufficere in præsenti casu ad infringendam fidem cartulæ volantis* =, benchè tal carta vo-
lante, sopra la quale, come matrice, il Notaro 7
aveva steso l'atto, fusse poi trovata nel di lui
pulpito. Molto più, quando la scrittura non con-
tiene numerazione attuale di danaro, alla qua- 8
le siano stati presenti i testimonj, ma solo una
confessione de recepto del preteso Debitore, *Rota in rec. decis. 652. num. 10. part. 19.* ibi = *Scriptura valde suspecta remanet de simulatione, cùm continet contractum mutuum, non quidèm mediante effectivâ solutione pecuniarum, sed per viam confessionis de recepto* =

Che dovrà dunque dirsi di simili Scritture,
quando in esse sono intervenute persone sospette
di fraude, e che altre volte si trova averne com- 9
messe delle simili, *Farinacc. de falsit. quæst. 153.* 10
num. 146. ibi = *Prima succedit generalis illa præsumptio, quæ oritur ex mala qualitate personæ inquisiti, seu producentis Scripturam, de cujus falsitate agitur, præsertim si aliàs sit solitus falsum scribere, falsa instrumenta, seu falsas Scripturas pro-*

producere = *Maſcard. de probat. concluſ.* 740. *n.* 29., *Rot. coram Royas, deciſ.* 474. *num.* 4. ibi = *Sed etiam ex mala qualitate Lamberti illam producentis, dum probatur, ſolitum eſſe bujuſmodi falſitates committere* =. E molto più ſe ſi tratterà d'un preteſo De-
11 bitore facile a laſciarſi circonvenire, come ſi
moſtra nel caſo noſtro, che lo ſteſſo è ſtato ingannato altre volte, o poco tempo prima dal
12 medeſimo Ingannatore, *leg. Non omnes §. A' Barbaris ff. de re militar.* ibi = *Si negligens, aut ſegnis* = *Menoch. de præſumpt. lib.* 1. *præſum.* 15. *n.* 19., & *ſeqq.*, & *lib.* 5. *præſum.* 3. *ſub n.* 100., dicendo nell'uno, e nell'altro luogo doverſi in ſimili atti, e negozj principalmente riguardare la qualità
13 delle perſone, per arguirne il dolo, e la fraude.

Quale viene maggiormente confermata dalla forma ſtraordinaria, e fuor del ſolito, con cui
14 è concepita la Scrittura *Menoch. de præſumpt. lib.* 2. *præſum.* 8. *num.* 20. ibi = *Et accedit, quòd Scripturæ, inſtrumenta, & reſcripta ſuſpecta ſunt de falſo, ſi confecta ſunt contra ſtylum* = *Farinacc. de falſit. quæſt.* 153. *num.* 159., *Gait. de Cred. quæſt.* 11. *cap.* 4. *num.* 14. ibi = *ideò ex diverſitate ſtyli, & ex inſolitis cautelis ſuſpicio falſitatis oriretur* = con aggiongere, la medeſima eſſer fatta in una Città, e poi tanto dal Debitore, quanto da tutti trè i teſtimonj eſſer ſtata ſottoſcritta in un' altra, il che porta un' inveriſimilitudine
15 molto ſoſpetta, quale ſola baſta per togliere
16 ogni fede ad una Scrittura privata, come, oltre le autorità altrove allegate, prova il *Genova de ſcriptur. privat. lib.* 1. *quæſt.* 6. *princip. num.* 26., *Spad. conſ.* 247. *num.* 43. *lib.* 1., *Raynald. obſervat. crimin. tom.* 3. *cap.* 33. *§.* 4. *ſub n.* 21. *verſ. ſecundùm quòd*, *Caſtill. contr. jur. lib.* 5. *cap.* 62. *num.* 9.

Se poi riguardiamo le perſone de' teſtimonj in eſſa ſottoſcritti, queſti per le loro prave qualità cadono ſotto la generale cenſura del Canone *Si teſtes* 3. *cauſ.* 4. *quæſt.* 2., & 3., e della legge *Te-*
17 *ſtium §. Ejuſdem quoque Principis*, e della *legge Ob carmen.* 21. *ff. de teſtib.*, poiche dovrebbero
18 eſſer rigettati come mendaci, *Rot. coram Merlino deciſ.* 684. *n.* 15., *coram bon. mem. Emerix Jun. deciſ.*
19 826. *num.* 19., e di cattiva fama, *Gait. de credit. cap.* 2. *tit.* 8. *num.* 3139. ibi = *Requiritur principaliter ſecundò, quòd teſtes illi tres deſcripti in apoca ſint bonæ famæ, & probatæ opinionis*, *Genua de ſcript. privat. lib.* 1. *ad* 3. *concl.*, *L. Scripturas n.* 11. ibi = *Requiritur ſecundò, quod hi tres teſtes ſint bonæ, ac probatæ opinionis, ſinceræque fidei* =, ma in ol-
20 tre, per eſſere ignoti, non doverebbero attenderſi, *Ancharan. conſ.* 415. *in princ.*, & *conſ.* 416. *n.* 2., *Tuſch. concluſ. jur. lit. T. concluſ.* 216. *num.* 1., e quel, ch'è più, uno di eſſi dice di non aver ſaputo, chi fuſſe il debitore della ſcrittura, e chi la ſicurtà, e pure per ovviare alle fraudi ſi ricerca ne'
21 teſtimonj la cognizione de' Contraenti, *Gait. de credit. cap.* 2. *tit.* 8. *num.* 3144., dove parlando de' teſtimonj ſottoſcritti in tali apoche private, dice = *Requiritur quarto, ut teſtes ipſi cognoſcant Contrahentes* = *Scacc. de judic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 997. ibi = *Teſtes debent cognoſcere Contrahentes, & iſta cognitio eſt neceſſaria ad excludendas fraudes, & falſitates* = *Genua de ſcriptur. privat. lib.* 1. *concluſ.* 3. *ad leg. Scripturas num.* 17. ibi = *Requiritur tertiò principaliter, quòd ipſi tres teſtes Partes agnoſcant, & notitiam ipſarum habeant* = *Rota trà le raccolte della bon. mem. dell' Avvocato Conſtantini ad ſtatut. Vrb. deciſ.* 123. *num.* 25. ibi = *Vnde tamquam non informati non attenduntur &c.*, & *ampliùs ſecundus teſtis nedum dicit non cognoviſſe dictam mulierem, verùm etiam ſe ignorare illius nomen, & cognomen* = E finalmente manca la
ricognizione della loro ſottoſcrizione parimente 22
ricercata per l'eſeguibilità di ſimili apoche, *Covarr. practic. quæſt. cap.* 22. *ſub num.* 5. *§.* 3. ibi = *Tertiò neceſſarium erit, quod tres teſtes eidem ſcripturæ privatæ ſubſcripti recognoverint proprias ſubſcriptiones* = *Mart. Vot. Piſan.* 53. *num.* 7. ibi = *Denique requiritur quod omnes teſtes, qui ſe ſubſcripſerunt ſcripturæ privatæ ſubſcriptæ etiam à Debitore, & Creditore, recognoſcant proprias ſubſcriptiones* =

Se dunque tante eccezioni, che rendono ſo-
ſpetti queſti Teſtimonj, tolgono loro ogni fede 23
cap. ex litteris de teſtib., *Cravet. conſ.* 249. *nu.* 9., *Vermigliol. conſ.* 408. *num.* 7., *Rota coram Comitul. deciſ.* 80. *num.* 16., *coram Arguell. deciſ.* 9. *num.* 79., che giudizio dovrà formarſi d'un' apoca da eſſi ſottoſcritta, e che maggiormente ſi rende ſoſpetta dal vedere eſſer fatta ſotto i 24. Febraro col ſuppoſto del già precedente sborſo
del denaro; all' incontro ne' libri del Mercante 24
preteſo creditore ſe ne dà debito li 4. di Marzo; qual diverſità di tempo, come contro lo ſtile,
accreſce tanto più il ſoſpetto *Farinacc. de falſit.* 25
quæſt. 153. *num.* 181., dove in ſimili termini dice = *præſumptio falſitatis oritur ex tarditate regiſtrandi inſtrumentum* =

Tutte queſte circoſtanze ſufficienti non che a render ſoſpetta, mà a provare pienamente la falſità d'una ſcrittura recente; molto più dovran-
no attenderſi in un fatto antico per rendere al- 26
meno ſoſpetta una ſcrittura fatta da lunghiſſimo tempo in quà; poiche in ſimili fatti eſſendo dif-
ficile rinvenire la piena prova, le leggi ſi con- 27
tentano anco di prove meno perfette, come ne 28
inſegna il *Card. de Luc. de jurepatron. diſc.* 57. *num.* 10., *Balducc. in collect. deciſ. & rer. judicat. tit. de legat. deciſ.* 9. *num.* 21. ibi = *unde omnium probationum rigorem ab antiquitate remitti, ſolaſque conjecturas quemcumque probandi modum ſupplere præſcripſit*, *Text in cap. cum cauſam extravag. de probation.* = *Rota in rec. deciſ.* 270. *n.* 7. *par.* 19. Molto più quando la lunghezza del tempo in ſervirſi, ò produrre tale ſcrittura è pro-
ceduta per colpa, ò traſcuratezza del Credito- 29
re, quale = *non debebat tam magnam rem tandiù reticere* = *leg. ſi quis fortè* 6. *ff. de pœn.*, *Cravet. conſ.* 28. *num.* 6. *verſ. ex qua etiam tarditate*, *Maſcard. de probat. concluſ.* 740. *num.* 17. ibi = *ex intervallo, & tarditate arguitur ſuſpicio* = *Farinacc. de falſitat. quæſt.* 153. *num.* 182., *Parexa de diverſ. inſtrum. edition. tit.* 7. *reſol.* 2. *num.* 37., *Genua de ſcriptur. privat. lib.* 1. *quæſt.* 6. *princip. nu.* 30. ibi = *Tertiadecima falſitatis præſumptio oritur ex tarditate in producendo ipſam ſcripturam privatam* =, non dovendo la traſcuratezza, e molto

30 più la colpa del Creditore nuocere al Debitore,
secondo le ben note regole, quali ne insegnano,
31 che = alterius negligentia ad alienam injuriam referri non debet, neque alterius inertiá alterius
Jus corrumpi = Thabor. axiom. Jur. lib. 12. cap. 8.
axiom. 13., apud quem concordantia Juris loca,
& auctoritates; e perciò in tal caso può giustamente presumersi, che il Creditore abbia a bel-
32 lo studio differito d'agire per lasciar perire le
prove cootrarie, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 135. nu. 20. ibi = hoc sane casu præsumitur
de industria id egisse, ut interim probationes Debitoris solutionis jam factæ perircut = Constantin.
ad stat. Urb. annot. 48. art. 4. num. 230. ibi = d. lapsui temporis accedebat, quod fuerit dilata petitio
mutui post obitum Caroli debitoris de solutione informati, & hoc ex industria, ut perirent probationes super solutione, quarum notitiam non habebant
heredes Debitoris =

Non tralasciando finalmente di dire, che le
congetture, e presunzioni fin' ora addotte non
devono considerarsi ciascuna da per sè, ma tut-
33 te insieme, onde ancorche una, ò l'altra da sè
sola paresse debole, prese tutte insieme, si
coadiuvano mutuamente, e bastano ad indurre
la mente del savio Giudice a credere, che la
cosa non sia passata senza fraude, e che però
34 non debba darsi esecuzione ad un' apoca per
tanti capi sospetta, Rocca dispat. Jur. select. cap.
46. num. 21., Salgad. in labyrint. credit. dec. 23.
num. 5., Rota in rec. decis. 596. num. 18. par. 19.

Dopo aver dimostrata l'ineseguibilità di tal'
apoca, attesa la falsità, o sospetto di falso provato con argomenti sì forti, benche sia super-
35 fluo l'addurre il pagamento del debito contenuto nella medesima, nondimeno, quando anche
s'ammettesse per vera, e legale, potrebbe nel
nostro caso il preteso Creditore rigettarsi coll'
36 eccezione del presunto pagameoto, essendo più,
che certo, potersi questo provare colle presunzioni, congetture, & amminicoli, ancorche man-
37 chi la quietanza, e non s'adduchino prove de'
Testimoni, ò confessione del Creditore, leg. si
Chirographum 24. ff. de probation., Gratian. discept. 581. nu. 3., Fenzon. ad statut. Urb. cap. 158.
num. 31. lib. 1., Constantin. ad idem statut. annot.
48. art. 4. num. 226. ibi = Licèt de illa expressè
non ostendatur quietantia, ex quo etiam per conjecturas, & præsumptiones solutio deduci potest =
Caren. resolut. 108. num. 2. ibi = Secundus igitur
casus est cum debitor Creditori opponit præsumptam solutionem, & in hoc casu supponunt omnes,
solutionem probari ex conjecturis, quamvis solutio
sit quid facti =, Surd. decis. 105. num. 10. ibi = sufficiunt præsumptiones, quæ prò Debitore militant =
Rota decis. 379. num. 13. part. 17. rec., & coram
bon. mem. Emerix jun. decis. 487. num. 2. ubi plures
ibi = In Jure non est novum, solutionem probari
etiam præsumptionibus, & conjecturis, quamvis
non appareat de receptis.

Molte in vero, e convincenti sono le congetture del presunto pagamento, quali concorrono
38 nel caso nostro; la prima si desume dalla diligenza del preteso Creditore, Cyriac. contr. 516.
num. 17., Constantin. d. annot. 48. num. 244. ibi =
Duodecima resultat ex quo consuevit Creditor esse
diligens in exactione propriorum Creditorum = Rot.
apud eumd. decis. 22. num. 9. & seqq., Surd. decis.
105. num. 2. ibi = Solutio facta præsumitur, quia
Creditor erat diligens exactor, cum non præsumatur in hoc negligens, qui diligentissimus erat in
cæteris = Mart. medic. decis. 83. num. 4. = E dall'
esser solvendo il Debitore, Gobb. consult. 68. 39
num. 14. & seq., Carena resol. 108. num. 7., Rot.
coram Pamphil. decis. 22. num. 11., coram Emerix
jun. decis. 1350. num. 7. ibi = elicitur ex opulentia
Debitoris = in rec. decis. 225. num. 12. ibi = ex conjectura solutionis, quod Debitor sit locuples, & ingenuus = part. 10.

Qual congettura se vien reputata molto effi-
cace, quando si tratta d'un Creditore negoziante, 40
quale non suol differire l'esazione de' suoi
crediti, nè ritenere il suo danaro ozioso, Constantin. d. annot. 48. num. 242. ibi = Decima adduci potest si versemur in Mercatore, quem non est
credendum diu differre exactionem sui crediti, nec
retinere suas pecunias otiosas =, al certo sarà di
molto maggior forza, quando vien comprovata 41
dall' effetto, cioè dall' avere il Creditore ottenuta sentenza condaooatoria, ed in virtù di essa fatti i sequestri con dar debito delle spese ne'
suoi libri; imperciocchè, siccome osserva il Constantin. d. annot. 48. num. 249. = Sicut fuit dili- 42
gens in obtinendo mandato, ità est verisimile, quod
fuerit prosequutus diligentias prò consequenda solutione =, ed in vero non può presumersi diversamente nel caso nostro, poiche vediamo dopo tutto questo restituita la scrittura al Debitore, non
potendosi tal restituzione attribuire ad altro,
che al pagameoto del debito seguito in virtu di 43
simili atti, leg. qui Chirographum 59. ff. de legat.
3., leg. 2. ff. de remiss. pignor., leg. Creditorem 7.
Cod. eodem, Gen. de scriptur. privat. lib. 1. quæst. 4.
num. 161. & seq. ibi = quando Scriptura privata
reperitur penes Debitorem, debitum esse remissum, vel solutum plenè probat = Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 140. nu. 1. & 4., Mascard.
de probat. conclus. 476. num. 6., de Luc. ad Gratian. discept. 90. num. 6., Card de Luc. de credit.
disc. 129. sub num. 5., Vincent. de Franch. dec. 361.
num. 3., Mart. medic. decis. 83. examin. 53. n. 16.
ibi = Secunda est conjectura, quá probatur solutio,
quando instrumentum, seù scriptura debiti reperitur penes Debitorem.

Tutte queste congetture, come altrove s'è
detto, e nel nostro proposito ne avverte il Constantin. d. annotat. 48. num. 239, dovendosi con-
siderare unitamente, ut quæ singulæ non juvant, 44
unitæ prosint ad faciendam plenam probationem, ut
in his terminis post alios firmat Tristany decis. Cathalon. 36. num. 3., senza dubio averanno forza
molto maggiore, quando vengono coadjuvate 45
dalla lunghezza del tempo, Constantin. d. annot.
48. num. 228. ibi = Et quidem prima conjectura prò
solutione est diuturnitas temporis, & lapsus decem, vel octo annorum à die maturatæ solutionis,
cum non sit præsumendum, quod Creditor tandiu
distulerit exigere suum creditum = Excobar. de ra-
tio-

tiocin. cap. 37. num. 5., *Card. de Luc. de credit. disc. 129. num. 3.*, *& num. 5. de empt. disc. 43. n. 11. & seq.*, *Monf. Ansaldi de commerc. & merc. disc. 16. num. 17.* ibi = *Reputatur facta solutio concurrentibus cum diuturnitate aliis conjecturis* = *Carena resol. 108. num. 4. & seqq.*, *Surd. decis. 105. num. 4.* ibi = *præsumitur etiam per lapsum decennium à die solutioni præfixa, quia non est verisimile, quod tanto tempore distulisset exactionem sui crediti* = *Rota in rec. decis. 175. num. 15., dec. 379. num. 14. & num. 18. part. 17.*, e da quell' altra
fortissima circostanza, per la quale si vede, che
nel decorso di detto tempo la scritta già una
volta restituita al Debitore per via di danaro,
46 è ritornata in mano di persone suspette con pat-
ti di poco buon' odore, che *sapiunt redemptionem litium*, potendosi in questo caso presumere
47 ogni sorte di fraude, e di dolosa sottrazione
fatta in pregiudizio del Debitore, e de' suoi
Eredi non informati, *Farinacc. de falsit. quæst. 153. nu. 209.*, *Rot. coram Zarat. decis. 73. nu. 37. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de jurisdict. decis. 29. num. 13.*, e piu giustamente cio potrà
presumersi nel caso nostro, atteso, che la mede-
48 sima è passata in manu di Debitore poco accura-
to, e di altre persone non informate, e perciò
piu soggette alla frode, ed inganno, come al-
trove s'è osservato. Per lo che, sè le leggi han-
no voluto, che sia luogo al presunto pagamen-
49 to, quando vi concorrono lunghezza di tempo,
ed altri amminicoli, e ciò per la pubblica utili-
50 tà, quale ricercando, che ogn' uno senza mole-
stie goda il suo, e non sia turbato nel pacifico
possesso de' suoi Beni, toglie per ciò di mezzo
51 le liti col seguire la mera probabilità, e verisi-
militudine, *Scacc. de commerc. §. 1. quæst. 7. par. 2. ampliat. 9. sub num. 135. §. Ratio quare* ibi = *quia lex, quæ in occultis statuit id, quod ex verisimili præsumitur, justè agit, quia cùm prò bono publica lites terminandæ sint, & veritas non appareat, necessariò ad verisimilia recurrendum est* =, *Cap. afferte de præsumption.*; una tale equità delle no-
stre leggi senza dubio almeno dovrà aver luo-
52 go, quando, come nel caso nostro, si tratta d'un
preteso Creditore, che con argomenti sì validi,
e per tanti capi si rende sospetto, come già s'è
dimostrato di sopra &c.

Januen. Prætensæ Donationis.

Insinuationis defectus in donatione suppletus dici nequit ex geminatis actibus, nisi distincti sint, perfecti, atque ex intervallo facti, cujusmodi non sunt confectio apocæ, illiusque subscriptio. Duplex itidem subscriptio unico contextu donationi adjecta gemioos non importat actus, neque ipsius ratificationem. Clausula *In fede* non continet verum juramentum, quod insinuationis defectum suppleat.

VOTUM XX.

1 *Insinuationis defectum in donatione supplent geminati actus, quibus Donator enixam, firmamque ostendit donandi voluntatem.*

2 *Nec requiritur, singulos ejusmodi actus ex se vim donationis habere, sed sat est, eos, instar insinuationis, præseferre deliberatum donandi animum*, & num. 45.

3 *Insinuationis solemnitas fuit à jure inducta tum ad certam reddendam perseverantiam Donantis in proposito donandi, tum ne per fraudem donationes extorqueantur*, & nu. 4. & 49.

5 *Donanti, ante insinuationem, integrum est revocare donationem à se ex ejus errore, vel aliena machinatione factam.*

6 *Insinuationis defectum in donatione ut geminati actus supplere valeant, hi debent esse ab omni prorsus suspicione immunes.*

7 *Insinuatio nil aliud est, quàm donationem apud Judicem in scriptis redigere*, & n. 22. & 23.

8 *Insinuatione interveniente, Donatoris perseverantia in voluntate donandi certa est, ac omnis exulat doli suspicia*, & num. 10. 17. & 25.

9 *Insinuationis defectum ut geminati actus suppleant, oportet, eos esse legalitèr distinctos, & donationis ratihabitionem inducentes.*

11 *Donandi animus debet ipsum donationis actum semper præcedere.*

12 *Donationis apocæ confectio, illiusque subscriptio necessariò requiruntur, ut de donatione constet.*

13 *Donationis apocæ confectio, illiusque subscriptio non sunt actus per se ipsos distincti, atque perfecti, sed imperfecti, & incompleti.*

14 *Et originem quidem habent à voluntate donandi, sed, velut ad suum finem, ad traditionem diriguntur*, & num. 19.

15 *Donationis apocæ confectio, illiusque subscriptio habentur pro unico actu legaliter non distincto ab ipso donationis actu.*

16 *Nec sufficiunt sive ad geminationem inducendam, sive ad indicandam perseverantiam in proposito donandi.*

18 *Insinuatio in donatione tamquam in extremo jam præexistente requiritur.*

19 *Donatoris voluntas in donatione perseverandi assequi nequit, nisi per actus post donationem ipsam separatim faciendos.*

20 *Donationis, & insinuationis actus temporis intervallum requirunt, quo Donans deliberare queat*, & num. 24.

21 *In donatione fit impetus, quem Lex per insinuationis necessitatem refrænat.*

26 *Insinuatio tum in donatione, tum in pluribus etiam contractibus requiritur.*

27 *Donatio, licèt confecta ipsius Donantis caractere, ante traditionem, atque acceptationem, perfecta dici nequit.*

28 *In donatione duplex à Donante facta subscriptio ejus ratihabitionem ex se non præsefert.*

29 *Nisi posterior subscriptio usurpatur post traditionem apocæ ex intervallo à Donante adjecta*, & num. 33. 55. & 56.

30 *In donatione duplex Donantis subscriptio contem-*

temporaneè facta, ac alium in finem, quàm ratam eam habendi, ipsius ratihabitionem non importat.

31 In donatione duplex à Donante facta eodem tempore subscriptio pro unico, & non geminata actu habenda est.

32 Actuum geminatio non datur in iis, quæ unico contextu fiunt.

34 Casus relatus a Gratian. discept. 531. erat de geminis distinctis epistolis ex intervalla scriptis.

35 Et Donans duplici juramento renunciaverat cuicumque insinuationi.

36 Santelic. in prax. sess. 27. agit de donatione sæpius ratificata, & continente expressam insinuationis renunciationem.

37 Nec absimilis est casus, de quo Urceol., & Marcian.

38 Constantin. ad stat. Urb. annot. 43. num. 110. geminationem actuum sic explicat = ut quia pluribus vicibus, ac sæpe fuerit reiterata =

39 Donatio, quæ pluribus vicibus, ac sæpe fuerit reiterata, facta intelligitur per geminatos actus, atque ex temporis intervallo.

40 Card. de Luc., & R.P.D. Ansald. tractant de liberatione contenta in distinctis scripturis, in apoca nempe, & epistola.

41 Actuum geminatio in quo casu admissa sit per Rot. decis. 640. nu. 8. cor. Buratt., & vid. num. 42.

43 Rot. decis. 80. num. 17. cor. Merlin., & decis. 332. cor. Peuting. agit de donatione ratificata in testamento.

44 Auctoritates omnes firmantes, per actum geminatum sustineri id, quod aliàs non valuisset, procedunt, ubi geminatio temporis intervallo facta est.

46 In donatione ut geminatio actuum supplere valeat solemnitatem insinuationis, requiritur inter eos perfectio, distinctio, ac temporis intervallum, ac si unus actus esset alterius confirmatorius, & num. 54.

47 Secus est de actibus imperfectis unico contextu factis, nec se uti confirmans ad confirmatum habentibus.

48 Menoch. cons. 261. num. 20. loquitur de donatione facta per distinctos actus, atque ex temporis intervallo.

50 Insinuatio non censetur omissa, sed tantum præambulè adhibita ab eo, qui voluntate donandi Magistratui priùs exposita, ejus auctoritate donationem explevit.

51 Bardellon. cons. 82. num. 13., & Bonden. Collect. Legal. 19. num. 85., & seq. expendunt casum, quo subscriptio Apocæ debuit eodem tempore ejus celebrationis concurrere uti requisita ad validitatem actus, & num. 52. & 53.

52 Actuum geminatio rectè elicitur ex actibus contemporaneis, quando eadem, ad validitatem actus unica contextu requiritur.

57 Clausula In fede adjecta in donatione, vim non habet juramenti, qua Donator obstringatur ad observandam donationem insinuatione destitutam.

58 Insinuationis defectus, nisi ei per juramentum fuerit renunciatum, nequit juramento suppleri.

59 Nec sufficit renunciatio generalis, & vaga, atque ad alia referibilis.

60 Clausula In fede adjecta in donatione, si nec ad substantiam contractus, nec ad insinuationem in specie referri valeat, insinuationis suppletionem nequit inducere.

61 Juramentum fide non humanà, sed Divinà obligat.

62 Juramentum est actus, quo Deus invocatur, ut promissi Testis sit, atque, si illud non servetur, commissi perjurii vindex esse velit, & num. 75.

63 Clausula In fede nequit juramento æquipollere.

64 Clausula In fede potest de humana fide intelligi, nec est trahenda ad fidem theologicam contentam in juramento.

65 Clausula In fede, ubi non constat de qua præcisè fide fuerit intellecta, ad humanam potiùs, quàm theologicam fidem referenda est, & num. 66. 91., & 92.

67 Clausula In fede sicut ad Deum, vel Sanctos non dirigitur, nullumque continet Religionis vinculum, nequit de fide theologica intelligi, & num. 78.

68 Aliàs fides theologica confunderetur cum fide humana, possetque censeri interposita cum familiaribus etiam formulis dà uomo d'onore, dà Cavaliere.

69 Fidei humanæ tantum tribuere, quantum theologicæ absurdum est, & num. 88.

70 Fidei humanæ præstatio ab interpretatione fidei Divinæ secernitur, nedum quoad substantiam actus, sed etiam quoad formam, & modū.

71 Fides Divina tunc interposita censetur cum ei aliquod Religionis vinculum adijcitur.

72 Clausula In fede licèt ex se præseferat humanam dumtaxat fidem, attamen, juxta nonnullorum sententiam, potest de consuetudine vim juramenti obtinere.

73 Non verò sententia ejusmodi sequenda est, & num. 74.

76 Juramentum est de jure Divino.

77 Juramentum humanis legibus, & consuetudinibus nequit subijci, nec ab iis normam accipere.

79 Insinuationis defectus in donatione, nonnisi juramento suppleri potest.

80 Clausula sub vinculo sinceræ fidei in donatione adjecta, insinuationis in ea defectum nequit supplere.

81 Juramentum si implicitè contineretur in clausula sub vinculo bonæ fidei, & similibus, nonnisi fictum posset reputari.

82 Juramentum fictum, & improprium arctiùs quidem obstringit Contrahentes ad actus validi observantiam, non verò potis est actum de jure nullum revalidare, & num. 83., & 90.

84 Juramentum verum, & reale requiritur ad actus de jure nulli sanationem.

85 Præsertim cum nullitas oritur ex defectu solem-

lemnitatis requisitæ pro forma substantiali actnt.
86 *Insinuatio in dubio censeri debet requisita pro forma substantiali.*
87 *Certiùs, si eam Statutum requirat, eâque deficiente, Contractum irritet.*
89 *Contractus nullus datur carens vero, vel ficto juramento.*
93 *Clausula* In fede *ad humanam dumtaxat fidem referenda est, si adhibita ad confirmandam tantùm promissorum veritatem.*
94 *Clausula* In fede *adjecta substantiæ ipsi donationis, ejusque dispositivæ, potest quodammodo donationis convalidationem importare.*
95 *Non ita verò, si in parte executiva, imò in calce donationis fuerit adposita.*
96 *Clausula* Actum *in calce Instrumenti illius tantùm perfectionem, ac publicationem denotat.*
98 *Clausulæ in partibus executivis, tametsi amplissimæ, validitatem Contractui non tribuunt.*
97 *Clausulæ in partibus executivis solent ut plurimùm de stylo Notariorum adponi.*
99 *Et validiorem contractum non efficiunt.*
100 *Clausula* In fede, *& similia tum solùm confirmationem actus indicare possunt, cum ad eam præcisè denotandam directa sunt, vel ubi ad sanationem Contractus juramentum non requiritur.*
101 *Idque in puncto juris verius esse fatetur* Spad. cons. 87.

EX particulis contrariæ Decisionis ad me transmissis patet, Rotam Januensem donationem, de qua agitur, licèt destitutam solemnitate insinuationis, nihilominus tamquam validam sustineri, vel ob geminationem plurium actuum à Donante factorum, quibus impleri dicebatur mens, & finis legis non aliam ob rationem requirentis insinuationem, nisi ut certò appareret de perseverantia voluntatis Donantis in proposito donandi, quam ex talium actuum pluralitate resultare ait dicta contraria Decisio, vel quia D. Alexander Donator promiserat perpetuò ratam, & validam habere donationem ab ipso factam, renunciando legibus quibuscumque insinuationis solemnitatem præscribentibus, & quidem cum juramento virtualiter contento in clausula illa *in fede*, quâ absoluta legitur donatio; proindeque Jurisjurandi religione solemnitas ista suppleta dicebatur, hanc enim clausulam ad effectum, de quo agitur, æquipollere formali juramento censet eadem *Decisio.* Verùm neutrum ex his fundamentis subsistere posse crederem.

Et sanè, quod attinet ad primum; geminatio actuum inducentium perseverantiam Donantis in voluntate, & proposito donandi elici dicitur ex asserta promissione, seù animo donandi, schedula ipsa donationis, ex ejusdem reiterata subscriptione coram Testibus cum subsequuta denique consignatione facta D. Veronicæ, hi namque omnes actus simul sumpti,
utpotè ostendentes liberam, ac determinatam 1
voluntatem donandi, insinuationis solemnitatem
supplere censent *Gratian. discept. 531. num. 31. &
num. 34., Sanfelic. in prax. sect. 27. num. 45., Ur-
ceol. de transact. quæst. 67. nu. 8. & 9., Marcian.
disput. forens. 54. num. 18., Constantin. ad statut.
Urb. annot. 43. num. 110., Burat. decis. 640. num.
8., de Luc. de donat. disc. 60. num. 38., Peuting.
decis. 332. num. 18., Merlin. decis. 80. num. 17. in
fin., Ansald. de commerc., & mercat. disc. 34.
num. 29., & seq.*, ut loquitur contraria *Decisio*
subdens ex *Menochio*, aliisque, ad inducendam
geminationem actuum sufficientium prò con-
validanda donatione non requiri, quod singuli 2
actus ex se vim habeant donationis, sed satis
esse actus, qui ad instar insinuationis delibera-
tam donandi voluntatem præseferant, ad id al-
legando *Menoch. cons. 261. num. 20., Bardellon.
cons. 82. num. 13., Bonden. collect. legal. 19. num.
185. & seqq.*

Verùm nullo justo colore, nullâque justâ ra-
tione contraria *Decisio* ex suprà relatis actibus
induci posse contendit geminationem illam, quæ
in subjecta materia requiritur, prò supplenda
omissione insinuationis, nam, cùm hæc solem-
nitas à Jure nostro inducta fuerit ad duplicem
effectum, ut nempè ex ea certa reddatur perse- 3
verantia voluntatis Donantis in proposito do-
nandi, ut, præter mox allegatas auctoritates,
tradunt *Gratian. discept. 531. num. 30., Posth. re-
sol. 75. num. 8., clar. mem., Card. de Luc. disc. 33.
num. 9.*, atque ut occurratur fraudibus, & insi-
diis, quibus non raro à Donantibus etiam invi- 4
tis extorquentur effusæ, atque imprudentes do-
nationes *Bartol. in leg. Modestinus 23. num. 3. ff.
de donation., Boccacc. ad Constit. Marcb. Glost. 5.
num. 2., Gratian. discept. 531. num. 27. & seq.,
Card. de Luc. de donation. disc. 60. num. 7*, qui est
alter effectus ex dicta solemnitate promanans,
si enim vel per imprudentiam, animique levi-
tatem, vel per errorem, & machinationem 5
seductus Donans ad præjudicialem liberalitatem
prosilierit, locus relinquetur pœnitentiæ, il-
lique integrum erit antè insinuationem revoca-
re donationem, *Card. de Luc. de donation. disc.
60. num. 17., Rot. in rec. decis. 456. num. 2. part.
4., & decis. 298. num. 14. part. 13.*, inde sequi-
tur, quod, ut ex geminatione actuum mens,
& finis hujus solemnitatis præsidio à lege
volitus, impletus dici possit ex geminatione 6
actuum, hos tales esse oporteat, ut evincant
deliberatam voluntatem Donantis, ejusque per-
severantiam ab omni suspicione immunem,
quemadmodum id assequimur ex insinuationis
solemnitate, quæ, si nihil aliud est, quàm do-
nationem redigere in scriptis apud Judicem, vel 7
Magistratum *leg. donatio 25. in fin. Cod. de donat.
leg. omnium Cod. de Præd. Curial. Aretin. in §.
Aliæ num. 4. Instit. de donation., Boccacc. ad Con-
stitut. Ægidian. Gloss. 5. num. 1., Mantic. de con-
ject. lib. 1. tit. 13. sub num. 16., Rot. decis. 226. nu.
6., & 7. part. 19. rec.*, eâ interveniente, nec
perseverantia in voluntate donandi, utpotè de-
clarata apud Judicem, vel Magistratum, in-
du-

8 dubium amplius revocari, nec ullus etiam in-
sidiis locus relictus videri poterit, utpotè aucto-
ritate Judicis præclusus. Actus itaque gemi-
natos supplentes hanc solemnitatem, tales es-
se, oportet, ut legalitèr considerati nedum di-
stincti sint, sed reputari queant tamquam actus
9 confirmantes animum, mentemque donandi,
& præseferentes ratihabitionem præcedentis do-
nationis, prout reverâ talem confirmationem,
10 sive ratificationem ex insinuatione induci ait
Post. resolut. 75.num.9.
Hujus autem generis non sunt actus illi, quos
expendit contraria *Decisio*, quippè asserta mens,
& animus donandi tamquàm origo, & princi-
11 pium præcedere semper debens actum ipsum
donationis, & confectio apocæ, illiusque sub-
scriptio necessariò requisitæ, ut perficiatur, at-
12 que constet de donatione, considerari nequeunt
tamquàm actus distiocti, atque geminati per se
13 se ipsos perfecti, sed accipi debent, veluti qui-
dam actus incompleti, & imperfecti, origi-
nem quidem habeotes à voluntate donandi, at,
veluti ad suum finem, ordinati ad complemen-
14 tum alterius actus, donationis nempè solâ tra-
ditione perficiendæ, eàque propter, utpotè ha-
bendi prò unico actu legaliter minimè distincto
15 ab actu ipso donationis, quam perficiunt, *Ro-
man. cons. 305.nu.3. & seqq.*, *Pancirol. cons. 194.
num.24. lib.1.*, *Genua de verb. annuc.lib.1. quæst.
3. nu. 32.*, sufficientes non sunt ad inducendam
16 geminationem supplentem, sivè connotantem
perseverantiam voluntatis Donantis, prout illa
17 habetur ex insinuatione, ut post *Grat. cons. 71.
num.26. lib.1.*, tradit *Gallerat. de renunc. lib. 5.
cap.5. num. 15.*, *& consonat Rota in Romana He-
reditatis de Ruspolis 13. Junii 1704. §. 42. coram
Rmo Molines Magno Hispaniarum Inquisitore*,
quæ in simili casu loquitur his verbis = *Quaprop-
ter, subductis istis molestiis, remanet tantum di-
scutienda unica illata super confectione multiplici
Ruspuli, quæ multiplicatur in plures ratione plu-
rium actuum, & inspectionum subalternarum,
quas ad verificationem hujusmodi Judicii opus fuit
excutere, sed reverà, cum omnes procedant ab una
causa, reducendi sunt ad unicam tantùm mole-
stiam* =
Quonam enim colore dici potest, suprà re-
ceositos actus æquipollere insinuationi, quæ ut-
18 potè importare debens actum perseverantiæ in
voluntate, & proposito donandi, necessariò
connotat extremum, sivè actum subsequentem,
& prorsus distinctum ab ipso actu donationis, in
qua tamquam in actu, & extremo jam præexi-
19 steote requiritur hæc animi perseverantia,
quam assequi non possumus, nisi per actus suc-
cessivos post expletam ipsam donationem sepa-
ratim faciendos, quemadmodum separati sunt
actus donationis, & insinuationis requirentes
20 intervallum temporis, quo Donans deliberare
queat, an sibi expediat per insinuationem con-
firmare donationem, nam, ut benè inquit *Ol-
drad. cons.253. sub num.1.* = *in donatione fit impe-
21 tus, quem lex per insinuationis necessitatem refræ-
nere voluit* = quamobrem *sub nu. 3.* optimè con-
cludit his verbis = *verius tamen videtur, quod,
quantum ad hoc dici possit, quod insinuatio est præ-
existentis donationis in scripturam redactæ apud
competentem Judicium facta publicatio, & ejus* 22
*auctoritate in publica monumenta, seu acta, vel
gesta facta redactio, ut perpetua, & facilior sit
probatio veritatis &c. nec est novum, quod actus
etiam apud unum celebratus, prò sua ultima per-* 23
*fectione apud alium publicetur &c. fuit enim talis
insinuatio inventa, ut in tempore intermedio, quod* 24
*est inter donationem, & insinuationem possit Do-
nans deliberare, an sibi donationem per insinuatio-
nem confirmare expediat, & quia iterans tales
actus, scilicet donationis, & insinuationis osten-* 25
*dit mentis perseverantiam, & tollit suspicionem
deceptionis* =. Enim verò, si actus in contrarium
adducti secum ferre possent geminationem suf-
ficientem ad supplendam insinuationem à Jure
inventam, frustrà leges tum civiles, tum mu-
nicipales tàm in donatione, quàm in pluribus
aliis contractibus prò habenda certitudine per-
severantiæ Donantis in voluntate donandi so- 26
lemnitatem istam requisivissent, omnem nam-
que donationis actum præcedere solet præmedi-
tatio, atque declaratio animi donandi, eam-
que subsequuntur tractatus, ac denique, do-
natio redacta in scripturam nedum subscrip-
tam, sed sæpè sæpius ipsius Donantis charactere
confectam, ità completur traditione Donan-
tis, & acceptatione Donatarii mutui consensus
conjunctione actum perficientium, ut antè ta-
lem traditionem, & acceptationem nullo ex 27
præambulis actibus donatio perfecta dici queat
ad *Text. in leg. absenti 10. ff. de donation. Gloss.
in §. Aliæ Instit. eodem tit.*, *Rota coram bon. me.
Emerix Jun. decis.250. nu.10.*, *& ad ornat. clar.
mem.Card. de Luc. super mater. de Dot. decis.14.
num.32. lib. 6.*, *in rec.decis. 289. nu.5. part.14.*
Quapropter, nullo numero habitâ multiplici-
tate dictorum actuum importare non valentium
eam geminationem, quæ necessariò exposcit di-
stinctionem cum prioritate, & posterioritate
temporis efflagitata inter actus illos, quorum
alter alterum approbare, seù confirmare debet,
inquirendum solùm erit, an colore ullo, ullà-
que justâ ratione geminatio isthæc induci possit
ex duplici subscriptione, quæ ab eodem D. Ale-
xandro Donatore donationi, de qua agitur,
adjecta reperitur. Verùm enim verò neque
etiam duplicis hujus subscriptionis præsidio præ- 28
sens donatio confirmari posse videtur, licèt enim
id plurimùm fortè urgere posset, si secunda sub-
scriptio post traditionem Apocæ ex intervallo à 29
Donante adposita reperiretur, aliter tamen res
se habet in nostro casu, quippè ex ipsa oculari
inspectione Apocæ perspicuum fit, illam con-
temporaneè traditioni adpositam fuisse, & qui-
dem non animo hac iteratâ subscriptione decla-
randi enixam, atque deliberatam Dooantis vo-
luntatem confirmandi, atque perseverandi in
donatione, sed ut Gaspar tertius Testis tutò af- 30
firmare posset se habere notam Donantis ma-
num, quia illum scribentem vidisset, ideoque
D. Alexander post secundum Testem adjecit al-
te-

teram subscriptionem, quam subsequitur testi-
monium, & subscriptio præfati tertii Testis;
hæc igitur secunda subscriptio, utpotè contem-
31 poraneè, eodemque contextu, quo per traditio-
nem Apocæ perficiebatur donatio, habenda est
prò unico, eodemque actu cum illa, & cum al-
tera subscriptione, ideoque ex ea induci nequit
geminatio ulla actuum, quæ si non datur in iis,
32 quæ unico contextu fiunt, *Gloss. in leg. si conve-
nerit* 18. *ff. de pignorat. action. Gloss. in cap. ab
eo 6. in verb. instanti de appellat. in 6.*, *Roman.
cons.*427. *nu.*3., *Paris. cons.*71. *num.*20. *vers. nec
obstabit. lib.*3., *Cephal. cons.* 94. *in fin.*, *Anton.
de Canar. de insinuation. inter tract. magn. num.*5.
*part.*2. *tom.*6. *gloss.* 274., *Genua de enunciativ.
verb. lib* 1. *quæst.* 3. *num.* 32., proculdubio nec
etiam connotare poterit perseverantiam in vo-
33 luntate donandi, quâ tollatur pœnitendi facul-
tas, quam Donans habet in eo temporis interval-
lo, quod, ut alibi dictum est, inter donatio-
nem, & iosinuationem intercedit.

Nilque turbant auctoritates in contraria *Deci-
sione* allegatæ, oam in casu, de quo agit *Gra-
tianus discept.* 531., aderant geminæ distinctæ
34 Epistolæ ex intervallo scriptæ eamdem donatio-
nem continentes, ut perspici potest ex *num.*30.,
& præterea *num.*36. *in fin.* Donans duplici jura-
35 mento renunciaverat cuicumque insinuationi,
aliisque solemnitatibus *Sanfelic. in prax. citat.
sess.* 27. loquitur de donatiooe semel, atque ite-
36 rum ratificata, & cum expressa renunciatione
insinuationis jure jurando firmata; Et de non
37 absimili casu agunt *Urceoll.*, *& Marcian.*; *Con-
stantin. verò ad statut. Urb. annot.* 43. *num.* 110.
minimè loquens de illis actibus, qui vel ob sub-
ordinationem, quem unus habet alteri, vel ob
38 contemporaneitatem, quâ gesti sunt, prò unico
haberi debent, geminationem sic explicat = *Ut
quia pluribus vicibus, ac sæpè fuerit reiterata* =
39 quæ sanè verba proculdubio important distin-
ctionem actuum, & intervallum temporis in-
ter eos intercedens. Ità etiam intelligendi sunt
Card. de Luc., *& Ansald.*, qui speciatim tra-
40 ctat de liberatione contenta io distinctis scriptu-
ris, in Apoca nempè, & Epistola. Apertiùs
41 geminationem hanc explicat *Rota coram Burat-
to decis.*640. *nu.*8. ibi = *geminatio autem, & mul-
42 tiplicatio, etiam ex intervallo resultat ex dicto
ordine de solvendo Rodiano primam pagam, & alias
maturandas, & ex quietantiis, Epistola, & aliis,
de quibus infrà* = *decis.*8u. *num.*17., *coram Merli-
43 no* loquitur de donatione ratificata in testamen-
to, demum his dissimilis non est casus *dec.*332.
coram Penting. in fin., & consonant quot quot
virtutem actus geminati expendentes, firmant,
per illum sustineri id, quod aliàs non valuisset,
44 semper enim loquuntur ubicumque geminatio
temporis intervallu facta fuit, ut apud *Gozza-
din. cons.*1. *num.*37., *& cons.*70. *num.* 7., *Cephal.
cons.*192. *num.*18., *& seqq. lib.*2., *Beroum quæst.*
21. *num.*6., *Genu. de verb. ennnc. lib.* 1. *quæst.* 3.
num. 32.

Quæ cùm ità sint, frustrà auctoritate non-
nullorum Doctorum, qui in contraria *Decisione*

allegantur, probari contenditur, quod, ut ex
geminatione actuum firmitatis robur obtinuisse 45
dici queat donatiu, necesse non sit, quod sin-
guli per se spectati vim habeant donationis;
nam, hoc etiam admisso, attamen, ut ex eis-
dem elici possit geminatio necessària ad sup-
plendam solemnitatem insinuationis, requiri- 46
tur, quod inter eus intercedat talis perfectio, &
distinctio cum prioritate, & posterioritate tem-
poris, qualem intercedere oportet inter duos
actus, quorum unus se habeat tamquam con-
firmatorius alterius, quæ sanè ratio considera-
ri nequit respectu illorum actuum, qui, vel ob 47
contemporaneitatem, & contextualitatem, quâ
gesti sunt, vel quia omnes simul sumpti, tam-
quàm prorsus imperfecti, ac incompleti ordi-
oantur ad perficiendum unicum tantùm actum
completum alio posteriori actu deindè confir-
mandum, accipi nequeunt tamquam confirma-
tum, & confirmans. Nec contrarium firmant
auctoritates *in Decisione* àllegatæ, nam *Menoch.
cons.* 261. *num.*20. tantum abest, quod ullo pa-
cto probet illius assumptum, ut apertè illud de-
struat, quippè in suo casu, ut actuum gemina-
tionem inducat, prò primo actu ponderat pre- 48
ces senatui Mediolanensi porrectas prò obtinen-
da permissione donandi, prò secundo verò actu
considerat ipsam donationem, protectò inter
hos actus non solùm datur distinctio, & inter-
vallum temporis, in quo Donans pœnitere pos-
set, quippè post obtentam à Senatu facultatem
donandi, liberè poterat illâ non uti; verùm
preterea supereminenter impleta reperitur mens
legis, quæ si, ut alibi diximus, solemnitatem
insinuationis præscripsit, ut certò constare pos- 49
set de libera voluntate Donantis dolo nullo,
nullàque machinatione extorta; quonam pacto
de his dubitari poterat in eo casu, in quo Do-
nans, declaratà, atque expositâ supremo Magi-
stratui Principem ipsum representanti volunta-
te donandi, illius auctoritate ad donationem
celebrandam se parabat, hoc namque casu cer- 50
tè non omissa, sed præpostero quodam ordine
insinuatio, quæ subsequi debebat, præambulè
ad ipsum contractum adhibita videri potest. Ut
etiam non urgent *Bardellon. cons.*82. *num.*13., *&
Bonden. collect. legal.*19. *num.*85., *& seqq.*; nam
in illorum casu agebatur de probanda causa re-
quisita ad validitatem actus, quæ cùm requira- 51
tur in eodem actu, & concurrere debeat tempo-
re, quo ille celebratur, rectè proindè gemina-
tio eam probans elici potuit ex actibus contem- 52
poraneis, eodemque contextu celebratis, qua-
lis in casu dictorum Doctorum reputabatur sub-
scriptio, in qua subscribens Apòcam verum es-
se affirmabat, & promittebat quantum superiùs, 53
in Apoca nempè continebatur, at non ità res se
habet, quando agitur de supplenda insinuatio-
ne per actuum geminationem, quia cum illa 54
adhibeoda sit post expletam donationem, &
quidem cum intervallo temporis, quo Donanti 55
datur facultas pœnitendi *Boccacc. ad constit. Æ-
gidian. Gloss.*5. *num.*10., *& seq.*, hinc fit, quod 56
suppleri nequeat ex actibus ipsam donationem

concomitantibus, & contemporaneè cum illa gestis, ex alibi deductis.

Prima pars confecta est, plenè enim demonstratum fuisse arbitror, malè in contraria Decisione contendi, omissionem insinuationis suppleri posse ex geminatione actuum; quæ in nostra hypothesi nullo pacto concurrit, reliquum modo est, ut demonstremus, eamdem suppletam dici non posse clausulâ illâ *In fede*, cui tribuitur juramenti vis virtualiter in eadem contenti; Profectò id adeò validis argumentis ab aliis DD. Defensoribus D. Caroli demonstratum fuisse censueram in prima mea allegatione, ut nè jam actum agere velle viderer, libenter abstinuerim ab ulteriori rei jam plenè discussæ examine. At quoniam spem fefellit eventus, non pigebit pauca quædam afferre, quibus demonstretur, sub præfata clausula *In fe-*
57 *de* contineri non posse juramentum illud, quod Donantem obstringere queat ad observantiam donationis, tametsi præsidio solemnitatum destitutæ; Enim verò, si juxta opinionem frequenti Doctorum calculo approbatam, ut juramentum supplere queat defectum insinuationis, necessè est illi jurisjurandi religione expressè fuis-
58 se renunciatum, ex originali doctrina Jo: *Andreæ ad Speculat. tit. de Instrum. edit. §. Porrò in ultim. addit.*, quem sequuntur *Imol. cons 36. num. 54.*, ità veteres censuisse dicens, *Aldobrandin. cons. 99. nu. 18. lib. 2.*, *Malvasia cons. 3. per tot.*, *Bardellon. cons. 15. num. 29.* ibi = *respondetur quartò, tunc juramentum sanare defectum talis solemnitatis, quando expressè, distinctè, ac specificè fuit adpositum renunciationi insinuationis, aliàs secus* = *Beccet. cons. 11. num. 15.*, *Beroii cons 56. num. 9. lib. 1.*, *Cephal. cons. 208. num. 15. & seq.*, *Menoch. cons. 165. num. 5.*, *Tiraquel. in leg. si unquam Cod. de revocand. donation. num. 143.*, *Clar. in §. donatio quæst. 18. num. 2.*, *Merend. contr. Jur. lib. 1. cap. 3. nu. 4.*, *Phanuc. de Invent. inter tract. magn. tom. 8. part. 2. fol. 357. num. 184.*, *Urceol. consult. forens. 4^b. num. 14. & seq.*, *Cavalcan. decis. 65. num 4.*, *Magon. decis. Florent. 64. num. 25.*, *Rovit. decis. 48. num. 2.*, *Rot. in rec. decis. 293. num. 10. part. 4. tom. 2.* ibi = *Ulteriùs deficit etiam ipsius donationis insinuatio, quem defectum nec juramentum supplet, tum quia tunc illud suppleret, quando fuisset in specie renunciatum insinuationi cum juramento, quod non fuit factum in casu no-*
59 *stro* =, adeo quidem, ut non sufficiat renunciatio generalis, & vaga, quæ ad alia referri possit, ut docent *Phanucc. loc. mox citat.*, & *Magon. decis. Florent. 64. num. 25. §. Verùm*, ubi testatur, ità etiam aliàs decisum fuisse in *Rota Senensi*, & *Florentina*.

Inde sequitur, quod suppletionem hanc nullo pacto secum ferre poterit dicta clausula, quæ
60 nec æquipollet verò, ac formali juramento, nec expressè adjecta legitur substantiæ contractus, & insinuationi ipsi in specie. Prima nostri
61 assumpti pars probatur ex notione ipsa juramenti, quo fide non humanâ, sed theologica ad promissa servanda quis se obligat, illud enim
62 propriè est actus, quo Deus invocatur, ut promissi testis sit, utque, si illud non servetur, commissi perjurii vindex esse velit ad *Text. in Canon. Debitores 6.* ibi = *si verò de ipsarum solutione juraverint, cogendi sunt Domino reddere juramentum* = *de jur. jurand. Canon. quantumlibet 47. distint.*, plenè *Covaruv. in cap. quamvis pactum in princip. de pact.*, *Torr. de pact. futur. success. lib. 2. cap. 8. nu. 14.*, talem autem actum præseferre
nequit clausula illa *In fede*, quæ, licèt impor- 63
tet fidei præstationem, sive interpositionem, at- 64
tamen, utpotè intelligi valens, de fide humana, traheoda non est ad fidem theologicam contentam in juramento, quippè, quoties nullo fidei præstationi adjecto religionis vinculo, non constat, de qua præcisè fide Contrahens
senserit, humana potiùs, quàm theologica fides 65
interposita censenda est *Pinell. de rescind. vendit. lib. 2. part. 3. num. 13.* ibi = *sed meliùs in dubio præsumendum, quod quis promisit per fidem humanam, quâ nobiles, vel, qui se tales jactant, suam fidem adstringere solent, quæ præsumptio juvatur a consuetudine juxtà legem semper in contractibus* = *Guttierez. in Authent. Sacramenta Puberum nu. 145. Cod. si adversus vendit.* ibi = *In dubio autem quando non constat, de qua fide senserit Contrahens, tunc de humana est intelligendum* = *Bursat. cons. 78. per tot.*, *Silvester in summa verb. juramentum in princip. num. 7.*, *Cancer. variar. resol. part. 2. cap. 8. num. 91.* ibi = *Et ubi sumus in dubio, itaut non appareat, quæ fides sit interposita, est sciendum, censeri interpositam fidem humanam* = *Altograd. contr. 96. art. 2. num. 38. §. Et quamvis* ibi = *Et quamvis in clausula de fide sit mentio, nequaquam intelligenda est de fide theologica, sed de fide humana, quâ jure naturali obstringuntur etiam Gentiles, Turcæ &c. sicuti in dubio præsumitur* =

At verò, si, ut censent Doctores simplex
fidei præstatio ad humanam potiùs, quàm theo- 66
logicam in dubio referenda est, quonam pacto vigore illius genericæ clausulæ *In fede*, in qua verba non diriguntur neque ad Deum, neque
ad Sanctos, nullumque continet vinculum Reli- 67
gionis, interposita dici poterit fides theologica? nisi eam confundendo, sivè veriùs demittendo ad fidem humanam, dicere velimus, virtualiter saltem idem esse fidem ioterponere illis nimirum familiaribus formulis *da uomo d'*
onore, da Cavaliere, hisque similibus, ac expres- 68
sè Divino numine invocato, se jurisjurandi religione illigare, quod, cum absurdissimum
sit, quippè tantum humanæ, quantum theo- 69
logicæ fidei tribui videretur, ut observant *Kellembech de renunc. quæst. 3. in fin.*, *Torr. de pact. futur. success. lib. 2. cap. 8. num. 29. & seq.*, Jure proindè, meritòque Doctores præstationem fi-
dei humanæ non solùm quoad essentiam, ac 70
substantiam actus, sed etiam quoad formam, & modum secernentes ab interpositione fidei
Divinæ, tunc demùm hanc interpositam dicen- 71
dam esse docuerunt, quum aliquod religionis vinculum fidei præstationi adijcitur *Covaruv. de pact. §. 2. num. 2. contrarios reijciens*, *Suarez de relig. tom. 2. lib. 1. cap. 13. de jurament. num. 9. cum seqq.*,

seqq., Sanchez in præcept. Decalog. lib. 3. cap. 2.
num. 32., & de matrimon. lib. 7. disput. 79. nu. 28.,
Filiuc. oper. moral. tract. 25. cap. 3. num. 88.,
Leander. de Jurament. tract. 1. disput. 3. quæst.
18. per tot., Fernand. Mendez. de pact. lib. 1. cap.
6. quæst. 3. per tot., Petra de potest. Princ. cap. 20.
num. 20. cum seqq., Torr. de pact. futur. success.
cap. 8. num. 12. & seqq., Themud. decis. 342. num.
24., & seqq. §. 3., qui omnes apertè testantur,
hanc esse communionem, magisque receptam
opinionem.

Gravem igitur censuram effugere nequit opi-
nio nonnullorum sentientium, ex consuetudine
72 saltem talem claosulam in fede (licèt alioquin
in suo obvio sensu humanam dumtaxat fidem
præseferentem) vim juramenti obtinere, nam
istiusmodi consuetudinem ex notis regulis pro-
bandum esset vigere Januæ, & præterea ii, qui
73 tantam vim illi tribuunt, loquuntur conteà sa-
niorem, verioremque Doctorum sententiam,
fidemque Divinam cum humana confundere
attentant, parem quodammodo vim utrique
tribuendo, licèt invicem distent quantum id,
quod æternum, quod immutabile est, quod nec
fallere, nec falli potest, distat ab eo, quod flu-
xum, quod mutabile, & quod decipere, ac de-
cipi potest, ut auctoritate Divi Thomæ probat
Suarez. de Religion. tom. 2. lib. 1. cap. 5. num. 10.
in fin., Fernand. Mendez. de pact. lib. 1. cap. 6.
quæst. 3. num. 6., Greven. ad Gaill. lib. 2. conclus.
59. num. 26., & seq. Doctores contrarium sen-
tientes perstringens gravibus illis verbis = quis
enim homo quotus quisque ille sit, tandem sit lu-
teus, & umbra conferri cum Creatore posset?
quid humana, quantacumque illa esset fides, simi-
litudinis cum fide æternæ veritatis participat?
quid dicam servus cum Domino, Administrator,
& Dispensator cum ipso Rege? = Torr. de pact. fu-
tur. success. d. cap. 8. num. 19. in fin. inquiens, il-
los, qui hanc doctrinam ad fidem politicam, vel
fidem Principum accommodarunt, eâ abusi sunt,
nihil enim hæc commune habet cum fide christiana.
74 Jure igitur, meritòque consuetudo isthæc tam-
quam aberrans ab omnibus tum Cæsarei, tum
Pontificii Juris regulis improbatur ab Hartman.
Pistor. lib. 4. quæst. 6. num. 3., quem refert, & se-
75 quitur Torr. d. cap. 8. num. 26., quippe juramen-
76 tum, utpotè ad Deum, aut ad res sacras rela-
tum, cùm sit de jure divino, legibus, & huma-
77 nis consuetudinibus subjici, aut ab iis normam
recipere nequit Vesembecch. in paratitl. ad tit. de
Jurejur., Hellembech. de renunc. quæst. 3. in fin.
ibi = Non enim consuetudine introduci potuit, ut
tantum humanæ fidei, quantum Religioni ergà
Deum tribuatur. = Tor. d. cap. 8. num. 29., &
seqq.

Juxtà igitur veriorem sententiam, dicta
78 clausula in fede, tanquam suàpte naturâ, non-
nisi fidei humanæ præstationem importare va-
lens, cùm jurisjurandi religionem continere,
auctoritatemque habere nequeat, consequens
est, quòd insinuatio à jure requisita pro firmita-
79 te donationis, & nonnisi juramenti sanctitate,
ac vinculo suppleri valens, censeri nequeat suf-

ficiens pro sustinenda donatione non insinuata,
Ultejus cons. 34. num. 187. lib. 3., Riminald. cons.
521. num. 75., & seqq., Græven. ad Gaill. lib. 2.
conclus. 39. num. 7., & conclus 59. num. 7. ibi =
Sic in terminis insinuandæ donationis remittendæ
corporali juramento non adæquatur præstatio per
fidem = optimè Altograd. contr. 96. art. 2. nu. 50.
& plurib. seqq., qui loquens de contractu vali-
diori illâ clausulâ sub vinculo sinceræ fidei, pro- 80
bat, eamdem sufficientem non esse ad validita-
tis robur tribuendum contractui, ob insinuatio-
nis defectum alioquin invalido, & affert ratio-
nem gravium Doctorum suffragio, & Tribuna-
lium auctoritate firmatam, videlicet illud qua-
lecumque juramentum, quod sub similibus 81
clausulis virtualiter, & implicitè contineri ex-
adversò asseritur, nonnisi juramentum fictum
reputari posse, idemque majorem quidèm fir-
mitatem tribuere posse actui alioquin valido, 82
efficaciùs ad illius observantiam Contrahentes
adstringendo, at non etiam tanti valere, ut 83
confirmare queat contractum de jure invali-
dum, pro hujus namque nullitate sananda ve-
rum, & reale juramentum requirirur, ut benè 84
distinguendo, docuerunt Bardellon. cons. 15. nu.
30., Cyriac. contr. 215. num. 16., & seq., contr.
317. num. 17., & num. 32., contr. 631. num. 10,
Merend. contr. jur. lib. 1. cap. 1. in fin., Andreol.
contr. 239. num. 74., & contr. 240. num. 15.,
Torr. d. cap. 8. num. 30., Surd. decis. 159. nu. 14.,
præsertim verò, quando ex legis sive commu-
nis, sive municipalis dispositione talis solemni-
tas respicit formam substantialem actus Alto- 85
grad. d. contr. 96. num. 145., Torr. de pact. futur.
success. d. cap. 8. num. 30., prout pro forma sub-
stantiali talem solemnitatem in dubio requisi- 86
tam censendam esse docuerunt Angel. cons. 179.
num. 7., Becc. cons. 66. num. 10., & seqq.. Cer-
tius, si statutum solemnitatem hanc requirens, 87
eâ deficiente, contractum irritum declaret Boc-
cacc. ad constit. Ægidian. gloss. 5. num. 6. Et sanè,
si istiusmodi ficto juramento contento in supe-
riùs relatis clausulis tribuenda esset eadem vis,
ac auctoritas, quâ pollet juramentum corpora- 88
le, irritæ prorsùs redderentur tot sanctissimæ
leges pro recto, ac felici Civium regimine à
Majoribus nostris promulgatæ, omnesque sem-
per eluderentur, quippè hodie nullus est con-
tractus, cui verum, aut fictum juramentum ad- 89
positum non reperiatur, vel in quo fides pro il-
lius observantia præstita non censeatur; nè igi-
tur frustrà leges conditæ dicendæ sint, earum-
que dispositio locum aliquando habere queat,
dicendum est, fictum, & improprium jura- 90
mentum sufficere nequaquam posse pro sananda
nullitate contractus ab ipsa lege inducta, juxtà
auctoritates hactenùs allegatas.

Quamquam verò hæ omnes rationes desumptæ
ex intrinseca natura, & essentia juramenti, cla-
rè evincere videantur, illud contineri non posse
sub præfata clausula; nihilominùs in concreto
casus nostri exuberaret, quod dubium videri
posset, an eadem clausula referenda esset po-
tiùs ad fidem humanam, quàm theologicam, 91
nam,

nam, si, ut dictum est in §. *At verò*, si, ut cen-
sent Doctores, in dubio fidei præstatio, atque
92 interpositio de humana, non de theologica in-
telligenda est, ad humanam certè dumtaxat fi-
dem referenda erit, quando, juxtà alteram no-
stri assumpti partem propositam in §. *Inde se-*
quitur, eadem lex toto dispositionis contextu
adhibita reperitur ad asserendam solummodò,
93 confirmandamque naturalem veritatem pro-
missorum, ut benè notarunt *Cajetan. 2. 2. quæst.*
89. art. 6. Sot. de justit., & jur. lib. 8. part. 1. art. 1.,
Less. eod. tract. lib. 2. cap. 42. dubitat. 1. num. 4.,
Azor. instit. moral. tom. 1. lib. 11. cap. 3. quæst. 1.,
Torr. d. cap. 8. per tot.

Dicta namque clausula adjecta legitur in cal-
ce apocæ, ideòque, licèt illi tribuenda esset ea
vis, quam asserit contraria *Decisio*, id colore
aliquo affirmari posset, si eadem adjecta repe-
94 riretur parti dispositivæ, & substantiæ ipsi do-
nationis, tunc enim dici posset, Donantem tali
clausulâ usum fuisse ad magis, magisque con-
firmandam, convalidandamque donationem, at
cum in nostro casu eadem legatur in parte exe-
95 cutiva: imò in calce donationis, quæ dictâ clau-
sulâ absolvitur; adhibita ad summum videri po-
terit ad adstruendam materialem veritatem do-
nationis, illamque absolutam jam esse, eo fermè
96 modo, quo clausula *Actum* in calce instrumenti
adposita, illius taotummodò perfectionem, ac
publicationem denotat *Mart. de clauf. clauf. 4.*
part. 1. num. 1., & 3., Barbos. eodem tract. clauf.
2. num. 2., Gratian. discept. forens. 796. num. 24.,
& seq., Rot. coram Cavaler. decis. 640. num. 7.,
coram Burat. decis. 456. num. 4., & in annot. num.
21., absque eo quod conferre possit ad confir-
maudum contractum, supplendasque solemnita-
tes necessariò ad illius validitatem requisitas;
97 Idque confirmatur exemplo clausularum adpo-
sitarum partibus executivis, quæ, tametsi am-
plissimæ sint, validitatis robur tribuere non pos-
sunt contractui *clar. mem. Card. de Luc. de renunt.*
disc. 3. num. 14., Rot. in rec. dec. 217. num. 34.
part. 11., & passim alibi, ob prævalidam illam
98 rationem, quod eædem, tamquam vel ex stylo
Notariorum, vel de consilio Sapientum adjici
solitæ, *Card. de Luc. de judic. disc. 26. num. 4.,*
99 *& num. 22.*, & accessoriè, imò casualiter adje-
ctæ famulantur quidem, sed nullam ampliorem
vim tribuunt contractui, cui adjiciuntur *Hon-*
ded. cons. 36. num. 32. lib. 1., Marta de clauf.
clauf. 34. part. 4. num. 1., Boscal. apud clar. mem.
Card. de Luc. de feud. art. 5. num. 28., Rot. coram
Merlin. decis. 92. num. 24., coram Dunoz. Jun.
dec. 517. num. 6., in rec. dec. 144. num. 13. part.
17., & coram Rmo Ansaldo decis. 80. num. 33.,
& in nostris terminis *Altograd. d. contr. 96.*
num. 75.

Superesset, ut verba faceremus de auctorita-
tibus in contrarium allegatis, at superfluum est
singillatim illas refellere; nam, si quæ adsunt,
loquuntur contra veriores juris nostri regulas
communiori Doctorum consensu receptas, &
pleræque earum extraneæ sunt à casu nostro;
procedunt enim vel in terminis, in quibus fidei
præstatio præcisè referebatur ad observantiam 100
necessariam stipulationis, vel in casu, in quo ad
firmandum contractum, aut aliquem illius de-
fectum sanandum, non requirebatur juramen-
tum, prout ex suprà firmatis requiritur prò sup-
plendo defectu insinuationis, & quamvis *Spad.*
cons. 167. id præcipuè firmet ad effectum sup- 101
plendæ insinuationis, fatetur tamen, contra-
riam opinionem esse in puncto Juris veriorem,
& sentit pondus auctoritatis *Riminaldi* à nobis
suprà allegati, qui, ut ipse inquit, consuluit in
propriis terminis innixus gravissimis auctorita-
tibus, quapropter rogamus sapientes Judices,
ut auctoritates illas, eamque sequi velint senten-
tiam, quæ, ut fatentur etiam contrarii Aucto-
res, ex juris nostri censura verior est, & gravis-
simis commeudatur auctoritatibus.

Romana Jocalium.

Jocalia Sponsæ tradita à Marito, ipsiusque Consanguineis, donata non censentur, sed gratiâ ipsius Mariti, & ad usum dumtaxat commodata, si res sit inter Magnates. Idem de traditione Jocalium à Sponsæ Consanguineis provenientium. Ioventarii error ex quibus valeat evinci? Donatio Infanti à Compatre facta, nec ipsi, nec ejus Matri adquiritur, sed Patri, stante Compatris erga illum benevoleutiâ.

VOTUM XXI.

1 *Donatio jocalium* inter vivos *facta*, *irrevocabilis est.*

2 *Donatio* inter vivos *etiam in jocalibus, ac gemmis pretiosis locum habet.*

3 *Donationis titulo deficiente, potest adhuc donatio ex conjecturis argui.*

4 *Donatio est, si quid à Magnatibus tradatur.*

5 *Donatio est, non ad usum commodatio, jocalium traditio inter Magnates facta.*

6 *Donatio est, si jocalium traditio fiat Personæ ditissimæ.*

7 *Descriptio jocalium in Inventario facta, probat eorum pertinentiam ad hereditatem Defuncti.*

8 *Inventorium confectum a Procuratore habetur, ac si a Principali factum.*

9 *Procedit etiam in Inventario Personæ Magnatitiæ.*

10 *Donatio Monilis Puero a Compatre facta, ad ipsius Matrem pertinet.*

Et censetur facta miseratione Matris summum dolorem perpessæ, num. 12.

11 *In donationibus mens unicè, & affectio Donantis spectanda est.*

13 *Jocalia Sponsæ a Marito, ejusque Consanguineis tradita, censentur ad usum dumtaxat commodata.*

14 *Idque ipsius Mariti, ac ejus honoris gratiâ.*

15 *Ut scilicet ornatior Sponsa incederet*, & num. 17.

16 *Jo-*

16 Jocalia Sponsæ à Marito, ejusque Consanguineis tradita, soluto Matrimonio, debent Marito restitui.

18 Donatio numquam præsumitur.

19 Jocalia Sponsæ a Marito, vel ejus Consanguineis tradita, si sint pretiosa, & maximè si rarissima sint, non præsumuntur donata.

20 Voluntas qualis fuisset, arguitur ex possibili casu, licèt iste non evenerit.

21 Donationis titulus expressus in traditione jocalium facta Sponsæ ab ejus Viro, istiusque Consanguineis, vera donatio non est, sed blanda verba, & captatoria.

22 Nec proprietatis inde translatio, sed mera usus concessio significatur.

23 Jocalia à Consanguineis Mariti, vel Sponsæ provenientia, eique tradita non adhibito donationis nomine, censentur ad usum tantùm commodata.

24 Et, soluto Matrimonio, debent heredibus restitui.

25 Jocalia pretiosa Sponsæ tradita, inter Magnates, donata non censentur.

26 Secus esse potest, si agatur inter disparis conditionis personas.

27 Donatio ut valeat præsumi, non solùm qualitas, sed facultates etiam Personarum sunt spectandæ.

28 Donatio non præsumitur, ubi, licèt eam suadeat Personarum qualitas, effusa nimis, & munifica posset videri, habitâ facultatum ratione.

29 Immò, ut valeat præsumi, non sufficiunt nobilitas, divitiæque conspicuæ, nisi actus gestus sit donationi conveniens.

30 Ditissima Persona ex quibus non dicatur?

31 Legitima respectu fil i dicitur incerta.

32 Pater substantiam suam potest prodigere, absque eo quod filius queat pro Legitima reclamare.

33 Descriptio rei per errorem facta in Inventario, corrigi potest, atque emendari, & num. 36.

34 Præsertim, si fuerit a Procuratore confectum, & num. 36.

35 In inventario facto a Procuratore absque scientia, & consensu Principalis, error facilè præsumitur.

37 Procuratoris oscitentia nequit Principali nocere.

38 Inventarii error ex conjecturis excluditur, & ex quibus? à num. 39. ad 43.

Ex quibus pariter evincatur, à num. 44. ad 46.

39 Inventarii error excluditur ex facta in eo controversorum Bonorum descriptione, atque ex ea omissa in inventario illius, cujus dicantur esse.

40 Inventarii error excluditur ex qualitate illud conficientis, qui diligens fuerit, accucuratus, rerumque etiam gestarum instructus.

41 Inventarii error excluditur ex habitu rerum omnium circumspectione, ac maturo examine tàm ante, quàm illius confectionis tempore.

42 Inventarii error excluditur, si toto vitæ tempore filuis, qui, stante errore, potuisset reclamare, & num. 43.

47 Inventarii correctio nequis fieri propriâ auctoritate, sed auditis interesse habentibus.

48 Donatio Infanti a Compatre facta, matri non adquiritur, sed Patri, si is meritis ergà Donantem, hic benevolentià ergà illum singulari sit obstrictus.

49 Immò, his etiam circumstantiis non concurrentibus, sententiam Patri favorabilem Doctores, ac Tribunalia fuerunt amplexa.

50 Donatio a Principe facta filio familias, ipsi tàm quoad proprietatem, quàm etiam quoad usumfructum adquiritur.

51 Secus, ubi conjici queat, Principem Patris dumtaxat contemplatione donasse.

52 Donatio a Principe facta filio familias unicè ob contemplationem Patris, tantùm Patri quæri debet.

53 Idque ex ipsius Patris, & Principis voluntate.

54 Donantis voluntas Doctorum Sententias, ac Juris dispositionem cessare facit.

CLAR. mem. Cardinalis Jacobus Rospiliosus occasione Matrimonii initi inter Excellentissimum D. Ducem Jo: Baptistam Fratrem suum, & clar. mem. Ducissam Mariam Pallavicinam, huic donavit plura Jocalia, pluresque gemmas eximii valoris.

Postmodum verò eidem D. Ducissæ traditæ fuerunt quamplures aliæ gemmæ partim hereditariæ clar. mem. Card. Lazzari Pallavicini, partim hereditariæ Fratrum dicti Excellentissimi D. Ducis, & san. mem. Clementis IX. Summi Pontificis, prout ex stemmate ipsarum unicuique apposito dignoscitur.

Denique ad manus ejusdem D. Ducissæ pervenit quoddam monile adamantibus ornatum unà cum parvula Cruce ab ipso pendente, quæ pariter adamantibus distincta est; quod quidem monile donatum fuit Excellentissimo D. Dominico filio Primogenito dictæ D. Ducissæ à san. mem. Clemente X. dum illum è sacro Baptismi fonte levavit.

Paucis ab hinc annis fato cessit dicta D. Ducissa, statimque in ipsius inventario hereditario descriptæ fuerunt nonnullæ ex prædictis gemmis, & jocalibus; Verùm, postquam temporis medicinâ leniri aliquantulum cæpit charissimæ Conjugis desiderium, voluit Excellentissimus D. Dux omnia maturiùs, ac diligentiùs inspicere, & cùm gemmas istas, & Jocalia adnotata repererit in prædicto Inventario, meam prò veritate sententiam requisivit, utrum illa censeantur liberè, & irrevocabiliter donata, itaut, soluto ob mortem Uxoris matrimonio, non redeant ad Virum, sed remaneant in hereditate Donatariæ, an potiùs commodata dicenda sint ad usum dumtaxat, quo per mortem,

tem, finito, restitui illa debeant Excellentissimo D.Duci superstiti.

Injuncto itaque muneri manum admovens
video, plura prò irrevocabili donatione offerri
posse argumenta. Et sanè, quod attinet ad pri-
mam gemmarum speciem, satis est animadver-
re, quod ex libris domesticis clar. mem. Card.
Jacobi Rospiliosi apparet, jocalia ab eo fuisse do-
1 nata; hoc namque casu agi dicitur de re non
dubia, & illa repeti nequaquam possunt à Do-
nataria, *Rota in rec. decis. 113. num.1. part. 1.,
& coram Arguell. decis. 67. num. pariter 1.* Nil-
que refert, quod gemmæ sint prætiosæ, & ma-
gni valoris, quia etiam in pretiosis locum ha-
2 bet donatio irrevocabilis, ad tradita per *Palar.
Rucc. in rubric. de donation. inter Vir. & Uxor.
§. 5., Fontanell. de pact. nuptialib. clauf. 7., Glost.
2. part. 6. num. 76., Rota in rec. dict. decis. 113.
num. 1. part. 1., & coram Arguell. decis. 67.
num. 2.*

Quod verò respicit alteram jocalium speciem,
etsi eorum traditioni adjectus noo apparet ullus
3 donationis titulus, non desunt tamen conjectu-
ræ, ex quibus & gemmarum, de quibus nunc
agimus, inducitur, & illarum, de quibus in
proximo §. loquuti sumus, magis, magisque
confirmatur donatio; Inter has autem illa sta-
4 tim sese nnbis offert elicita ex qualitate magna-
titia tradentium; Inter hujusmodi namquè per-
sonas non ad usum commodata, sed absolutè
donata jocalia præsumuntur *Bald. in cap. juravit*
5 *num. 12. de probat., Afflict. decis. 315. num. 7.,
Surd. decis. 166. num. 31., Rota in rec. decis. 113.
num. 12. part. 1.,* Cui quidem conjecturæ affinis
6 est altera desumpta ex persona illius, cui gem-
mæ tradebantur; hæc enim cùm esset fœmina
ditissima, & opulentissimum Patrimonium in-
ferret in Domum Rospiliosam, hoc casu non
7 usus concessus, sed dominium translatum fuis-
se censetur *Afflict. decis. 315. num. 4. & 15.*

Accedit his jocalium, de quibus agitur, de-
scriptio facta in Inventario Bonorum heredita-
riorum D. Ducissæ; quæ sanè descriptio evincit,
prædicta jocalia pertinere ad illius hereditatem,
ob eam nempè rationem, quod, si Excellentis-
simus D. Dux non novisset, ea spectare ad D.
Ducissam, minimè permisisset describi inter ip-
sius res hereditarias, ut in puncto respondit
*Rota in celebri Romana jocalium super adamanti-
bus majoribus 4. Aprilis 1710. coram Rmo Moli-
net, & in contemporanea decisione super Marga-
ritis coram eodem, quarum utraque confirmata
postmodum fuit die 27. Aprilis 1711. coram eo-
dem Rmo Molinet;* Idque procedit, tametsi aga-
tur de Inventario non ab ipso D. Duce, sed ab
8 ejus Procuratoribus confecto, quia, cùm de ejus
mandato factum fuerit, perindè est, ac si ab eo-
dem factum fuisset *Rota in dicta Romana Joca-
lium super Margaritis 27. Aprilis 1711. §. Nec
hujusmodi vers. adstipulante,* Et rectè quidem,
9 quia alioquin actum esset de solemnitatibus re-
quisitis ad validitatem Inventariorum, si in il-
lis factis à Personis ordinis magnatitii talis ad-
mitteretur excusatio, ut disserit *Rota in dicta
Romana Jocalium super Margaritis loca mox
citato.*

Denique, si res sit de monili donato à *fau.
mem. Clemente X.*, hoc etiam pertioere videtur
ad hereditatem D. Ducissæ, juxtà sententiam 10
Thesaur. Jun. lib. 3. forens. quæst. 15. num. 8., qui
refert *Thesaurum Patrem* in terminis ita sentien-
tem in manuscripta *decisione 19. part. 2.*, & id
ipsum latè probat *Giurb. observat. 6. part. 1. ex
num. 6., & ex num. 13., & in fin.* testatur, ità
fuisse resolutum; moventurque mox citati Do-
ctores eâ ratione, quod nempè, cùm unicè spe-
ctanda sit Donantis mens, & affectio ad *Text. in* 11
leg. Cùm Pater §. Donationis ff. de legat. 2., hæc
præcipuè directa esse videatur ad matrem, cu-
jus ille summum dolorem misereatur. *Quis enim* 12
earum non misereatur, inquit *Text. in leg. assi-
duis Cod. qui potior. in pignor. habean. = propter
Partus periculum, & ipsam liberorum procreatio-
nem Letitiæ ergo signum est, & passi laboris mer-
ces donum Infanti datum; matri ergò deferen-
dum, quæ vitæ periculum evasit partu edito =* sunt
verba *Giurbæ dict. observat. 6. num. 7., & prose-
quitur num. 14.*

Hæc sunt momenta rationum, quibus pro-
batur, gemmas, & jocalia, de quibus agitur,
justè fuisse in inventario Bonorum hereditario-
rum D. Ducissæ adnotata, quæque adnotata
non reperiuntur, esse adnotanda; verumtamen
firmiora mihi esse videntur fundamenta irrevo-
cabilem dictorum jocalium donationem exclu-
dentia. Et primò quidem, si agatur de illis do-
natis vel à clar. mem. Card. Jacobo, vel ab
Excellentissimo D. Duce, cum ea non modici
valoris essent, sed pretiosissima, & dumtaxat 13
deferenda, dùm in publicum prodiret Sponsa,
censentur commodata ad usum solummodò, &
ipsius Mariti causâ, ejusque honoris gratiâ, ut 14
scilicet ornatior Sponsa incederet, ideoque, dis- 15
soluto Matrimonio, restituenda omnino sunt 16
Viro superstiti, juxtà distinctionem communi
omnium Doctorum consensu receptam, extero-
rum Tribunalium judicio commendatam, &
Sacræ Rotæ auctoritate confirmatam; ità enim
docuerunt summi Juris nostri vertices, & cla-
rissima Jurisprudentiæ lumina *Bartol. in leg. 1.
num. 9. ff. de collat. Bonor.* ibi = *Si loquimur de
vestibus, & aliis ornamentis pretiosis, & festivis,
tunc talia, qualia sunt, veniunt in divisionem, nam
remanserunt Soceri, nec potest dici, quod morte
Soceri donatio sit confirmata, quia non fuerunt di-
ctæ res donatæ, sed ad usum traditæ = Bald. in au-
thent. ex testamento num. 32. Cod. de collation.* ibi =
*Dic, quod jocalia grandis valoris non intelligun-
tur Sponsæ donari = Angel. cons. 339. num. 2. vers.
contrarium, Castrens. cons. 438. num 2. lib. 2., An-
charan. cons. 181. num. 3., Palar. Rub. in rubr. de
donat. §. 6. num. 5. & §. 11. ex num. 2., Antonell.
cons. 24. num. 1. & seqq. lib. 1., Mantic. de tacit.
lib. 21. tit. 6. num. 5. & 6.*, qui de receptissima
testatur sententia, *Cancer. variar. resol. lib. 1.
cap. 9. num. 182., Cyriac. contr. 120. num. 50. &
67., Sanchez de Matrim. lib. 6. disp. 25. num. 10.
& seq., latè Merend. contr. Jur. lib. 6. cap. 7.
nu. 2.;*

nu. 2.; ita pluries apud Bituriges in Regno Fran-
ciæ judicatum fuisse contra Viduas, refert Boer.
in consuetud. Bituricen. cap. 8. colum. 4. post med.
In Senatu Cathaloniæ sæpius ità fuisse respon-
sum, tradit Fontanell. de pact. nuptial. clauf. 7.
Gloff. 3. part. 6. num. 92., In Consilio Neapolita-
no sic tribus vicibus fuisse resolutum contrà no-
biles fœminas, testatur Afflict. decis. 115. num. 1.
2. & 14.; Id ipsum in Senatu Mantuano deci-
sum, refert Surd. decis. 166. num. 4. & seqq. Et
ità semper constantissimè sensit sacra Rota, ut
videre est coram Bisignet. decis. unic. num. 4. vers.
quoad vasa, & jocalia, & num. seq. de donat. in-
ter Vir. & Uxor., in rec. decis. 113. part. 1., co-
ram san. mem. Gregor. XV. decis. 474., coram
Merlin decis. 885. num. 5. & 12., coram Arguell.
decis. 67. num. 6. & 8., & decis. 102. num. 3., &
in Romana Jocalium 14. Aprilis 1690. §. Eoque
magis coram bon. mem. Ursino, impress. post Ber-
tacchin. Vot. 126.

Et Jure quidem, meritòque, quia, quoties
17 credi potest, Maritum, ejusque consanguineos
tradidisse jocalia ad propriæ familiæ gloriam,
& splendorem, utque satisfacerent Urbis con-
suetudini (dedecus enim illis fuisset, si Sponsa
minùs compta, & Mundo muliebri haud ornata
18 prodiisset) rejicienda prorsus est præsumptio
donationis, quæ numquam admittitur, dùm alia
recipi potest, ut ad rem nostram advertunt San-
chez de matrimon. lib. 6. disput. 25. num. 11. &
seqq., Rot. d. decis. unic. num. 6., coram Bisignet.,
in rec. d. decis. 113. num. 4. & 5. part. 1., coram
Merlin. decis. 885. num. 6. & 7., coram Arguell.
decis. 67. num. 7. Certiùs verò in casu nostro,
quia res est de jocalibus nedum pretiosis, sum-
19 mique valoris, sed etiam rarissimis, quæque
conservari ab unoquoque diligentissimè solent
prò honorificentia, & splendore propriæ domus;
quamobrem ab omni prorsus verisimilitudine
aberrat, quod tàm Sponsus, quàm ipsius Con-
sanguinei voluerint ea irrevocabiliter donare,
seque exponere periculo, quod, si quid fortè hu-
manitùs Sponso contigisset, Sponsa alio trans-
ferret jocalia prædicta, & ità spoliaret Domum
Rospiliosam re tàm clarâ, tàm singulari, tàm
20 magnificâ. Ex eo autem, quod illi sensissent in
hoc casu, licèt non evenerit, arguere licet eo-
rumdem voluntatem in casu, qui evenit, juxtà
Text. in leg. cùm res 49. §. final., ibique Gloff. in
verb. vendere vers. item nota ibi = Item nota inspi-
ci, quod evenire potest = ff. de legat. 1. leg. si idem
11. §. final., ibique Gloff. verb. adjudicari ff. de
jurisdict. omn. judic., leg. si quis domum 9. §. Hinc
subjungi vers. & ait non recepturum, ibique Gloff.
in verb. prospicere ff. locat., leg. qui Bona 13. §. Cum
inter ff. de damn. infect., Peregrin. conf. 54. n. 17.
lib. 4., Maas. consult. 74. num. 3., Saminiat. con-
tr. 28. num. 46., & contr. 62. num. 25., Rot. post
Torr. de pact. futur. success. decis. 130. num. 20.,
coram Benincasa decis. 348. num. 7. ad ornat., Card.
de Luc. de donat. decis. 11. num. 8., & in Bononien.
Immissionis 18. Junii 1714. §. Dictaque ibi = Suf-
ficit, quod ità accidere potuerit, ut indè fieri pos-
sit interpretatio voluntatis Defuncti = coram
R. P. D. Cerro.

Nilque turbat, quod jocalia transmissa fue-
rint ad Sponsam, expresso donationis titulo,
quia istiusmodi blanda, & urbana verba à Spon-
so, ejusque Consanguineis proferri solent, ut 21
animum Sponsæ, & gemmis, & verbis recreent,
at non etiam, ut indè desumi possit argumen-
tum donationis, quemadmodum dicitur de ver-
bis captatoriis, & blandis Sanchez de Matrim.
lib. 6. d. disput. 25. num. 14. vers. at licet, & vers.
tertiò quia & num. 15., Rot. in rec. decis. 113.
num. 10. part. 1., coram Merlino decis. 885. n. 20.,
& coram Arguell. decis. 67. num. 16., proinde-
que detorquenda sunt ad significandam usus 22
concessionem, non translationem proprietatis,
Bartol. in leg. 1. num. 9. versic. & ideo ff. de col-
lat. Bonor. ibi = Et ideo puto, quod, licèt ex usu
communi loquendi, qui est quando Maritus despon-
sat Uxorem, & mittit zonam cum bursa, & dici-
tur = talis donavit Uxori suæ zonam = sed tamen
dico, quod non propriè donat, sed magis ad usum
dat, ut honestiùs ad eum accedat = & Adden. ad
eumdem lit. C. vers. item quæ ibi = Item quæ sunt
pretiosa, & magni valoris, non intelliguntur dona-
ri, etiamsi Nuncius utatur his verbis = talis tuus
Sponsus hujusmodi munera tibi donat = Bald. in au-
thent. ex testamento num. 32. Cod. de collat. ibi =
Dic, quod jocalia grandis valoris non intelliguntur
Sponsæ donari, etiamsi Nuncius utatur his verbis =
Sponsus vester donat vobis has res = & ideo non
fiunt Sponsæ, ut notatur in d. leg. 1. §. Nec Ca-
strense &c. = Alexand. conf. 155. num. 11. lib. 7.,
Roland. conf. 10. num. 15. lib. 1., Laderch. conf.
118. num. 1., Palat. Ruv. in rubric. de donat. in-
ter Vir. & Uxor. §. 7. num. 1. & seq. & §. 11. ex
nu. 1., Tusch. in verb. donatio conclus. 698. nu. 27.,
Sanchez de Matrimon. lib. 6. disput. 25. num. 14.
& 74., Fontanell. de pact. nuptial. clauf. 7., Gloff.
3. part. 6. num. 76., Merend. contr. Jur. lib. 6.
cap. 7. num. 4., Rot. decis. 113. num. 11. part. 1.
rec., coram Merlin. decis. 885. num. 22., coram
Arguell. decis. 67. num. 15., & duob. seqq.

Quantùm verò pertinet ad gemmas, & joca-
lia partim hereditaria clar. mem. Card. Lazari
Pallavicini, partim hereditaria DD. fratrum de
Rospiliosis, quæ ad manus D. Ducissæ pervene-
runt absque ullo donationis titulo, responden- 23
dum videtur, quod eorumdem respectu ex iden-
titate, imò etiam ex majoritate rationis locum
sibi vindicat præfata communissima distinctio,
itaut illa pertinere dici nequeant ad heredita-
tem D. Ducissæ, à qua retenta sunt usus tan-
tum, & custodiæ causâ, sed partim spectare ad 24
heredes DD. fratrum de Rospiliosis, partim ad
heredes clar. mem. Card. Lazzari Pallavicini.

Nec ullius momenti sunt conjecturæ superio-
ribus locis in contrarium ponderatæ; non pri-
ma desumpta ex qualitate magnatitia traden-
tium, quia imò contraria sententia est verior, 25
atque receptior, quod nempè jocalia pretiosa,
etiam inter magnates non censeantur donata,
prout de pretiosis ornamentis traditis filiæ Du-
cis Urbini à Roberto Malatesta conjuge consu-
luit Corn. conf. 81. lib. 1., quem laudat, & se-
quitur Laderch. conf. 118. num. 3. & 4., Honded.
conf.

conſ. 30. num. 2., de Magnatibus Regni, & opu-
lentiſſimis loquitur Guttierez practic.quæſt.lib.2.
quæſt. 19. num. 4. & 9., de Familia Bentivola
clariſſima, & ex primariis Italiæ agit Rot. dec.
113. num. 13. part. 1., de Familia Juſtiniana no-
biliſſima, & ſplendidiſſima loquitur deciſio 885.
num. 17. coram Merlino, prout etiam de nobiliſ-
ſima Familia agit in ſuo caſu Deciſio 67. nu. 18.
coram Arguell., contrariaque opinio eo dumta-
26 xat caſu urgere poſſet, quo Conjuges diſparis
eſſent conditionis, quæ quidem diſparitas pror-
ſus deficit in noſtra hypotheſi, ad tradita per
Gratian. diſcept. 189. num. 19. & 20., Surd. de-
ciſ. 166. num. 22., Rot. in rec. deciſ. 113. nu. 14.
part. 1., coram Merlin d. deciſ. 885. num. 18., &
coram Arguell. d. deciſ. 67. num. 18. in fin.

Certòque certiùs in caſu noſtro, quia, ſi ad
eruendam donationis præſumptionem non ſo-
lum qualitas, ſed etiam facultates ſunt præci-
27 puè ſpectandæ, per ea, quæ notantur apud Bar-
boſ. in leg. quæ dotis 34. num. 80. verſ. ſecundò li-
mita ff. ſolut. Matrim., Handed. conſ. 30 nu. 19.
lib. 2., Palat. Ruv. in rubric. de donation. §. 9. nu.
29., Menoch. de arbitr. Judic. lib. 2. centur. 1.
caſ. 88. num. 49 & 50., & centur. 3. caſ. 118. n. 5.,
benè Rot. in rec. deciſ. 113. num. 12. part. 1., co-
ram Arguell. deciſ. 67. num. 20., fortè per id
tempus immenſa iſthæc largitio non juſtæ, ſed
nimis effuſæ munificentiæ nomine notari potuiſ-
ſet, ſi prò ratione facultatum tùm clar. me. Car-
dinalis Jacobi, tùm etiam Excellentiſſimi Sponſi
æſtimanda, metiendaque tunc fuiſſet, in quibus
28 terminis vi omni, omnique robore caret conje-
ctura prædicta, ut inquiunt Cancer. variar. re-
ſolut. lib. 1. cap. 9. num. 192., Merend. contr. jur.
lib. 6. cap. 7. num. 3., Rot. d. deciſ. 113. num. 12.
in fine, & num. 13. part. 1. rec., & coram Arguell.
d. deciſ. 67. num. 19. & ſeq., Immò verò, ta-
29 metſi concurrerent maxima nobilitas, ac ma-
gnæ divitiæ, id haud quaquam ſufficeret, niſi
actus à Nobili geſtus conveniret donationi, age-
returque de rebus non magnis, ut ex aliis pro-
bat Sanchez de Matrim. lib. 6. diſput. 25. num. 19.
verſ. cæterum, quem refert, & ſequitur Rot. co-
ram Arguell. d. deciſ. 67. num. 20.

Ut etiam nullo numero habenda eſt altera
conjectura deprompta ex qualitate D. Duciſſæ
fœminæ ditiſſimæ, quam ſummoperè intererat
30 ſibi muneribus, & largitionibus demereri; nam,
dùm traditæ ipſi fuerunt gemmæ, & jocalia,
non aliud ſecum attulerat, quàm dotem, nepo-
te Summi Pontificis dignam; Bona autem, quæ
poſtmodum in Domum Roſpilioſam intulit, ſpe-
rare poterat, ſed non habebat; imo verò, ſi
31 etiam Legitima reſpectu filii dicitur incerta,
32 quia Pater poteſt ſubſtantiam ſuam prodigere,
abſque eo quod Filius reclamare queat Conſtan-
tin. ad ſtatut. Urb. annot. 30. artic. 3. num. 363.
tom. 1., R. P. D. Anſald. in annot. ad deciſ. 57.
num. 24., Rot. poſt Merlin. de pignor. deciſ. 36. ex
num. 9., quantò fortiùs incerta dicenda erat om-
nis ſpes cujuſcumque ſucceſſionis in caſu no-
ſtro, in quo Pater jam filiæ dotem dederat, &
Collaterales nullâ adſtringebantur obligatione
aliquid ipſi relinquendi? Bartol. in leg. qui Ro-
mæ §. Duo fratres num. 19. ff. de verbor. obligat.,
Corn. conſ. 180. num. 2. lib. 2., Cephal. conſ. 526.
nu. 6. & 75., Hartman. Piſtor. quæſt. Jur. lib. 2.,
quæſt. 12. num. 53. & lib. 4., quæſt. 6. num. 66.,
Cyriac. contr. 292. num. 9., Donat. Anton. de
Marin. variar. reſol. lib. 2. cap. 189. nu. 6., Rocc.
diſput. jur. ſelect. cap. 55. num. 19., Vivn. de-
ciſ. 316. num. 11., Rot. in rec. deciſ. 543. nu. 22.
part. 5., & in Romana Renunciationis 11. Januá-
rii 1712. §. 23. coram Anſaldo.

Cùm itaque ex his omnibus probatum dici
poſſe videatur, gemmas, & jocalia, de quibus
agitur, nullo pacto pertinere ad hereditatem
D. Duciſſæ, conſequens eſt, ut eorumdem de- 33
ſcriptio in prædicto inventario per errorem fa-
cta dicenda ſit, proindeque corrigi, & emen-
dari poſſit, prout unanimiter ſentiunt Gramma-
tic. conſ civil. 104. num. 1., Corn. conſ. 63. nu. 2.
ad finem verſ. itaque lib. 3., Berret. conſ. 27. n. 6.
& 7., Caball. conſ 36. num. 14., Mantic. de ta-
cit. lib. 13. tit. 9. num. 31. & ſeqq., Porcellin. de
invent. cap. 1. num. 8. in fin., Cyriac. contr. 25.
num. 4., Cancer. variar. reſolut. part. 3. cap. 2.
num. 13., Urſill. ad afflict. deciſ. 13. num. 42., Mi-
lanen. deciſ. Sicil. 19. num. 10., Rot. coram Du-
ran. deciſ. 39. num. 2., & 3., coram Pentinger.
deciſ. 454. num. 6., coram Celſo deciſ. 187. n. 5.,
coram Priol. deciſ. 118. num. 8. & ſeqq., coram
bon. mem. Emerix jun. deciſ. 761. num. 2., in Bo-
nonien. fideicommiſſi 15. Aprilis 1701. §. Cæte-
rum inutilis coram Emo D. Card. de la Tremoille,
in Aſculana Dotis, & legitimæ 21. Junii 1709.
§. Quamobrem coram Lancetta, confirmata 2. Junii
1710. §. Atque ideo coram eodem, præſertim ve-
rò in noſtra hypotheſi, in qua res eſt de inven- 34
tario non ab ipſomet Excellentiſſimo D. Duce,
ſed ab ejus Procuratoribus, & Miniſtris confe-
cto, in quod cum facilius obrepere potuerit er-
ror abſque ſcientia, & conſenſu d. D. Ducis, fa- 35
ciliùs etiam corrigi poteſt; æquum enim non 36
eſt, ut oſcitantia, ac negligentia Procuratoris
tantum præjudicium irroget ſuo Principali, ut 37
ponderat Card. de Luc. de hered. diſc. 20. n. 12.,
Rot. in rec. deciſ. 181. num. 15. & ſeq. part. 6.,
deciſ. 85. num. 24. part. 9., & in Hortanu Sylva-
rum ſuper incæduitate 1. Junii 1703. §. Abſque
eo quod coram Molinez.

Quibus minimè officiunt reſolutiones editæ
in illa Romana Jocalium tàm ſuper adamantibus
majoribus, quàm ſuper margaritis, quas ſuprà in
contrarium expendebamus, eo namque caſu,
innumeræ concurrebant efficaciſſimæ conjectu- 38
ræ, ex quibus evidens, & apertum reddebatur,
quod gemmæ, & jocalia controverſa pertine-
bant ad hereditatem Principis Joannis Georgei; 39
nam, præter illorum deſcriptionem factam in in-
ventario Bonorum hereditariorum d. Principis,
& omiſſam eorumdem adnotationem in altero
inventario Bonorum hereditariorum Cardinalis
Hippolyti, ad quem uti heredem Principiſſæ
Olimpiæ ſen. ſpectare contendebantur, ponde-
rata maximè fuit qualitas perſonæ deſcribeotis,
modus deſcriptionis, ac eireumſtantiæ, & actus
ſubſe-

subsequentes. Remque ordiendo à persona de-
scribentis, hic fuit Cardinalis Hippolytus Aldo-
brandinus, qui in rebus suis usque adeò dili-
gens, & accuratus erat, ut, antequam tutelam
Neptis assumeret, impetrare voluerit à san.
mem. *Urbano VIII.* speciale Chirographum, cu-
jus vigore sibi præservarentur indemnia omnia
quæcumque prætensa jura contra hereditatem
Principis Joannis Georgei. Rursus idem Cardi-
nalis optimè norat omnia, quæ gesta fuerunt
in Domo Aldobrandina, certòque certiùs scie-
bat, controversas gemmas, & jocalia in sui ori-
gine fuisse Olimpiæ sen. Matris, & auctricis suæ,
dum ipse præsens fuerat transmissioni dd. joca-
lium ab eadem factæ cum solemni, expressâque
40 dominii eorumdem reservatione. Ex quibus
optimo Jure inferebatur, quod, si Card. Hippo-
lytus adeò studiosus Jurium suorum vindex
margaritas adscripsit hereditati Principis Jo.
Georgei Fratris, id idcircò fecerit, quia ipsi in-
notuerit, quod eædem legitimo aliquo titulo à
dominio Principissæ Matris transierant in illud
Principis Fratris, prout argumentatur *Rota in
d. Romana Jocalium super margaritis 27. Apri-
lis 1711. §. Eoque certius cum seq. coram Moli-
net.*
Si verò spectetur modus, & ratio describen-
di, hinc profectò non minùs efficax promanat
41 argumentum; inventarium enim confectum
fuit præviâ exhibitione, & accuratâ inspectione
foliorum ad hunc effectum præparatorum, quæ,
si non ab ipso met Card. Hippolyto, saltem cum
ejus scientia conscripta fuerant, & quidem ma-
xima cum maturitate, circumspectione, ac di-
ligenti examine pertinentiæ rerum in illis de-
scriptarum; quinetiam, quod speciali notâ di-
gnum est, quoties, dùm celebrabatur inventa-
rium, aliqua emergebat difficultas, an res ali-
quæ, & gemmæ ad alium, quàm ad Principem
Jo. Georgeum spectarent, hoc ipso expresso du-
bio adnotabantur; id quod cum servatum mi-
nime fuerit respectu gemmarum, de quibus in
dictis *Decisionibus* agebatur, id validissimum
præbebat argumentum, quod Card. Hippoly-
tus optimè conscius rerum gestarum prædictas
Margaritas describendo inter res hereditarias
Principis Jo. Georgei, nequaquam dubitaverit,
quin illæ ad hereditatem ejusdem Principis per-
tinerent, ut ratiocinatur *Rot. in d. Romana Jo-
calium super margaritis 4. Aprilis 1710. §. At-
tentâ præsertim coram Molines, & 17. Aprilis
1711. §. Nec minoris coram eodem.*
Denique, si intueamur circumstantias, & actus
subsequentes, hi quoque manifestè excludunt
errorem, qui in descriptionem irrepsisse con-
42 tendebatur; etenim Cardin. Hippolytus post
confectum inventarium, licèt recuperaverit à
Principissa Hippolyta vidua controversas mar-
garitas, illasque præ manibus habuerit, nun-
quam tamen inventarium correxit, nec in vita,
nec in morte quidquam egit, quod, non dicam,
apertè ostendere, at saltem tacitè innuere pos-
43 set, ipsum agnovisse margaritas tamquam pro-
prias, & ex materna hereditate sibi quæsitas,
ut observat *d. postrema decisio anni 1711. §. Hanc-
que veritatem.* Demum non deerant etiam alia
validissima argumenta, ex quibus evincebatur,
quod reverà controversæ gemmæ pertinebant
ad Principem Jo. Georgeum, justèque proindè
adscriptæ fuerant ejusdem Principis hereditati,
ut videre est in *d. postrema decisione ex §. Frustrà
verò.*
At aliter res se habet in casu nostro, quia an-
tè inventarii confectionem adhibita non fuit di-
ligens illa, ac scrupulosa cautela ad propria ju- 44
ra præservanda, in ipsa confectione non fuerunt
ab Excellentissimo D. Duce conscripta ulla fo- 45
lia, ex quibus de uniuscujusque rei origine, ac
pertinentia constaret; & denique post confe-
ctum inventarium, factamque descriptionem 46
tantum abest, quod afferatur ullus D. Ducis
actus approbativus talis descriptionis, ut imò
statim de errore corrigendo cogitaverit, &, ne
id inconsultò, atque ex sua tantùm voluntate
egisse videretur, jamdudum exquisivit Advo-
cati consilium. Quamobrem, cum circumstan-
tiæ in casu nostro concurrentes distent ab il-
lis, quæ aderant in *d. Romana Jocalium*, pro-
culdubio resolutio edita in prædicta Causa ap-
plicari nullo pacto potest hypothesi nostra,
prout dictum fuit in *Romana Donationum 24. Ja-
nuarii 1701. §. Atque hinc coram Molines, & in
Voto edito à R. P. D. Aldrovando in Romana
Primogenituræ Julii Cæsaris de Columna 21. Mar-
tii 1712. §. 14.*, non omittendo tamen admone-
re Excellentissimum D. Requirentem, corre- 47
ctionem istam, emendationemque inventarii
fieri non posse propriâ auctoritate, sed facien-
dam esse monitis, auditisque interesse habenti-
bus, ut docet *Bald. in authent. sed cum Testator
num. 20. Cod. ad leg. Falcid.* ibi = *Quæro, si hæres
erravit, quia plura posuit in inventario, quàm
debebat, utrum possit errorem suum corrigere? re-
sponde, quod sic, si coram Judice citatis Creditori-
bus Legatariis, at non propriâ auctoritate* = &
alios refert *Cyriac. contr. 25. num. 3.*
Superest modò, ut agamus de monili à san.
mem. Clemente X. donato Excellentissimo D.
Dominico Filio Primogenito Excellentissimi
D. Ducis requirentis. Porrò, licèt hic animo,
mentèque magis ancipiti sim, brevi tamen
me expediam ab istiusmodi quæstione; nam
*Thesaur. jun., & sen., ac Giurba suprà allegati
in §. Denique si res sit* censuerunt quidem, do-
num Infanti à Compatre datum, veluti datum 48
contemplatione Matris, huic soli acquiri; ve-
rumtamen, cum id procedere affirment, nisi Pa-
tris merita erga Donantem, vel hujus singularis
erga illum affectio contrarium suadeant, idcir-
cò crederem potius, præfatum monile in casu
nostro quæsitum fuisse Excellentissimo D. Duci
Patri, quàm D. Ducissæ Matri; nam, cum Do-
nans, Summus nempe Pontifex *Clemens X.* vix
Matrem agnosceret, vice autem versâ summis
obstrictus esset beneficiis erga Patrem, ejusque
Consanguineos, ut est unicuique notissimum,
nemo non videt, quàm verisimile, & rectæ
agendi rationi consentaneum sit, illum Patris

potius, quàm Matris contemplatione munificen-
tiam hanc exercuisse. Et sanè in his terminis,
imò verò, tametsi non concurrant circumstan-
tiæ voluntatem Donatoris tam liquidò evincen-
49 tes, non defuerunt Doctores, qui sententiam Pa-
tri favorabilem defenderint, quam etiam am-
plexa sunt Tribunalia, ut videre est penes *Rovit.
cons. 40. nu. 22. lib. 1.*, *Marta de jurisdict. part. 4.
cent. 1. cas. 45. num. 7.*, *Gabriel. commun. con-
clus. tit. de jur. dot. conclus. 5. num. 2.*, *Surd. de-
cis. 322. num. 52. & seq.*

Atque hinc, spectatis summis hisce Patris
meritis erga Donantem, & hujus præcipuo er-
50 ga illum amore, censerem, etiam minus veram
esse in nostra hypothesi opinionem Doctorum
adjudicantium munus Infanti, & applicari ne-
quaquam posse dispositionem *Text. in leg. cum
multa Cod. de Bon. quæ liber.*, quo cavetur, do-
51 num filiofamilias à Principe datum acquiri ple-
no Jure tam scilicet quoad proprietatem, quàm
quoad usumfructum ipsimet filiofamilias; nam,
quoties ex legitimis conjecturis apparet, &
Compatrem, & Principem filiofamilias donasse
52 unicè ob Patris contemplationem, donum uni-
cè quæri debet Patri ex ipsius Compatris, &
53 Principis voluntate, quæ silere facit opinionem
54 contrarium affirmantium, & cessare prædicti
Textus dispositionem, ut benè advertit *de Pon-
te cons. 16. en num. 76. ad plures seqq. lib. 2.*

Aretina Donationis.

Donatio, ubi inter vivos facta est, nequit Donans Donatario per aliam quamlibet posteriorem dispositionem præjudicare. Donatarius in dimidia parte omnium Bonorum, utpote *particularis*, seu quotæ Bonorum, secus atque Donatarius quotæ hereditariæ obligationibus Donantis post donationem contractis non afficitur. Donatio si facta fuerit in dimidia parte omnium Bonorum, nihil potest ex Bonis ita donatis in solidum alienari, nisi Donatario ex Bonis non donatis consultum iri queat.

VOTUM XXII.

1 *Donans* inter vivos *dimidium omnium suorum Bonorum potest unum ex his, aut plura* in solidum *alienare*, & num. 7.

2 *Eorum tamen alienatio sustinetur, quatenus suppleri possit alterà dimidià parte Bonorum non donatorum*, & num. 7.

3 *Donans* inter vivos *dimidium omnium suorum Bonorum, nihil in solidum alienare potest.*

4 *Vendens uni dimidium suorum omnium Bonorum prohibetur quidpiam ex his alteri alienare.*

5 *Vendens uni dimidium suorum omnium Bonorum, si quod ex his alteri vendat, dimidium ex singulis Bonis huic cessisse dicitur.*

6 *Donanti sua liberalitas nocere non debet.*

8 *Donatio* inter vivos *irrevocabilis est.*

9 *Donatio* inter vivos *à Donatore revocari, aut immutari nequit.*

10 *Dominium rerum donatarum non potest cum præjudicio Donatarii in alterum transferri.*

11 *Alienatio, seu posterior obligatio Bonorum donatorum non sustinetur.*

12 *Donataria priori posterior donatio non nocet.*

13 *Donatio* inter vivos *per dispositionem, quà expressè revocetur, non infringitur.*

14 *Donatio* inter vivos *nequit tacitè revocari per alienationem rei donatæ, aut aliam quamlibet posteriorem dispositionem*, & num. 16. 23. & 26.

15 *Commendæ constitutio est donatio Religioni facta.*

17 *Donatarius* quotæ hereditariæ *heredi æquiparatur.*

18 *Donatarius* universalis, *vel* quotæ hereditariæ *ad obligationes Donantis post donationem contractas non tenetur, aut saltem non ad omnes*, & num. 19. & 20.

21 *Dispositio qualibet restricta ad certas dumtaxat res, particularis dicitur, si* quotæ non hereditariæ, *sed* quotæ Bonorum *nomine facta sit.*

22 *Donatarius* quotæ Bonorum *non obstringitur debitis, atque obligationibus, post donationem à Donante contractis.*

24 *Immo nec iis contractis ante donationem ipsam.*

25 *Sed heres ad eas tenetur.*

26 *Donataria* quotæ Bonorum *nequit officere Commendæ fundatæ post donationem celebrata.*

27 *Donatio medietatis omnium Bonorum tempore obitus existentium censetur de medietate superexstante, deductis obligationibus postea contractis*, & num. 38.

28 *Secùs, si donatio non sit restricta ad Bona tempore obitus reperienda.*

29 *Verba*, che al presente possiede *adjecta dicuntur exclusivè ad Bona in futurum adquirenda.*

30 *Donatio Bonorum existentium donationis tempore, non censetur ex mentione obitus restricta ad Bona ejus tempore possessa.*

31 *Nisi facta sit de Bonis præsentibus, quæ tempore obitus possiderentur.*

32 *Donatio de omnibus Bonis præsentibus, ac de iis etiam tempore obitus relinquendis, ad hæc tantùm Bona restricta non censetur.*

33 *Sed comprehendere dicitur Bona tam tempore donationis possessa, tum in futurum possidenda*, & num. 34.

34 *Verba hæc donationi Bonorum præsentium superaddita* =, & anche di più di quelli, che al tempo della sua morte lascierà = *stant augmentativè, non autem restrictivè ad Bona de tempore obitus relinquenda.*

35 *Dictiones* = & = anche = *dispositionem ad plus, quàm sit expressum, adaugent*, & num. 36.

37 *Dictio* di più *ampliativa est.*

39 *Dote ex certis Bonis pro fundatione Commendæ constitutà, eorum dominium in Religionem transit.*

40 *Donatarius ut Bona donata ab herede con-*

sequi valeat, tenetur de eorum identitate concludenter docere.

41 *Donans præsumitur alienasse Bona libera, & ea, de quibus poterat disponere.*

42 *Donans non præsumitur in posteriori Commendæ fundatione de Bonis liberis disposuisse, si donationem inter, & fundationem breve spatium intercesserit.*

43 *Donator quod brevi tempore potuerit adquirere ingentem Bonorum quantitatem, inverisimile est.*

BON. mem. Nicolaus donavit donatione irrevocabili inter vivos D. Lauræ filiæ suæ = *la metà di tutte le facoltà, e sostanze, che al presente possiede, & anche di più di quelle, che al tempo della sua morte lasscierà tanto in mobili, stabili &c.* = sunt verba donationis ad me transmissa, postmodum idem Nicolaus fundavit Prioratum Militaris Ordinis S. Stephani, eidem constitutâ dote scutorum tresdecimmillium, post se vocando alias personas in instrumento fundationis nominatas.

Eo autem è vivis sublato, acris orta est controversia inter D.Lauram donatariam, seù ejusdem filias, & DD. de Albergotis illius heredes, ac Prioratus possessores super modo separandi à reliquo asse hereditario Defuncti medietatem Bonorum Lauræ donatam, nam præfati heredes contendunt, ex patrimonio, & hereditate Defuncti detrahenda prius esse Bona valoris scutorum tresdecim millium, quanta est dos Prioratui assignata, deindè verò id, quod superest, pro virili dividendum inter ipsos, & filias Donatariæ, ideoque cum totum dictum patrimonium æstimatum fuerit scutis 40. m., detractis dd. scutis 13000., scuta dumtaxat 27000. inter Collitigantes dividenda sint.

Contrà verò filiæ, & heredes Lauræ donatariæ substinent, sibi deberi medietatem totius patrimonii Defuncti, quia donatio medietatis Bonorum omnium, quæ à Testatore tempore donationis possidebantur, & illorum etiam, quæ ipsum tempore sui obitus possidere contigisset, longè præcesserat d. Prioratus fundationem, ac per consequens illius vigore præjudicari minimè potuerat Juri jam ex præcedenti donatione Donatariæ, ejusque heredibus quæsito; in quâ quæstione cum rogatus fuerim, ut pro veritate sententiam meam dicere, judiciumque proferre velim, crederem, potiora esse jura Donatariæ, ejusque heredum.

Moveor ex verbis apertis d. donationis suprà relatis, quibus Nicolaus donavit Lauræ filiæ suæ *la metà di tutte le facoltà, e sostanze, che al*
1 *presente possiede*, quamobrem, licèt Testator posset unam, vel plures res in solidum alienare, alienatio tamen, sivè donatio eatenus sustine-
2 batur, quatenus ex medietate cæterorum Bonorum restantium, non donatâ, & ad Donantem spectante suppleri posset valor Bonorum in solidum alienatorum, *Ludovic. Bell. cons. 176. num. 5.*, *Guidopapa decis. 602.*, qui alios citant, ut enim notant *Adden. ad d. decis.*, videbatur,

Donatorem, qui medietatem suorum Bonorum 3
alteri donasset, non posse rem aliquam in solidum
in alium alienare, exemplo illius, qui dimidium
Bonorum omnium vendiderit, is enim prohibe- 4
tur alteri in solidum vendere fundum, qui sit ex
iisdem Bonis, nam de singulis fundis dimidium 5
cessisse emptori dicitur; verùm subdunt, speciale esse in donatione, ut ne Donanti sua liberali-
tas exitiosa sit, possit integrum fundum aliena- 6
re, invito Donatario, cui injuria non fit, nàm
in alterâ medietate compensari potest. 7

Et rectè quidem, quia, cum versemur in do-
natione inter vivos, quæ suàpte naturâ irrevo- 8
cabilis est *leg. Senatus 35. §. Sed mortis causa ff. de donat. caus. mort. leg. possessionem 3.*, & *leg. final. Cod. de revoc. donat.*, *Rota coram Duran. decis. 84. num. 15.*, *in rec. decis. 280. n. 1. par. 13.*,
eâ jam perfectâ, à Donatore nullo pacto revo- 9
cari, aut alterari poterat *leg. perfecta donatio 4. Cod. de donat. quæ sub modo*, *Antunez de donat. lib. 1. tom. 1. prælud. 2. num. 6.*, *Castill. contr. jur. lib. 3. cap. 10. num. 56. & seqq.*, *Quæsad. differt. 19. num. 49. & seqq.*, *Card. de Luc. de donat. disc. 56. num. 3.*, *Rota decis. 10. num. 22. par. 10.*
decis. 402. num. 9. part. 14., quamobrem domi- 10
nium rerum donatarum in præjudicium Donatarii in alium quovis modo transferri prohibetur, *d. leg. perfecta*, & *Rota decis. 212. num. 1.*
& seqq., ac irrita est quævis alienatio, sivè po- 11
sterior Bonorum donatorum obligatio *Curell. de donat. special. 12. num. 54. special. 27. num. 6.*, *Card. de Luc. de donat. disc. 46. sub nu. 2. & n. 4.*, *Palm. nep. alleg. 234. num. 8.*, *Rot. coram Emerix jun. decis. 1256. num. 2.*, & *decis. 153. num. 1. inter collectas à D. Advocato Constantino ad stat. Urb. decis. 153. num. 1.*, prout etiam priori Do-
natario posterior donatio non nocet *Quæsad. dif-* 12
fert. 19. num. 51., *Mierez de majorat. part. 1. quæst. 26. num. 13.*, *Castill. contr. Jur. lib. 1. cap. 39. num. 42. in fin.*, *Rota coram Dunoz. jun. decis. 773. num. 5.*, *coram Card. Cerro decis. 394. num. 1.*, *coram Coccin. decis. 2187. num. 7*, *in rec. decis. 21. num. 7.*, *decis. 217. num. 16. & seqq. part. 9.*, & *decis. 143. num. 3. part. 16.*, si enim
donatio jam perfecta non infringitur dispositio- 13
ne, quâ eadem expressè revocetur, multò mi-
nùs tacitè revocari potest per rei donatæ alie- 14
nationem, vel aliam quamcumque posteriorem dispositionem *Mierez de majorat. part. 1. quæst. 43. num. 83.*, *Castill. contr. Jur. lib. 1. cap. 39. n. 42.*, *Antunez. de donat. tom. 1. lib. 1. prælud. 2. n. 11.*, cùm itaque Commendæ constitutio dicatur do-
natio, quam Fundator facit Religioni, à qua dein- 15
dè donatio stipulatur pro se, & posteris *Ansold. cons. 14. num. 119.*, *Card. de Luc. de jurepatr. disc. 80. sub num. 7. in supplem.*, hujusmodi actu lædi
non potuerunt jura prioris donationis. 16

Fortiùs verò hæc urgent in casu nostro, quia non agitur de donatione universali Bonorum omnium tùm præsentium, tùm futurorum, vel
quotæ hereditariæ, cujus vigore Donatarius 17
æquiparatus videretur heredi, ideoque disputa-
ri posset, an teneretur ad solvenda debita, & 18
adimplendas obligationes à Defuncto contra-

ctas, quo tamen casu, quando agitur de obli-
gationibus, & contractibus post donationem
19 celebratis, verior videri posset opinio Donatario
favorabilis, vel saltem non indistinctè quævis
20 Donatoris obligatio in illius præjudicium substi-
neretur, per ea, quæ latè tradit *clar.me. Card.
de Luc. de Donat. disc.46., Capic.latr. decis.156.
num.50. & seqq.*, sed agitur de donatione parti-
culari, qualis dicitur dispositio omnis, quæ re-
21 stricta ad certas dumtaxat res, facta minimè
reperiatur sub commemoratione quotæ heredi-
tariæ, sed quotæ Bonorum, ad tradita *per Card.
de Luc. de fideicomm.disc.128., & disc.129. utro-
bique num. 5., Palm. alleg. 399. num. 3., & 4.,
Rot. in rec. decis.12. num.35. part.10., decis. 332.
num.27. & seqq. part.18., & coram R. P. D. meo
Ansald. decis. 21. num. 8.*, hoc enim casu in
dubium venire nequit, quin Donatario par-
22 ticulari certæ quotæ Bonorum præjudicatum
dici minimè possit per contractus à Donante ce-
lebratos post donationem *Card. de Luc. de Do-
nat. dict. disc. 46. nu.4., Rota coram Duran. dec.
348. nu.1. & seqq.*, non enim post jam peractam
23 donationem debet esse in potestate Donatoris
frustrari Donatarium posterioribus donationi-
bus atque contractibus rerum donatarum do-
minium in alios transferentibus, immò ve-
24 rò hujusmodi particularem Donatarium certæ
dumtaxat quotæ Bonorum, nec etiam teneri
ad debita, aliasque Defuncti obligationes antè
donationem contractas, sed has sequi heredem
expressè disponitur in *leg. æris alieni 15. Cod. de
Donat., & post Decium cons. 237.* tradit *Celsus
25 Hugo cons. 97. num.1., Cancer. var. resolut. part.
1. cap.8. num.70.*, Jure igitur, meritòque in casu
nostro Donatario officere nequivit dictæ Com-
26 mendæ fundatio multò post perfectam dona-
tionem celebrata.

Nec officit, quod Donator dictam donationem
medietatis suorum Bonorum retulisse videa-
tur ad Bona, quæ ab ipso tempore obitus possi-
derentur, ideòque eidem prohibitum non fue-
rit tempore, quod medium fuit inter dona-
tionem, & ipsius obitum, distrahere, & do-
nare Bona tempore donationis possessa, eò
quod Donator restringendo donationem ad Bo-
na, quæ, quum moreretur, reperirentur, fa-
cultatem illa alienandi sibi reservasse videre-
tur, ac per consequens donatio medietatis om-
nium Bonorum substineretur, quoad illam dum-
27 taxat medietatem Bonorum, quæ deductâ dote
Prioratus, in Defuncti patrimonio existerent,
juxtà ea, quæ tradit *Noguerol. alleg.14. nu. 20.,
& seqq.*

Objectum namque istud, ni fallimur, sub-
moveri apertè videtur ex litera donationis,
nam, juxtà verba superiùs relata, Testator nul-
lo pacto donationem restrinxit ad Bona tempo-
re sui obitus reperienda, sed apertis verbis il-
28 lam retulit ad Bona, quæ tempore donationis
ab ipso possidebantur ibi = *la metà di tutte le fa-
coltà, e sostanze, che al presente possiede* = ad
*Text. in leg. si ità esset legatum 7. ff. de auro, &
argento legato, Rota coram Priol. decis. 352. nu.*
3. & 4. & sanè si verba illa = *che al presente pos-
siede* = adjecta dicuntur exclusivè ad Bona in tu- 29
turum adquirenda *Mierez de majorat. part.1. qu.
10. nu.11., Menoch. de præsumpt. lib.4. præsumpt.
127. num. 10. & seqq.*, proculdubio includere
debent Bona præsentia, & tempore donatio-
nis à Donatore possessa, utpotè expressè sub ea
comprehensa;

Neque hanc indefinitam comprehensionem
Bonorum omnium dicto donationis tempore pe-
nes Donantem existentium restringere potest
mortis commemoratio in eadem dispositione 30
facta, quia id procedere posset, si idem dixisset
se donare medietatem Bonorum præsentium,
quæ ab ipso tempore obitus possiderentur, tunc 31
enim fortè restricta videri posset donatio, eam
modificando ab eventu, scilicet si tempore obi-
tus Bona in ejus patrimonio reperirentur, at
longè aliter res se habet in casu nostro, in quo
donatio concepta reperitur de medietate *di tut-
te le facultà, e sostanze, che al presente possiede*, 32
*ed anche di più di quelle, che al tempo della sua
morte lascierà tante in Mobili, Stabili &c.* ideo-
que expressio Bonorum à Donatore tempore
obitus relinquendorum facta per verba futuri
temporis, adjecta dicitur ad effectum compre-
hendendi in donatione medietatem etiam Bo-
norum in futurum adquirendorum *Arias de* 33
Mesa variar. resol. lib. 3. cap. 11. num. 19., Cer-
tiùs inspectis clausulis, & verbis, quibus Do-
nator usus est, post enim expressam medieta-
tem Bonorum præsentium, addidit = *ed anche
di più di quelli, che al tempo della sua morte la-
scierà* = quibus verbis manifestum fit, expressio- 34
nem Bonorum tempore obitus relinquendorum
factam fuisse augmentativè, & ad effectum ex-
tendendi, non autem restringendi dispositio-
nem, juxtà naturam tùm dictionum = *ed* = *anche* = 35
quæ implicant majora expressis, & comprehen-
dunt species ab illis diversas augendo, seù adij-
ciendo præcedentibus, ut de dictione = *&* = *Bar-* 36
bos. tract. var. de dict. usu freq. dict. 110. nu.33.,
& de dictione = *anche* = *idem Barbos. dict. 112.*,
tùm etiam inspectâ illâ aliâ dictione ampliativâ 37
= *di più* = quæ usurpatur prò = *amplius* = *Barbos.
diction. 164. in fin.*

Cùm itaque ex his omnibus pateat, in con-
troversa donatione comprehensam fuisse medie-
tatem Bonorum omnium à Donatore tempore
donationis possessorum, illamque ampliatam
potius, quàm restrictam fuisse adjectione illâ
= *ed anche di più di quelle, che al tempo della sua
morte lasciarà* =, dubitari solùm posset, an, si
fundatio dicti Prioratus facta fuisset ex Bonis à
Donatore post donationem quæsitis, hæc com-
prehensa dici deberent in donatione, & quoad
hæc veriùs crederem, illa separanda esse à reli-
quo Patrimonio Donantis, quia cum donatio
quoad hujusmodi Bona subsistat, quatenus 38
tempore obitus penes Donantem reperiantur,
ut superiùs probavimus ex *Noguerolo dict. alleg.
13. num.20. & seqq.*, & magis in specie *Calde-
rin. cons. 326. alias 7. de donat.*, quem refert, &
sequitur *Tusch. practic. conclus. lit. D. conclus. 699.
num. 13.*

*nu.*13., sequitur, quod, si ex iisdem dicto tem-
pore fundata jam reperiebatur Commenda, di-
ctorum Bonorum dominium sublatum ex Patri-
39 monio Donatoris translatum fuerat in Religio-
nem *Ansald. cons.*14. *nu.*39., ideòque non erant
ampliùs in Patrimonio Defuncti.

An autem, & ex quibus Bonis dicta fundatio
facta fuerit, pendet à mero facto, facilè in re
recenti dilucidando, animadvertendo dumta-
xat, quod, si fortè hac in re dubietas aliqua
subesset, cùm Donatarius medietatem hanc
Bonorum, quæ tempore obitus à Donatore
possidebantur, recipere debeat de manu here-
dis, &, ut ab eo illa consequi possit, conclu-
denter docere teneatur de identitate illorum,
40 cùm hæc sit extremum necessarium, sinè quo
obtinere nequit, ad tradita per *Rot. decis.* 443.
*num.*9., *& alibi passim*, onus probationis in eum
transfunderetur; Donatori enim suffragari vi-
deretur præsumptio, quod Bona alienata libe-
41 ra essent, & de iis, de quibus disponere pote-
rat, ad tradita per *Noguerol. alleg.* 14. *num.*36.,
quæ tamen præsumptio, æqui bonique ratione,
accipienda erit, nam, si inter donationem, &
fundationem dicti Prioratus, breve tempus in-
42 tercessisset, ille inefficax prorsus redderetur ob
maximam inverisimilitudinem, quod Donator
brevi tempore adquirere potuerit adeò ingen-
43 tem bonorum quantitatem, quæ satis esset do-
tationi dicti Prioratus, ut benè observat *Rota
coram bon. mem. Emerix Jun. decis.*996. *nu.*4.

Faventina Venditionis seù permutationis.

Venditio, seù permutatio non rescinditur, licèt Mulier vendens, aut permutans fuerit infrà dimidiam læsa. Mulier non ex eo dicitur læsa, quod illius pecunia cesserit in commodum Viri non habentis, unde illam relevare. Bonorum æstimatio, si in Mulieris venditione, seù permutatione fuerit prætermissa, contractum non inficit. Venditio itidem valida est, licèt non curatà ab emptore versione pecuniæ in Mulieris utilitatem, ac etiam non subsistentibus debitis in venditione enunciatis. Dolus emptoris non arguitur nec ex præmissis, neque ex re minoris vendita, quàm valeret, minùsque ex vi, & metu à Viro Mulieri incusso. Et qualis esse debeat vis, & metus, ut ob ejus caussam venditio rescindatur.

VOTUM XXIII.

1 *Restitutioni in integrum ob læsionem locus non est adversùs contractum omni jure validum.*

2 *Contractus a Muliere gestus cum Decreto Judicis, aliisque necessariis solemnitatibus, justus, & validus præsumitur.*

3 *Præsertim post lapsum quinquaginta annorum*, & num. 104.

4 *Contractus justitia, & validitas maximè præsumitur ex longæva illius observantia.*

5 *Contractus justitia, & validitas desumpta ex longæva ipsius observantia, nullum contra se remedium admittit*, & num.8.

6 *Læsio ad effectum restitutionis in integrum est omnino probanda.*

7 *Et quidem evidenter.*

9 *Læsionis probatio debet respicere valorem rei de tempore initi contractus*, & num. 15. & 16.

10 *Læsio ad effectum restitutionis in integrum debet esse ultra medietatem justi pretii*, & num.17., & 24.

11 *Contrahentibus permissum est usque ad medietatem justi pretii sese decipere.*

12 *Commercia non debent ex nimia æqualitatis observatione impediri.*

13 *Ob læsionem modicam nequit contractus rescindi.*

14 *Contrahentes nequeunt se enormissimè, & cum dolo decipere.*

18 *Læsio nec in medietate, nec in tertia parte justi pretii consistens, ad effectum restitutionis in integrum, satis non est.*

19 *Pretium rei est suàpte naturà triplex*, summum *nempe*, medium, *vel* infimum.

20 *Pretium rei, etiam* infimum *justum est.*

21 *Læsio ad effectum rescissionis contractus ab infimo rei pretio metienda est in dubio, an pretium statutum sit* summum, medium, *aut* infimum.

22 *Pretia rerum in dies variantur.*

23 *Nec ab uno ad alterum tempus fieri valet illatio.*

25 *Læsionem non præsefert dilatio quoad solutionem, ubi fuerit conventa.*

26 *Præsertim, si conventi etiam fuerint fructus recompensativi.*

27 *Contractus non rescinditur, licèt fructus conventi soluti non fuerint.*

28 *Sed potest quidem agi ad eorum solutionem.*

29 *Pro fructibus non solutis agi semper potest, dum sint conventi.*

30 *In contractibus innominatis rescissio ob inadimplementum non admittitur.*

31 *Sed actio tantùm competit pro adimplemento.*

32 *Ad læsionem statuendam non confert quæstio, utrum emptor sollicitus fuerit de versione pretii, & an benè, vel malè solverit, non curato illius investimento?*

Minùsque, an Mulier, sese obligans pro Viro, potuerit nec ne super ejus Bonis relevari, num.34. & 37.

33 *Læsio ut excludatur, sat est, pretium conventum læsivum non fuisse, & solutum illud fuisse.*

34 *Obligatio Mulieris pro Viro, an subsistat, dubium valde est, si à Patre fuerat in testamento prohibita sub nullitatis pœna.*

36 *Obligatio tamen Viri pro Muliere in casu ejusmodi valida est.*

37 *Obligatio Bonorum dotalium Mulieris favore Viri non habentis unde illam relevare, non subsistit.*

Se-

Secus est de obligatione, aut etiam venditione Bonorum parapbernalium, nu. 40.

38 Mulier sese obligans pro Viro non debet indotata remanere.

39 Nec potest lædi ultra dotis medietatem.

41 Mulier quoad Bona parapbernalia favore Viri obligata, aut etiam vendita, nequit allegare, quod fuerit ultra medietatem læsa.

42 In contractibus mulierum, ac præsertim in permutationibus, non requiritur pro forma, Peritorum æstimatio.

43 Eàque deficiente, adbuc similes contractus solent attendi.

44 Dummodo aliæ intervenerint necessariæ solemnitates, & dolus absit, & num. 46.

45 Pretium inter Partes stabilitum, justum præsumitur.

47 Observantia 30. annorum sufficit ad præscribendas solemnitates.

48 Contractus cum Ecclesia, Pupillo, aut Civitate initi ut sustineantur, probanda est versio in illorum utilitatem.

49 Contractus Mulieris necessariis munitus solemnitatibus, etiam non probatâ versione in illius utilitatem, sustinetur.

50 Obligatio Mulieris pro Viro, necessariis munita solemnitatibus, valida est, licèt facta, non urgentibus creditoribus, nec relaxatis mandatis, minùsque probatâ versione in extinctionem debitorum.

51 De versione pecuniæ in caussam expressam, sollicitus non debet esse, qui cum Muliere contrahit.

52 Alioquin cum fœminis nemo contraheret.

53 Emptor, & alius quilibet pecuniam solvens, non tenetur, si conventum id non sit, inquirere de illius versione in caussam expressam, & num. 54.

55 Secus est de contractibus a jure probibitis, & à Judice sub certa dumtaxat forma, & conditione permissis.

56 In contractibus Pupillorum, & similium, curâ, & administratione indigentium, solvens tutus non est, nisi in caussam expressam versa fuerit pecunia.

57 Procedit, nullo etiam onere ipsi injuncto.

58 Contractus Mulierum sunt a jure permissi.

59 In contractibus Mulierum ubi certa quoad solutionem forma, vel conditio non est præscripta, onus non est emptoris de versione pecuniæ inquirere, & num. 62.

60 Præsertim, eo non contendente agere contra Tertium, sed tantùm ad sui liberationem.

61 Liberatio faciliùs datur, quàm obligatio.

63 In contractu Mulieris onus investiendi adjectum si emptori non sit injunctum, hic ad illud non tenetur.

64 In contractibus Mulierum emptor, & alius quilibet pecunias solvens inquirere tenetur, an fictus aliquis, falsusque titulus, vel caussa quæsita sit.

65 In contractu Mulieris si pro ejus caussa debitum insubsistens fuerit expressum, sat est, illud reverà existere, ut solvens excusetur.

66 Nec is tenetur curare de validitate debiti, ejusque subsistentia.

67 Nec intrinsecam, ac latentem causæ qualitatem inquirere.

68 Census a Muliere impositus pro dissolvendo ære alieno utiliter contracto, validus censendus est.

69 Restitutio in integrum conceditur ex caussa doli, ac deceptionis.

70 Etiamsi læsio sit infra dimidiam. Declara ut num. 71.

71 Minoribus, ex caussa doli, ac deceptionis conceditur restitutio in integrum, etiamsi læsio sit infra dimidiam.

72 Non tamen, si sit minima.

73 Restitutio in integrum ex caussa doli, ac deceptionis competit majoribus, etiam infra dimidiam læsis, si deceptio ab Adversario processerit.

74 Secus, si re ipsâ tantùm.

75 Dolus emptoris est concludenter probandus.

76 Dolus in emptore non præsumitur.

77 Dolus emptoris in animo consistit.

78 Et non rectè infertur ex parcitate pretii.

79 Nec pretii quantitate æstimatur, sed facti qualitate.

80 Dolus emptoris, si non omnino ex pretii parvitate, junctis tamen aliis, potest inferri.

81 Dolus non inducitur ex re pluribus æstimata, quàm fuerit subinde vendita.

82 Dolus non infertur, si, ob necessitatem, res minùs fuit vendita, & num. 84.

83 Venditor necessitate adactus, minoris vendere compellitur, quàm res valeat.

84 Dolus in Emente minori pretio excluditur, si pluris rem valere Venditor sciebat.

85 Vendens minori pretio, justum pretium cum ignorat, sibi debet imputare.

86 Et babetur, ac si scivisset.

87 Doli caussâ non rescinditur venditio facta viliori pretio, licèt Venditor justum pretium ignoraret.

88 Emptori dolum ignoranti, nequit dolus nocecere, & num. 90.

89 Dolus unius nequit alteri præjudicare.

91 Ob dolum a Tertio in venditione commissum, contra eum, non contra emptorem agitur.

92 Et vi & metu ab emptore non incusso, venditio non rescinditur.

93 Et ex quibus de vi & metu constare dicatur, ad effectum rescindendæ venditionis?

94 Ex vi, & metu Viri tantùm præsumpto non rescinditur alienatio rei extradotalis Uxoris;

95 Sed minæ, & verbera debent probari.

96 Stante præsertim Decreto Judicis, & Propinquorum consensu.

97 Contractus ritè gestus dicitur, ubi, quæ adesse oportet, & abesse, adsint, atque absint.

98 Ven-

98 *Venditio a Majore 25. annorum ritè peructa, nequit resolvi.*
99 *Etiamsi Contrahens sit Mulier.*
100 *Præsertim, si venditio fuerit juramento firmata.*
101 *Contractus a Muliere cum juramento initus, impugnari ab ea nequit, dolo & læsione cessante.*
102 *Minusque ab ejus heredibus.*
103 *Heres nequit, impugnando sui Authoris obligationem, super illius Bonis a se possessis satisfactionem habere.*
105 *Pro contractus læsivi rescissione quotriennium tantùm datur.*
106 *Si præsertim impugnatus numquam fuerit.*
107 *Et maximè, si pro legitimo fuerit agnitus per receptionem residui preti.*

DOMINI Julius, & Joannes Baptista fratres de Gratiosis à me petunt, ut prò veritate dicere velim, num ipsis tamquàm filiis, & heredibus qu: Victoriæ Brunoræ, competere possit restitutio in integrum adversus venditionem, sivè permutationem Prædii nuncupati *di San Domenico, ò passo di Fogliano* extradotalis dictæ mulieris, & ab eadem cum præsentia, & consensu Viri, aliisque solemnitatibus tùm à Jure, tùm à Statuto præscriptis titulo permutationis alienati usque ab anno 1674. bon: mem: Aloysio Honuphrio Sandriani, pretio inter ipsas Partes convento, scutorum bismille, & quatuorcentum, quod quidem pretium partim in aliis terris, partim in Censibus, partim in pecunia numerata, prout ab emptore promissum fuerat, jam solutum fuisse non controvertitur, & constat ex publico, atque solemni Instrumento quietantiæ cum omnibus necessariis solemnitatibus celebrato anno 1678.

Præcipuum petendæ in integrum restitutionis fundamentum constituitur in læsione, quæ intervenisse dicitur ex eo, quod Prædium venditum pretio scutorum 2400. esset valoris scutorum 3400., & viceversà terræ in partem pretii assignatæ minus valeant, quàm æstimatæ fuerint in Instrumento venditionis, seù permutationis, dum paulo post, prævià æstimatione Peritorum, realiter venditæ fuerunt prò scutis 63. minùs eo, quod à Partibus calculatæ fuerant in actu permutationis, itaut, loco Prædii valoris, ut supra dictum est, scutorum 3400., revera accepta non fuerint, nisi scuta 2337, & prætereà de his quoque, non constet, versa fuisse in utilitatem mulieris, nisi scuta 1176.70., reliqua verò cessisse in commodum D. Philippi ejus Viri, non habentis unde Uxorem relevare posset, & demum ex ipsis scutis 1176. 70., quæ versa fuisse dicuntur in utilitatem mulieris, constat, ratam scutorum 350. erogatam fuisse in extinctionem trium Censuum, qui nulliter impositi fuisse dicuntur ex causa solvendi debita hereditaria Bartholomæi Brunori Patris dictæ mulieris, quæ quidem debita aliis pecuniis diluluta fuisse, non ambigitur.

Hæc sunt, quæ pertinent ad læsionem, præterquam dicebatur etiam, venditionem prædictam nullam fuisse ex defectu æstimationis omninò necessariæ in contractibus mulierum, & præsertim in permutationibus, atque etiam ob non probatam versionem totius pretii in utilitatem ejusdem mulieris, & demùm ob non probatam versionem partis illius in extinctionem Censuum nulliter impositorum; ex quibus omnibus vel separatim, vel unitim sumptis locum esse posse, contendebatur petitæ restitutioni in integrum; maximè attento dolo, & malà fide, quâ contractus undique ex prædictis infici videbatur.

Verumtamen, his non attentis, in contrariam sententiam abirem, quod videlicet petitæ
restitutioni nullo pacto sit locus; illa enim si
frustrà petitur adversus contractum omni jure 1
validum, & inter Partes legitimè stipulatum,
Rota in Tyburtina Castri Sambuci 12. Junii 1711.
§. Et licet coram Rmo Aldrovando, talis mihi
videtur ille, de quo agitur; nam, cùm in eo
intervenisse appareant Decretum Judicis, & 2
omnes aliæ necessariæ solemnitates, præsumptio Juris est prò justitia pretii, & validitate
contractus *Bald. in leg. si fundus 13. §.1. num. 1.*
vers. in Glossa ff. de reb. eor., Mascard. de probation. conclus. 960. num.1., Gratian. discept. forens. 461. num.19., Urceol. consult. forens. cap.3.
num.9., Rot. coram san. mem. Gregorio XV. decis.12. num.2., in rec. decis.158. num.4. part.11.,
decis.2. num.5. part.15., & decis.174. num. 22.,
& seqq. part. 17.; Præsertim eum is jam quin- 3
quaginta, & ultrà ab hinc annis perfectus fuerit, & absque ulla reclamatione semper pacificè observatus, ex hujusmodi namque adeò
longeva observantia, sicuti fortior redditur præ- 4
sumptio militans pro justitia pretii, & validi-
tate contractus, ita faciliùs excluditur quod- 5
cumque remedium adversus illam competere valens, *Cephal. cons. 261. num. 10. cum seqq.*, *Gabriel. comm. conclus. de emption., & vendit. conclus.1. num.12., Belmont. decis.124. num.28., Rota in Bononien. Portarum 28. Novembris 1692. §. In quam sententiam, & seq., & 24. Aprilis 1693. §. Idque sinè difficultate coram bon. mem. Manuel, cum aliis in Bononien. Transactionis 27. Junii 1706. §. Tum demum coram bon. mem. Omanna.*

Læsio itaque omninò probanda à Petente re-
stitutionem in integrum *leg. verùm §. Sciendum* 6
ff. de minor., Rot. post Pic. ad Statut. Urb. decis. 87. num. 42., quamvis sit mulier, *Jovius de solemnit. in contract. minor., Gloss. 22. §. 21. num. 19. cum ibi deductis*, probanda esset eo superlativo probationum genere, quæ requiruntur ab Imperatoribus Diocletiano, & Maximiano *in leg. si circumscripta 6.* ibi = *evidentibus probationibus ostenderitis* = *Cod. solut. matri-* 7
mon., Conciol. ad statut. Eugubin. in annot. ad rubric.58. num.8., Card. de Luc. de empt. disc. 24. num.2., & disc. 44. num.17., Rot. coram bon. mem. Emerix. Jun. decis. 1022. num.4., post Constantin. ad statut. Urb. decis. 160. num. 1. decis. 169. nu.

169. num.4., & 19., & decif.170. num. 20., &
28., in rec. decif. 297. num. 23. part. 19., opor-
tet enim contrariis probationibus vincere præ-
8 ſumptionem illam Juris, quæ, ut ſupra dictum
eſt, ſemper urget prò juſtitia pretii, & validita-
te contractus Cephal. conſ. 152. num. 7., & conſ.
348. num. 19., & conſ. 398. num. 199., Conſtantin.
ad ſtatut. Urb. annot. 46. num. 44., & ſeqq. tom.
2., Rota coram Emerix Sen. decif. 60. num. 3., in
Mantiſ. ad clar. mem. Card. de Luc. de Dot. decif.
9. num. 7., & in Faventina Prædii 24. Januarii
1701. §. Ut etiam coram bon. mem. Pio.

Quamobrem non ſolùm probationes hujuſ-
modi perſpicuæ, & concludentes eſſe debent;
9 verùm etiam opus eſt, illas præcisè reſpicere
tempus celebrati contractus, ſeù peractæ ven-
ditionis ad Text. in leg. ſi voluntate 8. Cod. de re-
ſcind. vendit.; Pinell. in dict. leg. 2. Cod. eodem tit.
part. 3. cap. 4. num. 5., Calvin. de æquitat. lib. 2.
cap. 134. num. 51., Oddus de reſtit. in integr. qu.
7. num. 18., Rot. coram Martin. Andr. decif. 23.
num 2., coram Gregor. decif. 553. num. 3., & de-
cif. 570. num. 5., coram bon. mem. Emerix Jun.
decif. 942. num. 5., & decif. 1022. nu. 6., & ſeq.,
in rec. decif. 532. num. 14., & decif. 580. num. 9.
part. 5. tom. 2., & in Bononien. Tranſactionis 25.
Junii 1706. §. Et quamvis coram bon. mem. Oman-
10 na; & præterea læſionem evincere, & conclu-
dere debent ultrà dimidiam partem veri pretii,
11 nam uſque ad dimidiam de jure communi per-
miſſum eſt Contrahentibus ſeſe invicem deci-
pere, & circumvenire, juxtà Textum in leg. in
Cauſæ la 2. §. Idem Pomponius ubi Gloſſa ff. de mi-
norib., leg. Item ſi in pretio §. ultim. ff. locati, leg.
2. & 8. Cod. de reſcind. vendit., Cap. cùm dile-
cti, ubi Gloſſ. litt. F. verb. deceptione, & Abb.
num. 2. verſ. ſecundo nota, & in cap. Cum cauſa
de empt., & vendit., & juxtà ratione ità conſti-
tutum fuiſſe videtur, ne ſcilicet, ex nimia
12 æqualitatis obſervatione, commercia impedi-
rentur: nulla namque eſſet conventio, quæ poſ-
ſet præſtare ſecuritatem, nulluſque eſſet litium
13 finis, ſi ob modicam etiam læſionem permiſ-
ſum eſſet à conventionibus poſſe recedere, ut
optimè advertit Card. Mantic. de tacit. lib. 4. tit.
20. num. 57., & ſeq., Hug. Grot. de Jur. bell., &
pac. cap. 12. num. 26., Farinac. in fragment. crimin.
lit. D. num. 30., & ſeqq. ubi plures, Leſſ. de juſtit.
& jur. lib. 2. cap. 21. dub. 4. num. 20., quamobrem
communiter receptum eſt, libertatem illam,
quæ de jure competit Contrahentibus, ut ſeſe
14 invicem decipere poſſint, reſtringi ſolum, &
limitari in caſu, quo aut ſit immenſa deceptio,
aut contractui inſit dolus, juxtà gloſſ. in leg. 2.,
Cod. de reſcind. vendit. verb. humanum eſt lit-
tera A.

His autem retentis firmiſſimis Juris noſtri re-
gulis, ſtatim deprehenditur, læſionem, ſivè
enormem, ſivè enormiſſimam procul abeſſe à
15 caſu noſtro; deficit enim primo loco rigoroſa
probatio veri valoris Prædii venditi tempore
venditionis, quinquaginta, & ultrà ab hinc an-
16 nis peractæ, ſinè qua certè læſio probata dici
nequit, ex ſuprà firmatis. At, dato etiam, ju-
ſtum valorem Prædii venditi fuiſſe, ut aſſeritur,
ſcutorum 3400., & ſic in majori quantitate ſcu-
torum mille eà, quâ reipsâ venditum fuit, nihi-
lominus læſio talis non eſt, quæ contractum in-
ficiat, & locum faciat illius reſciſſioni, aut re-
ſtitutioni in integrum: cùm enim ad iſtum effe-
ctum opus ſit, Venditorem ſaltem decipi ultrà 17
medietatem juſti pretii, juxtà prælaudatos Textus
in leg. 2., & 8. Cod. de reſcind. vendit., & in cap.
Cùm dilecti, & cap. Cùm cauſa de empt., & ven-
dit., ſatis proinde non eſt læſio illa, quæ nedum
medietatem juſti pretii, verùm nec tertiam il- 18
lius partem attingit, prout accidit in caſu noſtro,
& calculanti facilè patet, dum pro re, ut aſſe-
ritur, valoris ſcutorum 3400. ſoluta ſunt ſcuta
2400., & ſic læſio eſt longè infra tertiam par-
tem.

Præterea neque etiam conſtat, an pretium il-
lud ſtatutum in ſcutis 3400. ſit ſummum, me-
dium, vel infimum, nam, cùm latitudo pretii 19
naturalis conſiſtat in hac triplici quantitate, &
infimum etiam ſit juſtum pretium, læſio idcir- 20
cò ab illa metienda eſt, adeout, ſi non ſit ultrà 21
medietatem infimi pretii, contractus ex hoc ca-
pite reſcindi nequeat Tamburin. in præcept. deca-
log. lib. 8. tract. 3. cap. 7. §. 11. num. 14. tom. 2., ſic
inquiens = Quando Venditor non recipit dimidium
juſtæ æſtimationis, ut ſi res infimo pretio valeat vi-
ginti, ipſe autem vendat novem, dicitur decipi in-
frà dimidium, ex quibus colligitur apertiſſimè,
medietatem fore accipiendam non à ſummo, medio,
ſed ab infimo pretio = eumque ſequitur Bonden.
collect. legal. 31. num. 31., & ſeqq. lib. 1., ubi ait,
ſententiam hanc veriſſimam eſſe, eâque putat
magis conſuli juſtitiæ, & validitati contractus;
præſertim quando Venditor ex hoc capite illius
reſciſſionem proponit, prout contingit in caſu
noſtro.

Quapropter parvi refert, quòd prò augenda
læſione dicatur, Terras, in partem pretii aſſi-
gnatas, minoris poſteà æſtimatas, & re ipsâ 22
venditas fuiſſe, quàm æſtimatæ fuerint in primo
inſtrumento venditionis: reſpondetur enim,
quod pretia rerum in dies variantur leg. pre-
tia rerum 63. §. Nonnulla ff. ad leg. falcid.;
ideoque ex eo, quod Fundus poſteà tanti vendi- 23
tus fuit, non benè infertur, tanti etiam valuiſſe
tempore, quo fuit emptus, Rota in Fanen. Ma-
nutentionis, ſeù reintegrationis ſuper datione in
ſolutum quoad fructus 29. Januarii 1712. §. De-
nique coram R.mo Aldrovando. Præterea dici-
mus, quod, calculato etiam eo, quod minùs
dictæ Terræ à Peritis æſtimatæ, & venditæ fue-
runt, nempè ſcutis 63., adhuc læſio eſt longè
infra dimidiam, quinimò nec ſuperat tertiam
partem juſti pretii; eo namque conſtituto in
ſcutis 3400., ſi à ſcutis 2400., quanti res vendi-
ta fuit, demanantur ſcuta 63., remanent ſcuta
1337., quæ ſatis, ſuperque ſunt ad excluden-
dam quamcumque læſionem, cujus ope fiat lo-
cus reſciſſioni contractus, aut reſtitutioni in in- 24
tegrum, dum hæc, ex alibi deductis, ſaltem de-
bet eſſe ultrà dimidiam partem juſti pretii.

Nec pro æſtimanda læſione habenda eſt ratio
dila-

dilationis conventæ quoad ſolutionem partis
pretii, quoties enim id uſque ab initio Con-
trahentes volueruot, & unanimi conſenſu ita ab
25 ipſis ſtabilitum fuit citrà læſionem in quantita-
te pretii, ſola dilatio nullam læſionem, aut in-
commodum afferre dicitur. *Coſta de ration. rat. quæſt. 69. num. 3., & ſeq., Aſin. de execut. §. 7.*
26 *num. 167.*; præcipuè in caſu noſtro, in quo cor-
reſpectivè ad tempus dilationis conventi fue-
ruot fructus recompenſativi, qui, licèt nun-
quam ſoluti fuiſſe dicantur, id tamen parvi re-
fert, nam, ut inquit *Textus in leg. eâ conditione*
27 *14. Cod. de reſcind. vendit. = Non ex eo quod Em-*
ptor non ſatis conventioni facit, contractus irritus
28 *conſtituitur =*. Sed agitur ad implementum,
29 cùm ſemper integra maneat actio ad dictos fru-
ctus conſequendos, quatenùs reverà conſtet, il-
los, juxtà conventionem initam nunquam fuiſſe
ſolutos; eſt enim juxta indolem, & naturam
30 contractus nominati, ut non admittatur reſciſ-
ſio ob non adimplemeotum, ſed tantùm detur
31 actio prò adimplemento contra inobſervaotem
Rot. deciſ. 415. num. 4. part. 1. rec., dec. 77. n. 2. part. 2., deciſ. 616. num. 11. part. 5. tom. 2., & deciſ. 419. num. 18. part. 13., & alibi ſæpiſſimè.

Ad læſionem verò nullo pacto pertinet, quod
rata pretii in utilitatem viri, non autem mu-
lieris, converſa fuiſſe dicatur, ſivù quod pars
illius erogata fuerit in extioctionem trium cen-
ſuum nulliter impoſitorum, vel demum, quod
idem pretium prò rata ſcutorum 423. ſoluto-
rum in actu ſtipulationis iuſtrumenti, non ap-
pareat, in quam cauſam fuerit erogatum; hæc
enim omnia reſpiciunt aliam prorsùs diverſam
32 quæſtionem, utrum Emptor ſollicitus eſſe te-
neretur de verſione pretii, & an benè, vel malè
ſolverit, oon curato illius inveſtimento favore
mulieris, itaut cogi poſſit ad iteratam ſolutio-
nem illius partis, quam io ejus utilitatem ceſſiſ-
ſe minimè conſtat: cùm ceteroquin, quantum
ad læſionem ſpectat, ſatis ſit, pretium conven-
33 tum non fuiſſe læſivum, & totum id, quod Par-
tes inter ſe convenerunt, fuiſſe adamuſſim ab
Emptore ſolutum, atque adimpletum, de quo
nullum dubium eſt in hypotheſi ooſtra.

Non abſimili ratione ad ſtatuendam læſionem
34 contractus, de quo agitur, conferre minimè
poſſe videtur, quod Mulier prò ſumma expenſâ
in commodum, & utilitatem Viri, nempè prò
dimittendis ejus debitis, non haberet releva-
tionem in Bonis ejuſdem Viri; id enim miuimè
reſpicit contractum venditionis, ſeù permuta-
tionis ioitæ inter Mulierem, & Saudrianum,
ſed tantùm poſteriorem actum erogationis pe-
cuniæ inde retractæ in ſolutionem debitorum
35 Viri, de cujus ſanè poſterioris actus ſubſiſtentia,
& validitate, etſi fortè dubitari poſſet, attentâ
præſertim prohibitiooe factâ mulieri in teſta-
mento Patris, ne unquam pro Viro ſe obligaret,
ſub pœna nullitatis actus, & ne ullo pacto Vir
ſe immittere poſſet in adminiſtratione Bonorum
extradotalium Uxoris; attamen exinde nun-
quam in controverſiam revocari poterit validi-
36 tas prioris contractus venditionis, ſeù permu-
tationis, in quo non Uxor prò Viro ſe obligavit,
ſed Vir pro Uxore tamquam fidejuſſor acceſſit.
Non omittendo, quæſtionem hujuſmodi ſuper 37
relevatiooe fieri ſolere dumtaxat, quum agitur
de bonis dotalibus, ne ſcilicet mulier ſe obli- 38
gando pro viro, prorsùs indotata remaneat, aut
ſaltem læſa ultra medietatem dotis, id enim non 39
fieri intereſt Reipublicæ, ex firmatis per *Rot. deciſ. 36. num. 11. inter collect. per Balducc. deciſ. & rer. judicat. tit. 4. de dot., & mulier. oblig., & deciſ. 462. num. 10. part. 18. tom. 2. rec.*, & præ-
ciſè, quòd Uxor vendens bona paraphernalia 40
etiam contemplatione Viri, non reſtituatur 41
prætextu ejuſcemodi læſionis, tradit *Jovius de ſolemnit. in contract. minor. gloſſ. 22. §. 21. num. 21.*

Miſsâ igitur læſione, aggredior examen alia-
rum nullitatum, ob quas contractum corrue-
re, & locum eſſe contenditur reſtitutioni in in-
tegrum; Paucis verò ab illis me expedire poſſe
arbitror, quia reverà tales non ſunt, quæ lon-
gam poſtulent, accuratamque diſcuſſionem, &
quidèm primo loco nullius momenti eſt omiſſa
æſtimatio tàm Prædii venditi, quàm Terrarum
loco pretii, ſivè in partem illius receptarum;
nullibi enim aut de jure communi, aut de juro
municipali ſtatutum eſſe reperio, quod in con-
tractibus mulierum, & præcipuè in permuta- 42
tionibus requiratur prò forma, & tamquam
neceſſaria ſolemnitas æſtimatio Peritorum,
adeout, ſinè illa, contractus cum muliere cele-
bratus ſubſiſtere nequeat, quin potiùs paſſim,
& ſæpè ſæpiùs videmus, contractus hujuſmodi 43
cum mulieribus ſuſtineri, tametſi nulla appa-
reat æſtimatio facta à Peritis, dummodò ioter-
venerint aliæ neceſſariæ ſolemnitates, & procul 44
abſit quælibet ſuſpicio fraudis, & læſionis, ut
patet ex firmatis per *Rotam in Firmana Pecuniaria ſuper manutentione 27. Junii 1704. §. Nec videtur coram bon. mem.* Kaunitz, *& in Anconitana Salviani 22. Aprilis 1709. §. Sed tantò magis, & ſeqq. coram clar. mem. Card. Priolo*; quoties
itaque nullus in contractu dolus interceſſit, &
pretium communi Partium conſenſu ſtabilitum,
quod ceteroquin juſtum præſumitur, *Conſtant. ad* 45
ſtat. Urb. annot. 46. art. 2. n. 44., & ſeqq. & art. 3. n. 263. & ſeq. cum ibi deductis, minimè læſivum eſſe
comperiatur, non eſt, cur contractus ſuſtineri non 46
debeat, tametſi cum muliere initus, ex hoc ſo-
lum, quod non præceſſerit formalis æſtimatiu Pe-
ritorum, nullo jure, aut ſtatuto requiſita, &
conſequeoter minimè neceſſaria, Præſertim poſt-
quam tanto temporis ſpatio excedente metam
quinquaginta annorum, contractus fuit pacificè
obſervatus, nam, concurrente obſervantiâ, tri-
ginta anni ſufficiuot ad præſcribendas ſolem- 47
nitates, *Rota coram Puteo dec. 365. num. 4. lib. 2.*

Quod verò attinet ad aliam exceptionem non
probatæ verſionis integri pretii in utilitatem mu- 48
lieris, ea quoque pari facilitate ſubmovetur;
nam probatio verſionis ſpeciale quidem eſt, ut
requiratur in contractibus cum Eccleſia, Pupil-
lo, vel Civitate, juxtà *Text. in Authent. hoc jus porrectum Cod. de Sacroſ. Eccleſ., & alios, quos refert Rota deciſ. 462. num. 14. part. 18*; Secus ve-

49 rò in contractibus mulierum cum omnibus ne-
cessariis solemnitatibus celebratis, ut limitando
supradictam conclusionem expresse firmant
*Gratian. discept. 951. num. 7., 8., & 28., Con-
stantin. ad statut. Urb. annot. 44. artic. 6. num. 692.,
Rot. post Pacific. de Salvian. decis. 227. num. 3.,
coram Ubald. decis. 341. num. 12., in rec. decis. 33.
num. 10., & seqq. part. 4. tom. 2., decis. 60. n. 2.
& decis. 438. n. 10. part. 13., decis. 163. n. 14. part.
14., & decis. 73. num. 5. part. 15.*, & in fortio-
50 ribus terminis prò validitate obligationis fide-
jussoriæ mulieris prò Viro, etiam non urgentibus
Creditoribus, nec relaxatis mandatis, & non pro-
batâ versione in extinctionem debitorum, respon-
51 dit *Rota decis. 462., & decis. 609. part. 18.*, &
magis in specie, quod quis non teneatur esse
sollicitus, an mulier pecuniam expendat in cau-
sam expressam, decidit *Surd. decis. 156. num. 9.*,
ubi in fine de communi testatur, & dixit *Rota
decis. 33. num. 12., & seqq. part. 4. tom. 2. rec.
cum aliis ibi adductis*: alioquin nemo cum fæmi-
52 nis contraheret, quia, ut egregiè advertit *Pau-
lus Jurisconsultus in leg. si mulier Cod. de Velle-
jan. = Si mulier tamquam in usus suos pecuniam
acceperit, alii creditura, non est locus S.C., alio-
quin nemo cum fæminis contraheret, quia ignorari
potest quid acturæ sint =*

Neque id mirum videri debet, cùm certi,
exploratique Juris sit, Emptorem, sivè alium
53 quemcumque solventem regulariter non teneri
esse sollicitum, & curiosum; ut pecuniæ solutæ
vertantur in causam expressam, quoties onus
hujusmodi ipsi solventi non reperitur injunctum,
ad *Text. in leg. fin. ff. de exercit. action., Bartol.
in leg. Civitas., num. 7., ibique Jason. num. 12. ff.
si cert. petat., idem Barthol. in leg. 1. §. Non tan-
tùm ff. de exercit. act., ubi Bald. in 2. notab., &
Castrens. num. 4., Innocent. in cap. cum quibusdam
de fidejuss. num. 3., Gratian. discept. 45. num. 5., &
seqq., Mantic. de tacit. lib. 8. tit. 14. num. 10.,
Surd. decis. 156. num. 3., & seq., ibique Hodiern.
num. 1., & seq., Rota post Pacific. de Salvian. de-
cis. 16. num. 13., & seqq. coram Ludovis., decis.
511. num. 19., & 12. cum seqq.*, ubi solutio fa-
cienda erat prò solvendis diversis debitis domus
54 & nihilominus, hoc minime adimpleto, Rota
censuit, Solventem liberatum esse per actualem
solutionem, absque eo quod inquirere deberet
de versione in causam expressam, *ibique Adden.
num. 33.*, & conferunt firmata *in Romana Asso-
ciationis 26. Februarii 1712. §. Unde coram Card.
Falconerio, & in Romana Dotis 5. Decembris
ejusdem anni §. In præsenti autem coram Card.
Scotto.*

Contraria verò procedunt in contractibus à
55 Jure prohibitis, & à Judice dumtaxat sub certa
56 forma, modo, & conditione permissis, in his
57 enim Emptor, tametsi onus ipsi præcisè injun-
ctum non reperiatur, tutus non est, nisi illis for-
maliter adimpletis, nè alioquin aperiatur via
fraudibus, & dolosæ supplantationi Pupillorum,
aliarumque similium personarum, quæ alterius
curâ, & administratione indigentes, alieno po-
tiùs, quàm suo vivunt arbitrio, ut tradit *Rota co-
ram bon. mem. Emerix Jun. dec. 12. num. 6., co-
ram Cerro decis. 215. num. 1., in rec. decis. 41. num.
15., & seq., & decis. 325. num. 3., & 4. part. 10.,
decis. 186. num. 6. part. 16., decis. 64. num. 4. part.
18. tom. 1.* At aliter res se habet in contractibus 58
mulierum à jure permissis, & in quibus certa 59
forma, vel conditio quoad solutionem pretii
præscripta non reperitur, ut in casu nostro, in
his enim terminis cura versionis ad Emptorem
minimè pertinet, ut benè contrarias auctorita-
tes explicando, declarat *Rot. d. decis. 12. num. 6.
coram bon. mem. Emerix Jun.*; præsertim quando
Emptor, ut hic, non contendit ex solutione fa- 60
cta mulieri quæsivisse obligationem ullam, &
actionem contrà tertium, sed tantùm agit de li-
beratione consequenda, quæ faciliùs datur,
quàm obligatio, juxta *Text. express. in leg. Ar- 61
rianus 46. ff. de obligat., & action.*, ita loquen-
tem = *Ubi de obligando quæritur, propensiores esse
debere nos, si habeamus occasionem ad negandum,
ubi de liberando ex diverso, ut faciliores simus ad li-
berationem = Salgad. in Labyrint. Cred. par. 2.
cap. 9. num. 115.*, & in nostris terminis *Rota decis.
511. num. 12. vers. rursus Bartol. coram Ludovis.*

Ex his autem sicuti patet, Emptorem exem-
ptum fuisse ab onere curandi versionem pretii in
utilitatem mulieris, ità quoque perspicuum fit,
ipsum curam nullam gerere debuisse, ut favore
ejusdem mulieris investiretur pars illa pretii,
quæ numerata fuit in actu stipulationis instru-
menti, id enim nullo jure cautum, nec in dicto 62
instrumento præscriptum reperitur, & quando
etiam in illo demandatum fuisset investimen- 63
tum pretii, adhuc pro Emptoris liberatione suf-
ficeret, illud ipsi injunctum non fuisse, ut in spe-
cie oneris investiendi tradit *Rota coram Dunozz.
Jun. decis. 858. num. 8., & in Fulginaten. Pecu-
niaria 6. Junii 1698. §. Præterquam quod coram
bon. mem. Pio*; cùm in hujusmodi contractibus
hoc tantùm ab Emptore, sivè ab alio quocum-
que pecunias solvente præstandum, & investi- 64
gandum sit, ut scilicet non fuerit quæsitus, con-
fictusque titulus falsus, seu falsa causa, ut ex-
plicat *Cujac. in leg. final. ff. de exercit. action. seu
tract. 8. de Orfician., Rot. decis. 33. num. 12., &
seqq. part. 4. tom. 2. rec., ubi alii.*

Quæ quidem falsa causa frustrà in hypothesi
desumi videbatur ex eo, quod debita prò causa
venditionis, seù permutationis in instrumento
enunciata non subsisterent, tamquam nulliter
contracta: quia, omissis aliis responsionibus, sa-
tis est dicere, quod ad justificationem solutionis,
& excusationem Solventis; exuberat, conditio- 65
nem extrinsecam esse veram, quod videlicet
debita reverà existerent, minimè curatà illorum 66
validitate, & subsistentià, de qua Emptor, &
Solvens non tenetur esse sollicitus, cùm non co-
gatur inquirere intrinsecam, atque latentem
causæ qualitatem, ut *ex Textu in leg. Si homi- 67
nem ff. de solution., probat Casanat. cons. 9. num.
34., Salgad. in Labyrint. Creditor. part. 1. cap.
36. num. 32., & seq., & num. 39., & part. 2. cap.
9. num. 33., Rocc. disput. Jur. select. cap. 127. n.
20.*, & magis in specie, quod teneat census va- 68
lidè

Idè impositus à muliere prò dissolvendo alio
debito nullites contracto, firmavit *Rota decis.
495. num. 9., & seqq part. 13.*, ubi declaratur
Decisio 383. part. 12., quæ contrarium sentire
videtur, & sequitur *Constantin. ad statut. Urb.
annotat. 44. artic. 7. num. 728., & seqq.*

Quatenus verò ex omnibus prædictis argue-
69 retur deceptio, & circumventio, ex qua conce-
ditur restitutio in integrum, etiamsi læsio sit
70 infra dimidiam justi pretii; Dicimus, id rectè
71 procedere in minore per *Text. in leg. siquidem*
72 *Cod. de. Præd. minor.*; nisi deceptio esset mini-
ma, quia tunc nec minori daretur restitutio, ut
73 *in leg. Scio ff. de restit. in integr.*; In majore ve-
rò locum habere dumtaxat, cùm deceptio cau-
satur dolo Adversarii, *leg. si dolo 5., & leg. do-
lus 10. Cod. de rescind. vendit.*, secus, si re ipsâ
74 tantùm, ut benè distinguunt *Glossa in leg. quis-
quis major 15. lit. L. Cod. de rescind. vendit.*

Dolus autem Emptoris plenè, & concluden-
75 ter probandus esset *leg. dolum 6. cod. de dol. mal.*,
leg. quoties 23. §. 1. de probat., *leg. dolus 10. in fin.*
76 *Cod. de rescind. vendit.*, quia non præsumitur,
leg. merito 51. ff. pro socia, *Klocb. de contribut.*
77 *cap. 19. num. 667.*, ubi latissimè, & tamquam
78 consistens in animo, non rectè infertur ex par-
vitate pretii, ut enim ait *Text. in dicta leg. do-*
79 *lus 10. Cod. de rescind. vendit.* = *Dolus Em-
ptoris qualitate facti, non quantitate pretii æsti-
matur* =, ubi licèt *gloss. litt. K.* velit, quod ad
80 istum effectum quantitas pretii, etsi non prorsus
valeat; valeat tamen cum aliis: Ista tamen
alia hic adesse non video prò hujusmodi doli
inductione; nam si dicitur, Terras in permu-
81 tatione assignatas pluris æstimatas fuisse, quàm
re ipsâ posteà venditæ fuerint, respondetur, id
ad probationem doli, & malæ fidei non sufficere,
ut docet *Textus in leg. 4. Cod. de rescind. ven-
dit.* ibi = *ad rescindendam venditionem, & malæ
fidei probationem, hoc solùm non sufficit, quod
magno pretio fundum comparatum, minoris distra-
ctum esse commemoras* = Si verò diceretur, vendi-
82 tionem factam fuisse viliori pretio propter ur-
gentem necessitatem, neque id contractum
redderet inefficacem *juxtà Text. apertum in leg.
non idcircò 12. eodem tit. Cod. de rescind. vendit.*,
nam, ut advertit *Rota decis. 532. num. 10., &
11. part 5. tom. 2. rec.*, Venditor ut plurimùm ne-
83 cessitate rei familiaris vendere compellitur mi-
nori pretio, quàm res valeat; non tamen ob id
84 in dubium revocatur validitas contractus, quasi
dolo initi.

Et generaliter, quod dolum attinet, aut
85 Venditor sciebat, fundum pluris valere, & nihi-
lominus consensit venditioni factæ prò minori
pretio, & tunc dolus abest, attentâ scientiâ, &
consensu, *leg. nemo videtur ff. de regul Jur.*, &
leg. Cùm donationis Cod. de Transact., *leg. Vendi-
tor 11., & ibi gloss. lit. Q. Cod. de rescind. ven-
dit.* Aut Venditor ignorabat justum valorem
86 fundi, & *sibi imputare debet ille, qui vendidit
rem, cujus pretium ignoravit, quia non debuit esse
tam negligens, & sapiens*, ut inquit, *Bald. in
d. leg. quisquis major 15. Cod. de rescind. vendit.*,
ideòque perinde habetur, ac si scivisset, ad hoc
ut venditio paulò viliori pretio facta sustinea-
tur, & tamquam dolosa, rescindi non possit *d. leg.* 87
quisquis, & ibi gloss. lit. P.

Quod si tandem objiceretur, venditionem fa-
ctam fuisse à muliere compulsa à Viro per vim,
& metum includentem dolum, obvia est res-
ponsio, nimirum hoc etiam (etiamsi probare-
tur) Emptori nocere non posse, si doli con- 88
scius non fuit, nam dolus unius non debet alte- 89
ri nocere, *leg. eleganter 7. in princ. ff de dol.*, &
Text. *in leg. Si dolo 5. Cod. de rescind. vendit.*
loquitur expressè de dolo Adversarii, & *Gloss.* 90
ibidem lit. I. verb. Adversarii clarè limitat di-
spositionem Textus in casu doli procedentis ab
alio ibi = *Secus si dolo tertii, quia tunc agitur actio-* 91
ne de dolo contrà illum tertium =, & ad effectum 92
rescindendi venditionem requiri dolum Empto-
ris, vel metum ab eo incussum, probat apertè
*Textus in leg. si voluntate 8. Cod. de rescind. ven-
dit.*, sub initium sic habens = *Dolus ex callidita-
te, atque insidiis Emptoris argui debet, vel metus
mortis, vel cruciatus corporis imminens detegi, ne* 93
habeatur rata venditio =, ex quibus verbis patet
etiam, cujus generis debeat esse metus ad istum
effectum, & tradit *Jovv. de solemnitat. in con-
tract. minor. Gloss. 22. §. 21.*, ubi, quod ex metu 94
præsumpto Viri non rescinditur alienatio rei
extradotalis Uxoris, nisi minæ, aut verbera 95
probentur; præsertim, si intervenerit Judicis de- 96
cretum, & propinquorum consensus.

Jure igitur facta venditio, sivè permutatio
omninò dici posse videtur in casu nostro = *cùm* 97
*adsint, quæ adesse oportet, & absint quæ abesse
oportet* =, ut benè ad rem notat *Glossa in leg. ra-
tam 7. Cod. de rescind. vendit. lit. E*; ideoque re-
ctè locum sibi vindicat dispositio *Textus in leg. si
dolo 5. eodem tit. Cod. de rescind. vendit.* = *quod
si jure perfecta venditio est à majore 25. annis, in-
telligere debes, consensu mutuo perfectam vendi-* 98
tionem, resolvi non posse = sunt verba Textus 99
prædicti; Præsertim cùm mulier, aliique in di-
cto Instrumento obligati sese solemniter ad-
strinxerint Juris jurandi obligatione interpositâ 100
ad perpetuam observantiam dicti contractus, &
de evictione promiserint tùm generaliter, tùm
particulariter in forma Juris valida, ac ad om-
nia damna teneri voluerint, quo fit, ut, sicu- 101
ti cessante dolo, & læsione, contractus ab illis
impugnari non posset, *Gloss. in dicta leg. 2. Cod.
de rescind. vendit. lit. B. vers. nos contra*. Ità ne-
que id liceat DD fratribus de Gratiosis illorum 102
heredibus, per *Text. in leg. Vindicantem ff. de
eviction.*, *Rota in Anconitana Salviani 22. Apri-
lis 1709. in princ., & §. Nec allegara coram clar.
mem. Card. Priolo*, alioquin satisfactionem con- 103
sequi deberent ex ipsis bonis hereditariis, quæ
possident *Rota coram Cerro decis. 586., & decis.
647. utrobique num. 1., & seqq. post Constantin.
ad statut. Urb. decis. 169. num. 25., & decis. 170.
nu. 1., & in Romana Dotis 20. Junii 1712. §. Be-
ne verùm coram Rmo Aldrovando.* Certiùs verò 104
post lapsum quinquaginta, & ultrà annorum; 105
nam officium Judicis ad rescindendum contra-

ctum regulariter competit tantùm intrà quatriennium *leg. supervacuum Cod. de temp. in integr. restit.*, *Gloss. in leg. 2. Cod. de rescind. vendit.*
106 *lit. B.*, *& ibi Salycet. in not. margin.*, præsertim quando contractus ab ipsa muliere num-
107 quam fuit impugnatus, quinimò pro legitimo agnitus per receptionem residui pretii, in quibus circumstantiis ille faciliùs sustinetur, ut ponderat. *Rota decis. 394. num. 12. & 13. part. 13., & decis. 462. num. 16. part. 18. tom. 2.*

Florentina Emphyteusis.

Investitura ad solos Heredes sanguinis, vel ad certum Personarum genus non restricta, & continens alienandi facultatem, censetur ad quoscumque extraneos transitoria, nec ad vitam dumtaxat alienantis, sed perpetuò duratura. Emphyteusis perpetuitas ex quibus argumentis deducatur? Observantia centenaria an, & quando faciat præsumere quemlibet meliorem titulum! Et quid si iste fuerit ab initio allegatus?

VOTUM XXIV.

1 *Dominia rerum non debent semper in incerto manere.*

2 *Heredes, licèt extranei, comprehensi in investitura censentur, ubi post vocationem filiorum, eorumque Descendentium, mentio aliorum heredum facta est verbis comprehendere valentibus etiam extraneos.*

3 *Concessio, in qua priùs filii, eorumque heredes, deindeque alii quicumque heredes, & successores contemplati sunt, potius locatio* perpetua, *quàm* emphyteusis *reputanda est.*

4 *Verba investituræ* = Heredibus, & Successoribus, & quibus tu, vel alii prædicti &c. concesseritis, vendideritis, alienaveritis &c. in perpetuum donamus &c. = *comprehendunt heredes etiam extraneos*, & num. 10., & 48.

5 *Locatio* perpetua *ad quoscumque heredes etiam extraneos est transitoria*, & num. 47.

6 *Quamvis esset* Ecclesiasticà, *& num. 7.*

7 *Verba* = Heredibus, & Successoribus = *in emphyteusi, etiam Ecclesiastica eam efficiant* transitoriam *ad quoscumque heredes, licèt extraneos.*

8 *Verbum* Successoribus *post aliud* Heredibus *quid plus operatur, quàm verbum* Heredibus *simpliciter prolatum.*

9 *Præsertim additis aliis verbis* = Et quibus tu, vel alii prædicti &c. concesseritis =, *& num. 22.*

11 *Clausula* = quibus dederit = *In investitura, æquiparatur clausulæ* = pro heredibus quibuscumque =.

12 *Et ambæ important æquè principaliter vocationem tàm extraneorum, quàm Descendentium*, & num 21. 28., & 29.

23 *Clausula* = in perpetuum = *adjecta parti dispositivæ investituræ importat comprehensionem tàm Descendentium, quàm extraneorum*, & num. 21. & 26.

14 *Verba investituræ* = tibi, tuisque filiis, nepotibus, pronepotibus &c. possessionem apprehendendi, locandi, dislocandi, vendendi, permutandi, & alia pro tuo, & tuorum prædictorum libito faciendi plenam, & liberam licentiam &c. elargimur = *contemplationem etiam extraneorum præseferunt*, & num. 21. & 49.

15 *In emphyteusi, licèt Ecclesiastica, si primo adquirenti amplissima alienandi facultas concessa est, etiam extranei dicuntur comprehensi*, & num. 26.

16 *Observantia qualitatem contractus declarat.*

17 *Observantia declarat, Bona ejus esse naturæ, ut ad extraneos valeant transire.*

18 *Et sufficit pro hujusmodi effectu, aliquando in eos transivisse.*

19 *Emphyteusis, licèt Ecclesiastica, sat est, quod semel ad extraneos transierit, ut in eos sit inposterum transitoria.*

20 *Neque opus est hujus rei declaratione in contradictorio judicio.*

22 *Verba* = Heredibus quibuscumque =, *sive* = & quibus dederint =, *necnon clausula* = in perpetuum =, *aliæque ejusmodi extraneos non comprehendunt, quando concessio ad solos heredes sanguinis, vel ad certum personarum genus restricta est*, & num. 23.

24 *Item, quando concessio expressam continet alienationis prohibitionem.*

Si secus, non procedit num. 25., 26. & 30.

Minùsque, si, factà alienatione, ea à nemine fuit retractata num. 27.

31 *Alienandi facultas in investitura regulariter data intelligitur in præjudicium concedentis.*

32 *At non etiam vocatorum*, & num. 34. & 56.

33 *Jus quæsitum dicitur vocatis in investitura.*

34 *Alienandi facultas in investitura illius naturam non immutat.*

35 *Nec etiam jus vocatis quæsitum adimit.*

36 *Si præsertim ad vitam dumtaxat alienantis fuerit concessa.*

37 *Verba investituræ* = Et quibus tu, vel alii prædicti jus tuum pro dictis temporibus concesseritis = *alienandi potestatem vocatis factam, ad eorum dumtaxat vitam coarctant.*

38 *Alienandi facultate Vocatis in investitura ad eorum dumtaxat vitam concessà, alienatio ab ipsis facta tandiu sustinetur, quandiu iidem vixerint.*

39 *Et potest, iis decedentibus, ab aliis in ea comprehensis revocari.*

40 *In investitura, qui sunt comprehensi, jure proprio, & ex propria persona venire dicuntur.*

41 *Alienandi facultas in investitura quando ex mente Concedentis censeri debeat ad vitam dumtaxat alienantis restricta?* & n. 42. & 43.

43 *Instantanea correctio, & contradictio vitanda est.*

44 *Alienatio debet in præjudicium Vocatorum*

in

in Investitura perpetuò valere, si nec rei natura, nec verba concessionis, neque mens Concedentis perpetuitati repugneat, illique insuper favent observantia.

45 *Papa est supremus rerum Ecclesiasticarum Dominus.*

46 *Papa ex permissa Vocatis in Investitura Bonorum alienatione præsumitur illorum transitum concessisse ad quoslibet heredes, etiam extraneos.*

47 *Præsertim, si concessio sit potius locationis* perpetuæ, *quàm emphyteusis.*

50 *Itemque, si cunctis, in quos ea Bona quocumque titulo transierint, perpetua illorum concessio facta sit.*

51 *Verba Investituræ* = Authoritate Apostolica &c. in perpetuum donamus, concedimus &c. = *perpetuam concessionem important favore quorumcumque in ea comprehensorum.*

52 *Ac etiam eorum, in quos Bona fuerint alienata*, & num. 54., & 55.

53 *Procedit in præjudicium quoquè Vocatorum*, & num. 56.

57 *Alienandi facultas in Investitura, si generalis, & amplissima sit, censetur in præjudicium etiam Vocatorum concessa*, & num. 79.

58 *Verba Investituræ* = & quibus &c. jus tuum pro dictis temporibus concesseritis = *non taxativè, sed demonstrativè sunt accipienda.*

59 *Nec tempus limitant, quo alienatio, si fiat à Vocatis, debeat durare, sed indicant, quo tempore valeat expleri*, & num. 65.

60 *Præsertim, si Investitura sit merè hereditaria, & ad quoscumque transitoria.*

61 *In Investitura hereditaria totum jus residet penes Possessorem.*

62 *Cum facultate alienandi in perpetuum etiam in præjudicium comprehensorum.*

63 *In dispositione qualibet id semper volitum præsumitur, quod est de ejusdem natura, atque essentia.*

64 *A natura, quæ insunt, semper inesse præsumuntur, nisi probata mutentur.*

66 *Investitura merè hereditaria est ad quoscumque transitoria.*

67 *Alienandi facultas tributa Vocatis in Investitura, compatibilis est cum eorum vocatione*, & num. 78.

68 *Vocatio autem hujusmodi censetur non absoluta, sed conditionalis, & restricta ad casum non sequutæ alienationis*, & num. 77.

69 *Procedit etiam in vocatione ad fideicommissum, talem facultatem continente.*

70 *A fideicommisso ad emphyteusim, & viceversà, ubi in utrisque data sit alienandi facultas, eadem, quoad illius compatibilitatem cum vocatione, valet illatio.*

71 *Alienandi facultas, ubi amplissima est, & concessa omnibus in Investitura comprehensis, nullam recipere valet restrictionem*, & n. 76.

72 *Vocatio filiorum, eorumque Descendentium, in Investitura, restrictiones admittit.*

73 *Et sumpta sub conditione, quatenus alienatio non sequatur, compatibilis est cum facultate alienandi.*

74 *Investitura secumferens alienandi facultatem, nullum Vocatis certum, & absolutum jus adquiris.*

75 *Sed tantùm sub conditione, quatenus alienatio non sequatur.*

80 *Observantia plusquàm centenaria declarat, Bona esse perpetuò transmissibilia, etiam ad extraneos.*

81 *Observantia valet naturam ipsam, & qualitatem concessionis immutare.*

82 *Ac reddere alienabile id, quod ex se tale non est.*

83 *Maximè autem eam declarare, atque interpretari.*

84 *Licèt agatur ad effectum reddendi capaces extraneos medio alienationum in præjudicium Vocatorum factarum.*

85 *Observantia, ut in præjudicium Vocatorum reddat capaces extraneos alienatarios, opus non est illius adprobatione in judicio.*

86 *Ad eamque probandam unicus actus sufficit.*

87 *Alienatione in perpetuum factà à præcedenter Vocato in Investitura, jus heredum extinguitur.*

88 *Heres factum sui Authoris alienantis tenetur servare.*

89 *Procedit non solùm in herede primi, sed etiam ulterioris heredis, & cujuscumque successoris.*

90 *Conditione deficiente, cessat jus omne ex ea dependens.*

91 *Ex centenaria quilibet melior titulus potest allegari.*

92 *Scilicet divisionis, cessionis, emptionis, aut alterius cujuslibet contractus*, & num. 93.

93 *Præsertim, si agatur de re suàpte naturà alienabili.*

94 *Observantia eò magis comprobatur, si pluries lis fuit mota, nunquam tamen prosecuta.*

95 *Jus, & possessio rei facile arguitur ex cessatione Actoris à lite, ejusque adquiescentia.*

96 *Ex centenaria decursa post cessatam litem, eì fuisse renunciatum præsumitur.*

97 *Atque eluitur qualibet mala fides ex lite contracta.*

98 *Centenaria operatur, ut, rejecto uno titulo, alius à Reo possit allegari*, & num. 99. & 100.

99 *Centenaria non unius, sed cumulationem alterius cujusque tituli suppeditat.*

101 *Centenaria, rejecto uno titulo expresse, atque invalido, nequit amplius allegari.*

102 *Requiritur tamen ad id nedum, quod productio tituli invalidi peracta fuerit ab ipsamet Principali.*

103 *Vel ab ejus Procuratore cum speciali procuræ mandato.*

104 *Sed etiam, quod talis titulus sit incompatibilis cum alio ex centenaria desumpto.*

105 *Vel quod producens ad expressam ejusmodi titulum se coarctaverit.*

106 *Centenariæ in vita Antecessorum decursæ operatio non impeditur ex defectu minoris ætatis, sive Jurium authenticorum.*

107 *De-*

107 *Declara, id procedere, ubi non in linea præscriptiva, sed præsumptiva melioris tituli adducatur.*

108 *Eoque casu jus Actoris præsumitur per solemne, ac publicum instrumentum extinctum.*

109 *Contra centenariam sumptam in linea præsumptiva melioris tituli, restitutio in integrum non datur.*

110 *Restitutio in integrum non datur adversus publicum instrumentum contractus undique validi.*

111 *Centenaria decursa in vita antecessorum non obstat successoribus, si constat de titulo in sui origine vitioso, & infecto.*

112 *Tituli possibilis præsumptio non admittitur, ubi certus concurrit titulus.*

113 *Centenaria, ubi non constat de titulo in sui origine vitioso alienationis, quæ sit possibilis, titulum admittit.*

114 *Et facit verum esse, quod est possibile.*

115 *Centenaria in vita antecessorum decursa successoribus præjudicat, etiam in re alienari probibita.*

116 *Et præsumptionem dispensationis, ac derogationis inducit in illorum etiam præjudicium*, & num. 117.

118 *Procedit eò magis in re alienabili, & ad quoscumque transitoria.*

119 *Antecessor nec à lege, nec ab homine alienare probibitus valet, alienando, successoribus præjudicare.*

LATIFUNDIUM centum octoginta rubrorum hodie nuncupatum Tenutam Argentæ, *Leo X. anno* 1520. donavit in perpetuum Jo. Paulo Argenti Civi Florentino primo acquirenti = *prò sè, suisque filiis, & nepotibus, & pronepotibus, ac ipsorum, & cujusque ipsorum heredibus, & successoribus, & quibus tù, vel alii prædicti jus tuum pro dd. temporibus concesseritis, vendideritis, vel alienaveritis &c.* = Licèt autem præfatus Joannes Paulus plures reliquisset filios, omnesque heredes universales instituisset: Tenuta tamen prædicta (quo titulo adhùc certè non constat) integrè possessa fuit à solo Philippo, à quo delata fuit ad Lucretiam ejus filiam, & ab hac in DD. de Santinis, in quorum Domo nupta fuerat d. Lucretia: cumque ex Francisco altero filio Jo. Pauli primi acquirentis ortum duxerit Philippus, ex hoc verò Camillus, & ab isto alter Philippus, à quo causam habent Patres Oratorii uti illius heredes universales; iidem à me quærunt, ut prò veritate dicere velim, an ipsi tamquam heredes dicti Philippi, & in d. concessione, sive investitura comprehensi jus habeant d. Tenutam Argentæ vendicandi à DD. de Santinis.

Etsi autem mihi sententiam meam prò veritate dicturo, res facili negotio expleri posse videretur, respondendo, Patribus nullum jus competere prò vendicandis Bonis prædictis à DD. de Santinis, eà solà ratione, quod nimirùm ad quietem, pacemque publicam id maximè pertinet, ut, qui longissimo tempore
memoriam hominum excedente rem aliquam
possederit, tutus sit ab omni molestia, ne alio-
quio dominia rerum semper in incerto ma- 1
neant, *ut ex Hug. Grot. de jur. bell., & pac. lib. 2.
cap. 4., & Pufendorf. de jur. natur. & gent. lib. 4.
cap. 12 §. 9. & seqq.*, admittit *Rota in Melevi-
tana Devolutionis 26. Junii 1722. in princip. co-
ram R.mo Lancetta*; nihilo tamen minùs, iojun-
cto mihi muneri pleniùs satisfacturus, priùs
investigare curabo naturam, & qualitatem di-
ctæ concessionis, num scilicet, illâ inspectâ,
Bona sint transitoria ad quoscumque heredes,
& perpetuo alienari possint, etiam in præjudi-
cium vocatorum: deindè, eâ cognitâ, inqui-
ram, an ullum jus Patribus competere possit in
circumstantiis casus nostri.

Porrò, quod attinet ad comprehensionem
heredum quorumcumque etiam extraneorum,
hæc planè resultare videtur ex dicta concessio-
ne: in ea siquidem postquam expresse nomi-
nati sunt filii, nepotes, & pronepotes, fit etiam 2
mentio heredum, & successorum, & quidem
clausulis, & verbis aptis ad comprehendendos,
tàm ulteriores descendentes, quàm etiam quos-
cumque extraneos, ut præseferunt verba illa =
*ac ipsorum, & cujuscumque ipsorum heredibus,
& successoribus, & quibus tu, vel alii prædicti
jus tuum prò dd. temporibus concesseritis, vendi-
deritis, vel alienaveritis in censum, seù quem-
cumque alium meliorem, & efficaciorem titulum,
contractum, emphyteusim, livellum, seu feudum
sub annuo canone &c. in perpetuum donamus, con-
cedimus, assignamus &c.* =

Sivè enim spectetur qualitas, & natura di-
ctæ concessionis, quæ potius, quàm ad emphy-
teusim, ad censum, seù locationem perpetuam, 3
tamquàm (prout voluit concedens) meliorem,
& efficaciorem titulum præbentem primo ac-
quirenti, redigi posse videtur; ex deductis à
*clar. mem. Card. de Luc. de emphyteus. disc. 31. nu.
7. & seqq., & disc. 34. per tot.*, *sive etiam consi-
derentur verba illa = heredibus, & successoribus,
& quibus tù, vel alii prædicti &c. concesseritis*, 4
*vendideritis, alienaveritis &c. in perpetuum do-
namus, concedimus &c.* = eadem concessio pro-
culdubio est comprehensiva heredum quorum-
cumque, & ad extraneos transitoria, ut de lo-
catione perpetua, *post Ruin. cons. 161. lib. 1.* com- 5
muniter receptum, & alios, tradit *clar. mem.
Card. de Luc. de emphyt. dict. disc. 32. nu. 5.* ubi,
quod locatio perpetua suâpte naturâ transit ad
extraneos, quamvis esset Ecclesiastica: Et præ- 6
tereà ponderando, verba = *heredibus, & suc-
cessoribus* = eumdem effectum operari etiam in
emphyteusi Ecclesiastica, idem *Card. de Luc.* 7
de emphyt. disc. 32. sub num. 5. vers. secundo, in-
quiens, quod verbum *successoribus*, post aliud
heredibus latius stare videtur, & operari debet 8
aliquid plus, quàm verbum *heredibus* simplici-
ter prolatum: maximè additis illis aliis verbis
= *& quibus tu, vel alii prædicti &c. concesseritis* 9
&c. = quæ citrà omne dubium emphyteusim ef-
ficiunt hereditariam, & ad extraneos quoscum-
que

que transitoriam, ut, pluribus relatis, probat clar.
mem. Card. de Luc. de emphyt. disc. 29. nu. 3., &
disc. 32. num. 5., & docet Curt. Juv. cons. 4. num.
2. & 3., ubi ex Baldo æquiparat clausulam = qui-
11 bus dederit = clausulæ = pro heredibus quibuscum-
que =, R. P. D. Calcagnin. observ. practic. legal. part.
2. observ. 12. num. 20., & seqq., apud quem alii,
Rot. coram Priolo decis. 218. num. 1., in rec. decis.
26. num. 2. part. 3., & decis. 286. num. 3. eadem
part. 3., & alibi passim, ut patet ex collectis per
Paulut. differt. 81. num. 54., & duob. seqq., &
in Papien. emphyteusis 6. Maii 1718. §. Non ob-
stante, coram Rmo de Herrera Episcopo Segun-
tino: quinimmò verba prædicta æquè principa-
liter importare vocationem tàm extraneorum,
12 quàm Descendentium, tradit Mart. de claus. part.
2. claus. 58. sub num. 17., & seqq., R. P. D. Calca-
gnin. dict. observ. 12. num. 100., & prius sub nu.
97. vers., & dicendum, ubi refert Lancellot. Gall.
cons. 84. nu. 38., & seq., Prout etiam ejusdem
virtutis, & efficaciæ est dictio = in perpetuum =
13 parti dispositivæ adjecta, juxtà firmata per
Rocc. disputat. Jur. selectur. cap. 66. num. 13., &
seqq., Rot. coram Cavaler. decis. 293. num. 3., co-
ram Merlin. decis. 506. num. 6., coram Priol. de-
cis. 218. num. 4., coram bon. mem. Ansald. decis.
75. num. 11., in rec. decis. 332. num. 9. part. 19.,
& in Nullius, seu Forolivien. Castri Vallis Oppii
12. Junii 1711. §. Et sanè coram Rmo Lan-
cetta.

At certiùs hujusmodi extraneorum compre-
hensionem suadent illa alia subjuncta verba = Ac
14 tibi, tuisque filiis, nepotibus, Pronepotibus, ac
heredibus, & successoribus ex nunc possessionem
istarum petiarum Terræ apprehendendi, & illam
possidendi usufructuandi, locandi, dislocandi, ven-
dendi, permutandi, & alia prò tuo, & tuorum
prædictorum libito faciendi &c. plenam, & libe-
ram licentiam, facultatemque elargimur = Ex hu-
jusmodi namque adeò ampla, & effrænata fa-
cultate alienandi concessa primo acquirenti
15 proculdubio extranei quicumque capaces red-
diti dicuntur emphyteusis tametsi Ecclesiasti-
cæ, ut post celebre consilium Laderchi il 1. plu-
ries à Sacra Rota approbatum, atque laudatum
decis. 287. num. 1., & decis. 642. num. 3., & seq.
part. 1. rec., & alibi, tradit R. P. D. Calcagnin.
dict. observ. 12. num. 13., & seqq., alios referens,
& firmavit Rota decis. 286. num. 6. part. 3. rec.;
16 attentâ præsertim observantiâ, quæ optimè de-
clarat qualitatem Bonorum, demonstratque,
illa ejus esse naturæ, ut transire possint etiam
17 ad extraneos, ad quem effectum sufficere ali-
quando in illos transivisse, ut observat in spe-
28 cie clar. mem. Card. de Luc. de emphyteus. disc.
28. num. 13., & 14, disc. 29. num. 3. vers. & his,
& disc. 32. num. 7., Paulut. differt. 81. num. 51., &
52., ubi, quod quando emphyteusis, licèt Ec-
29 clesiastica semel transivit ad extraneos, sem-
per retinet eamdem qualitatem, & durat alie-
nabilis, & transitoria ad quoscumque, & cum
aliis Rota in Nullius, seu Forolivien. Castri Val-
lis Oppii 12. Junii 1711. §. Cæterum coram Rmo
Lancetta Dec., ubi etiam, quod nec opus est,

ut sit firmata in contradictorio Judicio; Per- 20
pensis igitur similibus verbis, & clausulis, am-
bigi minimè posse de alienabilitate in extraneos
rectè respondit Rota in dicta Nullius, seu Fo-
rolivien. Castri Vallis Oppii 12. Junii 1711. 21
§. Et sanè cum seqq. coram Rmo Lancetta, &
in Fulginaten. emphyteusis 11. Maii 1714. §. Cui
naturali, coram R. P. D. Cerro ubi alii plenis-
simè =

Et quamvis tùm verba = heredibus &c. & qui-
bus dederint &c. = Clausula = in perpetuum =, tum
etiam cætera alia hujuscemodi verba, & clau-
sulæ, aliquando ità explicata, & intellecta fue- 22
rint, ut non operarentur generalem effectum
comprehensionis quorumcumque Successorum,
nec inducerent facultatem alienandi in perpe-
tuum in extraneos: id tamen evenit, vel in ca-
su, quo concessio apertè restricta videbatur ad 23
solos heredes sanguinis, seù ad certum genus
personarum, vel quando expressè prohibita le-
gebatur alienatio: At quoties, ut in casu no- 24
stro, concessio non est restricta ad determina-
tos gradus certi generis personarum, sed facta
est mentio heredum, & successorum, & omni- 25
bus Bona, sivè locationis, sivè emphyteusis,
sivè demùm quocumque alio titulo concessa
possidentibus in parte dispositiva data est fa-
cultas alienandi, de eisdemque faciendi quid- 26
quid placuerit, prætereà adsunt verba = in perpe-
tuum =, & Dominus directus, sivè concedens
non est in causa; quodque denique magis est,
alienatio jam à longissimo usque tempore per- 27
acta, à nemine unquam retractata fuit, sed is,
in quem illa facta reperiebatur, pacificè semper
res alienatas possedit; nemo sanè (quem vide-
rim) in his terminis affirmat, verba, & clau-
sulas prædictas non inducere tam compre-
hensionem omnium, & quorumcumque Suc- 28
cessorum, quàm etiam omnimodam faculta-
tem alienandi in extraneos, ut rectè declarat
clar. mem. Card. de Luc. de emphyt. disc. 32. num.
6., disc. 33. num. 11. & seqq., & disc. 35. num. 4.,
& seq., ubi benè distinguit, & conciliat contra-
ria, eumque sequitur Paulut. differt. 81. num.
78., R. P. D. Calcagnin. dict. observ. 12. num. 95.,
Rot. coram Priol. decis. 218. num. 6. & 7., in rec.
decis. 26. num. 2 part. 3., ubi, quod dictæ clau-
sulæ, quando sunt positæ ampliativè, non pos-
sunt restringi ad terminos stipulationis relatæ 29
ad filios, & Descendentes, & in dicta Fulgina-
ten. emphyteusis §. Ex his itaque coram R. P. D.
Cerro.

Quamquam verò ex his, quæ hactenus dicta
sunt, planum reddi videatur, quod non minùs
ex verbis, & clausulis, quibus concessio Bono-
rum, de quibus agitur, concepta est, quàm
etiam ex ampla facultate alienandi, illa effecta 30
dici debeant transitoria ad extraneos: attamen
inquirendum adhuc superest, an ejuscemodi
alienatio facta in extraneos, adeò firma dica-
tur, ut perpetuò valitura sit in præjudicium vo-
catorum; eò quòd facultas alienandi regulari-
ter data intelligatur in præjudicium ipsius con- 31
cedentis, at non etiam vocatorum, quibus jus 32
quasi-

33 quæsitum fuit in concessione, seu Investitura:
quippè, quod eos attinet, licentia alienandi
34 non immutat naturam concessionis, nec tollit
jus illis præcedenter quæsitum ex providentia
35 Concedentis, ut probat *Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de alienationib. quæst. 8. num. 5.*, ubi, relatis nonnullis contrarium sentientibus, dicit, hanc opinionem receptam apud Rotam, & præcipuè *decis. 750. num. 3., & 4. part. 3. rec.*, in qua benè consideratur ratio evitandi repugnantiam, & correctionem, ne scilicet statim per talem alienandi licentiam recessum videatur à provisione prò Descendentibus facta, & consonant firmata in *Fanen.*, *seù Senogallien. Castri, & Bonorum Montis Portii 7. Maii 1708. §. Minusque, & 14. Junii 1709. §. Nec præmissis coram bon. mem. Molines, & in Nullius Abbatiæ S. Hilarii de Galeata 18. Aprilis 1712. §. Idque adeò, & §. Certè tale coram bon. mem. Ansaldo*, ubi plenissimè concordantes.

Quæ porrò opinio eò certiùs locum habere dici posset in nostra hypothesi, quia facultas
36 alienandi ad vitam alienantis dumtaxat restricta censeri potest per illa verba = *& quibus tù,*
37 *vel alii prædicti jus tuum pro dictis temporibus &c.*
Quapropter illorum vigore alienatio sustineri
38 quidem potuit, donec vita, & Jus alienantis durat, ac prò tempore, quo ipse Bona retinere posset: At, eo mortuo, alii comprehensi in concessione minimè prohibiti cen-
39 sendi sunt, revocando alienationem, bona vendicare, ex notatis per *Fulgin. de jur. emphyt. tit. de alienat. quæst. 8. num 2., & seqq.*, *in dicta Fanen.*, *seù Senogallien. Castri Montis Portii 7. Maii 1708. §. Ratio coram bon. mem. Molines, & in dict. Nullius Abbatiæ S. Hilarj de Galeata §. Addito quod, ubi, quod alienationes hujusmodi factæ à præsentibus, seù possidentibus investitis, nequaquam possunt præjudicium irrogare reliquis*
40 *successivè venientibus jure proprio, & ex propria persona.*

Idque congruit etiam menti Summi Ponti-
41 ficis concedentis, qui per talem concessionem prospicere voluisse videtur posteris Joannis Pauli primi acquirentis, ut eos magis devotos, & obsequentes redderet Romanæ Ecclesiæ, quemadmodum legitur in prohemio dictæ concessionis ibi = *ut te, Posterosque tuos Apostolicis favoribus prosequamur: hinc est, quod nos attendentes &c. & sperantes, quod tu, tuique posteri eò fortiùs, & ferventiùs nobis, & dictæ Romanæ Ecclesiæ vos devotos, & obsequentes exhibebitis, quo ab eadem sede majoribus gratiis vos noveritis munitos hinc motu proprio &c.* =, ex quo sequitur, per licentiam alienandi deindè concessam Summum Pontificem minimè intellexisse
42 præjudicare vocatis, quos supra majoris obsequii, & devotionis gratiâ erga S. Sedem, favoribus, prosequi velle expressè declaraverat, ne
43 alioquin detur illa instantanea correctio, & contradictio, quam omninò fugiendam esse dixit *Rota decis. 750. num. 4. part. 3. rec., & advertit Fulgin. de jur. emphyt. tit. de alienat. quæst. 8. sub num. 5. vers. contrarium, clar. mem. Card. de Luc. de emphyt. disc. 35. sub num. 4. vers. decisiones igitur.*

Verum enim verò, tametsi discursus iste consentaneus esse possit aliis casibus; attamen in nostro verius existimo, alienationem, de qua agitur, perpetuò valituram esse, etiam in præjudicium vocatorum, quia tali perpetuitati
nec natura rei, nec verba concessionis, nec de- 44
nique mens Concedentis repugnant, & præterea illi favet observantia: ordiendo autem à natura rei, licèt agatur de re Ecclesiastica, veluti pertinente ad S. Sedem; quia tamen concessio fa-
cta fuit à Summo Pontifice supremo rerum Ec- 45
clesiasticarum Domino, pro eadem restringenda adeò non urget prohibitio illa alienandi in perpetuum Bona, & jura Ecclesiæ, generaliter à Sacris Canonibus indicta: concurrente enim voluntate ejus, in quo potestas certè non deficit, faciliùs concessio facta censetur cum per-
missione perpetui transitus Bonorum ad quosli- 46
bet heredes etiam extraneos, per ea, quæ observat *Gabriel. cons. 76. num. 6., & seqq. lib. 2., Rota coram bon. mem. Ansald. decis. 75. num. 8.*, præsertim cum ea, potiùs ad censum, seù loca-
tionem perpetuam, quàm ad emphyteusim re- 47
digi posse videatur, ex suprà firmatis in *§. Sive enim*. Quapropter eò magis suàpte naturâ ad extraneos quoscumque in perpetuum transitoria dici debet *Gabriel. cons. 76. num. 15. lib. 2., Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 19. num. 27., Rota coram Celso decis. 328. num. 7., & coram Otthobon. decis. 42. num. 2.*

Naturæ rei consonant verba concessionis, quæ certè restricta dici nequeunt ad solos Descendentes, sed comprehendunt etiam extraneos, & quidem æquè principaliter, ut supra demonstratum est ex illis verbis = *Ac ipsorum,*
& cujuslibet eorum heredibus, & successoribus, & 48
quibus tù, vel alii prædicti jus tuum pro dictis temporibus concesseritis, vendideritis, vel alienaveritis &c. = præterea omnibus data est facultas
alienandi, nedum juxta prædicta, verùm etiam 49
per illa alia, quæ paulò post sequuntur, verba = *Ac tibi, tuisque filiis, nepotibus, pronepotibus ac heredibus, & Successoribus ex nunc possessiones istarum petiarum Terræ apprehendendi, & illa possidendi usufructuandi, locandi, dislocandi, vendendi, permutandi, & aliis prò tuo, & tuorum prædictorum libito faciendi &c. plenam, & liberam licentiam, facultatem &c. elargimur* = Cun-
ctis denique, in quos Bona prædicta quocumque 50
titulo transiissent, facta legitur à Summo Pontifice perpetua illorum donatio, concessio, &
assignatio ibi = *Auctoritate Apostolicâ tenore* 51
præsentium in perpetuum donamus, concedimus, assignamus &c. =

Hæc profectò verba, & clausulæ, utpotè suàpte naturâ secumferentia dispositionem, atque concessionem, æque respicientem, ac comprehendentem filios, nepotes, Pronepotes, eorumque heredes, & Successores, ac reliquos
omnes, in quos prædicti jus suum transtulissent, 52
& alienavissent, ut cuique Indultum legenti clarissimè patet, proculdubio efficiunt alienatio-

tionem in casu nostro perpetuam firmitatem es-
se habituram, etiam in præjudicium vocato-
53 rum; tùm quia verba prædicta = *In perpetuum*
donamus, concedimus, assignamus = tamquam re-
lata ad concessionarios, & alienatarios quos-
54 cumque, ostendunt illis perpetuam securita-
tem à Summo Pontifice promissam fuisse abs-
55 que periculo, quod Bona unquam essent ad
alios reversura, *Gabriel. cons. 76. nu. 7., & seqq.*
vol. 2., Barbos. dict. 163. nu. 5., tùm etiam quia,
quoties, ut hìc, facultas alienandi data est omni-
bus vocatis, & in Investitura comprehensis, in
ea autem comprehenduntur etiam extranei,
tunc illa data censetur in præjudicium quoque
56 aliorum vocatorum, quos Concedens poterat
non vocare, ut declarat *Fulgin. de jur. emphyt.*
tit. de alienat. quæst. 8. num. 5. in fin., Card. de
Luc. de emphyt. disc. 20. nu. 10., Paulut. differt.
81. sub num. 6., & seq., & num. 63., R. P. D.
Caleagnin. observ. pract. legal. part. 2. observ. 12.
num. 107., & seq., Rota coram Burat. decis. 87.
num. 23. & seq., in Nullius, seù Forolivien. Ca-
stri Vallis Oppii 12. Junii 1711. §. Ulteriùs, &
seqq. coram Rmo Lancetta, in Fanen. emphyteu-
sis 3. Januarii 1713. §. Neque dubium, & seqq.
coram Rmo Aldrovando, & in Fulginaten. em-
phyteusis 11. Maii 1714. §. Quoniam coram R. P.
D. Cerro, in quibus etiam benè respondetur
objectioni illi, quâ dicebatur facultatem alie-
nandi intelligendam esse in præjudicium Conce-
57 dentis, non autem vocatorum; inquiunt enim,
hanc restrictionem non admitti, quando alie-
nandi potestas generaliter, & amplissimè data
est omnibus vocatis. Eò verò certiùs talis restri-
ctio rejicienda est in casu nostro, in quo Sum-
mus Pontifex, veluti præventivè approbando,
& confirmando quamlibet de jure, & in poste-
rum sequuturam alienationem, emptoribus,
concessionariis, & alienatariis quibuscumque
perpetuam securitatem promisit verbis illis = *in*
perpetuum donamus, concedimus, assignamus =

Nec turbant illa alia superiùs relata verba
= *& quibus tù, vel alii prædicti jus tuum prò dictis*
temporibus concesseritis, &c. = ex quibus alienatio-
nem ad vitam alienantis dumtaxat duraturam
esse contenditur: nam ea verba = *jus tuum prò di-*
58 *ctis temporibus concesseritis* = non *taxativè*, sed
demonstrativè accipi debent, juxtà regulam
Text. in leg. final. §. Titia 2. ff. de libert. legat.,
Cravet. cons. 301. num. 5., Thabor. axiom. jur. lib.
29. cap. 9. axiom. 14., Rot. in Lucana fideicom-
missi 28. Martii 1710. §. Cæterum coram Rmo
Crispo Archiepiscopo Ravennaten., ideoque ad-
jecta dicenda non sunt ad limitandum tempus
durationis alienationis, sed benè ad demon-
strandum tempus, quo quisque poterat aliena-
59 re, nimirum tempore, quo possideret. Nec
sanè diversimodè intelligi possunt, quia agi-
tur de concessione, seù Investitura merè here-
60 ditaria, & ad quoscumque transitoria, in qua
cum totum jus resideat penes possessorem, ideo-
61 que is habeat facultatem disponendi, & alie-
62 nandi in perpetuum in præjudicium compre-
hensorum *Peregrin. de fideicommiss. art. 6. num.*

30. art. 32. num. 53., & art. 36. num. 18., Fulgin.
de jur. emphyt. tit. de alienat. quæst. 8. num. 4., &
tit. de divers. quæst. emphyteut. quæst. 4. num. 14.,
Rot. decis. 172. num. 6. post Pacific. de Salvian.,
& in Fulginaten. emphyteusis 11. Maii 1714. §.
Immissioni, & seqq. coram R. P. D. Cerro; Pro-
fectò, quoties apertè non constat, tale jus, seù
facultatem liberè disponendi, & alienandi, ex
natura rei, seù concessionis possessori competen-
tem, eidem expressè ademptam, vel limitatam
fuisse, semper intelligitur præservata, cum in
qualibet dispositione, & actu id semper voli- 63
tum fuisse præsumatur, quod est de natura, &
essentia ejusdem dispositionis, & actus *leg. 3.*
ubi Doctores ff. de reb. credit., cap. cùm dilectus
de consuetud., Gloss. in cap. si fortè verb. scientiæ
de elect. in 6., Pacian. cons. 66. nu. 23. lib. 1., ubi,
quod ea, quæ à natura insunt, semper inesse 64
præsumuntur, nisi mutata probentur *Bocer. de*
Invest. feud. cap. 5. num. 95.

De tali verò ademptione, vel limitatione,
in nostra hypothesi non apparet, quinimò fa-
cultas alienandi jus suum cuique expressè tribu-
ta legitur ibi = *jus tuum pro dictis temporibus con-*
cesseritis &c. =, quapropter, si unusquisque ha-
bet facultatem alienandi jus suum in perpe-
tuum, non est, cur facultas hujusmodi unicui-
que liberè competens prò suo jure alienando,
restringi debeat ad temporariam alienationem
dumtaxat, vigore nimirum illorum verborum =,
prò dictis temporibus =, quæ interprætanda non 65
sunt contrà naturam actus, quoties congruam
recipere possunt intelligentiam cum illa compa-
tibilem, ut scilicet demonstrent quidem tem-
pus, quo exercitium alienandi competit; non
verò, ut connotent tempus duraturæ alienatio-
nis, id quippè esset contrà naturam, & pro-
priam indolem concessionis meræ hereditariæ, 66
& ad quoscumque transitoriæ *Menoch. cons. 62.*
num. 27. vol. 1., Mart. de claus. part. 4. claus. 29.
num. 1., Barbos. eodem tract. claus. 74. num. 3.,
plenè Thabor. axiom. jur. lib. 19. cap. 9., axiom. 21.,
& axiom. 28., Castill. contr. jur. lib. 5. part. 2.
cap. 86. num. 3., & seqq., Surd. decis. 322. num.
37., Rota coram Seraphin. decis. 121. nu. 11., decis.
398. num. 7., & decis. 591. num. 6.

Nec ullum indè absurdum, aut contradictio
resultat, quasi per hujusmodi licentiam, & fa-
cultatem alienandi tali modo intellectam, statim
recessum videatur à provisione prò Descenden-
tibus facta, sivè à præcedenti vocatione filio-
rum, Nepotum, & Pronepotum &c. in his enim
terminis, ut omnis contradictio evitetur, &
vocatio certarum personarum, & graduum 67
compatibilis reddatur cum expressa facultate
alienandi omnibus vocatis elargita, frequen-
tiori Doctorum calculo, & Tribunalium sensu
receptum est, vocationem prædictam ità inter- 68
pretandam esse, ut non censeatur absoluta, sed
conditionalis, & restricta ad casum dumtaxat
non sequutæ alienationis, ad tradita in specie per
Spad. cons. 183. num. 14. lib. 3., Noguerol. alle-
gat. 19. num. 39., & seq., Rosenthal. de feud. cap.
9. num. 1. conclus. 42. num. 4., Card. de Luc. de

emphyt. disc.35. sub num. 5., *R. P. D. Calcaguin.*
observ. pract. legal. 12. num.29. 30., *& pluribus*
seqq. usque ad 48. part. 2., ubi latissime mate-
riam exornat pluribus exemplis, & firmavit
Rota in Nullius, *seù Forolivien. Castri Vallis*
Oppii 12. Junii 1711. §. Neque de hac coram
Rmo Laucetta, *& in Nullius Abbatiæ S. Hila-*
69 *rii de Galeata 18. Aprilis 1712. §. Applicando*
itaque, *& pluribus seqq.*, *& §. Hisce semper fir-*
mis coram bon.mem. Ansaldo, ubi etiam res ple-
ne, & magistraliter tractatur. Idque confirma-
ri posset obvio, omnibusque noto exemplo fidei-
commissi, in quo illius Conditor similem alie-
nandi facultatem Gravato concesserit, à fidei-
70 commisso autem ad emphyteusim, & viceversà
sà argui posse exploratum omnibus est.

Frustrà verò adversus hanc legalem, justam-
que interpretationem objiceretur, nihil propo-
ni, cur potius restringenda non sit facultas
alienandi, ut nempè eadem compatibilis redda-
tur cum vocatione prædicta omnium Descen-
dentium &c. Ea namque statim sese offert res-
ponsio, quod nimirum in nostra hypothesi fa-
cultas alienandi amplissima est, &, veluti per-
71 petuò concessa omnibus in Investitura compre-
hensis, nullam, sivè quoad tempus, sivè quo-
ad personas restrictionem recipere valet, per
ea, quæ tradit *Rota in Fulginaten. emphyteusis*
11. Maii 1714. §. Quoniam coram R.P.D. Cerro,
ubi concordantes: vice autem versà vocatio fi-
72 liorum, Nepotum &c. apta est recipere suas
modificationes; quamobrem ea proculdubio
sequenda est interpretatio, per quam dicta vo-
catio compatibilis reddatur cum facultate alie-
73 nandi modo prædicto concepta, dicendo, illam
nequaquam absolutè factam censeri, sed sub
conditione, quatenus nempè alienatio non se-
queretur, ex suprà notatis, & conferunt dedu-
cta à *R.P.D. Calcaguino dicta observ.12.num.73.*
ad 81., *& dixit optimè Rota in dict. Fulgina-*
ten. emphyteusis 11. Maii 1714. §. Quo verò ibi =
vel in omnem casum acquisitio dictorum Bonorum
pro prima, *secunda*, *& tertia generatione*, *nec*
non prælatio masculorum, *ut compati possint cum*
expressa licentia alienandi in omnibus gradibus re-
petita, *non aliter interpretandæ sunt*, *quàm ut*
resolvantur in vocationem conditionalem, *& pen-*
dentem a casu non sequutæ alienationis = coram R.
P.D. Cerro.

Quapropter interpretatione istà tollitur etiam
omne absurdum, & repugnantia, quæ consi-
derari posset inter licentiam alienandi, & vo-
cationem certarum personarum, & graduum;
vocati namque conqueri nequeunt de ullo præ-
judicio, quia, inspectâ amplissimâ facultate
alienandi competente aliis præcedenter voca-
74 tis, nullum certum, & absolutum jus, sed non-
nisi sub spe, & conditione prædicta ipsis quæsi-
75 tum dici potest, videlicet, quatenus alienatio
non sequeretur, ideoque aut nullum omnino
præjudicium quoad eos considerari valet, vel, si
quod ipsi sentiant, illud pati tenentur tan-
quàm proveniens ex lege concessionis, seù In-
vestituræ, in qua sicuti poterant non vocari,
ità sub lege, & conditione prædicta, & in casu
duntaxat non sequutæ alienationis tantùm vo- 76
cari potuerunt, juxta animadversa per *Laderch.*
cons.1. num.15., *Curt. jun. cons.155. sub nu.11.*,
Rosenthal. de Feud. cap.9. membr.1. conclus.42. nu.
4., *R P.D. Calcaguin. dicta observ. 12. num.31.*,
& seqq., *Rot. in dict. Nullius*, *seù Forolivien.*
Castri Vallis Oppii 12. Junii 1711. §. Neque de
hac coram Rmo Lancetta, *& in dict. Fulginaten.*
emphyteusis §. Quoniam coram R.P.D. Cerro, &, ut
alibi innuimus, redire posset exemplum fidei-
commissi, simili lege, ac conditione ordi-
nati.

Rursùs hujusmodi interpretatione perspi-
cuum fit, quod, licet mens Pontificis conce-
dentis cò quoque directa fuisse videatur, ut sci-
licet prospiceret etiam Posteris Jo: Pauli primi
acquirentis, eosque magis devinctos, & obse-
quentes redderet S. Romanæ Ecclesiæ, ut legi-
tur in proæmio dictæ concessionis supra relato;
id nihilominus minimè obest perpetuæ alienabi-
litati in illorum præjudicium permissæ, quia,
cum deindè in parte dispositiva sequantur ver-
ba, & clausulæ amplissimam cuicumque ex vo-
catis tribuentes facultatem alienandi: in his sa-
nè terminis, ut dictum est, Posterorum con- 77
templatio habita censeri debet in casu non se-
quutæ alienationis, ità namque compatibilis
redditur cum dicta facultate alienandi, quæ 78
alioquin, utpotè amplissima, & comprehensiva
extraneorum quorumcumque, ad solos poste- 79
ros restringi nequiret, per ea, quæ tradit *Surd.*
cons.475. num. 24. 27. & seqq., *Ruin. cons. 113.*
num.9. vers. non obstat lib. 5., *Giovagnon. cons.44.*
49., *& 53. lib.2.*, *Spad. cons.358. num.72. lib.2.*,
R.P.D. Calcaguin. dict. observ. 12. num. 16., *&*
seqq. & num. 35. & seqq., *& nu. 100.*, *Rota co-*
ram Cavaler. decis.293. num. 4., *in rec. decis. 26.*
num.2 part. 3.

Ex quibus omnibus licèt satis constabilita
dici possit libera alienandi potestas dictorum
Bonorum cum perpetua eorum transmissibilita-
te ad heredes omnes, & Successores quoscum-
que, tametsi extraneos; attamen, si quæ ad-
huc superesset difficultas, submoveretur ex ob- 80
servantia plusquàm centum annorum, quibus
Bona, de quibus agitur, possessa fueruut à DD.
de Santinis extraneis, absque eo quod ullus ex
vocatis ea vendicare potuerit, quamvis propria
Jura aliquando experiri non omiserint: hæc enim
si tanti valet, ut etiam naturam, & qualitatem
concessionis immutare queat, reddendo aliena- 81
bile in præjudicium vocatorum id, quod cæte- 82
roquin per se, & suaptè naturà tale non esset,
ut firmat in specie *Rota in Nullius*, *seù Foroli-*
vien. Castri Vallis Oppii 12. Junii 1711. §. Cæ-
terùm coram Rmo Laucetta, *&* meliùs ad rem *in*
Nullius Abbatiæ S. Hilari de Galeata 18. Apri-
lis 1712. §. Atque ità coram bon. mem. Ansalda,
ubi plenissimè concordantes: quanto potiori ju-
re id efficiet in casu nostro, in quo ad effe- 83
ctum inducendi perpetuam alienabilitatem in
extraneos, opus non est immutare coocessio-
nem; sed solùm illam declarare, & interpre-
tari,

tari, ut egregiè prosequitur *Rota in dicta Nal-*
84 *lius, seù Forolivien. Castri Vallis Oppii loco mox*
citat. ibi = *Tantòque magis eidem est inhærendum,*
quoties accipiatur ad terminos simplicis interpre-
tationis, & intelligentiæ pactorum in Instrumento
adjectorum, licèt agatur ad effectum reddendi ca-
paces extraneos medio alienationum in præjudicium
Vocatorum expletarum = ad quem sanè effectum
85 nec etiam requiritur, illam firmatam, & appro-
batam fuisse in contradictorio judicio, ut sub-
dit *dicta decisio ibidem*, &, aliis adductis, con-
firmatur etiam in *dict. Nullius Abbatiæ S. Hi-*
larii de Galeata §. Circa autem; quinimò ad eam
probandam sufficere unicum actum, tradit
86 *Mans. consult. 291. nu. 39. & seqq., & consult. 292.*
nu. 27., R.P.D. Calcagnin. sæpe citat. observ. 12.
num. 123., & Rot. in dict. Nullius Abbatiæ S. Hi-
larii de Galeata §. Quid plus.

Jam verò, constito ex his de perpetua Bono-
rum alienabilitate in præjudicium Vocatorum,
inde sequi videtur, nullum jus Patribus com-
petere prò illis vendicandis à DD. de Santinis:
quia, aut probatur divisio quædam, quæ inter
filios Joannis Pauli primi acquirentis celebrata
supponitur cùm cessione favore suorum fra-
trum integræ portionis super dictis Bonis sibi
competentis facta à Francisco authore mediato
Patrum, receptà ab illis compensatione in aliis
Bonis; & cùm, ut demonstratum est, Franciscus
haberet potestatem alienandi in perpetuum,
etiam in præjudicium vocatorum; datâ idcircò
87 potestate, & constito de voluntate; nemo non
videt, totùm jus heredum ipsius Francisci per
alienationem hujusmodi peremptum fuisse, ex
Card. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 27. num. 17.,
Fulgin. de jur. emphyteut. tit. de success. in Bon.
emphyt. quæst. 2. num. 18., clar. mem. Card. de
Luc. de emphyt. disc. 11. num. 2. vers. sed ubi, Ro-
ta decis. 230. num. 19. & seqq. ad fin. part. 11.,
& in d. Nullius Abbatiæ S. Hilarii de Galeata
18. Aprilis 1712. §. Cum hac sola coram bon. mem.
Ansaldo: nec Patres habere facultatem revo-
candi alienationem prædictam: idque si proce-
deret, etiam quando agere possent jure proprio,
88 ex persona nempè sui Authoris, quippè cùm
sint heredes mediati Francisci alienantis; illius
factum servare teneotur, saltem donec suppe-
tunt vires hereditariæ, ut benè per *Text. in leg.*
cùm à Matre ff. de rei vendicat. & leg. vindicante
ff. de evict. in subjecta materia notat *Paulut.*
dissert. 81. num. 26. & duob. seqq., ubi plures
89 cumulat, & ait, id procedere non solùm in he-
rede primi, & immediati, sed etiam ulterioris
heredis, & cujuscumque successuris in infini-
tum, & firmavit *Rot. in Nullius, seù Forolivien.*
Castri Vallis Oppii 12. Junii 1711. §. Quibus prò
coronide, coram R.mo Lancetta, & in Nullius
Abbatiæ S. Hilarii de Galeata 18. Aprilis 1712.
§. Hæcque omnia coram bon. mem. Ansaldo. Quan-
tò magis hæc justum locum sibi vindicabunt in
nostra hypothesi, in qua, sequutâ alienatione
90 permissâ in concessione, tamquàm deficiente
conditione, evanuit jus omne, quod ex persona
propria competere potuisset vocatis in solo ca-
su non sequutæ alienationis, ut pluries dictum
est.

Aut verò divisio, & cessio prædicta non pro-
batur, & tali casu Patres ad summum immis-
sionem petere valerent ad portionem Francisci.
Verùm quoad hanc etiam minimè obtinere
posse crederem propter lapsum longissimi tem-
poris plusquam centum annorum, quibus dicta
Bona integrè, & cum effectu possessa fuerunt à 91
DD. de Santinis: nemo enim non scit, quod vi-
gore centenariæ allegari potest quicumque me-
lior titulus, ut millies dixit *Rota*, & præsertim
decis. 155. num. 8. part. 16., decis. 709. num. 11.
& 12., & decis. 770. num. 10. part. 18. tom. 2.,
decis. 152. num. 2., & seqq. part. 19., & in aliis
plenâ manu congestis in *Tyburtina Castri Sam-*
baci 12. Junii 1711. §. Sed quatenus coram R.mo
Aldrovando, & in Melevitana Devolutionis 26.
Junii 1722. §. Profectò & seqq. coram R.mo Lan-
cetta, ideoque, sicuti si DD. de Santinis modò
exhiberent instrumentum divisionis, cessionis, 92
aut emptionis, aut cujusvis alterius contractus,
tuti proculdubio essent ab omnibus molestiis,
ità quoquè eorum possessio turbari minimè pos-
se videtur post lapsum tanti temporis, quod
dictis titulis æquipollet, & plenam, legitimam-
que tribuit facultatem allegandi alium quem-
cumque ipsis magis proficuum titulum *bo. me.* 93
Ansald. in addit. ad decis. 38. num. 16., & in de-
cisionibus mox allegatis, & aliis passim; præser-
tim cùm materia per se non repugnet, eò quod
non agatur de re indifferenti, & inalienabili,
sed de re alienabili, & transitoria ad quoscum-
que in perpetuum, ut benè post alios distinguit
Rota decis. 2. num. 4. & duob. seqq. inter impress.
ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Dote in
Mantiss.

Parùmque refert, quod in decursu hujus tem-
poris pluries lis mota fuerit super dictis Bonis,
tàm à Philippo filio Francisci, anno nempè
1582., quàm à Camillo filio Philippi anno 1601.,
quodque prætereà post dictum annum 1601.
in Tribunali Cameræ coram bon. mem. Serlu-
pio DD. de Santinis opposuerint, Franciscum
eorum authorem cessisse jura sibi competentia
super dictis Bonis Communitati Centum Cella-
rum prò gabella, seu collecta eorumdem Bono-
rum: nàm satis esset ad hæc respondere, quod,
tantum abest, hisce actibus, atque litibus ob-
servantiam, quæ exadverso allegari valet, co-
lore ullo interversam dici posse, ut potius ex
eisdem magis constabilita videatur. Nàm si Pe- 94
titores pluries, pluriesque controversa Bona re-
cuperare tentantes, vel rejecti fuerunt, vel
suum malum jus agnoscentes à lite destiterunt,
atque acquieverunt, ex hoc reorum jus, & pos- 95
sessio magis confirmata dici debet, per ea, quæ
tradit *Rota in Romana restitutionis fructuum 11.*
Junii 1708. §. Hæcque pariter, & seqq. coram
bon. mem. Ansaldo; ubi concordantes.

Verùm, paucis attingendo dictas lites, & con-
troversias diversis temporibus motas, cùm illas
siluisse appareat post annum 1601., à quo tem-
pore non constat DD. de Santinis ullas amplius

molestias passos fuisse, hoc plenè exuberat, ot
96 ipsi, posthabitis dd.litibus, allegare valeant cen-
tenariam post illas decursam, cujus vigore præ-
sumitur renuociatio dictis litibus, & eluitur
97 quæcumque mala fides ob easdem lites contra-
cta, optimè *Rota decis. 2. num. 11., & seqq. in
Mantiss. ad clar. mem. Card. de Luc. de dot., &
in d. Tyburtina Castri Sambuci §. Quin turbet,
in quibus alii.*

Quod autem post annum 1601. DD. de San-
tinis allegaverint in Tribunali Cameræ cessio-
nem Jurium super dictis Bonis factam à Franci-
sco favore Communitatis Centum Cellarum;
98 nihil contra ipsos urgere videtur; nàm, etsi inde
argui posset iosubsistentia tituli divisionis (qua-
tenus hæc ab illis allegaretur) adhuc tamen eis
sublata non esset facultas, offerendo alium ti-
99 tulum vigore centenariæ, quæ non unicum tan-
tùm præbet, sed tribuit cumulationem alterius
cujuscumque etiam melioris tituli, adeout, ali-
100 quo turbido effecto, recurri possit ad alium *Ro-
ta d. decis. 2. num. 21. in Mantiss. ad Card. de
101 Luc. de dot.*; licet enim productio, sivè allega-
tio tituli expressi, & invalidi aliquando im-
pediat, ne deindè allegari possit alter melior
titulus ex lapsu temporis præsumptus, requiri-
tur tamen ad istum effectum oedum, quod pro-
102 ductio tituli invalidi, & insufficientis fiat ab
103 ipsis met Principalibus, vel à Procuratore cum
speciali mandato ad producendum dictum titu-
lum *clar. mem. Card. de Luc. de regal. disc. 47.
num. 50. & seqq., cum aliis in d. Melevitana De-
volutionis 26. Junii 1722. §. Quibus ità coram
104 Rño Lancetta*; verùm etiam, quod unus titulus
sit incompatibilis cum alio *Card. de Luc. de re-
gal. d. disc. 47. num. 9. & seqq., Rota in d. Me-
levitana §. Ex eo insuper*, ubi alii; vel quod
105 Producens expressum, se ad illum nominatim
coarctaverit *bon. mem. Ansald. in addit ad decis.
38. num. 18.*, & prosequitur *Rota in d. Melevi-
tana loco mox citat.*, quæ porrò deficiunt io ca-
su nostro.

Minùs denique officit, quod alii successivè
post Camillum vocati agere nequiverint, sivè
ex defectu ætatis, sivè ex defectu Jurium au-
thenticorum; proindeque centenaria io illorum
vita decursa obesse nequeat aliis, vel jure pro-
prio vocatis, vel venientibus ex persona voca-
torum; respondetur enim, quod defectus præ-
106 dicti minimè impediunt effectum, & operatio-
nem centenariæ, quoties illa non affertur per
107 viam præscriptionis, sed solùm prò inducenda
præsumptiooe melioris tituli: & ratio est, quia
tunc jus actorum præsumitur extinctum per pu-
108 blicum, & solemne iustrumentum contractus
omoi jure validi, & inter partes legitimè stipu-
lati, quod certo certiùs allegari potest virtute
centenariæ: ideoque obesse nequit impedimen-
tum agendi, qualecumque illud fuerit, in iis,
in quibus Petitori nullum agendi jus compete-
109 bat; & hinc est, quod adversus centeoariam
sumptam in linea præsumptiva melioris tituli,
non datur restitutio in integrum, sicuti non da-
retur adversus publicum, & solemne instru-
mentum contractus undique validi, ut latè, & 110
magistraliter firmavit *Rota decis. 2. num. 7. &
pluribus seqq. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc.
de dot. in Mantissa, & in Tyburtina Castri Sam-
buci 12. Junii 1711. §. Absque eo quod, & seqq.
usque ad §. In facto autem*, ubi plenissimè mate-
ria discutitur, & contraria declarantur *coram
Rño Aldrovando*.

Et denique, licèt quando constat indubiè de
titulo io sui origine vitioso, & infecto, cente- 111
oaria decursa in vita Antecessorum noo obstet
Successoribus venientibus jure proprio (modò
tamen certò constet, eos ex tali jure venire pos-
se, quod, ex supra firmatis, in præsenti negatur)
eò quod, concurrente titulo, de quo apparet, noo 112
admittitur præsumptio alterius tituli merè pos-
sibilis: oihilomious tamen id non verificatur in
casu nostro, in quo nec certè constat de titulo,
& ille, qui afferri supponitur, non apparet vitio-
sus; cumque præterea, iospectà facultate alie-
oandi in præjudicium vocatorum cuilibet pos-
sessori Bonorum competente, possibile sit, quod 113
alienatio re ipsà sequuta fuerit, hæc sola possi-
bilitas sufficit ad inducendam præsumptionem
d. alienationis vigore centenariæ, cujus virtus
ea est, ut faciat verum omne id, quod est possi- 114
bile, & omnia interveoisse, quæ suot necessaria,
*Rot. d. decis 2. num. 12. in Mantiss. de dot., & in
dicta Tyburtina Castri Sambuci §. Conclusio coram
Rño Aldrovando*; quâ ratione in rebus quoque
alienari prohibitis centenaria in vita Antecces- 115
sorum decursa, Successoribus præjudicaret, eò
quod illa inducit præsumptionem dispensatio-
nis, & derogationis contrariarum, etiam in 116
præjudicium Successorum, ut docuerunt *Soccin.* 117
*jun. cons. 76. num. 49. & 100. vol. 1., Decian. cons.
24. num. 108. cum seq. vol. 1., & alii apud Cyriac.
contr. 3. num. 63. & 73., Balb. de præscript. in 5.
part. princip. quæst. 4. num. 4. & seq., Intrigl. de
Feud. cent. 2. art. 32. num. 43., Cevall. in tract.
commun. contr. commun. quæst. 13., Molin. de Pri-
mogen. Hispan. lib. 4. cap. 10. num. 10.*, quantò
magis illis præjudicasse dici debet io casu no-
stro, io quo res est alienabilis, & transitoria ad 118
quoscumque; ideoque, nullà urgente prohibi-
tione Juris, aut hominis, certò certiùs Ante- 119
cessores Successoribus præjudicare potuerunt
*Gratian. disceptat. forens. cap. 577. num. 41. &
seq., Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 101.
num. 2. in fine.*

Romana fructuum dotis.

Evictio quandonam Marito pro fructibus dotis, quos nequivit exigere, competat? Et ex quibus ejusdem evictionis promissio valeat deduci? Fructus dotales quaodo oam à Marito dicaotur condonati?

VOTUM XXV.

1 *Pro fructibus dotis, constante Matrimonio, non exactis potest Vir adversus Mulieris hereditatem agere, ratione damni, & interesse*, & oum. 3.

2 *Em-*

2 *Emptori, ob evictionem rei emptæ, actio ad simplum, seu ipsius rei æstimotionem contra Venditorem competit.*

4 *Dos inæstimata, vel æstimata æstimatione non faciente venditionem, non transit in dominium Viri; sed jus ei tribuit solùm ad fructus.*

5 *Evictâ re dotali, nequit Vir ad ejus æstimationem agere, sed solùm ad refectionem damni, si de evictione sibi expressè non cavit.*

6 *Ex fructibus dotis debet Vir sustinere Matrimonii onera, quæ loco pretii habentur.*

7 *Fructus dotis Viro debentur ad sustinenda Matrimonii onera.*

8 *Actio ad refectionem damni competens Viro ob non exactos dotales fructus, verè, & propriè actio de evictione non est.*

9 *Sed venit lato modo sub evictionis nomine.*

10 *Evictionis actio ubi de jure cessat, locus est æquitati ex officio Judicis*, & num. *93.*

11 *De evictione, ob non exactos dotales fructus, agere nequit Vir, nisi dolo Mulieris, aut Soceri inexactio contigerit*, & num. *50.*

12 *Id tamen de vero, non de latè sumpta evictione intelligendum est.*

13 *De evictione regulariter non agitur sinè expressa evictionis promissione.*

14 *Evictio pro re dotali evicta, præstari debet, si dotis inæstimatæ constitutio à promissione, non verò si à traditione inceperit*, & num. *15.* & *16.*

17 *Ejusmodi autem distinctio an procedat in Patre, seu alio ad dotandum de jure obligato, variæ sunt Doctorum opiniones.*

18 *Locum tamen sibi certè vindicat in extraneo nedum, sed in ipsa etiam Muliere sese dotante.*

19 *Dotem sibi constituere nullo pacto Mulier obstringitur.*

20 *Matrimonium etiam sinè dote potest esse*, & num. *46.*

21 *Dotem sibi Mulier constituens videtur instar extranei actum liberalitatis, ac donationis exercere.*

22 *In donationibus æquè, ac in dotationibus distinctio receptissima est, quod, evictâ re donatâ, vel in dotem datâ, actio de evictione competat, si contractus à promissione inceperit, secus verò si à traditione.*

23 *Donans, vel dotans, à traditione incipiens indicat animum distrahendi potiùs, quàm contrahendi, seseque obligandi.*

24 *Obligatio nequit contra mentem Contrahentis extendi ad evictionis præstationem.*

25 *Donans, vel dotans à promissione incipiens censetur contrahere velle, seseque obligare.*

26 *Donans, vel dotans à promissione incipiens debet in eum, cui promisit, irrevocabiliter transferre rem donatam, vel dotis nomine constitutam.*

27 *Atque in consequens de evictione tenetur*, & num. *29.*

28 *Dotans à traditione incipiens nullo amplius onere post expletam traditionem obstringitur, secus si à promissione incipiat*, & nu. *51.*

30 *Dotatio, non a traditione, sed à promissione incohata dignoscitur ex verbis* = È per dote &c. promette di dare la metà del Castello &c. =, *& num. 32. & 34.*

31 *Instrumentum dotale celebratum censetur in executionem capitulorum.*

33 *Dotationis actus nequit perfectus, & absolutus dici ex sola dotis promissione in hæc verba concepta* = Causâ ejus dotis &c. tradere, & consignare promisit &c. =

35 *Verba instrumenti* = Cessit, transtulit, & assignavit = *translationem important*, & nu. *56.*

36 *At, nisi res, quæ transferri dicitur, præsens sit, voluntatem potius transferendi præseferunt, quàm translationem ipsam*, & nu. *57.*

37 *Dotis constitutio ubi à traditione incepit, nequit vir pro fructibus inexactis directè de evictione agere.*

38 *Potest verò indirectè, nimirum alimenta denegando mulieri alia bona possidenti, ut cogatur novam sibi dotem constituere*, & num.*94.*

39 *Evictionis promissio ut adesse dicatur, debet de ea, oculis corporeis legendo, constare.*

40 *Dotis contractus ab altero emptionis, & venditionis diversus est, & quo differat?* Vide à num.42. ad 49.

41 *Dotis contractus ex se, & sinè expressa conventione, non importat evictionis promissionem*, & num.49.

43 *In emptione, & venditione, pretium loco rei se habet.*

44 *Emptor quod careat re emptâ, ejusque pretio, justum non est.*

45 *Emptor rectè de evictione agit, licèt non sit promissa.*

46 *Matrimonii contractus substantiatur, atque perficitur in mutuo Personarum nexu, corporumque traditione.*

47 *Evictio extrinsecè se habens ad contractum, illum in substantia non lædit.*

48 *Evictio passa a Viro super re dotali, non lædit matrimonii substantiam, quæ in persona Uxoris, ejusque obsequiis consistit.*

52 *Ad evictionem rei dotalis inæstimatæ, licèt Mulier teneatur, si vel concurrerit evictionis promissio, vel mala fides, aut dos a traditione inceperit, attamen, ubi desit promissio hujusmodi, faciliùs excluditur quoad reliqua duo evictionis obligatio.*

53 *Dolus Mulieris, quo dici queat impedita fructuum dotalium exactio, non præsumitur*, & num. *55.*

54 *Doli autem suspicio removetur ex præsumpta Viri scientia, nec non ex narratione in instrumento facta qualitatis fundi in dotem assignati, itemque modi, & caussæ ejusdem assignationis*, & num.84.

58 *Verba instrumenti* = Cessit, transtulit, & assignavit = *voluntatem tradendi, non traditionem ipsam important, si de mobilibus, non quidem si de stabilibus agatur*, & n: *59.*, & *62.*

60 *Bo-*

60 *Bonorum stabilium præsentia, & traditio in actu stipulationis instrumenti moraliter exequibilis non est.*

61 *Et sola eorum oblatio loco traditionis habetur.*

63 *Clausula* Constituti *veram traditionem inducit, atque tàm dominium, quàm civilem, & naturalem possessionem transfert.*

64 *Clausula* Constituti *in instrumento dotali apposita efficit, ut actus dicatur à traditione inchoatus, & Dotans non remaneat de evictione obstrictus.*

65 *Dotis constitutio potest in capitulis matrimonialibus a promissione incboari, & nihilominùs potest nolle Mulier de evictione teneri.*

66 *Promissio enim ejusmodi intelligi potest restricta ad Jura dumtaxat ipsi Mulieri competentia super re in dotem constituta.*

67 *Itaut nil aliud, præter ea, promittere senserit per dictæ rei assignationem subinde in instrumento factam.*

68 *Dotans a promissione incipiens, ad evictionem non tenetur, si nil aliud promittere voluerit, quàm quod sibi posset competere.*

69 *Dotans a promissione incipiens quod teneatur de evictione, intelligendum est, quando res dubia sit, an se voluerit de evictione obligare, secus si de voluntate non se obligandi ex conjecturis constet*, & num. 71., & 83.

70 *Et quæstio hæc est potiùs facti, & voluntatis, quàm Juris.*

72 *Verisimilis mens in humanis actibus tàm inter vivos, quàm per ultimam voluntatem, debet, spretá verborum formá, semper attendi.*

73 *Verisimilis mens sese de evictione non obligandi arguitur ex nullatenus facta evictionis promissione.*

74 *Item ex rei assignatione cum omnibus juribus, & actionibus, eo modo, & formá, quá res ad Assignantem pervenit*, & num.75.

76 *Verisimilis cujuspiam mens non aliud promittendi, quàm jura super aliqua re sibi competentia, desumitur ex facta ipsius rei promissione cum conditionibus iisdem, quibus illam fuerat adeptus.*

77 *Nec præsumitur ad ejus rei manutentionem obstringi voluisse.*

78 *Relatio ad instrumentum inutilis remanere non debet quoad pacta, & conditionet in eo contentas.*

79 *Jura sibi competentia super aliqua re, non verò istius manutentionem promittere voluisse Mulier censetur in donationis instrumento, si jam noverat, perquàm difficilem esse ipsius rei assignationem*, & num. 81.

80 *Idem, si nulla alia bona possidebat, nec se acquisituram sperabat, quibus posset Virum in casu evictionis indemnem servare.*

82 *Jura dumtaxat sibi competentia, non verò evictionem fuisse a muliere in dotationis instrumento promissam, conjicitur ex facto Viri, si post passam evictionem, de ea nunquam egit.*

85 *Sciens præsumitur velle omne periculum in se suscipere.*

86 *Sciens rei qualitatem, cum eaque rem acceptans, debet ipse cogitare quid ex illa possit evenire.*

87 *Pro fructibus dotis, ob secutam evictionem, non exactis, Vir contra Mulierem agere nequit, si adversùs Evincentes, vi concordiæ obligatos ad eorum fructuum præstationem, omisit observantiam dictæ concordiæ objicere.*

88 *Obligatus vi instrumenti ad præstationem fructuum dotalium, nequit ab ea se eximere sub obtentu alimentorum sibi debitorum.*

89 *Evictionem propriá culpà passus, relevationem consequi non debet.*

90 *Et ejus respectu evictio perinde habetur, ac si non acciderit.*

91 *Aliqualis culpa ejus, qui evictionem passus est, sufficit, ut pro suo interesse præjudicatus remanserit.*

92 *Cum levis etiam culpa, ad hunc effectum, queat imputari.*

94 *Evictá re dotali an possit de æquitate Vir denegare alimenta Mulieri, eamque, si alia bona possidet, cogere ad novam sibi dotem constituendam, controversum adhuc in jure est.*

95 *Æquitas tamen prædicta locum non habet, ubi vir divitiis affluit, & qualitates rei in dotem traditæ optimè novit.*

96 *Fructus dotales a Viro inexacti an fuerint ab eo remissi, seu condonati, à Judicis arbitrio pendet.*

97 *Idque ex conjecturis, & facti circumstantiis explorandum est.*

98 *Fructuum dotalium à Viro inexactorum remissio, seu condonatio arguitur ex decennali, & eo plus, temporis lapsu, absque ulla reclamatione, cum supportatione onerum matrimonialium.*

99 *Ex qualitate Viri locupletis, & prole carentis.*

100 *Atque etiam ex persona Mulieris debitricis.*

101 *Fructuum dotalium a Viro inexactorum remissio, seu condonatio præsumitur, ubi non Uxor, sed Vir prædecesserit.*

102 *Fructuum dotalium inexactorum remissio, seu condonatio est de jure inter conjuges prohibita.*

103 *Nisi fuerit morte confirmata.*

104 *Maximè, si Vir tacuit, dum nil Mulier habebat; & successionem sperare potuit in bonis Mulieri postea obventis.*

105 *Fructuum dotalium à Viro inexactorum præsumpta remissio cessat, quoties prudenti Judicis arbitrio id ita judicandum videatur.*

FRUCTUS dotales, quos, durante matrimonio cum bon. mem. Lavinia Cajetana, nunquam percepit D. Mattheus Ghirlandarius, eò quod medietatem Castri Turris ipsi in dotem traditam à dicta Lavinia tamquam obnoxiam fideicommisso ascendentali Scipionis Cajetani, imparem ferendo oneri alimentorum, & do-

& dotium de jure Descendentibus debitarum
Sacra Rota censuit, potius esse relinquendam
penes filios Comitis Cæsaris Cajetani pro illo-
rum alimentis, quàm adjudicandam Laviniæ,
vel subhastandam prò dote Constantiæ matris
ipsi debita, ut ex *decisione* edita in *Romana Re-
stitutionis Dotis* 1. *Aprilis* 1707. *coram Rm̃o Mo-
lines*. Hos, inquam, fructus, durante matrimo-
nio, numquam perceptos modò consequi cu-
piens dictus D. Mattheus ab hereditate desun-
ctæ Uxoris, antequam incertæ litis valdè peri-
culosam aleam experiatur, me rogavit, ut, di-
ligenter expensis, libratisque juribus utrique
Parti faventibus, quæ potiora esse mihi videan-
tur, prò veritate dicere velim.

Injuncto itaque mihi muneri manum admo-
vens, video Actoris intentionem fundari posse
in publico, solemnique instrumento dotali, in
quo illi à Lavinia uxore assignata fuit pro dote,
& dotis nomine supradicta medietas Castri Tur-
ris, eâ expressâ causâ, ut scilicet honorificen-
tiùs onera matrimonii sustinere valeat; Ex quo
sequitur, quod, si Vir onera matrimonii diu
1 honorificentissimè sustinuit absque eo quod de
dote quidquam perceperit, ille adversùs here-
ditatem mulieris se ipsam dutantis agere poterit
de evictione, non quidem eo modo, quo Em-
2 ptor contra Venditorem agit, nimirùm ad sim-
plum, seu æstimationem rei evictæ *leg. si in ven-
ditione ff. de evliction.*, & ad interesse, juxtà na-
turam actionis ex empto *leg 2. ff. de act. empt.*,
3 sed solummodò, ut ipsi resarciatur damnum
fructuum, quibus caruit propter evictionem rei
dotalis, juxtà *Text. in leg. mater cum filiæ ff. de
Jur. Dot.*; nam quando, prout hic, in dotem
4 traditæ sunt res inæstimatæ, vel æstimatæ æsti-
matione non faciente venditionem, Maritus non
efficitur Dominus rerum dotalium, sed conse-
quitur jus solummodò percipiendi fructus, ex
notis regulis, ideòque si res dutales evincantur,
5 cùm non sint suæ, quoties de evictione sibi ex-
pressè non cavit, non potest agere modo præ-
dicto, scilicet ad rei æstimationem, & ad inte-
resse, sed solùm ad refectionem damni passi ob
jacturam fructuum dotalium, cum quibus su-
6 stinere debebat onera matrimonii, quæ loco
pretii habentur *leg. ex promissione ff. de action.*, &
7 *obligat.*, & pro quibus sustinendis hujusmodi
fructus præcisè debentur, per *Text. in cap. Salu-
briter de usur. leg. dotis fructus ff. de jur. dot., leg.
prò oneribus cod. eodem tit.*, *Rot. in Eugubina Do-
tis, & fructuum* 17. *Junii* 1712. §. *In ordine co-
ram Rm̃o Aldrovando*, & 14 *Junii* 1713. §. *Præ-
misso coram Em̃o D. Card. Scotto*.

Qui sanè agendi modus etsi rigorosè loquen-
8 do non sit verè, & propriè ex evictione, cum
Marito non solvatur, nec solvi debeat rei æsti-
matio, minùsque interesse, sed consideretur
dumtaxat quantitas fructuum amissorum, quo-
rum tantummodò damnum est illi resarcien-
9 dum, attamen venit sub nomine evictionis lato
modo sumptæ tamquam actio æquitativa, per
quam Maritus servari debet indemnis, juxtà
Text. in leg. quoties 17. *ff. de jur. dot.*, & benè
ad rem tradunt *Barbos. in leg. si æstimatis nu.* 19.
*vers. prò concordia ff. solut. matrim. Rebell. de oblig.
just. part.* 2, *quæst.* 11. *num.* 7., *Boss. de dot. cap.*
17. *num.* 13., *Card. de Luc. eodem tract. disc.* 157.
sub num. 4. *vers. nil refragante*, neque enim ab-
surdum est, quod, cessante de rigore Juris evi-
ctione, locus sit æquitati ex officio Judicis, ut 10
ex *Monter. dec.* 13. *num.* 64., *& seq.*, prosequitur
idem *Card de Luc loc. mox citat.*, & hac ratione
facilè conciliantur *Textus in leg.* 1. *cod. de Jur.
Dot.*, *in leg. non solùm* 53., & *leg. cum post* 70.
§. *Cum res ff. eodem tit.*, & alii, quibus probari
videtur, quod, si res dotales æstimatæ non
sunt, non possit Maritus adversùs Socerum, vel
Mulierem agere de evictione, nisi dolus Mulie- 11
ris, aut Soceri interveniat, intelligendi enim
sunt, ut, cessante dolo, Maritus nun possit 12
agere, adinstar Emptoris, ex vera, & rigorosa
evictione, ad rei nempè æstimationem, & inte-
resse, non verò, quod agere nequeat; ut sibi
resarciatur damnum fructuum, quibus caruit,
& nihilominus substinuit onera matrimonii, ut
declarat *Barbos. in d. leg. si æstimatis num.* 19., &
20., *Boss. de dot. d. cap.* 17. *num.* 13. *erga fin*, *Card.
de Luc. eodem tract. d. discurs.* 157. *sub num.* 4
vers. nil nefragante.

Ambigi autem minimè posse videbatur, quod
D. Matthæus actionem exercere queat pro conse-
quendis ab hereditate Uxoris fructibus hisce do-
talibus; nam, licèt in instrumento dotali defi-
ciat expressa evictionis promissio, sinè qua re-
gulariter de evictione non agitur, attamen in 13
subjecta materia vulgaris est distinctio commu-
niori Doctorum sensu recepta, atque desumpta
ex *Text. in leg.* 1. *cod. de jur. Dot.*, quod, si Con-
stitutiu dotis inæstimatæ incipiat à promissione, 14
re evictà, possit agi de evictione, si verò inci-
piat à traditione, de evictione non agatur *Gloss.
in d. leg.* 1., *& ibi Bartol.*, *& alii*, *Barbos. in leg.
si æstimatis num.* 16. *ff. solut. matrim.*, *Gomez. va-
riar. resol. tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 37., *Merlin. de pign.
lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 44. *num.* 3., *& seq.*, *Fontanell.
de pact. nuptial. claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 14. *num.* 31.,
& seqq., *Molin. de justit.*, *& jur disput.* 427. *n.* 2.,
Boss. de dot. cap. 17. *num.* 10., *Negusant. de pign.
part.* 2. *membr.* 4. *num.* 27., *& seqq.*, *Mangil. de
evict. quæst.* 70. *num.* 7., *Card. de Luc. de dot. disc.*
89. *num.* 3., *& disc.* 157. *à num.* 3. *ad plures seq.*,
ubi, quod licèt hæc distinctio à pluribus impu- 15
gnetur, attamen in Foro receptissima est, ideò-
que ab ea minimè recedendum, *Paul. Christin.
decis. Belgic.* 133. *num.* 4., *& seqq. vol.* 3., *Rota
coram Burasso decis.* 745. *num.* 1. *lit. A.*, *& num.*
6. *coram Merlin.*, *decis.* 310. *num.* 1., *in rec. decis.*
176. *num.* 6. *part.* 6., *decis.* 150. *num.* 6. *part.* 8., *de-
cis.* 62. *num.* 10. *part.* 11.

Quæ quidem communis distinctio fundata in
dicta *lege prima cod. de Jur. Dot.* minimè cor-
recta, ut malè aliqui senserunt, per *Text. in leg.* 16
unic. §. *Et ut pleniùs cod. de rei Uxor. action.*, ex
deductis per *Boss. de dot. cap.* 17. *num.* 18., omissâ
disputatione, an procedat in Patre, sive alio ad
dotandum de jure obligato, in quo variæ sunt 17
Doctorum opiniones, relatæ apud *Boss. de dot. d.
cap.*

cap. 17. num. 21., 22., & 23., Fontanell. de pact.
clauf. 5. gloff. 8. part. 14. num. 16., & seqq., Card.
de Luc. de dot. disc. 157. num. 4., & seqq., hac in-
quam disputatione omissâ, utpotè ad rem no-
stram minimè faciente, certè locum æquè sibi
18 vindicat in extraneo, ac in ipsa muliere se se do-
tante, utpotè quæ ad se dotandum nullo jure,
19 nulloque obligationis vinculo adstricta, cùm
20 matrimonium possit esse etiam sinè dote, can. si
quis Divinis cauf. 30. quæst. 5. leg. cùm multæ 20.
cod. de donation. antè nupt.; propterea, si dotem
sibi constituat, cum liberalitatem exercere, &
21 adinstar extranei propè donare videatur leg. unic.
§. Accedit cod. de rei Uxor. acti n., oportet, quod,
ut locum sibi vindicet supradicta distiuctio,
quam tum donationibus, tum etiam in dotatio-
22 nibus æquè communiter constitutam esse per
Text. expresf. in leg. Aristo §. final. ff. de donat.,
& in leg. 1, & 2. cod. de eviction. docent Gra-
tiant. discept. for. cap. 637. num. 47., & seqq., An-
tunez. de donat. part. 1. cap. 3. num. 45., Boer. de-
cis. 67. in princ., & alii passim, & consonant alii
supra allegati, qui de de dotatione, & dona-
tione in subjecta materia promiscuè loquuntur,
ut benè præ cæteris Fontanell. d. clauf. 5. gloff. 8.
part. 14. num. 31., & seqq., Boff. de dot. d. cap. 17.
num. 16., & 20.

Ex pluribus verò validissimis rationibus, ob
quas ad evictionem rei donatæ, sive dotalis in-
æstimatæ potius teneantur dotem promittens,
quàm tradens, duo sunt præcipuè, earumque
23 prima est, quod incipiens à traditione habet
animum potius distrahendi, quàm contrahendi,
& se obligandi per Text. in §. Sed hæc species
instit. quib. mod. re contrab. oblig., propterea-
que, cum ad nihil ultra teneatur, nullàque re-
maneat adstrictus obligatione, ex qua oriri pos-
sit actio de evictione, æquum non est, quod
24 contra ejus intentionem ad aliquid aliud obli-
getur, leg. non omnis ff. si cert. petat. leg. qui in
aliena ff. de acquir. hered., vice versâ autem in-
cipiens à promissione contrahere videtur, & se
25 obligare ad promissionem efficaciter adimplen-
dam, unde si rem ipsam in eum, cui illam pro-
misit, verè, & irrevocabiliter non transfert,
26 obligationi, & promissioni suæ non plenè satis-
fecisse putatur leg. ubi autem §. fin. ff. de verbor.
27 obligat., & consequenter de evictione tenetur,
ut, hanc diversitatis rationem benè in nostris
terminis explicando, tradunt communiter Scri-
bentes in leg. Aristo §. final. ff. de donat., Caballin.
de evict. §. 4. num. 3., Cancer. variar. resol. to. 3.
cap. 4. num. 22., Fontanell. de pact. d. clauf. 5.
Gloff. 8. part 14. num. 31., Bosi. de dot. d. cap. 17.
num. 16. Altera ratio tradita a Martino Coler. de-
cis. German. 14., quam pariter referunt, & se-
quuntur Fontanell. d. part. 14. num. 36., Bosi. d.
num. 16., est, quod, quando dos incipit à tradi-
28 tione, obligatio inde orta, fuit sublatâ solutio-
ne, secus, quando incipit à promissione, quia
adhuc res non est facta accipientis, ideòque nil
mirum, si nulla in primo casu, utique verò in
secundo debetur.

Cùm itaque Doctores in eo conveniant, quod
si dos, seù Dotatio, ut etiam & donatio, in- 29
cipiat à promissione rei, & ea fuerit evicta,
maritus contra Dotantem, sive sit ipsa mulier,
sive ejus Pater, aut alius extraneus, potest age-
re de evictione, modo scilicet supra enuncia-
to, facilè demonstrari posse videtur in casu no-
stro, dotis constitutionem non à traditione, sed
à promissione inchoasse, clara namque, & per- 30
spicua sunt verba capitulorum matrimonialium
promissionem verè præseferentia ibi = E per Do-
te, è a nome di Dote la sudetta Illustrissima Signo-
ra Lavinia &c. promette di dare la metà del Ca-
stello della Torre &c. = quibus consonat etiam
Instrumentum dotale, nam, præter quam quod
celebratum fuisse censetur in executionem ca- 31
pitulorum, in illo etiam expressa habetur pro-
missio quoad partem dotis consistentem in mo-
bilibus, loquitur enim his verbis = Insuper dicta
Illustrissima D. Comitissa Lavinia causâ dictæ ejus
dotis tradere, & consignare promisit &c. = Undè 32
cùm hujusmodi donationis actus hisce verbis
conceptus perfectus, & absolutus dici non pos-
set, aliumque desideraret actum ad omnimo- 33
dam sui perfectionem, & exequutionem, in
dubium venire nequit, quin à promissione inci- 34
pere dicatur, ex animadversis per clar. me. Card.
de Luc. de dot. disc. 157. nu. 9.

Nec obesse potest, quod in eodem Instrumen-
to quoad aliam partem dotis consistentem in
dicta medietate Castri Turris, non verba pro-
missoria, sed rei translativa adjecta legantur
ibi = Cessit transtulit, & assignavit = quia hæc & 35
similia verba licèt translationem importare vi-
deantur; nihilominus tamen, nisi res ipsa sit in
præsentia, & conspectu Contrahentium, tra- 36
dendi potiùs voluntatem, quàm ipsam tradi-
tionem præseferunt Angel. conf. 305. nu. 2. vers.
nec obstat, Cancer. citat. cap. 4. num. 28. & seqq.
tom. 3., Boff. de Dot. cap. 17. num. 17., Fontanell.
dict. clauf. 5. glof. 8. part. 14. num. 36., clar. mem.
Card. de Luc. de Dot. disc. 157. num. 10., Monter.
decis. Aragon. 13. num. 25. & seq., Rota coram
Cavaler. decis. 307. num. 2., & 3. concludendum
igitur videbatur, supradictum D. Mattheum
rectè agere posse contrà hereditatem Uxoris sibi
de evictione obligatæ prò consequutione fru-
ctuum dotalium, quos, durante matrimonio,
percipere nequivit, maximè quia etiam in casu,
quo dotis constitutio à traditione inceperit, li- 37
cèt maritus non posset directè agere de evictio-
ne, attamen, quando mulier possidet alia Bo-
na, potest per indirectum, illi nimirum dene- 38
gando alimenta, cogere, ut novam dotem con-
stituat, juxtà opinionem Baldi novelli de Dot.
part. 7. privil. 42., quem sequuntur Molin. de
just. & jur. disput. 437. nu. 3., Merlin. de pignor.
dict. quæst. 44. num. 16., Surd. de aliment. tit. 7.
quæst. 28. num. 1., Monter. dict. decis. 13. nu. 59.,
& seq. & nu. 64. & seqq., & rectè quidem; nam
alioquin = durum esset, ac humanæ rationi con-
trarium =, ut inquit Card. de Luc. dict. disc. 157.
de Dot. num. 5. = quod muliere alia Bona possiden-
te, Vir, qui Dotis evictionem absque propria
culpa passus est, in onerum dotalium supportatione
cum

cum aperte damno debeat perseverare, mulier ve-
rò de alieno vivendo ità facere lucrosum cumulum
de suis fructibus, vel eos in superfluos usus consu-
mere; sufficere igitur debet legis rigor, ut mulie-
rem aliundè non provisam Vir sub isto prætextu
non expellat, sed quod alere teneatur, quodque
eam alia Bona possidentem non cogat ad novam do-
tem constituendam, seù formalem evictionem præ-
standam, durum est, ideoque intrare videtur Ju-
dicis arbitrium pro applicatione fructuum aliorum
Bonorum extradotalium ad ratam dotalium ob evi-
ctionem amissorum, ut omnis æquitas, omnisque
ratio postulare videtur. =

Quamquam verò primo oculorum conjectu
hæc argumenta favore D. Requirentis speciem
boni Juris præseferre mihi visa sint; diligentiùs
tamen, maturiùsque re perpensà ex peculiari-
bus facti circumstantiis in casu nostro concur-
rentibus, ea minus habenda esse reor; præmis-
so etenim, quod generaliter in iis casibus, in qui-
39 bus datur evictionis actio, ad hoc, ut quis ad
eam condemnari valeat, ità de illius promis-
sione constare debet, ut hæc oculis corporeis
legi possit, secundùm *Paris. cons. 199. & seqq.*
lib. 4., Simon. de Pret. cons. 71. num. 41., & plu-
ribus seqq., Mangil. de evict. quæst. 76. nu. 14.,
præcipuè verò in contractu Dotis, in quo ad dif-
40 ferentiam emptionis, & venditionis suàpte na-
turà non venit promissio aliqua defensionis, &
41 evictionis, nisi specialiter, & expresse promit-
tatur, seù Maritus de ea expresse sibi caverit
Gomez. variar. tom. 1. cap. 2. num. 3., Surd. de ali-
ment. tit. 7. quæst. 20. num. 29., Fontanell. de pact.
claus. 5., Gloss. 8. part. 14. num. 2. & 3., Man-
gil. de evict. quæst. 76. num. 15., & duob. seqq.,
Boss. de Dot. cap. 17. num. 11., Monter. decis. 13.
num. 35., ob eam differentiæ rationem, quam
42 post *Alberic. in dict. leg. 1. num. 1. 6., & 9. Cod.*
de jur. Dot. optimè considerant ferè omnes mox
allegati, quia scilicet in emptione, & vendi-
43 tione intervenit pretium loco rei, qua de re ju-
stum non est, quod emptor re evictà careat, &
44 pretio, proindeque ritè, rectèque agit de evi-
ctione, tametsi hæc promissa non fuerit; At in
45 contractu dotis, licèt Maritus in damno esse
videatur, quia, evictà re dotali, ille sustinet
onera matrimonii, attamen, ut alibi dictum
est, cùm contractus matrimonii non in dotes,
46 (sinè qua illud potest consistere) sed substantie-
tur, & perficiatur in mutuo personarum nexu,
corporumque traditione, inde sequitur, quod
47 per rerum extrinsecam evictionem non læda-
tur substantia contractus, quippè Marito non
48 evincitur principale, hoc est persona Uxoris,
cujus obsequiis dum ipse fruitur, eumdem ad
correspectiva onera teneri oportet; hoc inquam
præmisso cùm in casu nostro nullibi evictionis
49 promissio expressa legatur, dicendum est, mu-
lierem, sivè illius hereditatem ad eam præstan-
dam nequaquam teneri, ex supra firmatis.

Nilque turbat, quod, præter casum expressæ
promissionis evictionis, duo alii supersint, in
50 quibus de evictione pariter contrà mulierem agi
potest, nimirum si ejus dolus, & mala fides in-
tercesserit, vel dos inceperit à promissione non
à traditione, juxtà terminos *Textus in dict. leg.* 51
1. Cod. de jur. dot., ibique Gloss. final., & con-
cordantes Authoritates superiùs allegatas, præ-
sertim verò *Card. de Luc. de dot. disc. 89. num. 2.*
& 3. disc. 157. num. 2. & 3., & Rota coram Bu-
rat. decis. 745. num. 1., in rec. decis. 52. num. 10.
part. 11. nam, cùm Jura, & authoritates præ-
dictæ reverà firment, mulierem non teneri ad
evictionem rei dotalis inæstimatæ, nisi unum 52
ex hisce tribus specialiter concurrat, expressa
scilicet promissio, vel mala fides, aut demùm,
quod dos inceperit à promissione, non à tradi-
tione, Profectò, si desit specialis, & expressa
promissio evictionis, facili negotio res expendi-
tur etiam quoad reliqua duo; quippè, præter
illam legalem, justamque præsumptionem, ex 53
qua in hisce actibus sinceritas, & bona fides,
numquam verò dolus, & mala fides præsumi-
tur *leg. penult. Cod. de evict.,* & in nostris ter-
minis *Rota coram Burat. dict. decis. 745. num. 5.,*
in nostra hypothesi quæcumque doli suspicio
submovetur ex præsumpta scientia Viri, & ex-
pressa narratione qualitatis fundi, ac modi, & 54
causæ, ob quam ipsi mulieri assignatus fuerat,
nimirum (sunt verba Instrumenti dotalis) = *prò*
intranti quantitate ei assignata prò restitutione
dotis maternæ in Instrumento Concordiæ rogato, ut
asseritur &c. cùm omnibus Juribus, actionibus, mo-
dis, conditionibus, pactis, & formis stabilitis
in dicto Instrumento Concordiæ, ad quod &c. nullo
Jure &c. = quod utique non expressisset, si Vi-
rum decipere, & supradictam medietatem Ca- 55
stri illi liberam assignare noluisset, ut benè pro-
sequitur mox citata *decisio 745. coram Buracto*
dicto nu. 5. & 7., ubi ad rem concluditur, quod,
cessante dolo mulieris, Viro non debetur evictio.

Dotis verò constitutionem à traditione ince-
pisse, non à promissione perspicuum fit ex illis
alibi relatis Instrumenti verbis = *cessit, transtulit,* 56
& assignavit =, quæ, etsi, deficiente præsentià
rei, potius animum, & voluntatem tradendi,
quàm veram traditionem importare dicantur,
id tamen locum sibi vindicat in mobilibus, 57
ut sunt gemmæ, vestes, & alia his similia,
quæ facilè tradi possunt, & regulariter tra- 58
di solent dum sponsalia, & Instrumentum do-
tale celebrantur, secus verò in stabilibus, vel
etiam in mobilibus, & semoventibus, quorum 59
præsentia, & facti traditio non est moraliter
practicabilis, in iis enim sola oblatio habetur 60
loco traditionis *Gratian. discept. 325. nu. 1., Rot.*
coram Cels. decis. 246. num. 19., in Bononien. Bono- 61
rum super relaxatione mandati 22. Junii 1712. §.
Verumtamen coram Emo D. Card. Scotto, & id-
circo similia verba cùm agitur de Bonis stabili-
bus veram dominii translationem, & traditio- 62
nem importare dicenda sunt ad effectum, de
quo quæritur, ut distinguendo inter utramque
Bonorum speciem, rectè observat *Card. de Lu-*
ca dict. disc. 157. de dot. sub num. 12. & seq., ubi
inquit etiam, quod conclusio illa =, *ut verba*
prædicta absque rei præsentia non importent veram
traditionem, est vera ad effectus possessionis, alios-

que ex vera facti traditione resultantes, non autem recipienda est ad excludendam Partium voluntatem ità declaratam incipiendi a traditione =. At
in casu nostro cessat omnis difficultas, quia, præter supradicta verba, concurrit etiam clausula
63 *Constituti* dicto Instrumento adposita, & specialiter adjecta assignationi dictæ medietatis Castri, cujus virtus cum sit veram traditionem importare, atque tàm dominium, quàm civilem, & naturalem possessionem transferre, non quidem fictè, licèt per actum fictum, ut probat *Text. in leg. sicut §. Supervacuum ff. quib. mod. pign. vel Hypothecu solvat.*, ideò receptum
64 est, tunc à traditione actum inchoatum dici, & Dotantem de evictione non teneri *Vivn. comm. opin. verb. donatio circu med.*, *Gusman. du evict. quæst. 25. nu. 25.*, *Antunez. de Donat. lib. 1. cap. 3. nu. 43.*, *Fontanell. de pact. dict. claus. 5.*, *Gloss. 8. part. 14. num. 38. & seq.*, *Card. de Luc. de dot. dict. disc. 157. num. 11.*, *Boss. de Dot. cap. 17. nu. 17. ergà fin.*

Nec obstat, quod in capitulis matrimonialibus antè Instrumentum dotale celebratis non tradita, neque assignata, sed dumtaxat promissa fuerit dicta medietas Castri Turris, ut similiter respectu mobilium dictum fuit in Instrumento; quoniam hæc invicem conciliando, stat benè simul, quod in Tabulis nuptialibus fue-
65 rit promissa assignatio dictæ medietatis Castri, & nihilominùs sponsa de evictione teneri noluerit, quippè talis promissio intelligi potest qualificata, & restricta ad ea tantùm Jura, quæ
66 super illa medietate Castri ipsi mulieri competere poterant, adeout nil Viro promittere senserit, præter id, quod ipsa habere potuisset, quod-
67 que cessit, transtulit, & assignavit in subsequuto Instrumento, in quibus terminis frustrà de evictione ageretur, ad firmata per *Rot. coram Burat. dict. decis. 745. num. 6.*, tametsi dotatio
68 à promissione inciperet, regula namque supra tradita, quod nimirum, dote à promissione initium sumente, locus sit evictioni, secus verò, si à traditione incipiat, constituta reperitur pro iis dumtaxat casibus, in quibus dubium esse potest, an Dotans de evictione teneri voluerit nec ne, eò quod ejus voluntas nec expressè, nec tacitè ex conjecturis appareat, nequaquàm verò procedit, ubi nedum expressè, sed etiam conjecturaliter, ac præsumptivè constat de volunta-
69 te Dotantis, quoniam, ut optimè, & de more in proposito loquit *Card. de Luc. de dot. disc. 69. num. 10. & 11.*, & *disc. 157.*, *sub num. 7. §. Fir-*
70 *mo igitur*; ista est potius quæstio facti, ac voluntatis, quàm Juris, & ideò, quotiescumque
71 verisimilis mens, & intentio Dotantis haberi potest, ea proculdubio attendenda est, spretâ quacumque verborum formâ, ut in omnibus humanis actibus tàm inter vivos, quàm per ulti-
72 mam voluntatem faciendum esse, monet *Card. de Luc. dict. disc. 69. num. 11.*, *Rota coram Burat. decis. 113. num. 7.*, *coram Merlin. decis. 692. num. 46.*, *& coram san. mem. Alexand. VIII. dec. 254. num. final.*

Ea autem verisimilis mens, & intentio mulieris in casu nostro ea fuisse videtur, ut se de evictione nequaquam obligaret, veluti rectè desumitur ex eo, quod in assignatione dictæ
medietatis Castri nedùm nullam emisit promis- 73
sionem evictionis, verùm prætereà illam assi-
gnavit cum omnibus Juribus, & actionibus, & 74
eo modo, & formâ, quibus ipsi assignata fue-
rat prò restitutione dotis maternæ in Instru- 75
mento concordiæ celebrato anno 1687., & cum conditionibus, & pactis in eo stabilitis, ex quo
evidens, & apertum redditur ipsam tantùm 76
dare, vel promittere voluisse Jus, quod habebat super dicta medietate Castri, & eo modo,
quo illo potiebatur, itaut ad ejusdem manuten- 77
tionem minimè teneretur, prout regulariter præsumi admonet *Surd. cons. 113. nu. 14. & seq.*, *& decis. 93. num. 28.*, in specie *Rota coram Merlin. decis. 310. num. 2.*, *coram Buratt. decis. 745.*
num. 3. & seqq., alioquin superflua, & inutilis 78
fuisset expressa relatio ad Instrumentum dictæ concordiæ, & ad jura, & actiones, modos, & formas, pacta, & conditiones in illo contentas, si enim mulier de evictione se obligare volebat, satis erat, quod medietatem Castri Viro simpliciter assignaret, absque eo quod pacta, & conditiones, modum, & formam relativè ad Instrumentum in quo ipsi assignata fuerat, exprimeret, quod sanè aliâ mente, animoque factum fuisse videri nequit, quàm ad effectum ne ad manutentionem, exigibilitatem, aut evictionem præstandam quoquo modo adstringi posset.

Certiùs, quia ante contractum matrimonium benè noverat ipsa mulier, quàm durum esset
ad effectum perducere memoratam assignatio- 79
nem, dum numquam perfici potuit æstimatio dicti Castri, ejusdemque divisio, prout in transactione conventum fuerat, & ex annuis scutis 120. ipsi promissis, donec sequuta fuisset æstimatio, & divisio prædicta; nihil unquam consequi valuit, ut habetur ex facto relato in *Romana restitutionis Dotis 18. Junii 1706. §. 1., &*
2. coram R.mo Molines; Et, quod fortiùs urget, ea- 80
dem mulier tempore dictæ constitutionis dotis nulla alia Bona possidebat, nec fortè se acquisituram fore sperabat, quibus Virum in casu evictionis indemnem servare voluisse dici queat, cùm illa, quæ in hereditate ipsius mulieris hodiè reperiuntur, eidem novissimè obvenerint, unde in his circumstantiis nemo rectò sensu præditus sibi unquam suadere poterit,
quod mulier de evictione se obligare voluerit, 82
per ea, quæ tradit *Rota coram Merlin. decis. 310. num. 3.*, idque etiam ex facto Viri, qui etsi post
contractum matrimonium passus fuerit evictio- 82
nem dictæ medietatis Castri; nihilo tamen minùs de ea numquam conquestus fuit, ut verisimiliter conquestus fuisset, si dicta medietas Castri ipsi tamquam libera promissa, & assignata extitisset, non autem modo, & pactis in transactione conventis, & prò eo solùm Jure, quod super illa mulieri competere poterat *Rota coram Merlino decis. 310. num. 3. in fin.*, *& coram Burat. decis. 745. num. 3., & seqq.*

Etsi

Etsi igitur in casu nostro dotis constitutio à promissione incepisse diceretur; nihilominus
83 hereditatem bon. mem. Comitissæ Laviniæ se dotantis ad evictionem præstandam Viro minimè teneretur, quia nimirum non constat de voluntate ejusdem se de evictione obligandi, quia potiùs ea manifestè excluditur ex verbis, & circumstaotiûs superiùs expressis, ac etiam
84 quia, ex deductis pariter superioribus locis, certa, & indubia redditur in D. Mattheo Viro scieotia qualitatis rei io dotem ipsi traditæ ab expressa oarratione in capitulis matrimonialibus, & io Instrumento facta resultans, quo casu sivè fuerit cæptum à traditione, sivè à promissione evictionem minimè deberi, firmat in specie *Rota coram Burat. dict. decis. 745. sub nu. 4.* ibi = *Et data scientiá qualitatis rei consignatæ, Uxor non tenetur de evictione & num.* 8. ibi = *Imò datá scientiá Viri sive fuerit cæptum a traditione, sivè a promissione, non debetur evictio* = & generaliter per *Text. in leg. si fundum sciens 47. Cod. de evict., Surd. dec. 265. n. 36., Rota coram Cerr. dec. 4. n. 17., & dec. 13. n. 2., in rec. dec. 453. nu. 12. part. 9., & decis. 141. nu. 5. part. 13., in Avenionen. Officii Fiscalatus 27. Junii 1712. §. Verumtamen coram Emo D. Card. Scotto;* & alibi sæpissime, ob eam quidem prævalidam rationem, quia ni-
85 mirum sciens videtur omne periculum in se suscipere *Gratian. discept. forens. cap. 520. nu. 28.*, ipseque cogitare debuit, quid evenire poterat, dum res assignata videtur cum sua qualitate, &
86 natura *Rota Lucan. apud Palm. Nepot. decis. 92. num. 26. & seqq.*

Rursus ex alia quoque ratione dict. D. Mattheus ab hujusmodi fructuum consequutione repelli posse videtur, quià cum prò assignatione dictæ medietatis Castri facta Laviniæ in causam restitutionis dotis maternæ in præfata concordia anni 1687. obligati reperirentur tàm Comes Cæsar Cajetanus Patruus, quàm omnes ejus filii, qui dictam medietatem Castri prò eorum alimentis evicerant, quorum etiam respectu uti minorum omnes solemnitates à Jure, & statuto requisitæ ad unguem servatæ, & adhibitæ apparent in dicto Instrumento transactionis, adeò ut nulla circà validam illorum obligationem oriri posset dubitatio, præfatus Dominus Mattheus instare debebat prò observan-
87 tia, & exequutione dictæ concordiæ, quam DD. de Cajetanis impedire nequivissent sub ob-
88 tentu alimentorum ipsis debitorum attentà dicta obligatione ab eisdem factà in sepedicto Instrumento concordiæ; si ergo loco agendi ad observantiam, & exequutionem transactionis, idem D. Matthæus maluit ab illa recedere, & & ad primæva Jura redire, juxtà declarationem factam die 8. Maii 1704., & ex hoc recessu à transactione proculdubio evenit evictio dictæ medietatis Castri prò alimentis DD. de Cajetanis, quæ alioquin, vigente concordiâ, super illa peti nequibant, propter eorum suprà enunciatam obligationem, nemo est, qui non vi-
89 deat, dict. D. Matthæum veluti facto, & culpâ suâ evictionem passum relevationem consequi non debere, cùm ejus respectu perindè habea-
90 tur, ac si evictio sequuta non fuisset, ex passim firmatis per *Andreol. contr. forens. 125. num. 6., Ciarlin. contr. 92. num. 26., & seqq. lib. 2., Mangil. de evict. quæst. 34., & quæst. 125. utrobique num. 1., Rot. decis. 91. num. 14. part. 11., & decis. 300. num. 7., & seq. part. 5. rec., cum aliis in Maceraten. Fideicommissi super reservatis 26. Januarii 1712. §. Absque, eo quod coram Rmo Ansaldo Decano, & in Avenionen. Officii Fiscalatus 20. Aprilis ejusdem anni §. Cæterum coram Rmo Molines.*

Parvipensâ responsione, quod principalis causa recessus à dicta transactione fuerit ipsa Lavinia, quæ declarationem emisit de redeundo ad primæva Jura, proindeque illi imputari debeat, non Viro, qui comparere non poterat, nisi uti illius Procurator; nam cùm etiam D. Matthæus Vir hac in re interesse haberet ratione fructuum dotalium ipsi debitorum, & ad ejus quoque instantiam facta appareat declaratio prædicta, propterea, utpotè non solùm nomioe Uxoris, sed etiam proprio, & pro suo interesse expleta, eumdem à culpa excusare nequit, dum nec Uxorem certiorem fieri curavit de præjudicio, & damno, quod sibi ex tali recessu evenire poterat, nec se ab illo abstinuit, aut protestatus fuit ad hujusmodi actuum cum Uxore non concurrere, sed, quod magis est, illi expressè adhæsit, undè sivè culpà gravis fuerit, sivè non, sivè ipsi principaliter imputanda, sivè Uxori, cùm in dubium venire ne-
91 queat, quin aliquo modo etiam ipsi adscribenda fuerit, hoc plenè sufficit, ut prò suo interesse præjudicatus remanserit, cum levis etiam
92 culpa ad hunc effectum imputetur *Gloss. in leg. quod si nolit 31. §. Si mancipium verb. culpam ff. de edilit. edict., Rot. decis. 300. num. 10. part. 15. rec.*

Frustrà verò hic objiceretur, quod, etiamsi
93 de rigore juris nulla marito debeatur evictio, adhuc tamen ex æquitate illi succurrendum sit, quoties Uxor alia Bona possidet, cum tali casu illi alimenta denegare possit, & cogere ad novam dotem constituendam, juxtà Authoritates superiùs allegatas in §. *Non attento;* Omisso
94 eteoim, quod opioio hæc pacificè recepta non est, sed suos habet Contradictores, inter quos præcipuè *P. Barbos. in leg. si æstimatis num. 18. ff. solut. matrimon., & Boss. de dot. cap. 17. num. 24. & 25.*, qui contrariam expressè tuentur, ut etiam, omisso, quod illa procedere posset, Uxore vivente, non autem, eâ vitâ functâ; strictè ad rem respondetur, quod, si hujusmodi æquita-
95 te Vir dignus oon est, quotiescumque divitiis affluit, & qualitates rei io dotem traditæ optimè novit, ut rectè declarat *Card. de Luc. de dot. dict. disc. 157. sub num. 5. vers. benè verum*, multò minùs eâ juvari poterit in casu nostro, io quo, præter notitiam, quam habebat qualitatis rei, ipsemet culpâ, & negligentiâ non vacat.

Et ex his censerem, locum non esse consequutioni fructuum dotalium adversus hereditatem Uxo-

Uxoris, absque eo quod opus sit examinandam
assumere illam ob dissidentes Doctorum sen-
tentias arduam quæstionem super præsumpta
hujusmodi fructuum remissione, seu condona-
96 tione, in qua quæstione tamquàm peodente ab
arbitrio Judicis ex facti circumstantiis, & con-
97 jecturis regulando *Menoch. lib. 3. præsumpt. 25. num. 12.*, *Leotard. de usur. quæst. 92. num. 21.*, *& alibi*, *Rot. decis. 127. num. 6.*, *& seqq. part. 17. rec.* licèt prò affirmativa plura urgere posse vi-
derentur, nimirum plusquam decennalis tem-
98 poris lapsus unà cum supportatione onerum
matrimonialium absque ulla Viri reclamatio-
ne, ipsius Viri qualitas, qui est locuples, &
99 prole caret, nec non persona Debitoris, quæ
100 erat ipsa mulier, & plura prætereà alia, quæ
ad istum effectum considerari solent à Doctori-
bus, ut videre est apud *Menoch.*, *& Leotard. locis supra citatis*, cæterosque plenè congestos per *Urceol. consult. 15.*, & præsertim *nu. 58. & seqq.*, Nihilominus, cùm in hypothesi ipsa mulier sit
debitrix, & ejus marte matrimonium dissolu-
tum fuerit, non autem Viri, ut supponunt fe-
101 rè omnes authoritates præsumptam remissio-
nem tuentes, ad *Text. in leg. Vir.*, *usuras 55. ff. de donat. inter Vir.*, *& Uxor.*, valdè
dubium est, ao præsumpta hæc remisio, seu
102 condonatio locum habere queat tamquàm de
103 jure inter conjuges prohibita, nisi fuerit mor-
te confirmata, per ea, quæ animadvertit *Leotard. de usur. dict. quæst. 92. num. 31.*, maximè
104 quia justà ratione Vir tacuisse videtur, dum
mulier nihil habebat, & post superventa Bona
sperare potuit, ea sibi esse relinquenda; quoties
105 autem alia causa prudenti Judicis arbitrio pen-
sanda haberi potest, cessat præsumpta remissio,
& condonatio *Leotard. dict. quæst. 92. num. 21.*

Maceraten,

Heres negligeos cognomen, & Iosignia Testatoris assumere tenetur in Foro conscientiæ hereditatem dimittere. Onus assumendi cognomen & Insignia Secundogenitis à Testatore injunctum, ut ab herede in locum etiam Primogeniti suffecto adimpleri omnino debeat, sat est, quod Secundogeniti qualitas io eo adfuerit delatæ, atque adeptæ successionis tempore. Heres ex neglecto onere ejusmodi hereditatem dimittere coactus, si mala fides absit, non tenetur fructus interim perceptos restituere.

VOTUM XXVI.

1 *Ad hereditatem Vocatus sub aliqua conditione, sub contraria censetur exclusus.*
2 *Concessum sub aliqua conditione, censetur sub contraria ademptum, & negatum.*
3 *Institutus sub conditione, eà deficiente, non dicitur hereditate privari, sed habetur pro non instituto.*
4 *Hereditatem affectans præter voluntatem Testatoris, in dolo malo esse dicitur.*
5 *Hereditatem qui accipit, conditionem non impleturus, tamquam Prædo reputatur.*
6 *Heres cognomen, & insignia Testatoris non assumens, tamquam Prædo hereditatem dimittere tenetur.*
7 *Et fructus restituere*, & num. 151.
Sed vid. num. 152. ad 157.
8 *An verò se valeat ex eo tueri, quod tale onus per viam tantùm modi, non conditionis injunctum fuerit?* & num. 9. ad 18.
9 *Onus assumendi cognomen, & insignia Testatoris, volitam ab illo fuisse ostendit sui nominis conservationem, & quasi civilem sui ipsius propagationem.*
10 *Naturà inditum cuique desiderium est sui nominis, & sui quodammodo ipsius propagandi*, & num. 79. & 81.
11 *Onus assumendi ejus cognomen, & insignia a Testatore heredi injunctum, censetur dispositionis in ipsum collatæ finalis caussa fuisse.*
12 *Quomodocumque autem ea concepta sit, instar conditionis est habenda.*
13 *Modus, & conditio in eo differunt, quod hæc, donec impleatur, adquisitionem suspendit, modus non item.*
14 *Dispositio modalis ex integro resolvitur, si modus, cum primum possit, non impleatur.*
15 *Deficit namque pro eo casu voluntas Disponentis*, & num. 17.
16 *Heres onus assumendi nomen, & insignia Testatoris non adimplens, sivè conditionaliter, sivè modaliter injunctum illud sit, Detentor injustus hereditatis est*, & nu. 18.
19 *Conditiones quaslibet non turpes quisquis rei suæ potest adjicere.*
20 *Testatoris voluntatem eludere non debet, qui hereditate fruitur.*
21 *Hereditatem quis adeundo, ejus onera censetur acceptasse*, & num. 24.
22 *Hereditatem adeundo censetur quis nedum cum Legatariis, & Creditoribus quasi contrahere.*
23 *Sed, & contractum cum Defuncto gerere.*
25 *Heres per aditionem acceptans hereditatis onera, illa debet adimplere.*
26 *Heres per aditionem hereditatis obstringitur in foro conscientiæ onera adimplere à Testatore injuncta.*
Et quidem sub mortali, num. 28. & oum. 62.
27 *Fides vel hosti servanda est.*
29 *Fides est justitiæ fundamentum, idest dictorum, conventorumque constantia, & veritas.*
30 *Eamque servare non modò ad æquitatem, sed ad justitiam pertinet.*
31 *Taciti, & expressi eadem est virtus.*
32 *Præcipuè in conventionibus.*
33 *Natura est justi propè, & æqui Mater.*
34 *Natura ipsa, eum, qui nostram fidem imploraverit, decipi vetat.*
35 *Natura ipsa monet, irrita non fieri ultima morientium vota.*
36 *Ex natura est, heredem, qui commoda sentit, incommoda non recusare.*
37 *Nec ferendus est, qui lucrum quidem ample-*
cti-

ditur, onus autem ei adnexum respuit, & num.68.
38 *Heres vel commodum simul, & incommodum debet recipere, vel utrumque repudiare*, & num.138.
39 *Natura ipsa edocet, ut benefacientibus grati animi officia rependamus*.
40 *Beneficiorum pondus & ipsæ sentiunt feræ*.
41 *Heres non parens Testatoris voluntati, ingrati notam subit*, & num.71. & 85.
42 *Mortuorum mandata violare sacrilegium putavit* Aristoteles.
43 *Gravissimèque improperavit* Cicero.
44 *Obligatio naturalis regulariter non reputatur efficax ad producendam in foro externo actionem, & coactionem*.
45 *In foro tamen interno obligat, & quidem sub lethali culpa, si tanti referat res sub obligatione cadens*.
46 *Obligatio naturalis dicitur æquitatis vinculum*.
47 *Obligatio naturalis propriè ex ipsa servandæ fidei æquitate inducitur*.
48 *Obligari quem naturaliter idem est, ac teneri in conscientia, & ratio* num. 49.
49 *Conscientia quid sit, quidve jus naturale prout in nobis est?*
50 *Conscientia ex ipso jure naturæ informatur, & dirigitur*.
51 *Defuncti ultima voluntas omnino est observanda*.
52 *Et neque Principis Rescripta valet immutari. Sed vid.* num. 128. ad 132.
53 *Heres, quæ Testator præcepit, non adimplens, emolumenta quolibet privatur ipso jure*.
54 *Procedit, cujusvis dignitatis, vel conditionis ille sit*.
55 *Heres, sponte agnitâ hereditate, onera sibi à Testatore injuncta tenetur adimplere, sive Persona Ecclesiastica sit* num.55., *sive Collegium* num. 56., *sive Ecclesia ipsa* num. 57., *sive Respublica* num. 58., *sive etiam Princeps, vel Augusta* num.59.; *immo vel* Deus *tali modo teneretur* num.61.
60 *Princeps, vel Augusta, quum heredes instituuntur, jus cum ceteris commune habent*.
63 *Lex humana sive civilis, sive canonica, si non sit juri Divino, vel naturali repugnans, non solùm pro foro externo obligat, sed ligat etiam in foro conscientiæ*.
64 *Et sub lethali culpa*.
Hacque opinio est de fide, vel fidei proxima num.67.
65 *Potestas non est, nisi à Deo*.
66 *Et qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit*.
68 *Lex jubens, Defunctorum ultima vota non defraudari, justa vel maximè est, & juri naturæ consentanea*.
Eam autem violare, injustum ibid.
69 *Defuncti voluntatem exequens, pium opus facere dicitur*.
70 *Et jura pietatis violare, qui illam negligit*.
72 *Morti proximum nil magis solatur, quàm si suprema ejus mandata observari speret*.
73 *Heres tenetur in foro conscientiæ servare disposita in testamento, etiam nullo ex defectu solemnitatis*.
74 *Jus naturæ solam attendit Disponentis voluntatem*.
75 *Heres testamentum impugnans ex defectu solemnitatis, mortaliter peccat*.
76 *Præsertim quum voluntas Testatoris certa est*.
77 *Conditio assumendi cognomen, & insignia Testatoris justa, & honesta est, atque ad unguem observanda*.
78 *Conditio assumendi cognomen, & insignia Testatoris justissimam continet ejus memoriæ conservandæ caussam*.
80 *Heredum instituendorum cum onere assumendi cognomen, & insignia Testatoris mos esse pervetustus demonstratur*.
82 *Heres onus assumendi cognomen, & insignia Testatoris non adimplens, odiosus isti efficitur, ac etiam injuriosus*, & num.83., & 84.
85 *Heres onus assumendi cognomen, & insignia Testatoris non adimplens privationis hereditatis pœnam incurrit ipso jure*.
86 *Licèt à Testatore non sit adjecta*.
87 *Ita ut nec purgatio moræ possit admitti*.
88 *Nec restitutio minori concedatur*.
89 *Quia non servanda voluntatem Defuncti, deliquisse dicitur*.
90 *Heredi nec à Principe potest remitti onus assumendi cognomen, & insignia Testatoris, ab eodem Testatore injunctum*.
91 *Onus eo modo, quo à Testatore injunctum est, debet adimpleri*, & num. 93.
92 *Ejusdemque voluntas, licèt dura, servanda est*.
94 *Testator jacturam facere dicitur, si vel in minimo e us voluntas non servetur*.
95 *Heres à Testatore jussus proprium cognomen dimittere, ipsiusque Testatoris cognomen, & insignia assumere, horum utrumque immutare, vel minuere non potest*.
96 *Heres itidem ad duos Majoratus cum tali onere vocatus, esset incapax ad utrumque copulativè, sed deberet unum dimittere; & ratio* ibid.
97 *Procedit, deficiente etiam expressâ Testatoris prohibitione*.
98 *Heres nullam obtendere potest excusationem, si præceptum assumendi cognomen, & insignia Testatoris non adimpleat*.
99 *Cum illud justum, honestum, potestativum, facileque sit*.
100 *Heres onus assumendi cognomen, & insignia Testatoris non adimplens, ab omni jure hereditatis cadit*.
101 *Tamquam Testatori ingratus, odiosus, injuriosus, proindèque ejus beneficio indignus*.
102 *Sive tamquam destitutus Testatoris voluntate*.
103 *Ac etiam propriâ sponte ab hereditate exclusus*.
104 *Heres onus assumendi cognomen, & insignia Testatoris non adimplens, tacitè hereditati censetur renunciasse*.

105 *Il-*

105 *Illique magis hæc nocet renunciatio tacita, quàm expressa.*

106 *Heres ob non impletum Testatoris voluntatem ab hereditate non excluditur, si non præcesserit interpellatio.*

Intellige ut num. 107.

107 *Heres ob non impletum onus à Testatore injunctum, tunc ab hereditate ex defectu interpellationis non excluditur, cum agitur de interesse Legatarii, aut Tertii cujuspiam.*

108 *Secus cum de onere agitur Testatoris ipsius honorem concernente.*

Hoc enim casu interpellatio non requiritur ibid.

109 *Præsertim, si onus ejusmodi per viam conditionis injunctum fuerit.*

Quæ conditio potestativa sit num. 110.

Minùsque requiritur sententia Judicis declaratoria num. 114.

110 *Conditio in testamento adjecta, si sit potestativa, ab herede, quum primum possit, est adimplenda, aliter habetur pro defecta.*

111 *Nec potest mora purgari.*

112 *Heres, si non impleti oneris à Testatore injuncti nullam excusationem habet, licèt interpellatio non præcesserit, hereditate privatur ipso jure.*

113 *Procedit maximè, si agatur in foro conscientiæ.*

115 *Heres non servans conditiones sibi à Testatore injunctas, hereditatem restituere tenetur, etiam non expectatâ Judicis sententiâ.*

116 *Procedit, etiam ubi substitutus nullatenus reclamet, & ratio* ibid.

117 *Quin immò, & ubi juri suo cedat.*

118 *Herede ob non impletum onus à Testatore injunctum ab hereditate excluso, hæc vel ad Coheredes, vel ad Legatarios, aut ad venientes ab intestato gradatim devolvitur, hisque deficientibus, etiam ad Fiscum.*

119 *Defunctus quomodo in assumptione sui cognominis, & insignium heredi demandata, atque ab eo non adimpleta, damnum, & interesse pati dicendus sit?*

120 *Damnum, & interesse ejusmodi in ejus voluntatis frandatione consistit, dum suam ille hereditatem, quasi præmium talis oneris, reliquit*, & num. 121. & 122.

123 *Testatoris interesse in eo, quod respicit ejus nominis, & memoriæ conservationem, cuicumque prævalet pecuniarum detrimento*, & nu. 124.

125 *Donatio facta cum onere assumendi cognomen, & insignia Donatoris insinuatione non indiget.*

126 *Nominis alieni assumptio tuati est, ut plures, ne propriæ nomen Familiæ deserant, vel Majoratus recusare malint*, & num. 137.

127 *Heres onus sibi à Testatore injunctum non adimplens, quomodo dici nequeat in bona fide constitutus ex supplicatione Principi porrecta ad obtinendam derogationem voluntati ejusdem Testatoris?* & nu. 128. ad 132.

128 *Principi an liceat voluntates mutare Defunctorum, illisque derogare, anceps inter Doctores quæstio est.*

129 *Alii enim absolutè negant.*

130 *Alii verò affirmant ex magna tamen, atque utili caussa.*

131 *Principes perrarò, & non sinè difficultate derogant Defunctorum voluntatibus.*

132 *A Principe quod non solet faciliter dispensari, id, si ab illius voluntate pendeat, censetur impossibile.*

133 *Heres, juxta præceptum Testatoris, ejus cognomen, & insignia non assumens, quomodo juvari ex eo nequeat, quod in locum Primogeniti suæ Familiæ successerit; Testator autem tale onus secundogenitis imposuerit?* & num. 134. ad 150.

134 *Onus assumendi cognomen, & insignia ejus Familiæ à Testatore secundogenitis injunctum, etiam de Primogenitis hereditatem suam adeuntibus tacitè intelligitur.*

Idemque Testator secundogenitos cum tali onere vocasse censetur, quòd eos ad acceptandum tale onus faciliores, quàm Primogenitos crediderit num. 136.

135 *Onus assumendi cognomen, & insignia Testatoris conditæ Primogenituræ argumentum est.*

139 *Heres cum onere assumendi cognomen, & insignia Testatoris, nequit istius hereditatem, Familiamque propriam retinere.*

140 *Quando præsertim Vocatis tale onus adimplere non valentibus Testator substitutos dedit.*

141 *Testatoris præceptum de ejus cognomine, & insignibus assumendis à primò vocatis adimplendum, differri non debet, expectando alterius filii nativitatem.*

143 *Sacerdos, quamdiu vivit, retinet jura Primogenituræ, etiam ab extraneo constitutæ.*

144 *Nec repugnat Sacerdotium, & Primogenitura.*

145 *In successionibus attenditur qualitas existens tempore delatæ successionis, & actualis adquisitionis.*

146 *Onus à Testatore impositum, ut, novà etiam superveniente qualitate, adimpleri debeat, sat est, quod qualitas ab eo requisita adfuerit delatæ successionis tempore.*

147 *Præsertim, si onus illud non ad tempus aliquod, sed perpetuò servari voluit.*

148 *Onus alicui inhærens Primogenituræ per alteram deinde superventam non dissolvitur.*

149 *Immo, firmà illà remanente, secunda redditur incompatibilis.*

150 *Princeps, attentà status mutatione, potest fortasse oneri à Testatore injuncto aliqua ex parte derogare.*

152 *Heres ob non impletum onus à Testatore injunctum hereditate privatus, an fructus perceptos teneatur restituere? disputant Doctores.*

153 *Heres ob non impletum onus à Testatore injunctum hereditate privatus, fructus perceptos non tenetur restituere, si pœna privationis commissa fuerit eveniente inobedientiæ conditione.*

154 *Intellige, si non fuerit in dolo versatus.*

155 *Con-*

155 *Conclusio maximè procedit, si interpellatio non fuerit præmissa.*
156 *Heres ob non impletum onus a Testatore injunctum hereditate privatus, ut fructus non cogatur restituere, qualibet sufficit possidendi occasio, & credulitas, licèt erronea.*
157 *Immo, & qualibet minùs justa caussa.*

IN proposito Dubio: An Dominus NN. tutâ conscientiâ possit retinere hereditatem cujusdam Testatoris, licèt onus à dicto Testatore impositum assumendi cognomen, & insignia Familiæ ejusdem non adimpleatur? Negativa facilis occurrit resolutio; nempè tutum eum in conscientia non esse: sivè Defuncti voluntatem expressam inspiciamus; sivè tacitam ipsius heredis; sive naturalem æquitatem, sive Juris positivi dispositionem; ex quibus omnibus obligatio potissimùm consurgit.

Quantum enim ad voluntatem Testatoris, cùm hic expressè adjecerit conditionem deferendi cognomen, & insignia suæ Familiæ, hinc indubiè sequitur, quod is, qui talem conditionem non implet, ejus hereditatem injustè possidet, & similis est ei, qui rem retinet, invito
1 Domino; Nam ubicunque quis conditionaliter
vocatur, si quid fecerit, vel præstiterit, sub contrariâ conditione, si non fecerit, si non præstiterit, exclusus censetur. *Bartol. in leg. 2. §. ultim ff. de donat. Jason. in leg. qui filiabus num. 21. ff. de legat. 1. Aymon. cons. 202. num. 26., Menoch. cons. 322. num. 39., Paluz. à Meret in terminis de majorat. part. 2. quæst. 4. illat. 8. num. 24.*, ex regula, quod concessum sub aliqua conditio-
2 ne videtur sub contraria conditione ademptum
& positivè negatum, ut sunt Jura expressa in *leg. si post mortem 68. §. Si purè ff. de legat. 1. leg. si legatum purè 10. ff. de adimend. legat., & leg. aliquandò 107. ff. de condit., & demonstr., Cephal. cons. 19. num. 24., Galganet de condit. part. 2. cap. 1. quæst. 105. num. 14., Surd. decis. 7. num. 19., & dec. 66. num. 15., Rota in similibus part. 19. rec., dec. 201. num. 9., & in Romana Status Zagaroli 27. Martii 1705. §. Non subsistente coram bo. mem.*
3 *Muto*. Usque adeò, ut Institutus sub conditione,
illâ deficiente, non dicitur privari hereditate, sed habetur pro non instituto. *Castrens. cons. 192. col. 2.*, quem sequitur *Aymon. cons. 15. num. 3. ex lege pecuniam 36. vers. periudè est enim, ac si nulla stipulatio intervenisset ff. de rebus credit.*, & in nostris præcisis terminis *Paris. cons. 19. nu. 51. lib. 2., Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 12. num. 20., Mierez de Majorat. part. 2. quæst. 4. illat. 8. vers. & institutus*.

Qui autem hereditatem affectat non habens
4 prò se voluntatem Testatoris, is utique dicitur
in dolo malo. *Leg. apud Celsum 4. §. Præterea ff. de dolo malo, & mat. except., & leg. qui cum alio 19. §. 1. à contraria sensu ff. de regul. Jur.*, &
5 Prædonis loco habetur, qui hereditatem accipit,
conditionem non impleturus. *Leg. Prædonis loco 46. cum ibi notat. ff. de hered. petit.*, prout ad
6 rem nostram, si heres negligat assumere cogno-
men, & insignia Testatoris, juxtà illius præceptum, teneri tamquam Prædonem dimittere hereditatem, & restituere etiam fructus, nota-
runt *Paris. lib. 2. cons. 15. col. final., & cons. 19.* 7
num. 40., & seqq., Grat. cons. 6. lib. 2. num. 71., & seqq., Peregrin. de fideicomm. art. 11. sub num. 121., Fusar. de substit. quæst. 447. sub num. 3. vers. & in specie, Leand. Galganet. de condit., & demonstrat. part. 1. cap. 55. num. 2.

Parvique refert, tale onus fuisse adpositum
non uti conditionem suspensivam, sed potiùs 8
adinstar modi; Tum quia reverà, cum istiusmo-
di onus respiciat ipsius Testatoris memoriæ, & 9
nominis conservationem, & quasi civilem sui
propagationem, cujus inditum est a natura de- 10
siderium, exindè censetur causa finalis disposi- 11
tionis, & quibuscumque verbis concepta, re-
putatur in effectu adinstar conditionis, ut post 12
alios docent *Tiber. Decian. respons. 7. num. 118. lib. 1., Altograd. lib. 2. cons. 101. num. 21., & seqq., Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 14. num. 11., Mierez de majorat. part. 2. quæst. 4. illat. 8. nu. 77., Guidop. dec. 251., & dec. 267., & decis. 500., Thesaur. dec. 270. num. 2., & sic decisum num. 21., quibus consentit Fab. in cod. tit. 24. definit 2.*, ubi, quod modus concernens favorem instituentis, uti continens causam finalem non differt à conditione, quem refert, & sequitur *Rodulphin. allegat. 19. num. 7., Hodiern. ad Surd. decis. 68. num. 27.* Tum etiam quia, licèt modus, & con-
ditio in eo differant, quod hæc suspendit acqui- 13
sitionem, donec impleatur, modus non item:
ut in terminis. *Caren. resol. 93., Rota coram Duran. dec. 333. num. 1., & part. 12., decis. 148. num. 27.*, tamen, si modus postea, cum primùm pos-
sit, non impleatur, dispositio resolvitur ex in- 14
tegro, nam prò eo casu deficit voluntas Dispo-
nentis. *Leg. 1., & 2. cod. de donat. quæ sub mod.* 15
leg. 1. cod. de his, quæ sub mod. ibi = *In legatis quidem, & fideicommissis etiam modus adscriptus prò conditione observatur.* = Itaque, inspecto exitu, ille, qui non paret modo, amittit lucrum sicut ille, qui non paret conditioni. *Gloss. Bartol. Bald., & Castrens. in d. leg. 1. cod. de his, quæ sub mod., Soccin. in leg. quibus diebus §. Termilius num. 8. ff. de condit., & demonstrat.; Alciat. cons. 437. num. 41., Galganet. de condit. part. 2. cap. 3. quæst. 7. num. 12., & 13.*, tradentes pro regula, quod modus, & conditio, in egressu non differant.

Et in puncto, quod heres non adimplens onus
assumendi nomen, & arma, sivè conditionali- 16
ter, sivè modaliter impositum hereditatem licitè retinere non possit, tradiderunt latissimè *Paris. d. cons. 19 lib. 2., Grat. cons. 6. num. 75. lib. 2., Altograd. d. cons. 101. lib. 2. sub num. 20., Peregrin. de fideicomm. art. 11. num. 121., Govean. in suo consilio relato a Thesaur. decis. 270. num. 22., Fusar. de substit. quæst. 447. sub num. 2. vers. qui loquitur, & sub num. 11. vers. ampliatur nono, Molin. de Primog. lib. 2. cap. 14. num. 23., Mierez de majorat. part. 2. quæst. 4. illat. 8. num. 20. vers. & inspecto exitu, Fragos. de regim. Reipub. part. 3. lib. 9. de obligat., Primogen. disput. 19. §. 1., sub num. 14. vers. javat conclusionem, & latiùs num. 28.*

28., *Galganet. notabil de condit. part. 1. cap. 55. num. 2.* ibi = *Et heres sivè sit per viam conditionis, sivè per viam modi institutus cum hoc onere assumendi nomen, & arma, eo deficiente assumere, deficit conditio, & retrodeclaratur, non paruisse conditioni, ac ideo non fuisse heredem, sed prædonem, & adinstar possessoris malæ fidei teneri ad restitutionem hereditatis cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt, quod idem, si fuerit institutus sub hoc onere per viam modi. Grat &c.* = nec aliter sentit *Rota decis.103. part.14. rec.* Cujus rei fundamentalis ratio illa est, quam su-
17 prà diximus, quia scilicet prò eo casu, quo injunctum onus non observatur, cessat primordialis voluntas Disponentis, qui sic, & non aliter
18 disposuit; quâ voluntate defectus heres remanet utique detentor injustus, & tamquam possidens invito Domino. Et quemadmodum Testator ità disponens redargui non potest, dum cuilibet li-
19 cèt rei suæ conditiones non turpes pro libito adponere, & in eis stat prò ratione voluntas. *Bartol. in leg. Dotem ff. solut. matrimonio, Angel. in leg. 3. cod. de instit., & substit., Altograd. cons. 46. num. 10., Surd. dec. 37. num. 13., Rodulphin. allegat. 77. num. 8., Rocc. select. cap. 25. nu. 9., & 10.* ità non est eludendus, ut quis contrà
20 illius voluntatem hereditate fruatur, nec ejus voluntas scindi debet, argumento *Legis final. Cod. de revocand. donat.* ibi = *Ne sit cuiquam licentia alienas res capere, & frugalitatem irridere Donantis &c.* = & *leg. final. cod. de pact. inter Emptor., & Venditor.* ibi = *Cum enim Venditor, vel alter alienator non alià lege jus transferre passus est, quomodo ferendum est, aliquam captionem ex varia pati eum interpretationem?* = *& leg. si cui legatum 92. vers. neque enim debet circumveniri Testantium voluntas* = *ff. de condit., & demonstr.*

Sed & suam voluntatem heres præceptis Defuncti jam tacitè accomodavit adeundo heredi-
21 tatem; qui enim scit, aut scire potuit se oneribus fore implicitum, eà conditione adire videtur, ut loquitur *Ulpian. in leg. si duo sint 38. in fine ff. de acquir. heredit.*; Neque tantùm cum Legatariis, & Creditoribus heres adeundo quasi
22 contrahere dicitur, ut habetur in *leg. 4. §. Heres quoque ff. de obligat, & action.*, sed & cum
23 ipso Defuncto contractum gerere censetur, ut si velit frui commodo hereditatis, sentiat etiam incommodum onerum. *Bartol., & alii in leg. Lucius ff. de legat. 1., Nald. in summ. verbo Legatum num. 4., Bonacin. de contract. disput. 3. quæst. 17. punct. 7. proposit. 2. num. 4. tom. 2.* Et sic hereditatem adeundo videtur totam Defuncti
24 voluntatem ratam habere, eique fidem suam obstringere de exequendo quidquid in Testamento continetur *Papinian. in leg. si Patroni 55. §. 2. ff. ad Senat. Consult. Trebell.* ibi = *Cum semel adita est hereditas, omnis Defuncti voluntas rata constituitur* = *Mierez part. 2. quæst. 4. illat. 8. num. 65.*, ubi in nostris terminis, quod acceptans successionem videtur acceptare omnes conditiones à Testatore impositas; & benè *Simon. de Pret. de interpret. ultim. volunt. lib. 5. interpret. 1. dubit. 3. num. 12. his verbis* = *Heres itaque per aditionem videtur fidem suam dare Defuncto de ejus voluntate, & dispositione exequenda, & implenda &c.* =, ad quod allegat optimum *Textum in leg. si Sponsus 5. §. Si quis rogatus ff. de donat inter Vir., & Uxor.* ibi *Hic enim verè fidem exsolvit, voluntatem Testatoris obsequutus &c.* =, & notant *Salycet.*, *aliique Scribentes*, ibidem *Ancharan. cons. 365. col. 3. vers. tertio*
quod adeundo, ubi, quòd sic Consentiens oneri 25
injuncto tenetur præcisè fidem susceptam implere. *Alex. cons. 12., & cons. 29. lib. 5., Jason. cons. 13. col. final. lib. 1. idem de Pret. loco citato num. 26.*

Si igitur heres propriâ voluntate judicium Defuncti agnovit, si onus tacitè acceptavit, & fidem obstrinxit, jam nulli dubium esse potest,
quin in foro conscientiæ teneatur onus implere, 26
& Defuncto benemerito fidem exsolvere, quam
etiam hosti servare deberet, ut ait *Div. August.* 27
ad Bonifac. relat. in Can. noli existimare 3. caus.
23. quæst. 1., aliàs peccabit mortaliter, ut ex eo- 28
dem *Textu* probat *Sanchez de sponsal. lib. 1. disput 5. sub num. 20. vers. secundò probatur*; & de hered. in specie tradunt *Decian. cons. 39. lib. 2. num. 3. vers. si contravenint voluntati post Philipp. franch., Jason. Paris., & alios Rub. practicabil. cap. 88. num. 170., Cephal. cons. 429. num. 50. vol. 3., Rub. Utinen. cons. 50. num. 24. vol. 1., Cyriac. contr. 407. num. 130. ex Textu in lege militis 5. Cod. de Religios., & sumpt. funer.* ibi = *Invidiam tamen, & conscientiam circa omissum supremum officium, & contemptum judicium Defuncti devitare non possunt* = ubi *Gloss. in verb. conscientiam*:
Est enim fundamentum Justitiæ fides, idest di- 29
ctorum, conventorumque constantia, ut ait *Cicero 1. de offic.*, eamque servare non solùm per-
tinet ad equitatem, sed ad justitiam, ut docet 30
Sanchez de Sponsal. d. lib. 1. disput. 5. sub num. 20. vers. & primo, Abelly. dec. 7. decalog. præcept. §. 11. sub num. 1. vers. qui promissionem; Taciti
verò, & expressi eadem est virtus, præcipuè in 31
conventionibus. *Leg. cum quid ff. si cert. petat.*, 32
& ibi *præ cæteris Jason. num. 5. leg. Triticum ff. de verbor. obligat. cum concordan., Bald. in leg. unic. §. Et ut pleniùs num. 6. cod. de rei Uxor. action, Menoch. cons. 108. num. 54., Mierez de Majorat. part. 1., quæst. 38. num. 1., & seqq., Velo differt. 12. num. 12.* cum aliis relatis per *Roc. disput. Jur. select. cap. 191. num 64.*

Natura namque ipsa, justi propè mater, &
æqui id ipsum plenissime suadet: quæ est tertia 33
pars nostri assumpti: Illa enim vetat, eum decipi, qui nostram fidem imploraverit *leg. cum*
amplius 84. §. 1. ff. de regul. Jur. ibi = *Is naturâ* 34
debet, quem jure Gentium dare oportet, cujus fidem sequuti sumus; Illa monet, ultima vota morientium, post quam aliud velle non possunt,
& liberum jam non redit arbitrium, irrita non 35
fieri, ut habetur in *leg. 1. in fine cod. de Sacros. Ec-*
cles.; secundùm naturam est heredem, qui com- 36
moda sentit, incommoda non recusare *leg. secundùm naturam 10. à contrario sensu ff. de regul. Jur.* = *Neque enim ferendus est, qui lucrum qui-*
dèm amplectitur, onus autem ei annexum contem- 37
nit =

nitæ, ut his verbis loquitur Imperator in *leg. unica 6. Prò secundo cod. de caduc. tollend.*, sed cum
utrumque ex eodem fonte proveniat, vel debet
38 simul utrumque recipere, vel utrumque repudiare. *Leg. Pomponius 13. §. 1. ff. de acquir., vel amitten. possess., leg. filius familias 114. §. Quid ergo ff. de legat. 1., Bald. in leg. penult. cod. de Instit., & substit., Burgos. de Paz. cons. 14. num. 32., Avendan. de exequend. mandat. par. 1. cap. 4. num. 13., Alverad. de interpret. ult. volunt. Defunct. lib. 2. cap. 2. num. 1., & 2., Mierez de majorat. part. 2. quæst. 4. illat. 8. num. 69., Capon. discept. 332. art. 9. num. 7.* Natura denique ipsa
39 nos ubique docet exemplis, & voce clamat, ut beneficiis vices sedulò rependamus, utque nobis benefacientibus grati animi officia non negligenter exhibeamus: nam beneficiorum pondus etiam Feræ, & immansueta animalia sen-
40 tiunt, ut *notat Senec. 1. de benefic., & Cicer. lib. 1. de offic.* = *Si in eos*, inquit, *quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre, quales in eos esse debemus, qui jam profuerunt?* = Heres ita-
41 que non effugiet ingratitudinis detestabilem notam, nisi se obsequentem præbuerit justis Defuncti desideriis, ut rectissimè etiam monet *Ulpian. in leg. si duo 16. in fine ff. de legat. præstand.* ibi = *Quia plenà fruitur voluntate, plenum, & obsequium præstare Testatoris judicio debet* =. Nec mirum si hujusmodi obligationem, utpotè à natura proficiscentem, etiam Ethnici agnoverunt; nam Aristoteles mortuorum mandata
42 violare sacrilegium putavit, *problem. cap. 29. quæst. 7.*, quem refert *Rub. practicab. quæst. cap. 71. num. 255., & cap. 88. num. 170., Cicer. action. 3. in Verrem* gravissimè eidem improperat, quod
43 voluntates Defunctorum rescidisset, ibi = *Solus enim tu inventus es, cui non satis fuerit corrigere voluntates vivorum, nisi etiam rescinderes mortuorum* = & *Tacit. 2. annal.* = *Non hoc*, ait, *munus amicorum est prosequi Defunctum ignavo questu, sed quæ voluerit, meminisse, quæ mandaverit, exequi, fæminis lugere honestum est: viris meminisse* = quem etiam memorat *Rub. practicabil quæst. cap. 89. num. 258.*

Cum autem dicimus, heredem naturaliter obligari ad voluntatem Defuncti exequendam, satis dixisse credimus, ut se tutum in conscientia non existimet, nisi adimpleat: Etenim obli-
44 gatio naturalis quamvis in foro externo regulariter non reputetur efficax ad producendam actionem, & coactionem: nihilominùs in foro interno obligat efficaciter, & quidèm sub culpa lethali, si id, ad quod obligatur, tanti referat,
45 ut ad lethalem culpam sufficiat, ita ex multis *Less. de just., & jur. disput. 257. num. 1., Gomez 2. variar. cap. 9. num. 2., Covar. in cap. quamvis pactum part. 2. §. 4. num. 13., Padill. in leg. naturalis §. Et siquidem num. 17. ff. de præscript. verb. Simon de Pret. lib. 5. interpret. 1. dub. 3. nu. 24., Rocc. disput. jur. select. cap. 126. num. 19., & 21. Rub. practicabil. quæst. cap. 58. num. 254.* Dicitur
46 enim naturalis obligatio vinculum æquitatis. *Jurisconsult. in leg. Stichum, aut Pamphilum 95. §. Naturalis ff. de solut., Cujac. tract. 7. ad Aphrican. in leg. 21. de fidejussor. §. Servo tuo, & tract. 9. in leg. frater a fratre ff. de condict. indebit. vers. naturalis est*; Et propriè fluit ex æquitate illa fi- 47
dei servandæ, ut notat *Coras. in miscell. lib. 4. cap. 3. sub num 1.* Itaut, si principia excutiantur, idem penè sit aliquem obligari naturaliter, 48
& teneri in conscientia: Siquidem conscientia
in nobis aliud non est, nisi actus ipsius juris na- 49
turæ, seù illius habitus principiorum practicorum nobis naturaliter insiti, quo æquum ab iniquo discernamus. *Div. Thom. 1. part. quæst. 79. art. 12., & 13.*, & Jus naturale, prout est in nobis, nihil aliud est, nisi quædam velut irradiatio ex lege æterna, quæ mentem rationalem illustrat, & in sui operationibus dirigit, & quam *D. Augustin. de liber. arbitr. lib. 1. cap. 6.* vocat notionem legis æternæ quibuscumque hominibus impressam, *D. Thom. 1. 2 quæst. 91. art. 1., & 2.* Quare, dum quis se obligatum ex jure naturæ cognoscit, statim ex ipsa conscientia tenetur,
quia conscientia ex ipso jure naturæ informatur, 50
& dirigitur.

Nunc verò, si, ut erat propositum, ad jus positivum respiciamus, nihil profectò impensiùs utriusque juris censura tàm civilis, quàm Cano-
nici curasse videtur, quàm, ut ultima Defuncto- 51
rum elogia suum omninò haberent effectum. Jam enim ex *leg. 12. Tabularum* dispositum fuerat = *uti quisque legasset de sua re, ita Jus esto* =, hanc legem recolens, confirmat *Justinian. collat. 4. de nupt. cap. 2.* Et passim *Prætor, Imperatores, & Pontifices* voluntati Morientium adjutorium omne promittunt, eamque mandant inviolabiliter observari. *Leg. 1. ff. si quis omiss. caus. testam. leg. omnium 19. cum seq., & leg. consulta 23. cod. de testam. leg. 2. cod. comm. de legat.* ibi = *Nemo moriens putet legitimam voluntatem reprobari, sed nostro semper utatur adjutorio* = *leg final. cod. de fideicomm. Auth. de hered., & falcid. in præfat. §. 1., & §. 4.* ibi = *una enim est Legis intentio, ut, quæ disposita sunt à morientibus, impleantur, Auth. de jurejurand. a morien. præstit. cap. 1. in fine. Canon. ultima voluntas 13. quæst. 2.* ibi = *Ultima voluntas Defuncti modis omnibus servari debet* = quæ verba sunt *Div. Greg.*, ut notat *Gloss. canon. Sylvester 11. quæst. 1. cap. nos quidèm 3., & cap. tua nos de testam.*, cum aliis collectis per *Didac. Spin. in specul. testam. gloss. 28. num. 5., Simon de Pret. lib. 5. interpret. 1. dubit. 2. num. 20., Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 3. sub n. 1.*, ubi, quod omnia Jura clamant, voluntatem Defuncti servari oportere; idque ad publicum interesse refertur in *leg. vel negare 4. ff. quemadm. testam. aperiantur* ibi = *publicè enim expedit supre-
ma hominum judicia exitum habere* =. Et neque 52
Rescripti Principis auctoritatem adversùs legitimam Defuncti dispositionem valere, responderunt *Imperatores Diocletian., & Maximian. in leg. si testamentum 10. cod. de testam.*

Quamobrem, si heres non adimpleat, quæ Testator præcepit, ipso jure privari eum quocumque emolumento disponitur in *§. si quis aut. non
implens Auth. de hered., & falcid. collat. 1. §. Si* 53
autem qui hoc facere, Auth. de Ecclesiast. tit., Auth.

hoc amplius cod. de fideicomm., leg. cùm Pater §.
Libertis ff. de legat. 2., & leg. si Patroni 55. §.
Quid ergo ff. ad Sen. Consult. Trebell., ubi sic ele-
ganter Papinianus loquitur = Cur enim non vi-
deatur indignus, ut qui destituit supremas Defun-
cti preces, consequatur aliquid ex voluntate? = &
notant gloss., Bald., Salycet., Jason., & Padill.
in d. auth. hoc amplius gloss. in canon. ultima volun-
tas 14. quæst. 2., & in canon. Sylvester per illum
Textum 11. quæst. 1., Covarruv. in cap. in heredes 6.
de testam. num. 8., Barbos. ibidem sub num. 2.,
Thesaur. Jun., qui alios refert lib. 1. quæst. 34. num.
13., & 14., Rub. practicab. quæst. cap. 88. num.
168., & ex textu in leg. si quis sepulcrum 12. §.
Prætor ait ff. de relig., & sumt. funer., leg. Nes-
sennius 32. vers. rectè ergò placuit ff. de excusat.
Tutor., leg. penult. in fine, ubi gloss. cod. de le-
gat., & leg. etiamsi partis 111. ff. de legat. 1. At-
que ab hac lege, & necessitate nullus omninò
54 eximitur quacumque dignitate, vel majestate
fulgeat, quacunque polleat potestate, & cujus-
vis conditionis existat, dum enim spontè agno-
vit emolumentum sibi à Testatore relictum, te-
netur ejus voluntati obtemperare, & injuncta
55 onera implere; sivè sit persona Ecclesiastica, ut
56 in cap. tua nobis, & cap. penult. de testam., sivè
Collegium, leg. 1. cod. de Sacros. Eccles., sive
57 ipsa Ecclesia cap. verùm de condit. adposit. §. San-
ctissimas in princip. auth. de alienat., & emphyt.,
58 sivè Respublica leg. liberto 21. §. Lucius ff. de
59 ann. legat., sivè etiam Princeps, vel Augusta,
60 qui cum heredes instituuntur, jus commune
cum ceteris habent, sic ipsis Imperatoribus di-
ponentibus in leg. cum heredes 7. cod. qui testam.
61 facer. Imò & Deus etiam hoc modo teneretur,
ut dicit audacter Bald. cons. 301. col. 2. ad fin.
vers. quod autem Deus, quem refert Simon. de
Pret. lib. 5. interpr. 1. dub. 2. num. 20. vers. illud
etiam adjiciendum; & confirmari hæc videntur
ex textu in leg. sed & qui 5. ff. ad Senat. Consult.
Trebellian. ibi = Sed & qui magnâ præditus est di-
gnitate, vel auctoritate, Arenarii, vel ejus mu-
lieris, quæ corpore quæstum fecerit, restituere co-
getur =. Ex hac autem tam enixa juris positivi
cautione circà observandas Defunctorum volun-
tates ad rem nostram inferimus, quod he-
res minimè tutus erit in conscientia, imò in
62 aperto salutis eum discrimine versari, nisi exe-
quatur, quæ Testator ultimâ voce præcepit, dum
ejus hereditatem possidet: Est etenim commu-
63 nis, & verior Theologorum sententia, quam
etiam Canonistæ recipiunt, quod scilicet Lex
humana, sivè Civilis, sivè Canonica, si non sit
Juri Divino, vel naturæ repugnans non solùm
64 obligat prò Foro externo, sed etiam ligat in Fo-
ro conscientiæ, itaut ex illius transgressione
65 peccati mortalis reatus incurratur. Non est
enim potestas, nisi à Deo, & qui potestati resi-
66 stit, Dei ordinationi resistit, ut ait Apostol. ad
Roman. cap. 13. num. 1., & seqq., prout aliis etiam
argumentis probat Div. Thom. 1. 2. quæst. 96. art.
4., Suarez de legib. cap. 21., & cap. 24., Navar.
in manual. cap. 23. num. 55., Sot. de just., & jur.
lib. 1. quæst. 6. art. 4., Valent. disput. 7. tom. 2.
num. 6., Alphons. a Castr. de leg. pænal. lib. 1.
cap 4., Arriag. in curs. Theolog. tom. 4. tract. de
leg. disput. 20. sect. 5. num. 23., Becan. tract. 4. cap.
6. de leg. human. quæst. 2. num. 9., Layman. tract.
de legib. cap. 14. num. 1., & seqq., Dian. tom. 6.
tract. 1. resol. 5., Meroll. tom. 2. disput. 4. cap. 3.
num. 221., & seqq., & en nostris gloss. in cap. quæ
in Ecclesiam de constit., Felin. in cap. 1. de sponsal.
num. 16., referens alios Canonistas. Covarruv. in re-
gul. peccatum part. 2. §. 5. num. 2., & 3., Valer. de
differen. utriusque jur. verb. Lex different. 7. num.
4., Tiraquell. de utroque retract. in præfat. num. 74., 67
& hanc assertionem esse de fide, vel proximam
fidei dicit Suarez d. cap. 21. de legib. num. 5. litt. D.
quod si effectus ligandi conscientiam tribuitur
legi humanæ, quoties illa est justa, & honesta,
& Juri Divino, vel naturali non adversatur, ut
dicunt Doctores citati, certè vix alia potest in-
veniri lex justior, & honestior, & quæ magis
cum ipso jure naturæ conformitatem habeat,
quàm illa, quæ jubet, conditiones, quas Testa- 68
tor in re sua adposuit, ratas manere, & Defun-
ctorum ultima desideria, quæ honesta sint, non
defraudari; namè contrario patens injustitia vi-
detur substantiæ quidèm illius heredem fieri, &
in hoc acquiescere, quæ verò dixit Testator, ne-
quaquam hæc rata manere, neque custodire, ut
ait Imperator in auth. de jurejuran. à morient. præ-
stan. novell. 47. in præfat. Et sicut pium opus fa-
cere dicitur, qui voluntatem Defuncti exequitur 69
§. Si verò expressim auth. de hered., & falcid.,
Alciat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 18. in fine.
Ita jura pietatis violare videtur, qui illam ne- 70
gligit, ut per Textum in leg. contrà voluntatem 7.
cod. de testam. manumiss. notant communiter Scri-
bentes, qui uno ore veluti impium, iniquum,
atque inhumanum detestantur suprema morien- 71
tium vota non exaudiri ab iis, qui eorum sub-
stantiâ potiuntur, & eorum mandata, postquam
voces posthumas iterare non possunt, ingrato
animo oblivisci, vel perfidè non adimplere. Bar-
tol. in auth. sed cum Testator cod. ad leg. falcid. Bar-
tol. in auth. ex causa num. 1. cod. de liber. præter.
Angel. cons. 328. num. 5., Corn. cons. 39. col. 3. lib. 2.
& cons. 283. col. 2. lib. 4., Curt. Sen. Cons. 42. n. 1.,
& 2., & cons. 44. num. 26., Joan. de Anan. cons.
28. num. 2., Mantic. de conjectur. lib. 3. tit. 3. n. 1.
& seqq. Simon. de Pret. de interpret. ult. volunt.
lib. 5. interpret. 1. dubit. 1. num. 23., & dubit. 2.
num. 4., Rub., ceteris omissis, practicabil. quæst.
cap. 89. n. 254., & seqq., & n. 258., ubi, quod nihil
magis ægrum morti proximum solatur, quàm 72
si suprema ejus mandata observari speret, &
c. 5 n. 58., & seq., Cyriac. contr. 407. n. 129., & seq.

Sed quis dubitet, hanc legem esse justam, &
Juri naturæ conformem, si præcisâ lege positi-
vâ Jus ipsum naturæ obligat heredem in con-
scientia ad exequendam Defuncti voluntatem?
hinc enim tradunt magni nominis Doctores,
quod heres in foro conscientiæ, de quo loqui-
mur, tenetur observare Testatoris dispositio-
nem, etiam in testamento nullo ex defectu so- 73
lemnitatis expressam, urgente scilicet ipso
Jure naturæ, quod solam Disponentis volun- 74
ta-

tatem attendit. Et quod impugnans testamen-
75 tum ex defectu solemnitatis peccat mortaliter:
Ita docent Angel., Tabien., Sylvester., Adrian.,
Medin., & alis apud Less. de just. lib. 2. cap. 19.
dub. 3. num. 12. & seqq., Comitol. respons. moral.
lib. 7. quæst. 8. per tot., Div. Antonin. in summ.
part. 3. cap. 3. tit. 10. §. 14. Tolline. quæst. moral.
tom. 2. tract. 34. cap. 7. num. 150., Homobon. part.
1. tract. 7. cap. 19. quæst. 168., Molin. de justit.
tom. 1. disput. 81., Reginald. in prax. tom. 2. lib.
15. cap. 7. tract. 1. num. 105., Et ex juristis Jason.
in leg. post divisionem num. 5. Cod. de jur., &
fact. ignor., Bald. in leg. cum quis Cod. eodem, Imol.,
& Alex. in leg. nemo potest ff. de legat 1. Vasqu.
de success. lib. 1. §. 1. num. 24., & 25., ubi de hoc
76 non dubitat, quando voluntas Testatoris est
certa, & monet heredem, ut peoitissimè suam
conscientiam scrutetur. Molphes. in summ. tom.
2. tract. 13. cap. 2. num. 147., Mantic. de conject.
lib. 2. tit. 14. num. 10., Rab. practicabil. quæst. cap.
58. num. 246., Urceol. contr. 88. nu. 27., & seqq.,
qui alios allegant, Cyriac. contr. 407. nu. 131. vers.
& qui impugnat.

Quibus ità firmatis, ad ostendendam gravitatem obligationis heredis in exequenda Defuncti voluntate, modò oulla in casu nostro videtur sufficiens excusatio, quâ heres à tali lege eximatur: sivè attentâ qualitate oneris injuncti, sivè quia non fuerit ioterpellatus, sivè quia pendeat supplicatio coram Principe ad obtinen-
77 dam dispensationem. Conditio enim assumendi cognomen, & insignia Testatoris justissima, & honesta reputatur, & quod ea sit ad unguem observanda, tradunt DD. in leg. facta 63. §. Si verò nominis ff. ad Senat. Consult. Trebell., & in leg. hoc jure 19. §. final. ff. de Donat. = nihil enim male est honesti hominis nomen assumere =, ut loquitur Text. dict. leg. facta §. Si verò, Soccin. in leg. quibus diebus §. Termilius vers. & prædicta ff. de condit., & demonstr., & latè cons. 229. lib. 2., Dec. cons. 273. sub num. 2. vers., & primo non dubitandum. Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius num. 44., & 50., Cephal. cons. 196. num. 10. lib. 2., Castrens. cons. 129. lib. 2., Paris. lib. 2. cons. 19. per tot., ubi, quod talis conditio justis-
78 simam continet causam, conservandæ scilicet memoriæ Defuncti. Altograd. lib. 2. cons. 101. per tot., Tiraquell. ad leg. Connub. leg. 5. nu. 27., Guidop. decis. 251., Thesaur. decis. 270., Thesaur. Jun. lib. 1. quæst. 34. Tangit quidem omnes ea
79 cura nominis sui proferendi, & Testator morti proximus, vel de morte cogitans, dum sui defioitionem naturaliter refugit, gaudet, si vel in nomioe supervivat, hinc legitur in leg. cum filius 76. §. Cum Pater ff. de legat. 2. = Sempronio nepoti meo plus tribuas in honorem mei nominis =, quia nimirum, ut ootat Accurs. eodem nomioe vocabatur. Et pervetustum hunc fuisse morem relinquendi hereditatem cum tali one-
80 re probatur ex eo, quod de Octav. August. scribit Sveton. io ejus vita cap. ultim. ibi = Heredes instituit primos Tiburtium ex parte dimidia, & sentante; Liviam ex parte tertia, quos & ferre nomen suum jussit &c. = Cujus rei & memiuit Me-

nocb. de arbitr. cas. 318. num. 13., & Tiraquell. ad leg. Connub. lib. 5. num. 27., ubi refert etiam de quodam Lycone Philosopho Peripatetico, qui ita testamento disposuit = Quæ in Urbe, & Egina habeo, Lyconi fratri præcipua dò, quod is nomen ferat nostrum =, tam sibi blaodiuntur mortales
aliqua ex parte in terris supervivere, & ut Ci- 81
cero prò Archia = commune est desiderium non cum vitæ tempora dimetiendam esse commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adæquaudam; Igitur heres hoc onus, de quo lo-
quimur, adimplere negligens non solùm Testa- 82
tori efficitur odiosus, quia ejus voluntatem
spernit, sed injuriâ Testatorem afficit, non ob- 83
servans ea, quæ illius honorem, & memoriam concerouot; ità Paris. dict. cons. 19. num. 52. 53., & 56., clar. mem. Card. de Luc. de fideicom. disc. 148. num. 7., & de donat. disc. 19. sub nu. 6. vers.
quandò verò, ubi, quod desertio cognomiuis, & 84
insignium præsefert ingratitudinem ergà Testatorem, ejusque injuriam; Et propterea ipso ju-
re privatur hereditate, etiamsi talis pœna adje- 85
cta oon fuerit, ut in terminis Molin. de Primog.
lib. 2. cap. 14. num. 26., Thesaur. Jun. lib. 1. quæst. 86
34. num. 13., Mantic. de conject. lib. 3. tit. 3. num. 4. & 5., Castill. lib. 3. cap. 15. num. 45. & seqq.,
clar. mem. Card. de Luca de fideicommiss. disc. 7. 87
num. 13., ità ut nec mora purgari possit. Paris.
dict. cons. 19. num. 227., Decian. cons. 2. nu. 149. 88
lib. 2., Fusar. de substit. quæst. 447. num. 9., Et nec restitutio minori datur, quia non servando
voluntatem Defuncti deliquisse dicitur Paris. nu. 89
83., & 247., Peregrin. de fideicomm. art. 11. num. 132., Fusar. dict. quæst. 447. num. 4. Et nec
per Principem hujusmodi onus posse remitti, 90
tradit Thesaur. decis. 270. num. 6., Fusar loco citato num. 11., Palaez. a Meres. de majorat. part. 2. quæst. 4. illat. 8. num. 159.

Implementum verò debet fieri eo modo, quo
Testator jussit, cujus voluntas licèt dura, ser- 91
vanda est, argumento legis prospexit ff. qui, & 92
a quibus manumiss., Cravet. cons. 1. num. 1., Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 3. tit. 3. sub
nu. 1. vers. undè est; nec enim sufficit fieri, quod 93
voluit, nisi fiat eo modo, quo voluit. Luc. de Penn. in leg. 1. col. 4. vers. & expensas Cod. de expens. Ludov. public. lib. 11., Simon. de Pret. de interpret. ultim. volunt. lib. 5. interpret. 1., dubit. 1. num. 10. Et jacturam dicitur facere Testator,
si vel in minimo ejus voluntas non servetur. 94
Bald. in cap. cum accessissent de constit., Pheb. decis. Lusitan. 100. num. 7., quos refert Rub. practicabil. cap. 188. num. 172., atque ideò, si jusserit, quod heres, proprio cognomine relicto, cogno-
meo, & arma ipsius Testatoris assumeret, non 95
potest heres utrumque cognomen, & insignia Testatoris immutare, vel minuere Thesaur. decis. 170. num. 17., Fusar. quæst. 447. num. 8., Altograd. lib. 2. conf. 102. sub num. 19., Thesaur. jun. lib. 1. quæst. 34. num. 3. in fine, Molin. de Primog. lib. 2. cap. 14. num. 26., ubi, quod, si quis ad duos
Majoratus cum tali onere vocaretur, esset in- 96
capax ad utrumque copulativè, sed deberet unum dimittere, & ratiooem benè assignat his

verbis = *quia hoc nominis, atque armorum præceptum cum justissimum sit, & in nominis, & Familiarum conservationem introductum, ex immixtione plurium nominum, & insignium confunduntur, atque oblivioni traduntur* = *Mierez. de Majorat. part.2. quæst.4. illat. 8. num.79.*, & *Rota part. 14.decis.103.per tot.* Imò etiam, citrà expressam
97 prohibitionem Testatoris, non esse permittendam ejusmodi commixtionem, quia per eam natura primordialis mutatur, & inducitur confusio, probat latissimè *Mierez. de majorat. dict. illat.8. num.88. & seqq.*, & *nu.122. & 123.*, ubi, quod hæc opinio magis voluntati ipsius Testatoris congruit.

Ex quibus manifestum esse credimus, quod,
98 attentà qualitate oneris injuncti, nullam obtendere potest heres excusationem, cum illud sit
99 justum, honestum, potestativum, & facile, ac proindè statim adimplendum, ut latè prosequitur *Paris. dict. cons. 19. lib. 2.*, quod cum non
100 fecerit, cecidisse videtur ab omni jure retinendi hereditatem, tum quia factus est Defuncto ingratus, & odiosus, eique injuriam intulit, des-
101 piciendo ejus nominis conservationem, ideoque illius beneficio indignus *Paris. num. 56.*, *Alexand.cons.136.col.ultim.lib.1.*, *Fusar. quæst.447. sub num.4.* Tum quia voluntate Defuncti desti-
102 tuitur, sinè qua justè retinere non potest, & denique quia conditionem potestativam non im-
103 plens, ipse se ab hereditate excludit, & tacitè il-
104 li renunciasse censetur *leg. 1. §.Prætermittere ff. si quis omiss.caus.testam.*, *Bartol. in leg. is, qui potest ff. de acquir. hered.*, *Roland. cons. 70. lib. 3. num.68.*, *Paris.num.153. & 154.*, ubi, quod hæc tacita renunciatio per inobedientiam magis nocet, quàm expressa, & tacit Renunciantem
105 prò mortuo *ex Gloss. & Bartol. in leg. si emancipata Cod.de jur, & fact.ignorant.*, *Mierez de majorat. part.2. quæst.4. illat. 8. sub num. 5. vers. & recusando.*

Ità pariter non relevatur ab altero motivo;
106 quod hìc nullius versetur interesse, nisi Fratris proprii, qui nec interpellavit, nec conqueritur, nec à Judice fuerit monitus prò implemento, sinè qua interpellatione, & monitione heres ex implementi defectu non excluditur ab hereditate ad *Textum in §.Si quis autem non implens. Auth. de hered.*, & *falcid.*, & *in Auth. hoc amplius Cod. de fideicommis.* Etenim hoc benè procederet, si ageretur de interesse Legata-
107 rii, aut alicujus Tertii, qui non interpellando heredem, nec adeundo Judicem, moram, & contumaciam vel excluderet, vel excusabilem redderet. *Leg. non intelligitur mora 88. ff. de regul. jur.* non sic in casu nostro, quo agitur de
108 adimplendo onere concernente honorem ipsius Testatoris, tunc enim nulla monitio, nullaque interpellatio requiritur, nec allegatorum Jurium dispositio procedit. *Castrens. in terminis cons.292.num.7.*, *Soccin. sen. cons.174. col.ultim. lib.2.*, *Paris. dict.cons.19. num.190.197. & 205.*, *Fusar. quæst.447. sub num. 13. vers. sed contra & decisum*, *Thesaur. jun. lib. 1. quæst. 34. num. 14.*, Præcipuè cum hujusmodi onus, uti causa
finalis, habeat naturam conditionis, ut supra
cum eodem *Paris.Altograd.cons.101.lib.2.*, *Mo- 109
lin. de Primog. lib.2. cap.14.*, *Mierez. part.2. qu. 4. illat. 8. num.77.*, aliisque fundavimus, &,
cum sit conditio potestativa, debet eum pri- 110
mùm impleri, aliàs habetur prò defecta, nec
potest mora purgari. *Leg. hæc conditio si in capi- 111
tolium*, ubi *Bartol.*, *Castrens.*, & *alii ff. de condit.*, & *demonstrat.*, *Paris. loco citato num.197.*, *de Pret. de interpret. ult. volunt. lib.5. interpr.2. dub.2. num.139.*, insuper, quando facti omissio
non habet excusationem, tunc ipso jure induci 112
privationem, licèt nulla præcesserit interpellatio *post Abb.*, *Felin.*, & *Alciat. tradit*, *Menoch. de arbitrar. cas. 498. num.72. vers. septimus quando.* Quod sanè certius procedit, quando,
prout in casu, quæstio est in foro conscientiæ; 113
tunc enim debet heres se privatum ex non implemento oneris agnoscere, absque ulla præcedente interpellatione, ut docent *Abb. in cap. extirpandæ §. Quia verò col. final. de præbend.*, & *in cap.excommunicatione de raptor.*, *Felin. in cap. 2. num.5. de Magistr.*, *Alexand. in leg. ità stipulatur num.15. ff. de verb. obligat.*, *Alciat. in leg. quidquid adstringendæ §.Prima num. 7. ff. eodem*, *Bovar. in tract. de mora part.2. num. 26.*, *quos sequitur Menoch. de arbitrar. casu 498. nu. 70.*, &
71. Eisdemque rationibus non requiritur Sen- 114
tentia declaratoria Judicis, ut in puncto *Thesaur. jun. dict. quæst.34. lib. 1. num. 14.* Et quod
heres non servans conditiones sibi injunctas, te- 115
neatur statim restituere, quod accepit, non expectatâ Sententiâ, docent *Sot. de just.& jur. disput.4. quæst.6. art.6.*, *Navar. in manual. cap. 23. num.62. & 67.*, *Covar. in epitom. ad 4. Decretal. part.2.cap.6. §.8. num. 17.*, quos sequitur *Ludovic. Molin. de just.*, & *jur. tract.2. disput.96. nu. 11.* Et hos ad nostrum propositum adducit *Mierez. de majorat. part.2. quæst.4. illat. 8. sub num. 19. vers. ex quibus.*

Nihil ergò refert, quod in casu privationis nemo alius existat, qui succedere possit, nisi ipsius heredis Frater, qui tacet, & non conqueritur: Etenim hoc totum, quod Testator voluit, & quod Jura mandant de exequenda De-
functi voluntate, non factum est in gratiam 116
substituti, sed ipsius Testatoris, ut ejus ultima dispositio rata maneat in his præsertim, quæ ad sui nominis, & memoriæ conservationem pertinent: quare poterit quidem substitutus suo juri
cedere, & hereditatem omninò repudiare, sed 117
non ideò heres suà obligatione liberatur, qui si
non impleat, privatur nihilominùs, & heredi- 118
tas gradatim devolvitur, vel ad coheredes, vel etiam ad Legatarios, aut ad venientes ab intestato, &, his deficientibus, etiam ad Fiscum, ut decernit *Imperator in §. Si quis autem*, & *§. Si verò nullus. Auth. de hered. & falcid.*, & habetur in *Auth. hoc ampliùs Cod. de fideicomm.* ibi = *Postremò defertur extraneo, vel Fisco* = esset enim indignum; si ex conniventiâ substituti suprema vota Deficientium everterentur.

Neque obstat, si dicatur, quod interesse Testatoris, quod in assumptione sui cognominis, & in-

& insignium versatur, non debeat tanti æstima-
119 ri, ut heredis conscientiam graviter obliget:
quia scilicet nullam reverà mortuus injuriam
sentiat, nec aliquod damnum patiatur, sive in
corpore, quod jam resolutum est, sivè in Bo-
nis, quorum dominium morte amisit, sivè in
anima, quæ has vanitates ampliùs curare non
præsumitur. Etenim Doctores nuncupatim ad
hanc objectionem respondendo dicunt, quod
imò ejusmodi interesse Testatoris in casu debet
120 maximum reputari, quia hereditatem suam
quasi præmium illius oneris reliquit; Et post-
quam jura morientibus concedunt de Bonis, quæ
121 mox relicturi sunt, prò libito disponere, necesse
est eorum voluntati parere, & conditiones ad-
jectas implere, *Menoch. de arbitrar. cas. 318. nu.*
122 13., ubi, quod hereditates in præmium talis
oneris solent relinqui, *Paris. lib. 2. dict. cons. 19.*
num. 180. & seqq., ubi, quod hoc interesse Te-
123 statoris prò conservatione sui nominis, & me-
moriæ prævalet cuicumque pecuniarum detri-
mento, sequitur *Altograd. lib. 2. cons. 101. num.*
26., *Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 8. sub nu. 16.*
124 *vers. non obstat*, ubi, quod hoc onus est inæsti-
mabile, & adæquat omne interesse pecunia-
125 rum, adeout donatio facta cum tali onere, non
indigeat insinuatione ex *Gulielm. in cap. Raynu-*
tius verb. Raynutius de clara num. 50. de testam.
Et quod hæ conditiones magni æstimentur ad
conservationem familiârum, & plures aliquan-
126 do Majoratus recusent, nè alienum nomen as-
sumant, ut ibi eruditè *num. 15. & 16.*, *& num.*
6. & 8., *& cap. 14. eodem lib. 2. num. 14. & seqq.*,
& num. 10. vers. hæ autem, ubi, quod sunt præci-
sè servandæ.

Tandem circa supplicationem Principi por-
rectam prò obtinenda derogatione, nostrum
127 quidem non est judicium proferre, an Principi
liceat voluntates mutare Defunctorum, eisque
128 derogare: Certè anceps est quæstio inter gravis-
simos authores, & *Covarruvias* Vir quidem do-
129 ctissimus hoc absolutè negat *variar. resolut. lib. 3.*
cap. 6. per tot. ex eo, quia libertas testandi pro-
veniat etiam ex Jure Gentium, & ad hoc me-
moranda est vox Imperatorum *Honorii, & Theo-*
dosii in leg. Omnium 19. Cod. de Testam. ibi = *Vo-*
luntates hominum audire volumus, non jubere =
130 Alii verò affirmant, ex magna tamen, & uti-
li causa, quos refert *Monet. de commut. ultim.*
vol. cap. 5. num. 86., & seqq.; Quare pii Princi-
131 pes perrarò, & non sinè difficultate ad ejusmo-
di derogationes perveniunt, *Covarruv. in cap. tua*
nos de testam., & practic. quæst. cap. 36. num. 3.,
Rodulphin. allegat. 75. num. 11., ubi appositè re-
fert verba *Apostoli ad Galat. cap. 3. num. 15.* ibi
= *Hominis confirmatum testamentum nemo sper-*
nit, aut superordinat = *Rota coram bon. mem. E-*
merix jun. decis. 898. Et in his quidem terminis
132 quando Princeps non solet faciliter dispensare,
id, quod pendet à voluntate Principis, impos-
sibile reputatur *leg. apud Julianum §. Constat ubi*
scribentes ff. de legat. 1., *Coras. Miscell. lib. 1.*
cap. 7. sub num. 6., *Sanchez de sponsal. lib. 5. dis-*
put. 5. num. 5., *Rebuff.*, *Cephal.*, *Mandos.*, *& alii*
apud Tiraquell. de retract. lignag. §. 32. Gloss. unic.
nu. 57., *Lopez leg 13. tit. 9. part. 6. verb. sin man-*
dando, *Merez. de majorat. part. 4. quæst. 40. nu. 6.*
& proindè sub hac expectatione non potest he-
res in bona fide constitui.

Neque potest à nostra nos dimovere sententia
consideratio illa, quæ in contrariam partem af- 133
fertur, nempè, quod, cum heres in præsenti sit
unicum fulcimen suæ familiæ, in quo domus
sua tota recumbit, & successerit in locum Pri-
mogeniti, qui militiæ clericali se adscripsit, non
videatur obligatus ad rigidam ejus oneris ob-
servantiam, quod Testator Secundogenitis tan-
tùm imposuit, quasi utriusque familiæ conser-
vationem respiciens; nec sit præsumendum,
quod in his facti circumstantiis voluisset here-
dem adigere ad propriæ familiæ nomen delen-
dum, ut alienum assumeret, sed potiùs expe-
ctandum sit, ut filii nascantur, in quibus con-
gruenter ad ipsius Testatoris voluntatem utra-
que familia conservationem habere possit.

Etenim non ideò Testator Secundogenitis hoc
onus imposuit, quia Primogenitis illud non
conveniret; Immò verò tàm proprium est Pri- 134
mogenituris, ut eis tacitè etiam subintelliga-
tur, & vicissim impositio ejusmodi oneris sit Pri-
mogenituræ argumentum. *Oldrad. cons. 231.*, 135
Guidop. decis. 467., *Molin. de Primogen. lib. 2. cap.*
14. num. 5., & seqq., *& lib. 1. cap. 5. nu. 34.*, *Fu-*
sar. quæst. 356. num. 7., & quæst. 384. nu. 9., *Fon-*
tanell. decis. 32. num. 1. & seqq., *Palm. decis. 275.*
sub num. 25., sed ideò Secundogenitos vocavit,
quia faciliores credidit ad hereditatem cum tali
onere adeundam, quod Primogeniti forsan non 136
fecissent, quibus durius, & indecens etiam vi-
detur suæ familiæ nomen dimittere. *Rip. in rubr.*
de secund. nupt. num. 12. post Alberic. in præfat.
1. Digest. §. Discipuli igitur, *Mierez. de majorat.*
part. 2. quæst. 4. illat. 8. num. 335. vers. indecens
etiam; Non igitur indè inferre licèt, quod, si
heres in locum Primogeniti succedat, onus ad-
implere non teneatur, neque etiam hoc jura
permittunt, postquam hereditas cum tali one-
re fuit acceptata; neque fuit hæc voluntas Te-
statoris, qui summoperè cupiens suæ dispositio-
nis executionem, suique nominis conservatio-
nem, eos vocavit, quos minùs repugnantes fo-
re speravit ad hereditatem acceptandam; præ-
cavitque periculum, quod erat in eo solùm, ne
hereditas ob tale onus repudiata maneret: nam
de multis legitur, qui pingues hereditates, 137
& majoratus recusare maluerunt, ne propriæ
nomen familiæ desererent, ut refert *Cassan. in*
Cathal. Glor. mund. considerat. 38. conclus. 96. nu.
3., *Molin. de Primog. lib. 2. cap. 8. sub num. 16.*,
Larr. decis. 33. num. 53., *Mans. consult. 472. num.*
17., *R.P.D. Petra tom. 2. ad Constit. Cælestin. 3.*
sect. 1. nu. 26., *Rota coram bon. mem. Emerix. jun.*
decis. 1059. num. 5., & in sacris litteris etiam
Consanguineus Booz, ob eam causam successio-
nem refutavit *Ruth. cap. 4.* = *Cedo*, inquit, *ju-*
ri propinquitatis, nec etiam posteritatem fami-
liæ meæ delere habeo = quod notat *Molin.* loco ci-
tato.

Ex

Ex qnibus datur intelligi, quòd non dispensa-
tur heres ab oneris observantia, etiamsi indè
propriæ familiæ sequatur oblivio, sed datur sibi
electio, utrum hereditatem adire velit cum
138 onere, an utrumque simul recusare; postquam
verò illam adivit, ut io casu, non licet amplius,
onus, quod adeundo acceptavit, detrectare.
*Leg. titia in testamento 35. §. Qui in vita ff. de le-
gat. 2.*, *Surd. cons. 361. num. 42.*, *Mantic. de
conjectur. lib. 7. tit. 11. num. 9.*, *Rota in rec. decis.
519. num. 3. part. 14.*, nec æquum videbitur he-
139 reditatem quidem alienam, & familiam pro-
priam contrà Testatoris voluntatem retinere,
qui, ne suo voto in rebus suis defraudaretur,
140 dedit substitutos in casu, quo à primo loco vo-
catis onus adimpleri nequiret, nec juri conso-
141 num est expectare nativitatem filiorum, in qui-
bus utraque familia conservari posit; est enim
ignotum, an hi filii sint in numero futurorum,
& incertum, quo tempore sint in lucem prodi-
turi *Rota in terminis part. 2. rec. decis. 627. sub
num. 10. circa fin. vers. en quo colligitur*, ubi, quod
desiderium Defuncti renovandæ agnationis per
assumptionem nominis non debet stare in su-
spenso expectando nativitatem alterius filii,
quia sic diu posset eludi, *& part. 15. decis. 103.
num. 7.*, ubi, quod sic eluderetur mens Testato-
ris, cujus memoriæ conservatio posset diù pen-
dere.

Minoris etiam ponderis est alia consideratio,
quod scilicet, sicut Testator prohibere non po-
tuit, quominùs Primogenitus Ecclesiasticum
142 statum eligeret, ità, hoc casu jam sequuto, cum
jura Primogenituræ sint transfusa in Secundo-
genitum, & is verè Primogcuitus dicatur, non
teneatur io conscientia servare onus, quod lit-
tera testamenti solis Secundogenitis imponit:
hic enim discursus nec jure probatur, nec ad
rem nostram pertinet: jure non probatur, quia
143 Sacerdos, vitâ suâ durante, retinet jura Pri-
mogenituræ etiam ab extraneo constitutæ: nec
144 repugnat Sacerdotium, & Primogenitura *Go-
mez ad leg. 40.*, *Thaur. num. 66.*, *Molin. de Pri-
mog. lib. 2. cap. 13. num. 95.*, *Mierez de majorat.
part. 2. quæst. 3. num. 17.*, *Jo. Licier. de Primog.
lib. 1. quæst. 24. num. 16.*, *Diez de men. var. lib. 1.
quæst. 16.*, *Rocc. cum plurib. disput. jur. select.
cap. 4. num. 6.*, *Rodulphin. alleg. 12. num. 1.* Ad
rem nostram non pertinet, quin ex præsenti di-
spositione nulla resultat odiosa prohibitio Sta-
tus Ecclesiastici: vocavit enim Testator Secun-
dogenitos: Secundogenitus hereditatem adi-
145 vit: qualitas superveniens, sicut non debet here-
di nocere, ne hereditatem retineat, ità nec Te-
statori, ne onus adimpleri debeat: nàm in suc-
cessionibus attenditur qualitas existens tempo-
re delatæ successionis, & actualis acquisitionis
Bartol. in l. centurio num. 31., *ibique, Ripa n. 143.
ff. de vulg. & pupillar.*, *Tiraquell. de jur. pri-
mogen. quæst. 3. num. 6. & seqq.*, *Valenz. cons. 69.
num. 10.*, *& cons. 97. num. 19.*, *Molin. lib. 1. cap. 6.
num. 43.*, *Fusar. quæst. 387. num. 48.*, *Mierez.
part. 2. quæst. 4. illat. 3. num. 1.*, *Arias. de Mes.
var. resol. lib. 2. cap. 29. num. 15.*, *Rocc. disput.
jur. select. cap. 4. num. 14. & cap. 87. num. 6.*, &
ità etiam, si angustias litterarum sectari veli- 146
mus, sufficit, qualitatem eam adfuisse tempo-
re aditæ hereditatis; sed certiùs hoc dicendum
est ex mente Testatoris, qui hoc onus non ad 147
tempus aliquod, sed perpetuò servari voluit,
utpotè perpetuitatem nominis propriè respi-
ciens *Altograd. lib. 2. cons. 101. num. 12. & 13.*,
Thesaur. decis. 270. num. 5., *Fusar. quæst. 447.
num. 10.*, *clar. mem. Card. de Luc. de fideicomm.
disc. 7.*, *& de regular. disc. 34. num. 9.*, neque
alterius cujuscumque Primogenituræ jus super- 148
veniens prioris obligationem solvit, sed potiùs,
eâ firmâ manente, secunda redditur incompa- 149
tibilis *Lara in tract. de vit. homin. cap. 13. nu. 40.*,
Hoping. de jur. insign. cap. 8. §. 4. memb. 1. n. 379.,
Barry de success. lib. 17. num. 7., *Thesaur. dec. 270.
num. 9. & 13.*, *Rota part. 14. rec. decis. 103. nu. 1.
repetit.*, *post Torr. de pact. futur. success. dec. 175.*,
aliàs nemo non videt, quàm durum esset, si ex
mutatione status Primogeniti, retentà heredi-
tate, onus omittere liceret: & simile esset, si
postquàm heres cum onere assumendi nomen
Testatoris adivisset, omnes ejus agnati sinè pro-
le deficerent; nàm neque hic casus deberet ju-
stæ Testatoris io re sua dispositioni præjudicium
aliquod afferre.

Porrò istiusmodi rerum mutatio Principi ex-
posita poterit fortassè ejus meotem movere ad 150
derogandum aliqua ex parte legi à Defuncto
impositæ, quod ao liceat ad nos modò non per-
tinet differere: an velit nescimus: interim verò
nullà ex prædictis causis potest ipse secum heres
dispensare, quin Testatoris voluotatem com-
pleat, & exequatur, prout eum io conscieotia
teneri jam latè supra diximus.

Circa fructus verò huc usque perceptos, licèt,
ut supra innuimus, DD. velint esse restituendos
propter inobservautiam hujusmodi oneris, seu 151
præcepti de assumeudo cognomen, & arma, ut,
iis relatis, firmiter tenet *Fusar. quæst. 447. nu. 2.
& 3.*, tamen hoc non procedit sinè controver- 152
sia, per ea, quæ latiùs differit *Peregrin. art. 11.
num. 127. & 128.*, sunt enim, qui dicunt, quod,
quandò iostitutioni purè factæ adjicitur aliquod 153
præceptum, & si præcepto non paruerit, heres
privatur, tunc pœna privationis committitur
eveniente inobedientiæ cooditione, & quasi per
fideicommissum heres restituere obligatus, fru-
ctus interim perceptos suos facit, ex *Bartol. in
leg. Paterfamilias num. 6. ff. de hered. instit.*, *An-
gel. cons. 168. col. 2.*, & in hac sententia reside-
re videtur *Peregrin. sub num. 129. vers. undè
prò solutione*. Propterea, supponendo, quod
heres in casu non fuerit in dolo versatus, illum 154
ad fructus præteritos restituendos ooo coarcta-
mus; eò præsertim, quod nulla monitio, vel in-
terpellatio præcesserit, quam ad hunc effectum, 155
ut heres non adimplens teneatur etiam resti-
tuere fructus, necessariam agnoscunt *Bartol.*,
*& Angel. in leg. fideicommissaria ff. ad Senat.
Consult. Trebell.*, *idem Angel.*, *Paul.*, *Imol.*,
Jason., *& Ripa in leg. 1. §. De illo ff. eodem*, *Ce-
phal. cons. 49. in fine*, *& cons. 50. lib. 1.*, *Bursatt.*
plu-

plures adducens conſ.49. num. 11., & notandum dicit *Mierez de majorat part.* 2. *quaeſt.* 4. *illat.* 8. *num.* 189., nec mirum, quia quoad fructus lucrandos, ceſſante poſitivâ contumacia, quæ do-
156 lum, & malitiam contineat, quælibet occaſio poſſidendi, quælibet credulitas, & opinio, quantumvis erronea, ſivè in facto, ſivè in jure ſuffi-
157 cit, omniſque cauſa, licèt minus juſta, ab eorum reſtitutione excuſat *Bartol. & alii in leg. celſus ff. de praeſcript.*, *Bald. in leg. irritum num.* 3. *ff. de uſucap.*, *Aretin. in leg. quod Uxor ff. de acquir. poſſeſſ.*, *Peregrin. de fideicomm. art.* 49. *nu.* 118., *clar. mem. Card. de Luca eodem tract. diſc.* 156. *num.* 14., *Andreol. contr.* 423. *num.* 32., *Roſ. conſult.* 12. *num.* 55., *Caſtald. conſ.* 107. *nu.* 7., *Torr. de Primog. tom.* 2. *de ſucceſſ. Feud. reſponſ.* 5. *num.* 47., *Rocca diſput. jur. ſelect. cap.* 47. *n.* 61., *Rota in rec. deciſ.* 230. *num.* 2. *part.* 14., *dec.* 33. *num.* 7. *part.* 16., *deciſ.* 83. *num.* 10., *coram Merlin. deciſ.* 163. *num.* 10., *& deciſ.* 687. *num.* 9., *coram Ubald. deciſ.* 348. *num.* 11., *& alibi ſaepiſſimè.*

Avenionen.

Mandatarius, qui bonà fide, & cum ſcientia Mandantis, ejuſque adprobationè pecunias ad quempiam tranſmiſerit inveſtiendas, non ſequuto propter iſtius decoctionem inveſtimento, nullà ob id, ſi ſpeciale deſit pactum, erga Mandantem obligatione remanet obſtrictus.

VOTUM XXVII.

1 *Obligatio* directa mandati *non cenſetur ab eo contracta, qui alterius nomine pecunias ad quempiam tranſmiſerit inveſtiendas.*
2 *Sed cenſetur id ab eo fuiſſe actum in ſpecimen officii, atque amicitiae*, & num. 4. 6. & 7.
3 *Officia erga amicos colere eſt honeſtiſſimum, non tamen periculoſum debet eſſe.*
5 *Pecunias ab Amico recipiens, ut ad quempiam tranſmittat inveſtiendas, quomodo, & ex quibus verbis cenſeatur nullam ſibi adjeciſſe* mandati *obligationem?* & num. 6. & 7.
6 *Excluditur dicta obligatio, ſi nil aliud, quàm eas tranſmittere promiſerit.*
7 *Ac itidem, ſi de ea obligatione reportanda mandans non fuerit ſollicitus.*
8 *Mandatum qui acceperit, ut ad quempiam pecunias tranſmittat inveſtiendas, obſtringitur id verè, ſtatutoque tempore perficere.*
9 *At non etiam tenetur de inveſtimento non ſequuto poſt pecunias tranſmiſſas.*
10 *Niſi in mandato id fuerit contentum.*
11 *Et quidem clariſſimè.*
12 *Mandatarius Debitores, cum quibus contraxit, idoneos praeſtare tenetur eo tempore, quo iis creditum eſt.*
13 *Ac ejus eſſe debent conditionis, ut diligens Paterfamilias iis fuiſſet crediturus.*
14 *Mandatarius liberatur, ſi Debitoris, cum quo contraxit, futura decoctio adeo latuerit, ut quiſque facilè potuiſſet decipi.*
15 *Ad Mandantem pertinent caſus fortuiti, non verò ad Mandatarium.*
16 *Si modò hic bonam fidem praeſtitit.*
17 *Mandatarius, qui bonâ fide alteri pecunias credidit inveſtiendas, nullâ ex inveſtimento non ſequuto obligatione obſtringitur.*
Et quomodò in bona fide valeat cenſeri? ibid. & num. 18.
19 *Procedit id vel maximè, ſi rem non aliter geſſerit, quàm cum ſcientia Mandantis, ejuſque adprobatione.*
Scientia autem, atque adprobatio ejuſmodi ex quibus deſumatur? num. 21.
20 *Verba ſi deſignent perſonam, cui pecunias quis promittit ſe miſſurum, nequit perſona deſignata variari.*
22 *Mandantis, non Mandatarii damno cedit, ſi is, qui ex ipſius Mandantis ſcientia, & adprobatione pecunias habuit ad inveſtiendum, decoxit, nullo facto inveſtimento.*
23 *Praeſertim, ſi ejus perſona novo deinceps Mandantis facto fuerat adprobata*, & nu. 26.
24 *Procurator liberatus dicitur, quum Principalis ab eo monitus de pecunia ad certam perſonam tranſmiſſa, non contradicit.*
25 *Ratificatio geſtorum à Mandatario deſumpta ex ſola Mandantis ſcientia, & patientia, ſat eſt Mandatarium à quacumque obligatione liberare.*
27 *Mandati obligatione obſtrictus non remanet, qui conſilio, vel commendatione efficit, ut pecunia ad quempiam tranſmittatur inveſtienda, & ratio* num. 28.
28 *Procurator ad inveſtiendum is cenſetur conſtitutus, cui inveſtimentum fuerit commiſſum, non qui illius perſonam commendaverit.*
29 *Confeſſio de recepta ſatis per litteras reſultare valet.*
30 *Mandatarius, quod pecunias non in ſpecie, ſed per literas cambii tranſmiſerit, nil refert.*
31 *Immo, ſi tutior erat per literas cambii, debuit per eas fieri tranſmiſſio.*
32 *Praeſertim, ſi nec habitum, nec ſuſceptum ab eo fuerat mandatum de pecuniis hoc, vel illo potius modo tranſmittendis.*
33. *Culpâ vacare dicitur, qui facit id, quod ſolent diligentiſſimi Patresfamilias.*

NULLA competere poſſe videtur actio D. de Antremon contrà D. Marchionem de Brantes pro reſtitutione librarum 12000., quas hic tradi poſſe conſuluit D. de Sartrè Decoctori, ut ejus operâ in fructifero inveſtimento collocarentur, id enim ita factum fuit, ut vel nulla obligatio directa mandati, ſive negotiorum inter eos interceſſiſſe queat; vel ſi quod mandatum tacitè, vel expreſsè interveniſſe affirmetur, dicendum erit, illud, utpotè datum ad contrahendum cum d. D. de Sartrè ſecumferat illius approbationem, ideoque, ſi, deindè decoxit, caſus iſte culpæ Mandantis non mandatarii adſcribendus ſit.

Primam aſſumpti partem probat ipſa facti 1
te-

series non vi auctoritatum, non apparatu argu-
mentorum, non denique robore sermonis con-
firmari indigens; enim verò D. Marchio requi-
situs à D. de Antremon, quà ratione ipse ingen-
tem summam investisset cum Provincia Lin-
guadocæ, respondit, se usum fuisse operâ D. de
Sartrè, eamdemque adhibuisse quot quot alii
pecunias d. Provinciæ fœnori dederant; deinde-
que rogatus ab eodem D. de Antremon, ut ejus
nomine ad illum mitteret libras 12000. inve-
stiendas cum eadem Provincia, eas misit, offi-
2 ciosisque litteris rem illi sæpius commendavit;
itaque perspicuum fit, D. Marchionem illud of-
3 ficii genus coluisse, quod si honestissimum est,
periculosum esse non debet, remque ità conte-
cisse, ut studio amicitiæ, consilia, auctorita-
tem, officia impendere voluerit pro amico,
4 procul vero habuerit quamcumque mandati,
sivè negociorum obligationem, & causam, il-
lumque recipientem à D. de Antremon libras
12000. ad D. de Sartrè transmittendas, illud
5 dumtaxat promisisse, quod amico efflagitanti
absque turpitudine denegari nequibat, nil præ-
tereà adjiciendo, quod obligationem mandati,
sive negociorum illum obstrinxisset; dixit enim =
*Io dichiaro d'aver ricento dal Signor d'Antremon
la somma di 12000. lire, la qual somma io promet-
to mandare in Monpellier al Signor Sartrè, per
impiegarsi sopra la Provincia di Linguadoca, a fa-
vore del detto Signor d'Antremon nel termine del
presente Mese* =.

Porrò, si ex hisce verbis conjicitur, illum dum-
taxat promisisse pecunias transmittere ad D. de
6 Sartrè, nec Mandans cautius agendo euravit
7 addi, quod suo periculo D. Marchio de investi-
mento sollicitus esset; sequitur, D. Marchionem
obligatum non fuisse, nisi illâ simplici officii,
seù muneris specie, causæ potius amicitiæ,
quàm gestioni negotiorum accommodata, quam
assumpsit, implevitque, mittendo nempè pecu-
nias, ut ad rem oubservat *Mans. tom. 2. consult.
192. num. 1. usque ad 6., Scacc. de commerc. §. 2.
gloss. 5. quæst. 16. num. 400. §. Primus*. Et qui-
8 dem ille potuisset inadimplementi accusari, si
dd. libras 12000. verè, statutoque tempore non
misisset, cùm in hoc sui mandati substantia ver-
saretur, juxtà tradita per *Bartol., & alios in leg.
si filium ff. ad Macedonian., Alexand. cons. 77.
vol. 1., Paris. cons. 47. num. 15. vol. 1., Vrceol.
de transact. quæst. 14. num. 1., Rot. decis. 79. n. 2.,
& seqq. part. 6., & decis. 7. num. 5., & seqq.
part. 8. rec.*, at non etiam teneri, si, investimen-
9 to celeriter non perfecto, pecunia jam trans-
missa, & manens apud D. de Sartrè interim
10 amissa est. Ad boc enim ille mandatum mini-
mè susceperat, ut observat *Mans. d. consult. 192.
11 num. 1.*, eo autem cessante, quod utpotè suâ
naturâ obligatorium, clarissimum esse deberet,
*Paris. d. cons. 47. num. 37., & 38. lib. 1., Mas-
card. de probat. conclus: 1005. num. 8.*, certum
est, nullà eumdem obligatione negotiornm, aut
mandati teneri posse *leg. 1., & 2. ff. de negoc.
gest., Marant. in leg. si actor. num. 2. ff. de Pro-
cur., Golsn. eodem tit. cap. 1. num. 20.*

Verum, tametsi justâ aliquâ ratione affirma-
ri posset inter D. de Antremon., & D. Marchio-
nem de Brantes, aliquam mandati speciem in-
tercessisse, nihilominus, cum D. de Sartrè tem-
pore transmissionis d. quantitatis ad eum factæ
idoneus communiter haberetur, illumque tam-
quàm huic muneri à Provincia Linguadocæ præ-
positum convenire consuevissent quot quot cum
illa hujusmodi investimentorum, & contra-
ctuum speciem celebrare cupiebant, dicendum 12
est, quod, si juxtà omnium ore, & veteri sermo-
ne jam tritas regulas mandatarius = *Debitores,
cum quibus contraxit, idoneos præstare cogendus est
eo tempore, quo bis creditum est, ejus nempè con-* 13
*ditionis fuisse, ut diligens Paterfamilias hoc cre-
diturus fuisset* =, ut loquitur *J.C. in leg. qui sub
conditione 110. ff. de condit., & demonstr. in fin.*,
si futura decoctio ità lateat, ut quisque facili- 14
ter decipi potuisset, mandatarium liberat, ut,
distinguendo, tradit *Scacc. de commerc. §. 2.
gloss. 5. quæst. 16. num. 405., Ansald. de com-
merc. disc. 61. num. 18. vers. quod eo*; si casus for-
tuiti ad mandantem pertinere dicuntur, non 15
verò ad Mandatarium, quoties iste bonam fi-
dem præstitit *leg. à Procuratore Cod. mandati* 16
*gloss. in cap. 2. verb. restituimus circà med. de in in-
tegr. restit., Sebastian. Med. de fortuit. casib. quæst.
16. num. 35., Rot. Jannen. decis. 125. num. 3.,
& 4. apud Stracc. de mercatur.* perspicuum fit,
quod D. Marchio, etsi mandatum ullum susce- 17
pisset, omni obligatione solutus, liberatusque
fuisset, eà bonâ fide, quà pecunias misit D. de
Sartrè tunc adeò idoneo tùm ab ipso, tùm ab
aliis reputato, ut nulla ferè summa cum Pro-
vincia Linguadocæ absque ejus opera investire-
tur, *Mans. d. consult. 192. num. 6. 7. 8. tom. 2.,
Gratian. discept. forens. cap. 500. num. 17., Stracc.
de mercatur. tit. mandati num. 36., Scacc. ubi su-
pra num. 401., & seqq.*

Imò verò omnes illius fidem in amplissima
Regione sequebantur; si ille videri poterat quo- 18
dammodò deputatus ad effectum quærendi,
collocandique pecunias, quibus Provincia indi-
gebat, hoc unum sufficeiste debuit D. Marchio-
ni de Brantes, nimirum sibi mandatum fuisse à
D. de Antremon suo nomine de investimento
cum Provincia agere, ut statim posset, quod
industriosus quisque Vir fecisset, litteras ad il-
lum dirigere, quem alii rem eamdem perficere
optantes convenire solebant.

At verò, si liberandus videtur esse D. Mar-
chio, quia vel nullum mandatum suscepisse di-
ci potest; vel quia in re, ob quam suscepit, sta-
tim, ac sedulò illud implevit, contraxitque
cum ea persona, *cui diligens Paterfamilias certè
crediturus fuisset*, quà æqui, bonique ratione
obstrictus dici poterit obligatione ulla quando
ille met Paterfamilias, idem nempè D. de An-
tremon, mandato hoc adjecit, ut pecuniæ cre-
derentur ipsi D. de Sartrè? ut clarum, aper-
tumque sit tùm rei gestæ serie, tùm verbis man-
dati; re quidem gestâ, quia d. D. de Antremon 19
ob id præsertim adiit, consuluitque D. Mar-
chionem, ut sciret, cujus ille operam adhi-
buis-

buiſſet , quum ingentem ſummam , paucos an-
tè dies inveſtierat cum Provincia Linguadocæ ,
factuſque conſcius , tàm D.Marchionem, quàm
alios uſos fuiſſe perſonâ D. de Sartrè , reverſus
eum rogavit , ut ſuis literis illi commendaret
hoc etiam ſuum negotium , perſpicua ſanè ſunt
20 verba , quibus D. Marchio ſuſcepit mandatum=
la qual ſumma io prometto mandare a Mompellier
al Sig. Sartrè = , his autem verbis cum evidens,
& apertum fiat , non ſolùm fuiſſe demonſtra-
tam pecuniæ receptæ quantitatem , & perſo-
nam , ad quam à D. Marchione erat tranſmit-
tenda , ſed illam ità quidem fuiſſe deſignatam ,
ut ipſi licita non eſſet variatio , profectò ex his
21 reſultat tum ſcientia , & patientia , tùm etiam
approbatio perſonæ D. de Sartrè actu non dubio
facta à Mandante , cujus proindè detrimento ,
22 non Mandatarii ceſſit perſonæ approbatæ ſub-
ſequuta decoctio, ex *gloſſa in cap. cùm olim*, *Ab-*
bas 32. verb. protinus de offic. delegat., *Oldrad.*
conſ. 199. num.7., *Alexand. conſ.84. nu.1. lib.5.*,
Menoch. conſ. 120. num. 27., *Arias Pinell. in 2.*
part. leg. 2. cap. 1. de reſcind. vendit. num. 18. &
ſeqq., *Manſ. d.conſult.192.nu.9. & 10.*, *Stracch.*
de mercat. tit.mandati num.18., *Mantic. dec.100.*
num.4., *Rot. deciſ.157. num. 16. & 17. part.12.*,
qui Doctores loquuntur in terminis fortioribus
ſcientiæ rei cum exceſſu etiam mandati à Pro-
curatore geſtæ.

Eòque fortiùs approbatio iſthæc perſonæ D.
de Sartrè reſultans ex mox relatis verbis urget
in caſu noſtro , quia confirmata apparet ſubſe-
23 quuto actu , & quidem efficaciſſimo, nàm poſt-
quàm D. de Antremon animadvertit , illum
rem protrahere , & moras interponere, ſtatuto-
que tempore inveſtimentum minimè conficere,
ad illum profectus eſt , eumque alloquutus ,
moræ cauſam approbare viſus eſt ; undè ſi Pro-
24 curator liberatus eſſe dicitur , quum certiorem
facit Principalem ſe pecuniam miſiſſe ad certam
perſonam , & iſte nequaquam contradicit , ut
plenè *Rota Genuenſ. apud Bellon. deciſ. 76. per*
25 *tot* , ſi ratificatio geſtorum à Maudatario de-
ſumpta ex ſola ſcientia , & patientia ad hunc
effectum ſatis eſt , ut tradunt *Alexand.*, *& Pi-*
nell. loc. adduct., quantò potiori jure D. Mar-
chio juvari poterit facto poſitivo D. de Antre-
26 mon , quo ipſe proſequutus eſt rem jam ab iilo
cæptam , imo non nihil ipſe contribuit , ut res
Mandatario commiſſa effectum citò ſortiretur ?
ut generalitèr *Jaſon. in leg. quæ dotis num.90. ff.*
ſolut. Matrim., *Maſcard.de probat. concluſ.1218.*
num. 51., *Rot. coram Ludoviſ. deciſ. 331. num. 9.*
& 10., *& deciſ.176.num.1.*, *ibique Adden. n.13.*,
& in rec. deciſ. 88. num. 24. part.6., *& dec.261.*
num. 17. part. 10., & in his terminis *Rota Ge-*
nuenſ. apud Bellon. deciſ. 76. num. 2., *Manſ. d.*
conſult. 192. num. 9., *& 13.*, *16.*, *17.*, *& 18.*

Quo ſanè facto confirmatur , quod ſub ini-
tium diximus , ut nempè D. Marchio in hanc
rem contuliſſe ſolùm videatur conſilium adhi-
bendi perſonam D. de Sartrè , eidemque com-
27 mendaverit , ut benè gereret negotium D. de
Antremon , hoc autem conſilio , & hac com-

mendaiione ille obligari nequibat *leg. fin. Cod.*
quod cum eo, *leg. ſi vero ff. mandati*, *Bald. in leg. ſi*
litteras num. 3. Cod. mandati, *Mantic. de conject.*
lib. 8. tit. 5. num. 12., *Caſtill. contr. jur. cap. 40.*
num.20. & 21., cum non is , qui propoſuit per- 28
ſonam D. de Sartrè , ſed ipſe D. de Sartrè cen-
ſeatur Procurator ad inveſtiendum ab ipſo met
D. de Antremon conſtitutus , *Mantic. de tacit.*
lib.7. tit. 7. num. 10., *Ludovic. Alfer. conſ. 11.*
num. 18., *& ſeqq.*, *Borell. in ſumm. deciſ. tom.1.*
tit. 66. num. 432., *Rub. de valid. legal. cap. 15.*
num. 54., *& 55.*, *Surd. deciſ. 209. num. 8. verſ.*
niſi conſtet, *Senat.Sabaud. apud Fab. in Cod.lib.4.*
tit. 43. defin. 19., *Rot. deciſ. 202. num. 24. part.*
12. rec.

Quæ cùm ità ſint , non obſtat , quod D.Mar-
chio non miſerit in ſpecie dd.libras 12000. , ſed
per litteras cambii , & D. de Sartrè in ſuis libris
minimè adnotaverit eamdem ſummam ; nàm
facto Domini de Antremon oſtenſum ſatis eſt ,
pecunias illum verè recepiſſe, idque ſuis litteris
ſæpius D. de Sartrè faſſus eſt , nec curandum 29
erat de modo , imò verò , ſi tutiores eſſe videri 30
poterant litteræ cambii, hiſce illa ſumma tranſ- 31
mittenda erat , ut in dies à mercatoribus fieri
videmus ; certius in caſu noſtro , quia nec da-
tum , nec ſuſceptum legitur mandatum ullum
ad pecunias hoc vel illo potius modo tranſmit- 32
tendas , ad tradita *per Mantic.* locis allegatis ,
earumque amiſſio non provenit ex eo quod
D. Marchio , neglectâ formâ tranſmiſſionis ſibi
traditâ , elegerit viam, quæ damno cauſam de- 33
derit , ſed cùm fecerit id , quod diligentiſſimi ,
ac ſolertiſſimi mercatores Patresfamilias facere
ſolent , omni culpâ vacare cenſendus eſt , juxtà
notas regulas .

Florentina .

Officialis præpoſitus publico operi ex Architecti delineatione ædificando , & cum impenſa ab eo deſignata , ſi aliter opus imperarit , & plus , quàm oportuerit , impenderit , oſtenditur in lata eſſe culpa , nec inutiles poſſe ſumptus repetere .

VOTUM XXVIII.

1 *Operibus publicis quæ impenſa eſſe conſtiterit , accepto ferri oportet .*

2 *Pons in extremo , ſecluſoque angulo eſſe non debet , ſed medias in vias patere .*

3 *Capitalium à Rege Tarquinio exædificatum fuit , atque adornatum, gratis coactis fabris, operiſque imperatis .*

4 *Operis in Civitate extruendi , vel reficiendi publicum munus eſt .*

5 *Et Reipublicæ negotium eſſe debet operi conficiendo Curatores præſtituere .*

6 *Illi autem de re malè geſta Reipublicæ tenentur* , & num. 7.

8 *Officiales publicis operibus præfecti , de dolo , & lata culpa tenentur .*

9 *Ac etiam de levi ; imò de leviſſima* , & n. 10.

11 *Maximè cum non criminaliter, sed civiliter agitur.*
12 *Idemque procedit de culpa, sivè ex commissione, sivè ex omissione*, & num. 13., & 40.
13 *Officialium munus auctoritati, & utilitati publicum est.*
14 *Et Judicis tantùm arbitrio relinquitur quæstio, an malè res acta, ipsis culpæ vertenda sit.*
15 *Opus ullum novum, sinè Principis auctoritate, publico sumptu fieri non licet.*
16 *De ejus autem licentia si opus fiat, impendia justâ ratione ordinanda sunt.*
17 *Opus publicum ita publicæ utilitati, atque necessitati accommodandum est, ut non necessaria minimè imperentur*, & num. 18.
19 *Quæ observare debeant, qui Reipublicæ præsunt in sumptibus, vel novis operibus?* & num. 20.
21 *Utiliter quid impensum nequit videri, nisi quatenus impendi oportuit.*
22 *Curatori nimiæ, atque immodicæ impensæ ratæ habeadæ non sunt*, & num. 38., 41., & 44.
23 *Procedit, temetsi honestæ sint, bonâ fide, & respectu æstimationis factæ; Declara*, ut num. 24.
25 *Impensis immodicis patrimonia Civium consici, ac diminui Leges noluerunt.*
26 *Operibus publicis Curatores præficiuntur, ut Cives leventur, non ut mergantur impendiis nimiis.*
27 *Utilitas, aut commoditas in re perficienda, si non sit impensis responsura, res potius ipsa debet derelinqui.*
28 *Curatores erogare possunt, quod quisque ex rebus suis honestissimè fuisset erogaturus.*
29 *Et eam tenentur diligentiam præstare, quàm quisque in rebus suis.*
30 *Curator ex non adhibita, ut par erat, diligentia culpam contraxisse dicitur.*
31 *Curator impensas, quas imprudenter suscepit, quasque damnosè, & inutiliter est prosecutus, nequit repetere.*
32 *Tarquinio vituperatum est, quod Jovis Templi fundamentis jaciundis totam futuri operis impensam profudisset.*
33 *Imprudens dicitur, qui supra naturæ vires opus aggreditur protinus collapsurum.*
34 *Pons locandus est, ubi facilè est ponere & impensa non gravissima. Quæ autem ad id investigari debeant?*
35 *Pontis ædificandi impensæ debent à Dominis Prædiorum adjacentium contribui.*
36 *Pontis ædificandi impensas debent Domini Prædiorum adjacentium ex sola utilitatis caussa subire.*
37 *Et, eà cessante, cessat obligatio.*
39 *Ad impensas factas, non publicâ urgente necessitate, sed ex libera Agentium voluntate Cives non teneutur.*
40 *Curator tàm pro commissis, quàm pro omissis cogendus est damnum reficere.*
41 *Curator formam, & modum suæ deputationis debet servare.*
42 *Curator transgrediens in impensis modum suæ deputationis, in culpa esse dicitur.*
43 *Et quod plus impendit, repetere non potest*, & num. 44., & 45.
46 *Curator nequit heredem in impensis onerare supra quantitatem à Testatore taxatam.*
47 *Officiales in eroganda pecunia, nil, inconsulto Principe, possunt agere*, & num. 48.
49 *Officiales non sunt Domini, sed dispensatores pecuniæ publicæ.*
50 *Officialis repetere nequit excessivos sumptus, licèt jussu Principis factos, nisi hunc de ipsorum excessu præmonuerit.*
51 *Officialibus accepto ferenda est pecunia, quam ex ærario in publicum opus præbuerunt.*
52 *Non procedit, si inconsultò pecuniam erogarunt.*
53 *Operi conficiendo, si par non est pecunia ab Architecto designata, Officialis id Principi debet exponere.*
54 *Quæ lex fuerit Ephesi quoad sumptus publicos refertur.*
55 *Verus Administrator, secus ac simplex honorarius Curator, debet strictam rationem reddere.*
56 *Impensæ ex publico etiam ærario faciendæ, justâ ratione moderandæ sunt.*

QUATUOR Pontes ad Amnem Umbronem cum ob fauces Arcuum arenâ obstipatas graviùs ferrent aquarum pondus, earumque præstantium mole deturbarentur, deliberatum fuit alios quatuor Pontes construere unicâ arcus fornice proceriorìs incurvitatis Fluvium conjungentes, cum impensa ab Architecto considerata non ultrà ducatos septem mille, operi non futura impare, si Pontes, juxtà formam ab illo delineatam, inque locis ab eodem designatis locati fuissent. Operi faciundo præpositus fuit nobilis N., cui, præter amplas facultates, & jurisdictionem concessas, tum in coercendis Artificibus Cæmentariis, Fabrisque lignariis, Ferrariis, aliisque, tum in imperandis operis, quas in prosequendo, absolvendoque ædificio ex re esse putavisset, commissa fuit administratio pecuniæ in illo erogandæ, diligenti tamen, providâque illius dispensatione, ac procuratione etiam, atque etiam eidem commendatâ.

At Curator operis, posthabitis delineamentis ab Architecto propositis, nedum quatuor Pontes non construxit in locis designatis, sed imò unicum erexit magnificum potiùs, quàm utilem in loco diverso, & situ ad ædificandum incommodo, excessitque fines mandati in expensis, quas satis inconsideratè profudit, usque ad scuta 13109. in grave damnum finitimorum Civium, quorum Territoria prò æstimatione operis tum jam facti, tum etiam futuri adscribenda sunt, nisi Curator ipse operis ob rem malè gestam condemnetur ad subeundum damnum expensi ultrà quantitatem, quam edixetat Architectus, cui quidèm solvendæ impares sunt Viduæ, Pupilli, Pauperes familiæ, Loca Pia, exiguæque Universitates, quibus adeò ingens pecunia imperanda est.

Su-

Super qua quæstione mihi pro veritate con-
sulto primo rei intuitu duram provinciam assu-
mi visum est contra d. Nobilem N., nam, *quæ*
1 *operibus publicis impensa constiterit, accepto ferri*
oportere sanxerunt *Constantius*, *&* *Constans in*
leg. 2. cod. de operib. publ., neque ab hujus justæ,
æquissimæque legis censura discedi posse vide-
tur sub prætextu, quod Nobilis ille operi præ-
positus justum impensarum modum, mandati-
que fines undequaque excesserit. Quippe in Du-
cali Epistola, quà operi præficitur, nulla ex-
pressa lex fertur super impensarum quantitate,
sed dumtaxat videtur ei demandata cura operis
cum suprema auctoritate in Operarios, aliosque, qui illi conficiendo obniti potuissent; Et cum iste io hoc bonam operam præstiterit cum fideli erogatione pecuniarum, quas impensas retulit, de re proinde benè gesta laudandus est, non autem cum gravi injuria damnandus.

Redarguique nequit, quòd Pontes non extruxerit juxtà relationem ab Architecto factam Regiæ Celsitudini, in qua impensa scutis septem millibus æstimabatur; nam Architectus designavit quidem loca, in quibus Pontes juxtà Regionis oportunitatem, & Incolarum commoditatem construendos esse arbitrabatur, at impensam demonstrativè tantùm eounciavit in dicta quantitate, non autem illam taxativè, & ut ità dicam, per oon excessum æstimavit; ut enim illam in certa, & vera quantitate taxare posset, opus erat, ut Riparum subices, pilas, fornices, instraturam, spondas, ceterasque partes Pontium cum eorum amplitudine, nec non etiam cæmenta describeret, quæ graviora, atque firmissima in opere ad perpetuitatem accommodando esse oportebat, quamobrem, si, postquam Curator operis illi manum admovit, adhibitâ operâ, consilio, judicioque peritissimorum Virorum, compertum fuit impensam non respondere dicto præfati Architecti, hoc solo nomine ille excusandus videretur, quia non arbitrio suo erogasse, sed potiùs subministrasse dicendus est pecunias ex facto, & judicio Peritorum operi necessarias, de quorum culpa, & facto ipse non tenetur, ideòque, potiùs quàm Curator, redarguendus est Architectus, quòd inconsultò, & operis magnitudine non benè perpensâ, sumptus in longè exigua quantitate æstimaverit, vel quòd in ea constabilienda hallucioatus fuerit, prout frequenter evenit, ut quotidianà educemur experientià.

Tantum verò abest, quod D. Curator increpandus sit ob Pontem translatum ad alium locum, ut potiùs de hoc summopere laudari mereatur; tum quia in antiquo situ Arcus Pontium argillà, & arenà oppleti, vel ab continuò illuctantibus aquis diruti jam erant, vel fluenti cursum excipere, aquarumque ictum substinere amplius non poterant, ideòque inconsultum visum fuisset in eodem loco novum Pontem construere obnoxium iterato damno aggerendæ arenæ; tum etiam quia Pons antiquus erat in anfractu, ideòque rectè translatus fuit in locum, in quo patula, aperta, atque directa via
strata est. = *Cùm enim potissima pars viæ sit Pontis*
habendi, locus erit idoneus non omnis, nam, præ-
ter id, quod non extremum, seclusumque in an-
gulum paucorum commoditatibus relinqui, sed me- 2
dias in Regiones usibus universorum patere Pon-
tem convenit, = ut scitè, eleganterque his verbis
monuit *Leo Baptista Albertus de re ædificator.*
lib.4. cap.6.

Nec denique D. Curatori improperaodum,
quod Pontem magnificentiùs extruxerit, quia
frugalitas rectè commendata in privato opere,
sordida est in publico, quod ita comparandum,
efficiendumque est, ut magnificentia, & gloria
invidiam superasse dici queat, nec Cives ullam
sumptuum, aut operarum præstationem jure de-
trectare possunt, etenim, Tarquinio Rege, gra-
tis coactis Fabris, operisque imperatis, Capito-
lium exædificatum, atque adornatum fuisse, re- 3
ferunt *Livius lib.1.*, *&* *Cicero lib.5. in Verrem.*

At, si attentiùs res pensetur, Nobilis N. oul-
lo colore de re malè gesta excusari posse vide-
tur; cura enim extruendi, vel reficiendi operis
in Civitate munus publicum est ex *Ulpiano in* 4
l. cura 4. ff. de munerib., *&* *honoribus*, & Rem-
publicam cum Curatoribus, quos efficiendo
operi præstituit, negotium habere sancitur ex 5
eodem *Ulpiano in l.2. ff. de operib. public.* = *ideò-*
que omnes, quibus vel cura mandata fuerit ope-
rum publicorum, vel pecunia ad extructionem so- 6
lito more credita, de re malè gesta Reipublicæ te-
neantur &c. =, *leg. omnes 7. cod. eodem titulo, ibique*
Cuiac. tom. 5. oper. Postb. fol. mihi 1228. lit. B.,
Bartol. in d. leg. 2., & generaliter, quod Admi-
nistratores, Officiales, aliique omnes quocum- 7
que nomine, & titulo publico operi faciendo,
vel publicæ rei administrandæ præpositi, si ma-
lè rem gesserint, teneantur, tradunt *Pegas. var.*
resol. cap.3. num.639., *&* *num.824. tom.1.*, *Cresp.*
de Valdaur. observ.98., *Urceol. decis. Florent. 21.*
per tot., *latissimè Nicolaus Milerus de official.*
Magistratuum cap.16., *&* *seqq. cum aliis apud*
Rotam in una Romana Assentistatus 19. Novem-
bris 1698. ex §. 12. coram Rm̃o Molines Decano,
confirmata 23. Februarii 1699. §. Contra verò
vers. si. 2. decis.

Et quamvis certi Juris sit, illos teoeri de do-
lo, & lata culpa *leg.1. ff. de tutela*, *&* *rationi-* 8
bus distrab., *&* *leg. 2. cod. si Tutor, vel Curator*
gloss. in leg. Tutori 20. §. Interdum verb. levem
cod. de negot. gest. §. Est autem verb. vis, *&* *po-*
testas instit. de tutel., *Cuiac. Julii Paul. recept. sen-*
tent. tit.12. de negot. gest. lib.1. oper. prior. fol. mi-
bi 360. lit. B., *Nicolaus Milerius de official. Magi-*
strat. cap.17., *Fragos. de Regim. Reipub. Chri-*
stian. part. 1. lib. 6. disput. 17. num. 10., *&* *11.*
Munoz. Escobar. de ratiocin. cap. 19. num. 25.,
& *seq.*, prout etiam in dubium non veniat, 9
quin etiam de levi teneantur. *Gloss. in leg. 2. §.*
Culpam, *&* *leg. quidquid 7. cod. arbitrium tutelæ*,
& *leg. Tutor. cod. de negot. gest.*, *ubi Barbos.*,
Molin. de just., *&* *jur. disp. 555. in princip. Mon-*
tan. de Tutor. cap. 39. num. 33., *&* *sequen. inter*
tract. var. de tutel. fol. 250., *Pegas. var. resol. d.*

cap. 3. locis citatis, *Nicolaus Milerus de official.*
Magistr. cap.186., *Rota in dicta Romana Assen-*
tistatus 19. Novembris 1698. §.20., *& seq.*, qui-
10 nimo levissimâ culpâ eos perstringi voluerint
Cuiac. lib. 2. different. Modestini tom. 2. oper. Po-
sthum. fol. mihi 1232. lit.C., *Paris. cons.123. n.4.*
lib.1., *Gabriel. cons. 169. num.29. lib. 2.*, *Caval-*
cant. dec. 39. num. 29., maximè quum non cri-
11 minaliter, sed civiliter agitur *Castald. Buoncom-*
paga. de Syndicat.tract.magn. tom.7.fol.351. nu.9.,
Cyriac. contr. 433. num.10., *& 11.*, *Mastrill. de*
magistr. lib.6. cap.8. num.3. *Nicol. Miler. de Of-*
ficial. magistr. cap.19., *Urceol. decis. Florent.21.*
num.14., *& seqq. num.17.*, idemque statutum
reperiatur sivè ex commissione, sivè ex omis-
12 sione Officialis culpa proficiscatur *Bursatt. cons.*
193. num. 11. Cart. Jun. cons.19. n. 8. paulò post
med. vers. tamen negari non posse videtur lib. 1.,
Miler. de official. magistr. d cap.16. num. 1., *& 2.*
Rovitus decis. 36. num. 11., *& seqq.*, *Rota Flo-*
rent. in motivo impresso post tom.2.respons. Sabell.
cap.9. num.142., *& seq.*, *& decis. 21. num.9.*, *&*
10. apud Urceol. dicta Romana Assentistatus 19.
Novembris §.22., maximè quum agitur de Offi-
13 cialibus, quorum officium auctoritati, & utili-
tati publicum est *Cresp. de Valdaur. observ. 98.*
ex num. 7., *& per tot.*, adeòut Judicis arbitrio
14 relinqueoda solum videatur quæstio facti, an
scilicet culpæ, negligentiæve notâ ullâ affici
possit Curator, seu Administrator ille, qui ma-
le rem, & opus publicum curaverit, *Urceol. de-*
cis.Florent. 21. num. 8.

Nihilominus io nostra hypothesi non est, cur
summo jure agamus, & rigidiori censurâ culpæ,
ac negligentiæ quasi gradus expendendo, opte-
mus acrioris ingenii Judicem, qui negotium se-
verè discutiat cum facti, propè dicam, evidentiâ
convinci videatur, quàm perniciosam operam
D. Curator impenderit, quàmque graviter
tum in committendo, tum in omittendo pec-
caverit in sui muneris implemento.

Jure namque nostro constitutum est, publico
sumptu nedum ullum opus novum sinè Princi-
15 pis auctoritate fieri non licere *leg. opus novum 3.*
ubi Bartol., *& leg. de operibus 6. ff. de operib. pu-*
blic., *& leg. intra 4.*, *& leg. nemo 12. cod. eodem*,
Rebuff. de verb. signific. fol. 1050. in princ., ve-
rum etiam sit, quando concessa à Principe li-
16 centia fuerit illud extruendi, justâ ratione im-
pendia esse ordinanda sanxerunt *Arcadius*, *&*
Honorius in leg. omnes 11. d. tit. cod. rescriben-
tes Cæsareo præfecto Prætorio = *ut adscriptio*
curras prò viribus singulorum, *deinde adscriban-*
tur prò æstimatione operis futuri Territoria Civium,
nè plus poscatur aliquid, *quam necessitas impera-*
verit, *neve minus*, *nè instans impediatur effectus.*=

Quamobrem publica opera publicæ utilitati,
atque oecessitati ità accommodanda sunt, ut
17 non necessaria minimè imperentur, ut notaot
Bald. in leg. si in aliquam 7. n. 4. ff. de offic. Pro-
consalis, *Avendan. de exequen. mandatis Reg.*
part.2.cap.3. num.1., in necessariis verò, & uti-
18 libus operibus efficiendis justus expensarum mo-
dus servetur, *Bobadilla recopilat. part. 1. lib. 3.*
tit.6. leg. 24. fol. mihi 201. à tergo col.1., *& ele-*
ganter Petr. Gregor. Tholosan. de Republ. lib. 2.
cap. 9. num. 16. monet, eos, *qui præsunt Reipu-*
blicæ in sumptuosis, *vel novis operibus multa ob-*
servare debere, *in quibus peccare*, *& abuti suâ* 19
potestate in perniciem possunt, *& primùm nè ædi-*
ficia publica ita fiant, *ut veriùs in perniciem*,
quàm utilitatem publicam eorum usus convertatur,
& sint potiùs utilia, *quam magnifica*, *& one-*
rantia, nam, ut inquit *Ulpian.lib.36.ad edict.* = *Ex*
officio sumptus faciendi sunt, *& si expediat* = *leg.3.* 20
ff. de contrar. Tutelæ, *& utilis act.*; præcipitque,
illorum utilitatem spectandam semper esse,
cum autem utiliter impensum videri nequeat,
nisi quatenus impendi oportuit, benè *Anton.* 21
Fabr. in pandectas ad Leg. Si quis negotio 25.ff.de
negot.gest., nimiæ proinde, immodicæque eroga-
tiones Curatori reputandæ non sunt, ut *in d. leg.* 22
si quis negotia, quâ expressè disponitur, *quod*, *si*
aliena negotia gerens plus, *quàm oporteret*, *impen-*
derit, *recuperaturum eum id*, *quod præstari debue-*
rit, & ibi *Angel.*, *& leg.2. ff. ubi Pupillus educa-*
ri debeat, idque procedit, tametsi illæ honestæ,
ex liberalitate, bonâ fide, & respectu æstima-
tionis factæ dicantur, modò tales non sint, ut 23
prudeos Pater Familias ex suis bonis non hone-
stissimè fuisset erogatrus, juxtà responsum Pau-
li ad *Edictum lib. 38. relatum in leg. cum plures*
12. §. Nimium cum seq. ff. de Administr., *& pe-*
ricul. Tutor. culpatur siquidem nimietas in im- 24
pendiis, io omni actione optimè *Cuiac. ad d. lib.*
Pauli tom 2. oper. Posthum. fol. mihi 615. lit. B.

Et quidem, si effusæ, immodicæque impensæ
ratæ habendæ essent, quâ ratione impleretur
mens legum unicè providere satagentium Ci-
vium incolumitati, quorum Patrimonia gravi-
bus, & immoderatis contributionibus corrodi, 25
ac confici ooluerunt? Ex sententia namque *Ul-*
piani d. leg. 3. præficiuntur Curatores hujusmo-
di operibus, ut leventur, non ut mergantur Ci- 26
ves impendiis nimiis, imò ea adeo vitanda sunt,
ut consultiùs quandoque egisse videantur, si pe-
nitus dereliquerint rem, in qua reficienda uti- 27
litas, aut commoditas impensæ oon sit respoo-
sura, *Valenz. con. 179. num.16.*, *Munoz. de ra-*
tion. cap.19. num.20.

Cùm igitur Curatores, ut inquit *Paul. in di-*
cta leg. cum plures, id erogare possint, quod quis- 28
que ex rebus suis honestissimè fuisset erogaturus,
& instar Patris familias, eam publicis rebus di-
ligentiam præstare teoeantur, quam rebus suis 29
quisque præbere debet *leg. Magistratus 6. ff. de*
Administrat. rer. ad Civit., *Rovit dec.36.num.15.*,
Ageta od decis. Molæ.tom.2. §.16. quæst.26.n.36.
vers. debent itaque, *Miler. de offic.Magistrat cap.*
16. §.1. num.1., *Ising. de promot. bonorum cap. 5.*
num.66. in fin. firmans, id potiori jure procede-
re io Officialibus publicis ob publicum ioteresse
quam si omiserint, illicò negligentiam, & cul-
pam contraxisse dicantur, *Rovit. d. decis. 36. lo-* 30
co citat., *Miler. loco pariter citat.*, *Menoch. cons.*
1194. num.18., *& 30.*, *Urceol. decis. Florent.21.*
num.4., *& 5.*, *Rota coram Dunoz. Jun. dec.604.*
num. 19. vers. Ministri, *& coram Bich. dec. 646.*
num.24.

n.24., *& seq.*, quà ratione dici potest, D. Curatorem ad hunc modum ad has regulas respexisse in perficiendo opere, cui erat præstitutus? Pontem enim non privato Civium usui, atque utilitati dumtaxat accommodatum, sed Regiam magnificientiam superaturum extruxit, atque adornavit cum ingenti sumptu scutorum 13109. duplo fere majore illo, quem quatuor Pontibus efficiendis satis futurum æstimaverat Architectus, unde prò illo repetendo actio nulla competit D. Curatori, qui imprudenter suscepit
31 opus, damnosè idem prosequutus fuit, & inutiliter demum absolvit, optimè *gloss. in leg. Pomponius 10. in fine princip. ff. de negot. gest.* ibi = *Unde si incepi domum ædificare, quæ non expediebat Domino, tunc non habeo actionem* = & quidem si in *Tarquinio*, quod Jovis Templi fundamen-
32 tis jaciundis totam futuri operis impensam profudisset, vituperatum scribit *Albertus de re ædificatoria lib.2. cap.2.*, quanto potiori jure increpandus erit D. Curator, qui cum adeò exorbitanti impensa Pontem istum construxit non in Urbe, aut in Regia, vel militari via, sed in agro, ideòque construendum non erat sectis, prægrandibusque lapidibus, quasi muniendus esset adversus assiduas Carrorum incussiones, aut obfirmari deberet prò ferendis vastissimis oneribus obeliscorum, vel tormentorum per eum trahendis; per eumdem enim reptare debebant jumenta fruges ex agris collectas ad Civitatem evehentia, vel non nisi levibus thedis, cisiisque Civium ad Villas proficiscentium conterendus erat.

Sed crescit D. Curatoris culpa, qui semper profusior, inque impensis evitandis indiligens, relictis veteribus pilis, firmissimis quidem, novoque faciendo Ponti aptissimis, ut edixerat Architectus, illum alibi construxit, & licèt primò opportunum nactus fuisset locum, in quo aderant lapideæ rupes obfirmissimæ, quibus capita Pontis committeret, nihilominus post deperditas plures impensas, pœnitens electionis factæ de loco, qui forsan videri potuisset æquè idoneus, ac ille designatus ab Architecto, omnium deterrimum situm elegit; Pontem namque ædificavit in ea parte fluminis, in qua ob soli mobilitatem opus fuit, defixis prægrandibus, ferratisque sudibus inspissare solum, illudque firmare gravissimis cœmentis, super quibus Riparum subices, bases, & pedamenta pilarum locarentur, in hac autem sola situs mutatione bis ille imprudens fuit; cavisse enim debuerat principiò, nè quid aggrederetur supra vires hominum, nevè quid susciperet, quod cum rerum natura protinus depugnaturum es-
33 set, ut præcipit *Leo Baptista Albertus de re ædificator. lib.2. cap.2.*, in utroque peccavit Curator, multiplicando scilicet impensas non necessarias, quibus impares sunt Cives, & Incolæ Territoriorum adjacentium, quasque nemo ex rebus suis honestè, & prudenter fuisset erogaturus, atque etiam malè rem gessit eligendo situm contra omnia artis præcepta, nàm, ut scripsit
34 idem *Albertus d. lib. 4. cap. 6.*, Pons ibi locandus est = *ubi, & facilè ponere, & impensa non gravissima perficere, & æternum futurum sperare liceat. Captanda igitur Vada non profundiora, non abrata, non incerta, non mobilia, sed coæquata, & mansura, unde infrà subdidit ergo erigendæ Ripæ, vel potius rupes lapideæ, namque obfirmissimæ quibus capita Pontis committas* =.

Rejiciendaque prorsus est excusatio illa, quà diceretur, istiusmodi loci mutationem, & situs electionem fuisse necessariam, ut antiqua via, quæ erat obliqua, fieret directa, & sic pulchrior. Quia, præterquamquod sat esset dicere, Dominum N fuisse præpositum reficiendis Pontibus, non autem dirigendis viis, quod opus nec utile, nec necessarium erat; respondetur, quod quantum providi fuerant Majores obliquando viam, tantum ille imprudens fuit eamdem dirigendo; illi enim viam inflexerunt, ut Pontem construerent in loco, in quo alter Fluvius jam Umbronem subiverat, ne alioquin inutilis redderetur Pons, prout est ille recenter extructus in loco, in quo dictus Fluvius intersecat iter, quia nondum in Umbronem confluxit, ex quo magis, magisque augetur præjudicium Incolarum, quibus opus est quinto Ponte, quo continuetur iter illo alio Fluvio interreptum.

At verò, si D. Curator eo solo nomine damnandus esset, quod in opere magis sumptuoso, quàm utili plus, quàm oportuerit, impenderit, quanto graviori censurà notandus videbitur, si consideremus non solum impendisse quantitatem duplo majorem necessarià, sed illam profudisse in sola parte suscepti operis, nam adhuc construendi sunt quatuor Pontes, quibus conjungantur Flumina viam intersecantia, qui sanè Pontes si adornandi essent pari magnificentià, quà primus exædificatus fuit, impensa prò absolvendo universo opere taxata in scut. 7000. excederet scut. 50000., nemo autem non videt, Dominos Prædiorum adjacentium, quibus præbendorum sumptuum necessitas imponenda est, 35
ex *leg. omnes 11. Cod. de operib. public.*, vel impares prorsus esse nedum dicto sumptui, sed illi etiam, qui esset necessarius prò conficiendo opere, juxta delineationem Architecti, vel saltem in hoc opus collaturus impensam non responsuram utilitati ex eo habendæ, licèt ad ejus dumtaxat mensuram, & modum pecunia imperanda sit, sola namque utilitas est causa, ex qua oritur 36
obligatio contribuendi Pontium refectioni, ideoque, cessante publicà utilitate; cessat omnis obligatio, *Card. de Luca de regal. disc. 139. per* 37
tot., & præsertim *num. 5.*, *& disc. 156. num. 4.*; si igitur Curator operis ultra singulorum vires, & cum impensa longe majori, quàm necessitas postularet, aut publica utilitas requireret, Pontem construxit, illud amplius, quod arbitrio suo impendit, nullà actione repetere poterit, juxtà 38
d. glossam in l. Pomponius 10. ff. de negot. gest., Cives enim non tenentur pro iis, quæ, non necessitate publicà urgente, sed agentium liberà 39
voluntate, effectui data fuere *Besold. cons. 113. num. 17. lib. 3.*

Hæc

Hæc igitur cùm ità se habeant, & lata culpa D. Curatoris evidenter resultare videatur, tum ex eo, quod malè gessit, tum etiam ex eo, quod rectè gerere omisit, hoc enim casu omissio assumit naturam commissionis, parique pœnâ plectuntur, quia par irrogant damnum, ut probatum est in *§. Et quamvis certi juris sit versus finem*, in dubium venire nequit, quin ille de jure tam prò commissis, quàm prò omissis teneatur ad emendationem damni, quod suâ cul-
40 pà publico illatum est, argumento *Text. in leg. cum quidam 17.§. Eas, qui ex administratione ff. de usur.*, benè *Franciscus de Claper. in centur. causs. caus.62. quæst. 4. num.12.*, & magis in specie *Curt. jun. cons.19. nu.8. paulo post med. lib.1. Bursat. cons.193. nu.9. & seqq., Joannes Heeser de ration. redd. loc.10. num.266. cum plurib. seqq.*, *Myler de Official. Magistrat cap.17. §.1., & cap.18.*, *Urceol. decis. Florent. 21. num.3., & per tot.*, *in dicta Romana Assentistatus 19. Novembris 1698. §. 12. cum seqq.*

Quæ si procedunt inspectâ merà juris censurà, quanto potiori ratione omnem damni emendationem Curator præstare tenebitur eò quia in jussu Principis, & contra formam ab eo præscriptam adeo immoderatos sumptus fecit? Regia enim Celsitudo in Ducalibus literis deputationis D. N. cum præfecerat operi = *per metter in esecuzione le proposte del Signor Matematico N. già approvate da S. A.*, = eidemque commendaverat, ut cum summa sumptuum parcitate illud compleret = *acciò venga fatta con ogni più discretta economia, ed in somma soprintendere, invigilare, assistere, e provedere a tutto quello, e quanto stimerà V. S. poter bisognare, ed essere di meglio servizio di S. A. R., e di maggior sollievo dell' universale, e degl' interessati per l' esecuzione totale di questi lavori* =; formam igitur, & modum suæ deputationis servare debebat Cura-
41 tor, nec integrum ei erat ab illa recedere, ut sancitur *in leg.2.* ibi = *modus is servari debet, quem Prætor statuit* = *ff. ubi Pupillus educari debeat*, *Raudens decis., Pisan.4. num.1.6.7., & 193. part. 1.*, *Solorzan. de jur. Indiar. tom.2. lib.5. cap.1. nu. 121.*, verùm ipse nulla ex parte munus sibi injunctum curavit, posthabuit enim delineationem Pontis ab Architecto propositam, non frugalitatem, & utilitatem, sed sumptuosam, perniciosamque magnificentiam in opere quæsivit, idem non perfecit, sed rem eò redegit, ut non cum utilitate, ut præceperat, atque inculcaverat Regia Celsitudo, sed non nisi cum subditorum gravissimo incommodo absolvi possit, ex qua adeò palmari transgressione cum culpa
42 contrahi dicatur, ut, ducto argumento à *Text. in leg. si Pupillorum §. Si Prætor ff. de reb. eorum, qui sub tutela*, probat *Matthias*, & *Sanz. de re criminal. contr.72. nu. 11. cum tribus sequen.*, nil proindè mirum, si quod ampliùs impendit, quàm sibi liceret, & necessitàs operis postularet, repe-
43 tere nequeat per *Text. in leg. qui aliena negotia 33. §. Libertos de negot. gest.*, ubi Testator, libertos certam pecuniam ad sumptus monumenti accipere voluerat; cumque illi amplius erogassent, Jurisconsultus respondit, non rectè
peti, *cum voluntas finem erogationis fecerit*, & 44
ibi *Gloss.*, quam sequitur *Bartol.*, *Angel.*, & *Castrensis*, qui notat, majorem summam à Liberto repeti non posse ob præjudicium, & damnum, quod faceret heredi erogando plus in
constructione monumenti, quàm Testator præ- 45
cepisset, ideoque, ut ibidem optimè ratiocinatur *Anton. Fabrus pandect. tom.1.*, cum id, quod plus impensum fuit, ad onus, & incommodum alicujus pertinere debeat, ad eos certè pertinebit, qui impensam fecerunt, alioquin esset in
eorum potestate prò arbitrio heredem onerare, 46
quem noluit Testator onerari suprà taxatam à se quantitatem.

Quam rationem nemo non videt summoperè urgere in casu nostro, in quo contrà Curatorem clamat gravissimum damnum, quod inferretur innumeris Civibus, & quidem pauperrimis, quos arbitrio suo oneraret maximis impensis inconsultò profundendo publicam pecuniam, in cujus erogatione adeo moderatum, adeo æquum debet esse hujusmodi Curatorum, aliorumque similium officialium arbitrium, ut nihil, inconsulto Principe, eisdem agere conce-
datur *argumento Text. in leg. si in Provincia Cod.* 47
de ann., & tribut. lib.10., *Bald. de Ubaldis de constit. tract. magn. tom.6. part.1. fol.28. num.5.*, ubi, quod Officiales publici non possunt solve-
re ex capite suo unum nummum *Rota in Roma-* 48
na Assentistatus 19. Novembris 1698. §. 30. coram Molines Decano, & justâ quidem ratione, quia ipsi non Domini, sed dispensatores fideles sunt publicæ pecuniæ *Capoblanc. de offic.*
Baron. pag.1. num.37. tom.1. Quinimò tàm pro- 49
vidè, tàm diligenter, tàm piè illam administrare, & contrectare debent in publicis sumptibus faciendis, ut, si fortè Princeps in eisdem decernendis justum modum excessisset, adeout
eorumdem nimietas Cives mergeret, Curator 50
non relevetur, si antequam operi manum admoveat, de hoc Principem non monuerit, ducto argumento ab egregia sententia *Ulpiani in dicta leg.2. ff. ubi pupillus educari debeat*, ubi hæc habet = *Hoc amplius, & si Prætor modum alimentis statuit, verumtamen ultra vires facultatum est, quod decretum est, nec suggessit Prætori de statu facultatum, non debet ratio haberi alimentorum omnium, quia, si suggessisset, aut minuerentur jam decreta, aut non tanta decernerentur* = idemque statuit de alimentis præter modum facultatum à Patre filiis relictis; quamobrem, si D. Curator ratione sui muneris Principi suggerere debuisset, ut minueret imperatas impensas, si fortè illæ immodicæ compertæ fuissent, quà justà ratione easdem arbitrio suo aggravare potuit in perniciem subditorum, quorum utilitati, ac commodo Princeps ipse servire optabat?

His ità constabilitis, facilè solvuntur argu-
menta prò D. Curatore excusando adducta. 51
Nam *Text. in leg.2. Cod. de operib. public.* disponit, pecunias, quas dispensatores Ærarii in publicum opus ex Ærario præbuerunt, eis ac-

cepto

cepto ferri oportere, ut explicat *Cujac. ad dictum titul. Cod. tom. 5. oper. Posthum. fol. 1228. lit. D.*, ideòque juvare nequit Curatorem in-
52 consultò pecuniam erogantem, quem jura omnia ad damni emendationem præstandam obligant, idemque de re adeo malè gesta excusari nequit, eò quia in literis Ducalibus deputationis certa expensa taxata non legatur, quia, ut jam ostendimus, id non subsistit io facto, nam in illa habetur relatio ad ea, quæ proposita fuerunt ab Architecto, præcipiturque, ut in opere efficiendo inutilibus expensis parcatur, & in jure uon officeret, quia de jure publici operis Curator utilia gerere, & inutilia vitare tenetur, publicæ utilitati, atque necessitati dumtaxat sumptus accommodaudo.

Prout etiam nou subsistit, quod Architectus, sinè prævià operis faciendi cognitione, atque exactà expensarum dispunctione illas taxaverit, quia nemo oon videt, quàm absurdum sit asserere, Architectum rem ad Principem retulisse, illà priùs maturè non cognità, atque perspectà, solertissimosque Regiæ Celsitudinis ministros adeò excordes, indiligentesque fuisse in re taota, io qua agebatur de ingeoti pecunia imperaoda tot subditis, ut priùs non inquisiverint, an impensæ superaturæ essent illorum vires, quodque quatuor Pontium constructionem D. N. demandaverint, oullà certà impensà prius designatà; id enim, ut sensui patet, nimium repugnat consuetæ, ac rectæ rationi agendi, cum io operibus nedum consideretur opus ipsum, sed habeatur respectus ad modum, & deindè ad expensas, longè verò absurdiùs est comminisci, quod D. N. ignoraverit expeosarum designationem factam ab Architecto; nam in re adeò diuturni laboris, & in qua illum sæpiùs egisse oportuit cum Architecto, non est possibile dissimulare, ipsum ignorasse expeosarum quantitatem ab illo constabilitam.

Parvique refert, quod quotidianà experientià compertum sit, raró expensas respondere dicto Architectorum, sed illas semper superare quantitatem in designatione operis taxatam; nam, præter quàm quod Curator, statim ac noverat prò conficiendo universo opere non sufficere quantitatem ab Architecto designatam, ad
53 Principem id referre debuisset, argumento *Text. in leg. si quando* 8. ibi = *ad nostram scientiam referatur, ut, ubi amplior poscitur quantitas, imperialis expetet Auctoritas*=*Cod. de operib. public.*=respondetur, non idcircò erogationem arbitratu suo eidem facere licuisse, sed servare debebat
54 justum modum, & quidem æquissimus videri potuisset ille, quem præscripsit lex, quam Ephesi fuisse refert *Vitruvius initio lib. ultimi* = *Nam architectus, cùm opus publicum curandum recipit, pollicetur quanto sumptu id sit futurum, traditâ æstimatione Magistratui, bona ejus obligantur donec opus sit perfectum. Eo autem absoluto, cùm ad dictum impensa respondet, decretis, & honoribus ornatur. Item, si non ampliùs, quàm quarta in opere consumitur, ad æstimationem est adjicienda, & de publico præstatur, neque ullà pœnà tenetur: Cùm verò ampliùs, quàm quarta in opere consumitur, ex ejus bonis ad perficiendum pecunia exigitur* = Juxta hanc legem summopere commendatam à *Cujacio ad tit. 11. Cod. de operib. public. tom. 5. oper. posthum. col. 1228. lit. C.*, quisque videt quantum D. Curator deviaverit à Justitiæ, & æquitatis regulis sextuplam proportionem excedendo.

Frustraque excipit, se usum fuisse consilio, Judicio, & operà Peritorum, illosque in erogaodis expensis obsecundasse, quia ipse non erat simplex honorarius Curator operis omoi carens administratione, quo casu excusari forsan potuisset, sed cum cura omnis, totaque administratio ejus fidei, diligeotiæ, atque industriæ plenè commendata fuisset, de omnibus ad suum munus pertinentibus strictam rationem reddere 55
tenetur *Excobar de ratiocin. cap. 3. num. 3., & in dicta Romana Assecutistatus 19. Novembris 1698. §. 19.*, & obligatur ex facto ministrorum sibi subordinatorum *leg ex facto 30. ff. de negot. gest. Curt. jun. dicto cons. 19. sub nu. 8. Joannes Herser de ratiou redden. loc. 10. num. 268., & seq.*

Mutatio vero situs minus excusari potest, quia aggestio arenarum, quà fauces arcuum veteris Pontis obstipatæ fuerant, non fuit facta vitio loci, sed vitio operis; nam Pila, cui innitebantur fornices gemini arcus dicti Pontis medium fluminis cursum occupabat, ictumque aquarum retundebat, proindeque arena ab eisdem agglomerata facile subsidere poterat, quod eveoturum non erat, si unicà arcus fornice Pons ibi constructus fuisset, liberiori namque, & concitatiori cursu flumen devolutum, aquarum cuneo arenam detrudisset.

Nec denique D. Curatori favet favor publicus in publico opere splendidè adornando, quia, cum impensæ corradendæ essent non ex publico Ærario, sed privatorum, debuisset Curator horum utilitati consulere, non magnificentiæ, nam his etiam in operibus mediocritatem tuen- 56
dam esse, præcipit *Albertus de re ædificatoria lib 9. cap. 1.*, *Petrus Gregor. Tholosan. de re publica lib. 2. cap. 9. num. 16.*, ubi referunt, plures Romanos Imperatores notatos fuisse, quòd ædificia magnifica potiùs, quàm utilia extruxissent.

Tuscanen. Associationis.

Associationem si quis obtinuit, & diutissimo tempore in possessione Bonorum Debitoris permansit, ejus creditum vel extinctum reputatur, vel turbidum, & illiquidum efficitur, nec eidem pro residuo agenti suffragatur notula jurata fructuum ex dictis Bonis perceptorum, nisi validis coadjuvetur probationibus. Has autem oeutiquam resultare ostenditur ex adnotationibus factis in libro privato, atque suspecto, minùsque ex apoca affictus informi, nec non ex unius Testis fide; Sententiam itidem contra alios latam oec pro adminiculo posse inservire ad comprobandam veritatem dictæ notulæ juratæ,

tæ, si ea contrariis elidatur probationibus pro census extinctione militantibus. Et quæ ad id demonstrandum, liquidandamque proinde eorum fructuum quantitatem satis esse valeant?

VOTUM XXIX.

1 *Associatio requirit creditum undique clarum tum in substantia, tum etiam in quantitate.*

2 *Ratio redditur, & explicatur.*

3 *Creditum ex longissima possessione Bonorum Debitoris, eorumque fructuum perceptione vel extinctum censetur, vel turbidum, atque illiquidum effectum*, & num. 4.

5 *Associatio ex credito turbido, & illiquido non debetur.*

6 *Notula jurata fructuum a creditore perceptorum attendenda est.*

7 *Declara, id procedere, ubi creditor non Actoris, sed Rei vicem sustinet*, & num. 8.

8 *Notula jurata fructuum perceptorum creditori pro residuo agenti non suffragatur, nisi aliis coadjuvetur probationibus*, & num. 9.

10 *Notula privata juramento destituta, nihil probat.*

11 *Procedit, licèt ex ea creditor non agere velit, sed excipere.*

12 *Liber privatus, si non apparet, a quo, & a quo tempore fuerit conscriptus, fidem non meretur.*

13 *Maximè, si fallax evincatur, & ad opportunitatem confectus.*

14 *Et ex quibus id valeat conjecturis argui?*

15 *Notulæ juratæ, ac etiam adnotationes erroneæ, & inter se discrepantes nihili faciendæ sunt.*

16 *Apoca privata carens recognitione characteris non attenditur.*

17 *Idem, si in publico aliquo Archivo non fuerit exhibita.*

18 *Apoca privata simplex, & informis non vacat antidatæ suspicione.*

19 *Testis unicus fidem non facit.*

20 *Licèt illustris persona sit.*

21 *Ac etiam S.R.E. Cardinalis.*

22 *Fides extrajudicialis pendente lite expiscata non admittitur*, & num. 52.

23 *Notula jurata, ubi ex ea velit agi, nil omnino coadjuvatur informibus attestationibus.*

24 *Fides juramento carens nullo numero est habenda.*

25 *Testi quod sinè juramento debeat deferri, nec ipse Papa valet statuere.*

26 *Cardinalis attestatio, etiam sinè juramento, admittitur.*

27 *Testis depositio si ad Instrumentum se referat, quod nunquam fuerit exhibitum, vel ab eo censetur discordare, vel illud ne confectum quidem præsumitur.*

28 *Notulæ privatæ fidem non conciliant probationes sivè erroneæ, sivè etiam mendaces, licèt simul junctæ*, & num. 29.

30 *Sententia lata super statu rei cum legitimo contradictore, ab eoque acceptata, nocet aliis interesse habentibus, quantumvis non citatis.*
Et quando secus? num. 31. ad 34.

31 *Sententia inter alios lata super statu rei nequit eos afficere, qui non coæquale tantùm, sed majus habent interesse in Causa.*

32 *Sententia contrà unum lata ut alterum afficiat, requiritur identitas rei, Personarum, & Causæ.*

33 *Debet autem strictè quoad rem, atque Personam interpretari.*

34 *Quarum una si deficit, nequit exceptio ex altera proponi.*

35 *Sententia inter alios lata super statu rei, adminiculum ritè factarum in causa probationum inducit, etiam contrà non citatos.*

36 *Intellige, si probationes tunc allatæ aliis non elidantur probationibus.*

37 *Censu extincto, nulli debentur fructus.*

38 *Census extinctio inducitur, quoties creditor ex Bonis Debitoris fructus percipit suo credito majores.*

39 *Creditor census fructus, quos credito majores percepit ex Debitoris Bonis, tenetur absque istius declaratione in sortem imputare.*

40 *Eaque proportionabiliter imminuta haberi debet.*

41 *Creditor census debet in exonerationem Debitoris referre fructus ex ejus Bonis nedum perceptos, sed quos etiam potuit percipere.*

42 *Fructuum perceptio ex ipsa possessione resultat.*

43 *Liquidatio difficilis est probationis.*

44 *Liquidatio fructuum debet prudenti Judicis arbitrio remitti.*

45 *In liquidatione fructuum solet Judex, ac debet leviores admittere probationes.*

46 *Fructuum certa quantitas de Bonis Debitoris medio tempore perceptorum desumi valet ex affictibus a creditore celebratis tempore tum adeptæ, tum dimissæ ab eo possessionis*, & num. 60.

47 *Eademque quantitas maximè pro certa habenda est, si consonat cum moderna legali taxa*, & num. 61.

48 *Bonorum valor demonstratur ex illorum æstimationibus tempore non suspecto peractis.*

49 *Fructus stabilium, juxta modernam legalem taxam, calculantur ad rationem quatuor pro centenario.*

50 *Fructus a Creditore ex Debitoris Bonis perceptos contendens fuisse taxâ legali majores, tenetur id concludenter demonstrare.*

51 *Creditor, qui possidendo ejus Debitoris Bona, tamquam diligens Paterfamilias illa administravit, debet in diminutionem debiti fructus dumtaxat perceptos calculare, non eos etiam, quos potuit percipere.*

53 *Testes ad proprium commodum deponentes, ad probandum non sunt idonei, ut nec examini mereantur subjici.*

54 *Iisque, etiam examinatis, fides non adhibenda.*

55 Do-

55 *Dolus, & mala fides Administratoris Ecclesiæ in affictu ejus nomine celebrata conjici rectè valet ex omissa Instrumenti confectione, & conventionibus secretò initis*, & nu. 59.

56 *Inde autem amissio debitarum etiam solemnitatum potest inferri.*

Præsertim, si, celebrato altero subinde affictu cum solemnitatibus, constat, majorem ex eo reditum obvenisse, oum. 58.

57 *In affictibus Bonorum Ecclesiæ tenentur ejus Administratores curare, ut Edictorum fiat affixio, & candelæ accensia.*

60 *Fructus medio tempore a Creditore percepti ex Debitaris Bonis, liquidandi sunt vel juxta antecedentes, & subsequentes locationes ab eodem Creditore factas, vel consentaneè ad legalem taxam*, & oum. 61. & 62.

62 *Fructuum liquidatio juxta legalem taxam, maximè attendenda est, si locationum cum ipsa concordantium habeat adminiculum.*

ANSUINUS Contuccius complures imposuit census super Tenuta *del Formicone*, & præcipuè duos favore Camilli Cavetani, unum io sorte scutorum 1000., alterum io sorte scutorum 1500., postmodum verò cum Alexandro Sen., & Justiniano pariter Sen: de Orphinis contraxit ingens æs alienum, quod ut exolveret Quintilius Contuccius heres, utque se liberaret ab eo, quo ipse etiam erga eosdem de Orphinis sese obstrinxerat, anno 1656. post obitum D. Alexandri iu solutum dedit præfato Justiniano, & Mutio ejus fratri plura bona stabilia in Civitate, & Territorio Tuscanellæ existentia valoris scutorum 17200., inter quæ aderat etiam dicta Tenuta *del Formicone*.

Quoniam verò Camillus Cavetanus creditor anterior censum scutorum 1000. legati nomine reliquit Ven. Societati Misericordiæ Tuscanellæ, alterum autem prò ratâ scutorum 1000. Societati Consalonis, & prò reliquis scutis 500. legavit Hospitali ejusdem Civitatis; idcircò d. Ven. Societas Misericordiæ anno 1679., citato D. Mutio Orphino tàm proprio, quàm tutorio, & curatorio nomine Justiniani Jun. ejus nepotis prò fructibus decursis, & non solutis associationem ad eamdem Tenutam ab A.C. impetravit, sed brevis fuit possessio, breve associationis tempus: Cum enim anterior esset census scutorum 1500., quem Camillus Creditor legaverat Consaloni, & Hospitali, hæc duu Loca Pia coram eodem A.C. aliud mandatum de associando expediverunt, cujus vigore ejectâ Societate Misericordiæ adepta fuerunt possessiooem Tenutæ *di Formicone* die 6. Martii 1682., eamdemque ad mensem Octobris anni 1704. retiouerunt.

Interim verò è vivis excessit Justinianus Orphious Jun. filius posthumus præfati Justiniani sen. cum adhuc esset sub cura Mutii ejus Patrui, reliquitque post se Alexandrum Jun., & Carolum Mariam ejus filios rerum omnium prorsùs ignaros; deindè autem decessit & Mutius, cumque heredem scripserit Annam Victoriam Uxorem, ista proprio dumtaxat nomioe egit adversùs dictam Societatem Consalonis, & Hospitale, ut exhiberent notulas juratas fructuum perceptorum, quibus exhibitis, cum constiterit, prædicta Loca Pia nedum Creditum suum esse consequuta; verum etiam plus debito exegisse, anno 1704. dicta Anna Victoria maoutentionem obtinuit, seseque in totius Tenutæ possessiooem intrusit, à qua tamen respectu trium ex quatuor partibus, quæ pertinebant ad dd. Alexandrum, & Carolum Mariam, expulsa fuit d. Vidua, ac D. Abbas Arnò ejus Donatarius primò ab A.C., deindè à Sacræ Rotæ Auditorio, & io dictis tribus portionibus manutentio prædictis fratribus concessa fuit.

In hoc rerum statu Officiales Societatis Confalonis, & Hospitalis contendentes se esse Creditores aliorum fructuum decursorum à die dimissæ possessionis, sub initium aoni 1712. iterum ab A.C. postularunt associationem ad dictam Tenutam, eamdemque mense Septembris proximi elapsi obtinuerunt, adversus quam interjecta fuit à Domiois de Orphinis appellatio: Verumtamen dubitantes, an ipsis expediat diutius litem prosequi, me requisiverunt, ut, examinatis contrarii Decreti fundamentis, prò veritate sententiam meam dicere velim; an scilicet illa adeò solida, ac firma sint, ut ipsi destitui videantur justà spe experieudi meliorem Judicii aleam, feliciorem que sortem in Causæ, de qua agitur, prosequutione? Quamobrem, totâ re sedulo studio perspectâ, omnibusque circumstantiis diligenter expensis, respondendum crederem, quod DD. de Orphinis justà ratione sperare valeant, victoriam consequi se posse, cum eorum exceptiones omninò Juri consonæ videantur.

Deficì namque videntur prædicta Loca Pia præcipuo ex extremis ad associationem assequendam necessariò requisitis, quale est creditum undiquè clarum, certum, liquidum, ac 1
determiuatum, tùm respectu substantiæ, tùm etiam respectu quantitatis, ad tradita per *Merlin. de Piguorib. lib. 5. tit. 2. quæst. 77. num. 41., Gration. discept. 22. num. 1., Cyriac. contr. 119. nu. 4., Marescott. var. resolut. lib. 2. cap. 117. nu. 21., Urceol. consult. 9. num. 8., Bonden. collect. 50. nu. 215., & seq. lib. 2., Pacif. de Salvian. interd. inspect. 1. cap. 5. nu. 2., Rota post ipsum decis. 203. nu. 3., cor. Merlin. decis. 212. num. 14., coram Celso decis. 40. num. 1., & 17., coram Bich. decis. 183. num. 4., & decis. 504. num. 3., & 4., in rec. decis. 688. num. 4., & decis. 743. num. 9. part. 3., decis. 609. num. 1. part. 4. decis. 243. num. 4. part. 11., decis. 191. num. 7. part. 18., in Romana Salviani 27. Januarii 1712. §. Qualitas coram Falconerio, & in Tusculana Salviani 4. Martii 1712. §. Injustitia siquidem coram Lancetta.* Ob summam illam æqui, bonique rationem, ut nempè Reus scire possit quousque Creditor in possessione esse de- 2
beat, utque ipse optionem habeat vel patiendi immissionem, vel illam evitandi solvendo summam Actori debitam *Rota decis. 191. nu. 7. part.*

18. rec. in Bononien. Legati 1. Julii 1709. §. Ratio coram R.P.D. Ansaldo, & in dicta Tusculana Salviani 4. Martii 1712. dict. §. Injustitia in fine coram R.P.D. Lancetta. Cum enim dicta Loca Pia per longissimum 22. annorum spatium possessionem controversæ Tenutæ retinuerint, ex
3 eaque fructus perceperint, eorum sanè creditum ex longissima ista possessione, & diuturna fructuum perceptione vel penitùs extinctum, integrèque exolutum præsumitur, ut ad rem firmat *Rota coram Celso decis. 350. num. 7., & coram Bich. decis. 504. num. 4., & 13., in rec. decis. 451. num. 3. part. 13., & in dicta Tusculana Salviani 4. Martii 1712. §. Hæc autem cor. Lancetta*, vel saltem adeò turbidum, illiquidumque
4 redditum fuit, ut ineptum prorsùs sit, & inefficax ad obtinendam associationem, ut observat
5 *Pacif. de Salvian. interd. inspect. 1. cap. 5. num. 2., Rota post ipsum decis. 203. num. 1., & seqq., coram Cavaler. decis. 139. nu. 5., & 6., in rec. decis. 411. num. 26. part. 5., decis. 30. nu. 14., & 15., decis. 62. num. 6., & decis. 156. nu. 13. part. 8., decis. 243. num. 4. part. 11., decis 451. num. 5. part. 13, decis. 175. num. 6., & 7. part. 15., decis. 437. nu. 14. part. 18. recollect. per Palm. Nepot., decis. 157. num. 14., & in Romana Salviani 2. Julii 1708. §. Injustitia coram Lancetta.*

Frustraque prò excludenda tùm præsumpta crediti extinctione, tùm illius illiquiditate afferuntur notulæ juratæ per Confalonem, & Hospitale, petente Anna Victoria Orphina, olim exhibitæ, ex quibus resultare exadverso contendi-
6 tur, majores ex dicta Tenuta non fuisse perceptos, quàm qui adæquarent creditum fructuum censualium jam antè adeptam possessionem decursorum, & illorum, qui postea dietim, annuatimque usque ad diem dimissæ possessionis decurrerunt, quas quidem notulas juratas omninò attendendas esse tamquàm prò regula statuit *Rota coram san. mem. Alexand. VIII. decis. 226., coram Card. Celso, decis. 350. utrobique num. 15., in rec. decis. 101. num. 19. parte 6., in Romana Salviani 22. Junii 1705. §. Non obstat coram bon. mem. Muto, in Romana Pecuniaria 2. Junii 1706. §. Verùm licet coram Ansaldo, in Romana Dotis 13. Junii 1710. §. Profligata coram Crispo.*

Etenim quantum vera est istiusmodi contraria regula, tantum vera est etiam, ac recepta solemnis ejusdem regulæ limitatio, quà traditur, quod, quoties Creditor non Rei, sed Acto-
7 ris vicem, personamque sustinet, & quoties ad exhibendam notulam juratam non convenitur à Debitore contendente, debitum vigore fructuum jam perceptorum esse solutum, sed viceversâ Creditor ipse, qui diu fuit in possessione, fructusque percepit, agit, petitque, alia sibi bona adjudicari, aliamque sibi solvi quantitatem, cujus adhuc se creditorem esse contendat, hoc
8 certè casu minimè sufficit talis notula jurata, sed aliis concludentibus probationibus tenetur Creditor quantitatem fructuum perceptorum liquidò demonstrare, prout distinguendo, concorditer tradiderunt *Merlin. de Pignor. lib. 5. tit. 2. quæst. 77. ex num. 45., Constantin. ad statut. Urb. annot. 58. num. 12. vers. quod talis notula, Rota post eumdem decis. 185 num. 3., Ansald. in addit. ad decis. 97. num. 18. juxta Romanam impress., Rota in rec. decis. 451. num. 12. part. 13., dec. 175. nu. 8. part. 16., decis. 392. num. 9. part. 19., coram Emerix jun. decis. 11. num. 5. & seqq., & decis. 306. num. 5., in Terracinen. Pecuniaria 9. Junii 1704. §. Nec ex exhibitione coram bon. mem. Caffarello, in Romana, seù Sabinen. Pecuniaria 15. Martii 1709. §. Neque videtur vers. inter quas coram R.mo Kaunitz, in Romana Salviani 27. Junii 1710. §. Nec impedimentum vers. quia dicta Vinea coram Falconerio, in Nepesina Manutentionis 22. Aprilis 1712. §. Nec venit ambigendum cor. eodem, & in Romana Spolii 19. Februarii 1712. §. Adeont vers. licet ad alterum effectum coram Ansaldo.*

Hujus profectò generis non sunt illæ, quibus Officiales Confalonis, & Hospitalis agnoscentes vim, & efficaciam nostræ exceptionis, coadjuvare conantur prædictas notulas juratas; Rem namque ordiendo à nonnullis fructuum partitis à Societate Confalonis in quodam libello privatim descriptis, & relatis in *nostro Summario num. 3.*, satis esset respondere, quod, si notulæ, 9
licèt jurisjurandi religione munitæ minimè defertur, quoties Creditor non excipit, sed agit, juxtà eâ, quæ proximè firmavimus, quantò potiori jure eredi nequaquam poterit privato libello, privatæque descriptioni Sacramenti auctoritate destitutæ, cùm certi juris sit, hujus- 10
modi privatas notulas, si jurejurando confirmatæ non reperiantur, nullo numero habendas 11
esse, quantumvis Creditor non sit Actor, sed Reus, teste Jo: *Andrea in Addit. ad speculat. tit. de instrum. edit. § Nunc verò aliqua 13. num. 21. litt. A., Gutier. de Tutel. part. 3. cap. 1. num. 156., Garz. de expens. cap. 20. num. 23. vers. Præterea, Scappucc. de util. Salvian. interd. quæst. 11. num. 2. vers. & notulam, & num. 4. lib. 3., Ansald. in addit. ad decis. 97. nu. 11. juxta Roman. impress., Rota coram Card. Cerro decis. 13. num. 7, & seqq., in rec. decis. 161. num 28. part. 6., decis. 302. num. 2., & 3. part. 14., & in Romana Spolii 19. Februarii 1712. §. Adeont in princip. coram Ansaldo.* Verùm prætereà dicimus, quod dictus privatus libellus nullam omninò fidem mere- 12
tur tum quia non apparet à quo, & quo tempore fuerit conscriptus, immò verò, ut benè observat D. Causæ Patronus, valida urgent adminicula, efficacesque conjecturæ, quibus evincitur, quod ille nuper fuit ad præsentis causæ 13
opportunitatem confectus; tum etiam, quia partitæ in eodem descriptæ discrepant ab illis adnotatis in notula jurata anno 1704. nomine Hospitalis exhibita. *Summ. num. 2.* Cùm enim Hospitale prædictum unâ cum Societate Confalonis immissionem prò tertia parte obtinuis- 14
set, & singulis annis tertiam fructuum partem ex Tenuta *di Formicone* percepisset; idcircò in dicta notula jurata scripsit, sese tribus annis *1689. 1690.*, & *1691.* exegisse prò sua tertia parte scuta 38. 99. 1. quolibet anno *dict. Summ. num. 2. lit.*

lit. A . Quamobrem, si conjugamus reliquas
duas æquales partes Societati Confalonis debi-
tas, perspicuum fit, annuam Affictus pensio-
nem ascendisse ad scuta dumtaxat 86.97.3. cum
tamen in dicto privato Confalonis libello descri-
ptus legatur dictorum trium annorum affictus
in quantitate scutorum 157. singulis annis exa-
ctorum . *Summ. num. 3. litt. A*, quorum proindè
annua tertia pars Hospitali debita non quidem
in summa scutorum 38.99. 1., sed in quantitate
scutorum 52.33. calculanda erat. Quocirca no-
tulæ istæ, ac privatæ adnotationes, utpotè er-
15 roneæ, & inter se discrepantes nihili faciendæ
sunt, ut omissis generalibus, benè in proposi-
to *Rota coram Card. Cerr. decis. 53. num. 21., in
rec. decis. 451. num. 11. part. 13., & decis. 175. nu.
9. part. 16., & post bon. mem. Advoc. Constant. ad
statut. Urb. decis. 185. num. 6.*

Ut etiam juvari nullo pacto posse videntur
prædicta Loca Pia apocâ quadam, in qua Affi-
ctus celebratus dicitur cum Petro Joanne Poccio
die 15. Octobris 1685. prò annua responsione
scutorum 129. *Summ. num. 4.*; tali namque apo-
16 cæ omnem prorsùs fidem abrogat tùm defectus
recognitionis characteris in hujusmodi scriptu-
ris omninò necessariæ, ut inquit *Rota coram Car-
din. Cerro decis. 602. nu. 9.*, ubi, quod talis scrip-
tura vires assumit à recognitione, *& decis. 785.
num. 1., in rec. decis. 103. num. 9. part. 5., decis. 86.
num. 34., & decis. 172. num. 10. part. 12., decis.
242. num. 4., & 5. part. 14., decis. 223. num. 4. part.
18., & decis. 498. num. 59. part. 19.*; tum de-
17 fectus exhibitionis in aliquo publico Archivio
*Farinacc. de falsit. quæst. 153. num. 144., Menoch.
cons. 42. nu. 11., & de præsumpt. lib. 3. præsumpt.
20. num. 32., Grammat. decis. 106. in fine, Rota
in rec. decis. 428. num. 3. part. 18., & decis. 108.
num. 16. parte 19.*; tum denique facies ipsiusmet
18 Apocæ, quæ est simplex informe folium, pro-
indeque minimè vacat suspicione antidatæ. *Ro-
ta coram Card. Cerro decis. 863. num. 11., in rec. de-
cis. 694. num. 2. port. 1., decis. 223. num. 5., & de-
cis. 665. num. 7. part. 18., decis. 55. num. 7. part.
19., & ad ornat. Card. de Luca de Usur. decis. 45.
num. 20.*

Minùs probat quantitatem responsionum an-
ni 1698., duorumque sequentium fides Jacobi
Felicis de Angelis supra relata, de qua in no-
stro *Summ. num. 5.* Etenim, præterquamquod
19 est depositio unius dumtaxat Testis, *& ad unius
testimonium nullus condemnabitur = Numeror. 35.*,
20 tametsi ageretur de attestatione illustris Perso-
næ, immò verò etiam S.R.E. Cardinalis, ut tra-
21 dunt *Jas. in leg. cum filius familias col. ult. in prin-
cip. vers. quam etiam Cardinali ff. de verb. obli-
gat., Dec. cons. 410. num. 9., & seqq., Farinacc.
de Testib. quæst. 60. num. 15., & quæst. 63. num.
64., & seqq., Rota coram Priolo decis. 387. num.
6. & seqq., & num. 10., in rec. decis. 671. num. 3.
part. 4. tom. 2., decis. 260. nu. 9., & seqq. part. 18.,
& in Firmana annuæ præstationis super emolumen-
to Salis 12. Decembris 1707. §. Rejecta ex bis co-
ram Illmo Scotto*, respondemus, hanc esse extra-
22 judicialem fidem pendente lite quæsitam, ideo-

que minimè curandam, ut generaliter firmant
congesti per *Rotam in rec. dec. 272. num. 6. parte
19., in Mantiss. ad Card. de Luc. de fideicommiss.
decis. 6. num. 20., de Jurepatron. decis. 30., & de
conflict. legal. decis. 34., utrobique num. 17.*, Et
in specie, quod notula jurata, quà quis uti ve- 23
lit ad agendum, non coadjuvetur istiusmodi in-
formibus attestationibus observat *Rota in rec.
decis. 451. num. 14. part. 13., & post bon. mem. Ad-
voc. Constantin. ad statut. Urb. decis. 185. nu. 5.* cer-
tiùs in casu nostro, tum quia talis fides caret 24
jurisjurandi religione, sinè qua nullo prorsùs
numero habetur cujuscumque personæ attesta-
tio, *juxta Text. in leg. Jurisjurandi Cod. de te-
stib., & cap. fuis eodem tit., Decien. resp. 93.
num. 29., & seq. lib. 2.*, ubi, quod nec ipse Papa 25
statuere potest, quod credatur testi sinè jura-
mento *Mascard. de probat. quæst. 5. num. 78.*, ubi,
quod Cardinalis attestationi defertur absque jù- 26
ramento; tum etiam quia prædictus Testis af-
firmat, operâ Francisci Benasi Notarii publi-
cum locationis celebratum fuisse instrumentum, 27
quod tamen cùm numquam à dicti Locis Piis
fuerit exhibitum, ut alioquin facillimè exhibe-
ri potuisset, dicendum proculdubio est, vel ta-
le Instrumentum non convenire quantitati affi-
ctuum, de quibus Testis prædictus deposuit, vel
numquam confectum fuisse, ex notatis apud
*Peregr. de Instrum. edit. tit. 7. resol. 2. num. 38.,
Tancbredin. consult. 105. num. 39., Rota in Ave-
nionen. successionis 14. Junii 1709. §. Inflamma-
tur coram Falconerio, in Tarentina Immissionis
17. Martii 1710. §. Accedit coram R.P.D. Lan-
cetta, & in Verulana Donationis 27. Junii 1712.
§. Præter argumenta in fin. coram R. P. D.
Crispo.*

Nullumque negotium facessit publicum In-
strumentum Affictus concessi D. Joanni Poccio
ad triennium incohandum à die 15. Octobris
1703. prò annua responsione scutorum 301. 80.
Illud enim probat quidem, quid Societas Confa-
lonis, & Hospitale perceperint, sed per unius dù-
taxat anni spatium, à mense videlicet Octobris
1703. usque ad eumdem mensem anni 1704.,
quo tempore ejectis à possessione dictis Locis
Piis, illam adepta fuit Anna Victoria Orphi-
na, cui Poccius conductor duorum sequentium
annorum pensionem persolvit. Quamobrem ex
his omnibus patet, quod adminicula, & pro-
bationes à Locis Piis hactenus allatæ ad confir-
mandam veritatem notularum juratarum nul-
lum robur habent, nullam fidem merentur, ut-
potèquæ partim erroneæ sunt, ac mendaces, 28
ità quidem, ut detrahant potiùs, quàm conci-
lient fidem prædictis notulis, partim informes,
& imperfectæ, partim denique gravissimâ su-
spicione adeò perstringuntur, ut suffragari mi-
nimè possint, tametsi omnes simul jungantur 29
*Bald. in leg. Spadonem §. Si Civitatis ff. de excu-
sat. Tutor., Alexand. cons. 180. num. 6. lib. 2. &
cons. 93. num. 12. lib. 6., Dec. cons. 133. num. 4.
vers. Primò quia, Mantic. decis. 307. num. 11.,
Coccin. decis. 2342. num. 58., Carill. decis. 136.
num. 14., Rota in rec. decis. 8. num. 29. part. 12.,*

decis. 31. num. 15., & decis. 194. num. 31. parte 18.

Supereſt nunc examinanda quædam ſententia, in qua Decretum A.C. fundatum ſupponitur eo ſub obtentu, quod illius vigore in dubium revocari ampliùs non poſſit veritas præfatarum notularum; Cum enim Societas Confalonis, quæ anno 1704., petente Annâ Victoriâ Orphinâ, notulam juratam fructuum perceptorum produxerat, & ab eadem Anna Victoria expulſa fuerat è poſſeſſione Tenutæ *di Formicone*, biennio poſt adversùs eamdem coram A. C. egerit prò nova obtinenda aſſociatione prætextu crediti novorum fructuum, Judex, imputatis in ſatisfactionem Societatis Confalonis ſcutis *46. 99.*, quorum ipſa ex tenore notulæ juratæ per eam exhibitæ debitrix apparebat nomine fructuum plus debito perceptorum, imputatiſque etiam quibuſdam aliis ſummis in cedula ſententiæ deſcriptis, & ſpectato depoſito ſcutorum 28. 81. ab Anna Victoria favore dictæ Societatis facto, definitivâ ſententiâ declaravit, creditum ejuſdem Societatis extinctum, exolutumque remanſiſſe uſque ad diem 27. Januarii 1706., quæ porrò ſententia tamquam lata
30 ſuper ſtatu, ac cum legitima contradictrice, ab eaque acceptata tribuere exadverſo dicitur maximam auctoritatem notulæ juratæ per Societatem exhibitæ, & nocere etiam debere DD. fratribus de Orphinis quamtumvis non citatis.

Vernmtamen, ſi res attentiùs expendatur, talis ſententia tanti roboris eſſe non videtur, ut à priori opinione valeat dimovere: aut enim illa conſideratur principaliter uti judicatum, quod tamquam cum legitimo Contradictore prolatum afficere poſſit omnes quoſcumque intereſſe habentes; aut conſideratur tamquam efficax, ac validum adminiculum, quo veritas notularum juratarum coadjuvetur, ſi ſermo ſit de prima ſpecie, cum DD. Alexander, & Carolus Maria de Orphinis independenter ab Anna Victoria haberent dominium trium ex quatuor partibus Tenutæ *di Formicone*, ac prò recuperanda poſſeſſione jam judicium adversùs dictam Annam Victoriam inſtituiſſent, in dubium venire nequit, quin fratres prædicti non coæquale dumtaxat, ſed majus etiam intereſſe
31 in Cauſa haberent, in quibus terminis non regula, ſed limitatio juſtum locum ſibi vindicat, quod nempè ſententia inter alios lata, aliis nocere nequit, tametſi agatur de cauſa ſtatus, & lata fuerit cum legitimo Contradictore, *ad Text. in leg. ſæpè conſtitutum §. Cur autem ff. de re judicat., leg. 2. Cod. quib. reſ. judic. non noc., ibique Cyn. col. 1. in fin. Bald. num. 5. verſ. ſecùs autem inter compares, Salycet. ſub num. 2. verſ. & hoc, Peregrin. de fideicommiſſ. art. ult. num. 44., Rota coram Seraphin. decis. 1241. num. 1., coram Dunoz. jun. decis. 304. num. 2., benè Rota coram Bich. decis. 550. nu. 1. 3. & 4., & optimè ad ornat. clar. mem. Card. de Luca de dot. decis. 37. num. 14.* Et jure quidem, meritòque, nam, ut ſententia
32 contra unum lata afficiat alium, requiritur identitas rei, Perſonarum, & cauſæ, quarum una ſi deficiat, ex ſimili ſententia, utpotè ſtri- 33
ctè interpretanda reſpectu Perſonæ, & rei, ſuper qua lata eſt, exceptio nulla præberi poteſt 34
reſpectu alterius, ut inquit *Paulus Juriſconſultus in leg. cum quæritur 12. cum duobus ſeqq. ff. de except. rei judic., Scacc. de ſent., & re judic. gloſſ. 14. quæſt. 12. num. 1., Creſp. de Valdaur. obſerv. 88. num. 5. & ſeqq., latè Altimar. de nullit. tom. 1. rubr. 6. quæſt. 10. num. 13., & ſeqq., Bonden. colluct. legal. 4. num. 59. lib. 2., Rota in rec. decis. 130. num. 33. part. 16., coram Emerix jun. decis. 1182., & 1225. utrobique num. 1., & ad ornat. Card. de Luca de fideicomm. decis. 73. num. 16., & decis 81. num. 4.*

Si verò eadem ſententia accipiatur tamquam adminiculum, hoc quidem urgere forſan poſ-
ſet in caſu, quo ex parte DD. fratrum de Or- 35
phinis nihil afferretur, quo tale adminiculum elidi, ac debilitari poſſet; At verò, cum iidem DD. fratres optimis rationibus oſtendere vide-
antur integram controverſi cenſus ſatisfactio- 36
nem, nulla ratio haberi poteſt prædicti admini-
culi, cum, cenſu extincto, nulli ampliùs fru- 37
ctus debeantur, ad *Text. in leg. Debitor. ff. de Uſur., leg. ſi per te, & leg. ſi Creditori Cod. eodem, Rodriqu. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 16. nu. 7. & ſeq., Cenc. de cenſib. quæſt. 119. num. 3., Felicion. eodem tract. tom. 1. lib. 4. cap. 1. nu. 11. verſ. Verum, Card. de Luca eodem pariter tract. diſc. 25. num. 1. verſ. ex eo fundamento, Rota coram Emerix jun. decis. 21. num. 2., & decis. 456. nu. 1., in rec. decis. 599. num. 3. part. 18., in Romana Salviani ſuper cenſu 13. Decembris 1706. §. Fit ratio coram Scotta, & in Interamnen. Spolii 15. Junii 1711. §. Augetur coram R. P. D. Aldrovando, & in Romona Salviani 19. Februarii 1712. §. Et hoc ſuppoſito coram Anſaldo.* Quæ ſanè cenſus extinctio non ſolùm facto hominis,
verùm etiam miniſterio Legis inducitur, quo- 38
ties Creditor ex Bonis ſui Debitoris fructus ma-
jores ſuo credito percipit, tunc enim quod ex- 39
cedit, ſtatim abſque ulla Debitoris oppoſitione, ac declaratione imputare tenetur in ſortem, ut
ea proportionabiliter diminuatur, atque exte- 40
nuetur, *ad Text. in leg. 1. Cod. de diſtract. Pignor.* ibi = *Ipſo jure* = *leg. 1. Cod. de Pignorat. action., Bartol. in §. Retinendæ Inſtitut. tit. de Jurejur., Butr. in cap. Paſtoralis num. 18. de cauſ. poſſeſſ., Neguſon. de Pignorib. membr. 1. part. 8. num. 7., Scappucc. de Salvian. lib. 3. quæſt. 13. col. 3. in fin., Merlin. de Pignor. lib. 5. quæſt. 45. num. 1. & ſeqq., Fantanell. decis. 208. num. 13. & 209. per tot., Carocc. decis. 21. num. 41., Pacif. de Salvian. Interd. inſpect. 1. cap. 1. num. 24., Rota poſt eumdem decis. 2. num. 1., & decis. 3. num. 3., in rec. decis. 172. num. 8. part. 5., decis. 501. num. 1. part. 18., in Romana Salviani 23. Martii 1705. in princip. coram Anſaldo, & in altera Romana Salviani 19. Februarii 1712. §. Cumque uti dicetur coram eodem.* Imò verò in ratione fructuum ineunda non calculantur fructus dumta-
xat percepti, ſed & illi, qui ex re poſſeſſa per- 41
cipi potuerunt, juxtà *Text. in leg. 2. Cod. de pignorat. action.* ibi = *Creditor, qui prædium pigno-*

ri

ri uexum detinuit, fructus, quos percepit, vel
percipere debuit, in rationem exonerandi debiti
computare necesse habet = Mantic. de tacit. lib. 10.
tit. 8. num. 3. & 6., Merlin. de Pignor. lib. 5. tit.
1. quæst. 45. num. 1., Negusan. eodem tract. part.
5. membr. 5. num. 1., Altograd. jun. contr. 86. nu.
35., Pacif. de Salvian. Interd. inspect. 4. cap. 1.
num. 155., Amat. var. resol. cap. 21. num. 2., &
seqq., Rota in Romana Salviani 27. Januarii
1712. §. In præterita coram Falconerio.
Porrò cum in nostra hypothesi dubitari ne-
42 queat de perceptione fructuum in genere, quæ
ex ipsa possessione resultat, ut ait *Rota coram*
Seraphin. decis. 1245. num. 6., coram san. mem.
Gregor. XV. decis. 50., & coram Duran. decis.
307. utrobique num. 2., liquidatio utpotè diffici-
43 lis probationis, teste *Bartol. in leg. 2. Cod. de Pi-*
gnor. act., & Bald. cons. 323. num. 4. vers. quartò
dico lib. 2., committenda est prudenti arbitrio
44 Judicis. *Bald. in leg. 1. num. 22. Cod. de fruct.,*
& lit. expens., & in dicto cons. 313. nu. 4., Natt.
cons. 510. num. 7., Surd. cons. 293. num. 31. propè
45 *fin.*, qui solet, ac debet leviores admittere
probationes. *Bald. dicto cons. 323. num. 5. lib. 2.,*
Rota in rec. decis. 139. num. 3. part. 4., decis. 223.
num. 5., & 6. part. 51., coram Duran. decis. 307.,
& coram Emerix jun. decis. 17. utrobique num. 4.,
& in Senogallien. Bonorum super fructibus 24.
Martii 5710. §. Quò verò ad quantitatem coram
Ansaldo.
In nostra hypothesi non leves, sed validæ,
efficacesque concurrunt conjecturæ, ex quibus
factà fructuum liquidatione, perspicuum fit,
Partem adversam integrum creditum conse-
quutam fuisse, ut enim patet ex notulis juratis,
de quibus *in nostro Summ. num. 1., & 2.*, anno
5682. Societas Confalonis, & Hospitale immis-
sa fuerunt in possessionem controversæ Tenutæ,
quæ locata reperiebatur Felici Piccarillo ad
triennium prò annua responsione scutorum 244.,
anno autem 1704. ipsamet Loca Pia eamdem
Tenutam pariter ad triennium concesserunt
D. Francisco Poccio pro annuis scutis 301. 80.,
anno 1707. D. Abbas Arnò, cui dictam Tenu-
tam Anna Victoria Orphina donaverat, illam
locavit ad triennium prò annuis scutis 272. D. Jo-
sepho Pagliaccio, qui prò eadem summa eam
iterùm conduxit ad aliud triennium; & deni-
que Societas Misericordiæ, quæ ad Tenutam,
de qua agitur, immissionem obtinuit, anno su-
periore, affixis Bannimentis, & accensâ can-
dela in concursu plurium Licitatorum affictum
triennalem celebravit cum D. Jo. Baptista Toz-
zio pro annuis scutis 296.; quapropter, cum sivè
adeptæ, sivè dimissæ possessionis, ac successi-
46 vum etiam tempus spectetur, certa sit quanti-
tas fructuum, certique sint affictus, ex his cer-
tè desumi potest quantitas fructuum medii tem-
poris, & elici certitudo affictuum intermedio-
rum, ut optimè advertit *Balducc. ad Ramon.*
cons. 50. num. 64., Rota decis. 61. in fine part. 2.
diversf., in rec. decis. 481. num. 5. part. 3., coram
Duran. decis. 307. num. 4., coram san. mem. Ale-
xand. VIII. decis. 128. num. 3., coram Arguell.
decis. 113. num. 22., coram Bich. decis. 456. n. 2.,
& coram Emerix jun. decis. 57. num. 3., ex qui-
bus proindè, ut calculanti patet, & liquet ex
folio separatim dato, non solùm extinctus re-
manet census, sed ingens etiam superest reli-
quatus, sivè intermedii affictus referantur ad
annuam quantitatem scutorum 301. 80., vel ad
summam scut. 272., vel denique ad illam scu-
torum 296., prò quibus summis, & antè ca-
ptam, & post dimissam possessionem contro-
versa Tenuta locata fuit.
Augeturque vis, & efficacia hujusmodi argu-
menti, si animadvertatur, quod quantitas fru- 47
ctuum mox constabilita, quæ medio tempore
percipi potuisset, consonat cum moderna taxa
legali; cum enim valor dictæ Tenutæ ascendat
ad scuta 8000., prout constat ex illius æstima-
tionibus, tempore non suspecto celebratis, *Ro-* 48
ta in Fanen. census super compensatione 27. Ja-
nuarii 1752. §. Corruere post med. coram Illmo
Scotto, & juxta dictam modernam taxam fru- 49
ctus stabilium calculentur ad rationem scuto-
rum quatuor prò centenario, *Rota in Romana*
Societatis officii 3. Junii 1709. §. Frequens coram
Ansaldo, in Romana Emphyteusis super fructibus
26. Junii 1709. §. Nec hujusmodi coram Emo Card.
Polignac, in Fanen. manutentionis, seù reintegra-
tionis super datione in solutum quoad fructus 29.
Januarii 1712. §. Quantum coram Aldrovando,
& in Fanen. reintegrationis super deliberatione
quoad reservata 6. Maii 1712. §. Quo verò coram
eod., ità quidem, ut qui majores fructus perce- 50
ptos fuisse contendit, id concludenter probare
teneatur, ex firmatis per *Rotam decis. 70. num. 2.*
part. 55., & decis. 227. n. 26. part. 17. rec., in
Reatina spolii super fructibus 11. Martii 1709.
§. Hoc posito coram Aldrovando, in Fanen. rein-
tegrationis super fructibus 2. Martii 1711. §. Quo
ad secundam coram Priolo, & in d. Fanen. manu-
tentionis, seu reintegrationis super datione in so-
lutum quoad fructus 29. Januarii 1712. §. Quan-
tum in fine coram Aldrovando; annui fructus,
quos controversa Tenuta ex juris præsumptione
protulisse censenda est, constant annuam quan-
titatem scutorum 320.
Neque verò quantitas isthæc fructuum confir-
mata antecedenti, & subsequentibus locationi-
bus, & validissimà taxæ legalis præsumptione
coadjuvata, elidi potest dicto plurium testium
deponentium, quod triennales omnes affictus
celebrati semper fuerint prævià affixione banni-
mentorum, & accensione candelæ, ideoque, cum
prædicta Loca Pia sese gesserint tamquàm dili-
gentissimus Paterfamilias, condemnari solùm 51
debeant ad fructus perceptos, at non etiam ad
illos, qui percipi potuissent. Ab hujusmodi
namque objectione facilè nos expedire possu-
mus, dicendo, quod fides dd. Testium est in- 52
formis, ac lite pendente emendicata, nullum-
que proindè probationis gradum facere potest,
ex auctoritatibus supra allegatis. Nec prædicti
Testes formali examini subjici merentur; nam 53
quæ fides habenda est, quæ auctoritas tribuen-
da dicto eorum Testium, tametsi formiter fue- 54
rint

rint repetiti, qui ad proprium dumtaxat commodum deponunt.

Enim verò tales sunt illi, de quibus agimus, qui tamquam boni Confratres utriusque Loci Pii, sed suis tamen magis, quàm Confalonis, & Hospitalis rebus consulere cupientes, per septem triennia controversam Tenutam, nullo confecto instrumento, sed clandestinis, occultisque conventionibus inter se locarunt, ac respectivè conduxerunt, ità quidem, ut ferè in orbem ierit, ne, si uni semper tota contigisset utilitas, alii occasionem conquerendi, reique detegendæ arripuissent. Quamobrem credat, qui credere potest, rem candidè, ac sincerè fuisse gestam, affixa bannimenta, accensam
55 candelam. Profectò omissa instrumenti celebratio in re tam magni momenti, & secreta, ac clandestina pacta maximam doli, ac malæ
56 fidei suspicionem injiciunt, & optimè declarant, nec bannimenta affixa, nec accensam candelam extitisse, ut benè animadvertit *Rota decis. 140. num. 6. post 2. volum. cons. Farinacc., & decis. 22. num. 9. post Salgad. in labyr. credit., & in Romana Tenutæ Campi Salini super translatione 1. Julii 1712. §. Verum tamen in fine coram Scotto.*

Id quod etiam evidens, & apertum redditur ex facto postea subsequuto, cum enim die 29. Maii 1704. Officiales dictorum Locorum Piorum ad bonam mentem redeuntes affigi Edicta, & accendi candelam curaverint, prout ex Juris
57 dispositione omninò tenebantur, ut, aliis relatis, firmat *Rota in Romana Tenutæ Campi Salini 1. Julii 1712. §. Præcipuè coram Scotto*, tot convenerunt Licitatores, ut Franciscus Poccius obtulerit scuta 301. 80., cui proindè uti ultimo, ac majori oblatori controversa Tenuta locata fuit. Nec absimile est exemplum desumptum ex postrema locatione celebrata cum Joanne Baptista Tozzio, qui, præviis bannimentis, accensàque candelâ, dictam Tenutam conduxit scutis annuis 296. si igitur, quoties servatæ fue-
58 runt debitæ solemnitates, Tenuta locata fuit pensione taxam legalem ferè adæquante, ex hoc veluti ex necessario antecedenti sequitur, in aliis locationibus necessarias solemnitates fuisse
59 omissas, idque eâ mente, eoque consilio, ne ex Confratrum manibus extraneus quispiam, justâ oblatâ pensione, Tenutam avelleret. In quibus circumstantiis cum nemo non videat, nullo prorsùs numero habendam esse fidem præfatorum Testium, eò res redit, ut juxtà su-
60 perioribus locis firmata, vel attendendæ sint antecedentes, & subsequentes locationes, vel
61 sequenda omninò sit nova taxa legalis, prout illam, non curatis depositionibus inter se contrariis, & discrepantibus, sequitur *Rota coram Emerix jun. decis. 887. num. 15. & seq., in Romana, seù Farfen. reintegrationis super fructibus 2. Decembris 1701. §. Non denique coram Card. de la Tremoille, & in Fanen. reintegrationis super fructibus 2. Martii 1711. §. Quo verò coram Priolo*. Præsertim verò in casu nostro, in quo
62 illi maximam comparant auctoritatem, maximamque fidem conciliant prædictæ locationes, ut in præcisis terminis liquidationis fructuum desumptæ ex taxa legali locationis adminiculo coadjuvata, firmat *Rota coram bon. mem. Emerix jun. decis. 17. num. 5.*

Hæc igitur cum ità se habeant, pluribusque non levibus argumentis constabilita videri possit liquidatio fructuum temporis intermedii, ab anno videlicet 1682. usque ad annum 1703. recollectorum, satis labefactatum, imò verò penitùs sublatum meo quidem judicio remanet adminiculum illud, quod præbere posset sententia inter personas prorsùs diversas, ac legitimè non defensas edita. Verumtamen, licèt ex hactenus expensis potiora mihi videantur esse jura DD. Fratrum de Orphiois; nihilominùs tamen non mirarer, si alii me sapientiores in contrariam abirent sententiam, prout frequenter contingit in tractationibus, qualis est ista, merè conjecturalibus.

Avenionen.

Dos constituta cum expressâ declaratione, quod in legitimam imputetur, an ad Patrem dotantem debeat nec ne reverti, ex ipsius dotis qualitate statuendum est, si nempè adventitia, vel profectitia fuerit. Dos ex quibus *profectitia* potiùs dicenda sit, ita ut ejus dominium non censeatur jure legitimæ in filiam translatum. Ex sola autem dicta declaratione argui nequit, adventitiam ejusmodi dotem fuisse, statimque legitimæ naturam potuisse assumere. Dotis reversioni quando non censeatur renunciasse Pater, qui neglexit illam repetere, soluto per obitum Generi Matrimonio.

VOTUM XXX.

1 *Dos filiæ à Patre constituta cum expressa declaratione, ut ea in legitimam imputetur, in dominium filiæ irrevocabiliter transfertur*, & num. 7.
2 *Et Patri jus reversionis ob ejusmodi declarationem adimitur.*
3 *Dotis reversioni renunciasse censetur Pater, si eam sibi post obitum Generi nedum non curavit restitui, sed insuper consensit, ut secundò nubens eamdem sibi dotem filia constitueret.*
4 *Dotem si Vir se obligavit ejus Uxori restituere, Patre istius consentiente, censetur Pater quodlibet jus super dicta dote remisisse.*
5 *Licèt in ejus obligatione Vir superaddiderit clausulam =* cui de jure =, *& ratio num.6.*
6 *Ob clausulam =* cui de jure = *in instrumenta dotali superadditam præposterari nequit ordo restitutionis dotis in eo primùm ad Mulieris favorem præscriptus.*
7 *Dos legitimæ loco constituta, si ad Patrem dotantem fuerit reversa, eam heredes filiæ ab hereditate Dotantis possunt repetere.*
8 *Ac etiam ipsius dotis fructus* num. 9.

9 Ex

9 *Ex dote loco legitimæ constituta fructus debentur.*

10 *Dos filiæ constituta an, soluto per obitum Viri Matrimonio, ad Patrem dotantem debeat reverti, vel potius ad filiam spectare, ex quibus dignoscendum sit?*

11 *Dotis adventitiæ dominium, Mulieri irrevocabiliter quæritur.*

12 *Nec ad Patrem dotantem revertitur, sive per ipsius Mulieris, sive per Viri mortem Matrimonium dissolvatur.*

13 *Dos profectitia, dissoluto Matrimonio per mortem Viri, ad Patrem dotantem revertitur.*

14 *Procedit, licèt liberi supersint*, & num. 17.
Et quid, si per mortem filiæ dissolvatur? n.16., & 18.

15 *Dos profectitia, soluto Matrimonio, ad Patrem ex Martiniana consuetudine non revertitur, quando supersunt liberi.*

16 *Intellige, eam consuetudinem attendi, quoties Matrimonium dissolvitur per Uxoris, non etiam per Viri obitum.*

18 *Declara id tamen, ut procedat eo dumtaxat casu, quo Uxor decedat, Viro superstite.*

19 *Dos filiæ à Patre constituta præsumitur profectitia, non verò adventitia, & ratio* n.20., & 21.

20 *Dos adventitia speciem donationis præsefert.*

21 *Quæ in dubia respectu Patris non præsumitur*, & num. 24.

22 *Dotem filiæ constituens Pater, censetur id egisse animo potius paternum adimplendi officium, quàm donandi.*

23 *Dos a Patre constituta quod adventitia potiùs fuerit, quàm profectitia, conjecturis, & argumentis probandum est.*

25 *Filii non debent inferioris esse conditionis, quàm Nepotes ex fœmina.*

26 *Filii magis dilecti præsumuntur, quàm Nepotes ex fœmina.*

27 *De istis enim Avus regulariter non curat.*

28 *Dos profectitia censenda est, si Pater declaravit, se dotem profectitiam constituere.*

29 *Dos an profectitia, vel adventitia fuerit, Patris dotantis est declarare.*

30 *Etiam ex intervallo.*

31 *Intellige, cum fraudis, aut collusionis abest suspicio, & de actu agitur ambiguo.*

32 *Declarans non disponit, sed quid fuerit in dispositione, aperit.*

33 *Dos, ubi quæritur, an profectitia, vel adventitia fuerit, talis præsumitur, qualis à Patre constituente, etiam ex intervallo, declarata fuerit.*

34 *Præsertim, si cum juramento.*

35 *Et maximè, si in testamento similem iterarit declarationem.*

36 *Voluntas Agentium facto meliùs, quàm verbis explicatur, & ratio* num.37.

37 *Facta effectum ipsum ostendunt, verba verò aliquando excidunt contra, vel præter voluntatem Proferentis.*

38 *Dos fuisse profectitia censenda est, si Pater dotans, eam, soluto matrimonio, sibi curavit restitui.*

39 *Dos cum velit contra Patrem repeti, tamquam indebitè ad eam reversa, debet probari, & quod esset indebita illius restitutio, quodque per errorem facta fuerit.*

40 *Dos ex sola Patris dotantis declaratione de illa in legitimam imputanda, non censetur adventitia.*

41 *Nec legitimæ solutio ob eam declarationem præventa reputatur*, & num. 59.

42 *Dotem Pater constituens cum declaratione illius in Legitimam imputandæ intellexisse censetur, dotem esse in legitimam compensandam, quatenus filia prædecederet*, & num.60.

Præsertim, si talis compensatio ab eo non filiæ dumtaxat, sed etiam nepotibus fuerit injuncta, num.44., *& ratio* num. 45.

43 *Dos a Patre constituta cum declaratione illius in Legitimam imputandæ, potest censeri Legitimæ locum sortita, si filia omnibus renunciavit juribus sibi pro legitima competentibus.*

45 *Dotem loco Legitimæ constitutam nepotes non jure legitimæ ex bonis Avi consequuntur, sed jure Matris hereditario.*

46 *Dotis reversioni quod à Patre fuerit renunciatum, non satis colligitur ex neglecta illius consecutione post obitum Generi.*

Præsertim quando, statim elapso viduitatis anno, secundum contrahitur matrimonium, ibid., & ratio nu n.48.

47 *Dos à Patre dotante nequit repeti, nisi elapso viduitatis anno.*

49 *Dotis reversioni ut renunciasse censeatur Pater ob ejus neglectam repetitionem post obitum Generi, Longa requiritur ejusdem Patris taciturnitas, quodque contrariam voluntatem nunquam declararit.*

50 *Dotis neglecta à Patre post obitum Generi repetitio, dum necessaria urgebat caussa iterum dotandi filiam, ad hanc caussam, non verò ad voluntariam referenda est.*

51 *Dotem se obligans Vir ejus Uxori restituere, ipsius Patre consentiente, si clausulam superaddidit*=vel cui de jure=, *non censetur Pater reversionis jus super dicta dote remisisse.*

52 *Immo præservatum illud intelligitur.*

53 *Dotis restitutio eo modo conventa intelligitur, quo de jure debet fieri.*

54 *Dotis restitutio pro omnibus, quorum interest, stipulata, solum Patri dotanti facienda est.*

55 *Si huic præsertim filia prædecesserit.*

56 Decisio 7.num.6. de Dot., & Decisio 35. de Testam.in Mantiss. ad ornat. Card. de Luc. *declarantur.*

57 *Dos, ejus reversione a Patre acceptatâ, de ipsius patrimonio efficitur*. & num. 63.

58 *Nepotes ex filia debent ex Avi hereditate vel dotem maternam, vel successionem, aut saltem legitimam consequi*, & num.64.

61 *Legitima, vivente adhuc Patre, non debetur.*

62 *Dos,*

62 *Dos, Patre vivente, nequit nisi tamquam dos considerari.*

63 *Dos ad Patrem dotantem reversa desinit esse dos.*

PETRUS nuptui tradidit Annam Mariam filiam, constitutâ eidem dote in quantitate septemdecim millium librarum, quam expresśè declaravit imputari velle in legimam debitam tàm filiæ, quàm nepotibus, si contigisset, illam sibi præmori, hanc dotem Spiritus sponsus in instrumento matrimoniali restituere promisit dictæ Annæ Mariæ, aut alteri; cui de Jure, Notario stipulante prò omnibus, quorum interest.

Dissoluto matrimonio per obitum Spiritus sequutum die 13. mensis Januarii anni *1695.*, superstitibus tamen communibus Liberis, Anna Maria die 14. ejusdem mensis sequentis anni, & sic immediatè post completum annum luctus, transivit ad secunda vota cum Balthassare Francisco; constituendo sibi eamdem dotem librarum septemdecim millium, præsente, auctoritatemque suam præstante Patre, atque repetitis eisdem pactis adpositis constitutioni dotis factæ in primo matrimonio, videlicet imputationis in legitimam debitam tàm dictæ Annæ Mariæ. quàm ejus filiis, & cum obligatione, si Virum prædecedere contingeret, illam restituendi prædictæ ejus Uxori, aut alteri, cui de jure.

Balthassar etiam secundus vir prædecessit Annæ Mariæ, relictis liberis, quamobrem Petrus ipsius Pater secundo etiam filiæ Viro superstes egit adversùs hujus heredes prò restitutione dotis tamquam profectitiæ ad ipsum reversæ, & in hanc causam à Tutrice nepotum exegit quantitatem librarum sex mille.

Prædefunctâ interim Annâ Mariâ, idem Petrus, solemni declaratione factâ in publico instrumento, & jurisjurandi religione confirmata, acceptans reversionem dotis ad ipsum factam, declaravit, eamdem unitam, atque consolidatam censendam esse cum reliquis suis bonis ad effectum de illa disponendi tamquam de re pleno jure ad ipsum pertinente, ideòque sibi reservavit facultatem prosequendi recuperationem residui dotis jam cœptam.

Tandem Petrus moriens in supremis Tabulis ita disposuit = *Item dictus Testator, attento quod dos constituta Annæ Mariæ ejus filiæ prædefunctæ Uxori in primis nuptiis Spiritus, & in secundis Balthassaris Francisci ad eum Petrum Testatorem reversa est per prædecessum Balthassaris Francisci eidem Annæ Mariæ, & quod in consequentiam dictæ reversionis, à qua recedere non intendit per quemlibet actum factum, aut faciendum, tenetur relinquere jus legitimæ dictis filiis ex filia prædefuncta nepotibus, ideò dictus Testator prædictis suis nepotibus jure institutionis reliquit summam in totum decemmillium librarum, firmo remanente dicto jure reversionis, & non aliàs, & casu, quo contra intentionem Testatoris dicta dos ad eum reversa non esset, & ad dictos suos ex filia prædefuncta nepotes pertineret, dictus Petrus Testator declarando de novo, & in quantum opus sit, velle dictam dotem per eum filiæ constitutam esse semper imputandam in legitimam dictorum nepotum, legavit, & legat, & jure institutionis particularis reliquit eisdem nepotibus, & cuilibet ipsorum summam unius scuti, & cum his voluit nihil aliud ipsos habere, & prætendere posse super bonis, & hereditate Testatoris tàm jure legitimæ, supplementi, & fructuum illius, quàm quibusvis aliis de causis.* =

Nepotes, eorumque nomine Tutrix venientes contrà Avi judicium contendunt, dotem in dicta quantitate librarum septemdecim millium constitutam ipsorum matri, irrevocabiliter transivisse in ejus dominium, ideòque nullo unquam tempore ad Dotantem reverti potuisse, eumdemque nequivisse minuendo filiæ patrimonium jure institutionis, & in causam legitimæ debitæ Nepotibus in bonis Avi illis relinquere libras decem mille dumtaxat, prohibendo eisdem legitimæ supplementum, & fructus ex ea causa debitos, quamobrem petunt restitutionem librarum sex millium à Tutrice Dotanti restitutarum, intentionem autem suam pluribus inniti censent fundamentis.

Primum est, quod d. dos expresśè à Patre
filiæ constituta reperitur in compensationem le- 1
gitimæ, in quam imputandam esse expresśè
declaravit, id autem efficit, ut dotis dominium irrevocabiliter transferatur in filiam, de
quâ ejus patrimonio fiat adempto Patri Jure
reversionis, sivè petendi dotis restitutionem, 2
ad tradita per *Castrens. cons. 312. num. 4. lib. 1.*,
*Ureeol. in appendic. ad num. 25. consult. 7. §. Item
non redit.*

Alterum est; quod Petrus Pater, sequuto
obitu primi Viri, nedum dotis illi traditæ re-
versionem non curavit, sed prætereà consen- 3
sit, ut filia secundò nubens sibi prò se, & suis
eamdem dotem secundo Viro constitueret, ut
benè in proposito observat *clar. me. Card. de
Luc. de Dot. disc. 31. num. 51.*

Quæ denique omnia fortiùs urgere dicebantur in casu nostro, quia in instrumento matrimoniali stipulato occasione utriusque matrimonii, Maritus, præsente, & consentiente Patre disertis viribus se obligavit dotem restituere Annæ Mariæ Sponsæ: quæ porrò stipulatio tanti va-
let, ut inducere dicatur remissionem cujuscum- 4
que juris, quod Patri super dote constitutâ competere posset, etiamsi superaddita fuerit clau-
sula *cui de Jure*; quia cum in actu faciendæ re- 5
stitutionis, maritus primo loco promiserit do-
tem restituere favore Sponsæ, ordo præscriptus 6
in ipso Instrumento dotali quoad modum faciendi restitutionem, nullo pacto præposterari debet, ut benè in proposito *Rota decis. 7. num. 16., & seq., in Mantiss. ad Card. de Luc. tit. de Dot., & priùs dictum fuerat in una Pisauren. hereditatis inter collectas ad ornat. ejusdem clar. me. Card. de Luc. tit. de Testam. decis. 35. num. 1., & seqq.*; cum itaque avus, soluto ma-
trimonio ob mortem Generi, jure reversionis re- 7
pe-

petere nequiret dotem irrevocabiliter transla-
tam in dominium filiæ, justâ ratione Nepotes re-
8 petunt partem illam indebitè ab Avo reteotam
una eum fructibus, qui deberi videntur ex dote
9 Inco legitimæ filiæ debitæ.

Quamquam verò hæc plurimùm urgere vi-
deantur pro excludenda dotis reversinne ad Pa-
trem dotantem, nihilominùs oon levia suppe-
tunt rationum momenta, quibus suaderi potest,
dissoluto matrimonio per mortem Viri, illam re-
versam fuisse ad Patrem dotaotem, qui proin-
de juvari debuit omnibus Juris effectibus ex tali
remissione promanantis, cum enim deeisio hu-
jus quæstionis, an dos, soluto matrimonio, rever-
10 tatur nee nè ad Patrem dotantem, vel potiùs
remaneat penes filiam, pendeat à statuenda il-
lius qualitate, num scilicet adventitia sit, vel
11 profectitia, si enim adventitia existat, eum
ejus dominium irrevocabiliter mulieri quæra-
12 tur, sivè per ipsius, sivè per Viri mortem ma-
trimonium dissolvatur, nunquam revertitur ad
Donantem, sed io mulieris Patrimonio remanet
*Rot. in Avenionen. fructuum dotis primà Junii
1699. coram meo Priolo, in Mantiss. ad ornat.
Card. de Luc. tit. de Dot. decis. 7. nu. 1., & seqq.*
13 si verò dotis profectitiæ naturam sortiatur, dis-
soluto matrimonio per mortem Viri, ad Pa-
trem dotantem reverteretur, cumque ejus Bo-
ois consnlidaretur ad *Text. in leg. dos à Patre
Cod. solut. matrim., Bartol. in leg. post dotem
num. 31. eodem tit., Barbos. ibidem num. 49., Rota
coram Seraphin. decis. 815. num. 3., coram Priol.
decis. 78. num. 1., in rec. decis. 708. num. 4. part. 1.,*
14 *& decis. 124. num. 3. part.* 4. etiamsi superessent
liberi, quia, licèt hoc casu ex consuetudine
15 profecta ab opinione Martini, dos, soluto ma-
trimonio, ad Patrem non revertatur, hæc ta-
16 men Martiniana consuetudo, locum sibi vindi-
cat, quando, superstitibus filiis, per Uxoris, non
etiam per Viri mortem, matrimnnium dissolvi-
17 tur; hoc enim secundo casu firma remanet di-
spositio Juris communis, dotem ad Patrem re-
verti præcipientis *Bartol. in leg. post dotem n. 31.
lit. E., Bald. in leg. Dos à Patre n. 1. Cod. solut.
matrim., Bosi. de Dot. cap. 3. num. 172. pag. 106.,
Card. de Luc. de Dot. disc. 31. num. 2., & seqq.,
disc. 154. n. 54., disc. 166. num. 6., & disc. 178.
n. 2., Urceolus consult. 7. n. 40., & seqq., Thesaur.
dec. 138. num. 1., & dec. 190. n. 13., Rota in rec.
decis. 108. n. 17. part. 4. tom. 2.*, quod procedit,
etiamsi, prædefuncto Marito, Uxor deindè
moriatur relictis filiis; adhuc enim dos ad Pa-
18 trem revertitur, vel reversa, apud eumdem re-
manet, eum neque hoc casu, locum sibi vin-
dicet opinio Martini, utpotè favens filiis eo
dumtaxat alio casu, quo mulier deeedat super-
vivente Viro *Urceol. consult. 7. num. 42., & seqq.*

Cum itaque in casu nostro dotis reversio pro-
hibita censeri nequeat vigore Martinianæ Con-
suetudinis in eo locum non habentis, inquiren-
dum erit, an ejusdem reversioni obstare fortè po-
tuerit natura dotis quasi in ipsa constitutione
adventitiæ qualitatem sortita fuerit; Verùm in
hoc puncto Patri favet regula Juris, juxta quam
dos] ab eo constituta filiæ, de Jure profectitia
præsumitur, nno autem adventitia, *Soccin. cons.* 19
*5. num. 16. lib. 4., Berous. cons. 190. num. 35. lib. 1.,
Mantic. de tacit. lib. 13. num. 7., & seq., Rot. de-
cis. 108. num. 20., & seqq. part. 4. tom. 2.*, ob eam
rationem, quod dos adventitia speciem præsefe- 20
rat donationis in dubio non præsumendæ respe-
ctu Patris, qui censendus est aoimo potius adim- 21
plendi paternum officium, quàm donandi pro- 22
priæ filiæ dotem constituisse, ut prosequitur
*clar. mem. Card. de Luc. de Dot. d. disc. 154. n. 42.,
& 49., Gratian. discept. 882. num. 4., Urceolus con-
sult. 7. num. 17., & seqq.*

Quamobrem, eum in iostrumeoto dotationis
non legatur, Patrem transferendo irrevocabili-
liter io filiam dotis dominium, illam adventi-
tiam, deque ejus patrimonio efficere voluisse, 23
qualitas isthæc probanda est præsumptionibus,
& argumeutis, quæ sufficiant prò hujusmodi 24
præsumptione Juris, quæ urget pro exclusione
qualitatis adveutitiæ raro præsumendæ, ad tra-
dita per *Rotam Florentinam apud Palmam decis.
141. num. 14.*, præsertim ob maximum illud ab-
surdum, quod sequeretur ex donatione in illa
contenta, cujus vigore eonditio nepotum ex fæ- 25
mina fieret longè melior conditione ipsorum-
met filiorum, aut nepotum ex eisdem, nam, si
Pater dictis filiis snlam legitimam relinqueret,
licèt erga hos ratione agnationis indubitata sit
major dilectio, nihilominùs non nisi legitimam 26
consequerentur, nepotes verò ex fæmina obti-
nerent æqualem legitimam, ac ulterius dotem
maternam contrà omnem rationem, ac verisimi-
lem voluntatem Avi, qui regulariter de illis eu- 27
rare non solet, ut benè ratiocinatur *clar. mem.
Car. de Luc. de Dot. d. disc. 154. sub num. 58.*

Eòque efficaciores istiusmodi conjecturas es-
se oportet in casu nostro, eò quod cum præsum-
ptione Juris concurrit expressa deelaratio Patris
protestantis, se dotem profectitiam, non adven- 28
titiam Filiæ constituere voluisse *Card. de Luc. de
Dot. d. disc. 154. num. 52., Rot. coram bon. mem.
Emerix Jun. decis. 213. num. 9., & 10.*, ubi dici-
tur, Patris esse declarare, an dos fuerit profe- 29
ctitia, vel adventitia; Parvique refert, dictas
declarationes factas fuisse ex intervallo, nam, 30
ut benè huic objecto oeeurrens, ait *Card. de Luc.
d. disc. 154. num. 52.*, quoties procul abest suspi-
cio fraudis, aut collusionis, & agitur de actu am- 31
biguo, admittitur etiam superveniens declara-
tio, ex regula, quà edocemur, Declarantem 32
non disponere, sed quid fuerit in dispositione,
aperire

Quæ porrò regula potiori Jure justum locum
sibi vindicat in casu nostro, quia Declaranti fa-
vet regula Juris disponens, aut præsumens id, 33
quod per declarationem patefit, atque etiam 34
quia declaratio facta legitur in instrumento Ju-
risjurandi religione munitout ponderat *Gratian.
discept. 297. n. 28.*, & denique, quia nedum repe-
tita apparet in testamento, quam reiterationem 35
plurimùm valere nos edocent notissimæ Juris
nostri regulæ, sed præterea qualitas profectitia
controversæ dotis confirmata fuit subsequuto fa-

36 cto, quo meliùs, quàm verbis explicatur vo-
luntas agentium Tabor. axiom. Juris lib. 4. cap.
7. num.1., cum facta effectum ipſum oſtendant,
37 verba verò aliquandò excidant contrà, vel præ-
ter voluntatem Proferentis Caſtill. contr. Jur.
lib.1. cap.2. num. 117., & ſeqq., ſequuto enim
obitu Franciſci Balthaſſaris ſecundi Viri Annæ
Mariæ, ejus Pater adversùs illius filios, & he-
redes egit prò dotis reſtitutione, & cum effectu
illam conſequutus fuit prò rata librarum ſex
millium, ideòque dubitari nequit, quin
38 tam ipſe Dotans, quàm Debitores dotis eam
profectitiam eſſe crediderint, ideòque ad effe-
ctum probandi adventitiam qualitatem dotis
jam reverſæ, ac reſtitutæ Dotanti, requireren-
tur ſuperlativæ illæ probationes, quæ à Jure
39 noſtro præſcriptæ ſunt in repetitione rei, ac
quantitatis indebitè ſolutæ Card. de Luca de
Credit. diſc.78. num.11., Rot. coram Merlin. de-
ciſ.26. num.1., & ſeqq., Rot. coram Priolo deciſ.
102. num.1.5., & 6., & in rec. deciſ.330. n. 10.
& 15. part.4. tom.2.

Hujus autem generis non ſunt præſumptio-
nes, & argumenta, quæ ſuperiùs in rationibus
dubitandi deducta ſuerunt, nam declaratio illa,
quâ Pater proteſtatus fuit velle, ut dos ab ipſo
filiæ tradita imputaretur in legitimam tàm illi,
quàm nepotibus ex ea naſcituris debitam efficere
40 nequit, dotem adventitiam cenſendam eſſe, ſim-
plex ſiquidem, ac ſola expreſſio imputandi dotem
41 in cauſam legitimæ non arguit certam Patris vo-
luntatem præveniendi illius ſolutionem, ſed ve-
riſimile eſt, talem aſſignationem feciſſe ſub con-
42 ditione illam compenſandi in legitimam, quate-
nus ipſe prædecederet filiæ, ut hunc caſum diſtio-
guendo ab alio, in quo cum iſta expreſſione im-
putationis dotis in cauſam legitimæ concurre-
ret etiam renunciatio filiæ declarantis dotem
43 recepiſſe prò omni, & toto eo, quod petere po-
terat prò legitima, aliiſque juribus Renuncianti
competentibus, tradit Rot. coram Priol. deciſ.77.
num.6., & ſeqq. uſque in fin., & in Mantiſſ. ad
ornat. clar. mem. Card. de Luc. tit. de Dot. deciſ.7.
num. 5., & ſeqq., & deciſ. 36. num. 7., & ſeqq.
44 tit. de credit. Certiùs verò id procedit, quando
talis imputatio injuncta fuit non filiæ dumta-
xat, ſed nepotibus etiam, ſi illam Patri præde-
cedere contigiſſet, ob eam rationem, quod, ſi
dos in actu conſtitutionis ſortita fuiſſet naturam
45 legitimæ, & dotis adventitiæ, nepotes, præmo-
riente matre, illam non caperent Jure legitimæ
debitæ ex bonis Avi, ſed eamdem immediate con-
ſequerentur jure hereditario matris, Card. de Luca
de Dot. diſc. 154. num. 60., Rot. corum Duran.
deciſ. 231. num.20., & ſeqq.

Minùs urget ſecunda ratio, quod nempe, ſo-
luto matrimonio per obitum primi Viri, ideo-
que facto loco reverſioni dotis, Pater illam
46 conſequi neglexerit, quia, ut obſervat idem
clar. me. Card. de Luc. diſc. 31. in ratione dubi-
tandi allegatus num. final., levis videtur hæc
conjectura, quando, ſtatim elapſo anno vidui-
47 tatis, in quo dos repeti non poterat, ad Text. in
leg. primu §. Exactio autem Cod. de rei Uxor.
action., contrahitur, ut evenit in caſu noſtro,
ſecundum matrimonium, tunc enim, cum præ-
ſumatur, Patrem, juxtà ſuum officium, atque 48
obligationem eamdem dotem ſecundo Viro tra-
dere voluiſſe, locus eſſe nequivit effectui repe-
titionis dotis; quamobrem, ut ex illius omiſ-
ſione induci poſſit præſumpta donatio ſubintel-
lecta in dote adventitia, requiritur longa Patris
dotantis taciturnitas, quodque idem vivens 49
contrariam voluntatem numquam declaraverit
Merlin. de legit. lib. 2. tit.2. quæſt.17. num. 12.,
Mangil. de imput. quæſt. 25. num. 17., & 19.,
alioquin actus iſte, qui ex duplici cauſa proce-
dere potuit, alterâ voluntariâ, alterâ verò neceſ-
ſariâ, potius quàm ad voluntariam, referendus
eſt ad neceſſariam, & actu urgentem cauſam, 50
iterum dotandi filiam clar. me. Card. de Luc. de
Dot. d. diſc.154. num. 42.

Poſtremò non officit, quod Maritus in rece-
ptione dotis, præſente patre, ſe obligaverit illam
reſtituere filiæ, quia cum immediatè ſubda- 51
tur, vel cui de Jure, ſublatâ, vigore iſtius
clauſulæ, quàvis præſumptâ donatione, præ- 52
ſervatum cenſetur quodcumque Jus Patris,
cum enim dari poſſet caſus, quod, mortuo Pa-
tre, dos profectitia reſtituenda eſſet filiæ, ſtipu-
latio intelligitur facta eo modo, quo Jus diſpo- 53
nit, & cujus diſpoſitioni contrahentes ſe con-
formare voluiſſe præſumuntur, Caſtrenſ. conſ.11.
num. 2. lib 1., Merlin. de legit. lib 2. tit.2. quæſt.
10. num. 20., Card. de Luc de Dot. diſc.31. nu.9.
diſc. 154. num.49., Rot. in rec. deciſ.708. num.1.
part.1., deciſ.124. num.5. part.4. tom.[illegible], deciſ.299.
num. ultim. part.6., Rot. coram Priol. d. deciſ.77.
num.11., in Avenionen. Legitimæ 9. Aprilis 1685.
§. Verum etiam coram Rmo D. Hervault Archie-
piſcopo Turonen., cum aliis apud Urceol. conſult.
forenſ. cap.7. num.7., & ſeqq. ajentem num.12.,
certiùs id procedere, quando, ut in caſu noſtro,
concurrit ſtipulatio Notarii prò omnibus, quo-
rum intereſt, quæ efficit, ut dotis reſtitutio 54
dicatur facienda ſoli Patri, cujus intererat, ut,
ſoluto matrimonio per obitum Generi, dos ipſi
viventi reſtitueretur, ac num.13., & in 2. appen- 55
dice ad d. cap.7. ſubdentem, conſiderandum eſ-
ſe caſum, in quo filia Patri prædeceſſerit, quæ
pariter circumſtantia concurrit in noſtro caſu.

Nec urgent auctoritates in ratione dubitandi
in contrarium allegatæ, quia in deciſ. 7. in Man-
tiſſ. ad Card. de Luca de Dote expreſſè ageba-
tur de dote, quæ in ipſa conſtitutione ſucceſ-
ſerat loco legitimæ, illiuſque naturam aſſum-
pſerat virtute correſpectivæ renunciationis à fi- 56
lia dotata factæ ſucceſſioni paternæ, atque ma-
ternæ, aliiſque juribus eidem competentibus,
prout etiam d. deciſio 36. in Mantiſſa ad tit. de
cred. loquitur de dote, quæ virtute Patrii ſtatuti
ſucceſſerat loco legitimæ, ideòque nil mirum,
ſi hoc caſu reſtitutio dotis præordinata primùm
fuit ad commodum filiæ, & deinde cujus de ju-
re, nam tamquam ſubrogata loco legitimæ, ir-
revocabiliter illius dominium ad filiam transla-
tum fuerat, quæ omnes circumſtantiæ deficiunt
in facto mihi communicato.

Hæc

Hæc igitur cum ita se habeant, & verius esse
videatur, dotem, de qua agitur, esse merè profe-
ctitiam, ideòque obnoxiam juri reversionis fa-
vore Patris, hinc sequitur præcipuus ille juris
57 effectus, quod nempè, acceptatâ ab eo reversio-
ne, imò ex parte expletâ per restitutionem li-
brarum sex millium, consolidata dici debeat
cum reliquo illius patrimonio, idemque, sicut
de ceteris bonis suis, ità etiam de dote reversa
disponere poterit, nepotes verò, licèt obstricti
videantur durâ illâ conditione, ut nihil ex dote
materna consequi valeant, nihilominus post Avi
obitum, si sint successibiles, portionem here-
ditatis in ejus bonis, vel si vigore statuti il-
los excludentis à successione repellantur, con-
58 sequi saltem poterunt legitimam, ejusque
supplementum, nam eisdem aut dos, aut suc-
cessio, aut saltem legitima debetur, ut in pro-
posito ratiocinatur *Urceol. d.consult. 7. n. 50., & seqq.*

Nilque obest, quod Pater dictam dotem con-
stitutam filiæ in quantitate librarum septem-
decim millium imputari voluerit in legitimam
illi, atque etiam nepotibus debitam, ideòque in
testamento minuere nequivisse videatur eam
quantitatem legitimæ, quam in vita assignasse
59 quodammodo visus est, quia, ut diximus in
§. Hujus autem generis non sunt, sola imputatio
in legitimam a Patre volita, non impedit re-
versionem dotis, cum non probet, illum in vita
prævenire voluisse legitimæ solutionem, sed ex
60 tali declaratione infertur dumtaxat, quod ta-
lem dotis assignationem fecerit sub conditione
illam compensandi in legitimam, quatenus ipse
61 filiæ prædecederet, ideoque, sicuti similis
declaratio non impedit reversionem, ideò-
que, ipso vivente, legitima non debetur, ita
62 etiam dos considerari nequit, nisi tamquam
dos, ut ratiocinatur *Rot. d. decis. 7. sub num.* 8.
vers. quandoquidem, aliique allegati in d. *§. Hu-
jus autem generis*, ac per consequens ob præde-
cessum Viri reversà dote ad Patrem, eidemque
prædefunctà etiam filiâ, nepotibus sublata fuit
63 quælibet actio prò dote materna, quæ ob re-
versionem ad Avum dotantem, & consolidatio-
nem factam cum ejus substantia desierat esse
dos, & tamquam deficiente subjecto, deficere
etiam dicebatur evidentia quantitatis, ceteræ-
que qualitates, quæ illi adnexæ erant, ac proin-
de eisdem reliquum est jus dumtaxat consequen-
di legitimam ex bonis Avi.

Romana Usufructus.

Usufructus Bonorum adventitiorum competit Patri, & proprietas Filio. Usufructus Bonorum adventitiorum num a Testatore debeat expresè, vel potius queat tacitè Patri prohiberi? Ex quibus conjecturis colligatur tacita prohibitio Usufructus, vel non?

VOTUM XXXI.

1 *Pater usumfructum adquirit ex bonis adventitiis Filii.*
2 *Filius dominium habet bonorum adventitiorum.*
3 *Usufructus Bonorum adventitiorum à patria potestate promanat.*
4 *Filius subjicitur Patri quoad Personam, & Bona.*
5 *Usufructus Bonorum adventitiorum Filii potest à Testatore Patri prohiberi.*
6 *Prohibitio tamen debet esse expressa.*
7 *Prohibitio tacita usufructus Bonorum adventitiorum Fili non elicitur ex æquivocis conjecturis.*
8 *Usufructus Bonorum adventitiorum Filii tacitè censetur Patri prohibitus, si prohibita ei fuerit eorumdem administratio.*
9 *Hæc conclusio tuta non est.*
10 *Et ex prohibitione administrationis non elicitur certa usufructus prohibitio.*
11 *Præsertim quando hæc administrationis prohibitio non procedit ex odio erga Patrem, vel ex suspicione malæ administrationis.*
12 *Sed ex incapacitate, ut quia minor est, vel surdus, vel mutus*, & num. 13.
14 *Usufructus non censetur Patri prohibitus ex prohibitione administrationis ei facta ex legitima caussa.*
15 *Usufructus Patri censetur prohibitus in hereditate Filii, si ei relictum fuit legatum. Secus verò* num. 16.
17 *Usufructus tacitè potest Patri prohiberi.*
18 *Usufructus tacitè censetur Patri prohibitus ex hereditate Filio relicta cum onere fideicommissi.*
Amplia ut num. 24., & plur. seq.
19 *Usufructus competit Patri super Bonis adventitiis Filii etiam fideicommisso subjectis.*
Contraria sententia ostenditur verior, num. 20. 21., & 22.
23 *Cognomen, & arma Familiæ deferendi onus gravissimum est.*
24 *Usufructus prohibitio facta censetur ex prohibitione cujuscumque alienationis.*
29 *Verbum* & altro *generale est.*
30 *Usufructus prohibitio comprehenditur in prohibitione facta cum verbo* = & altro. =
31 *Usufructus prohibitio deducitur ex suppositione facta a Testatore, quod hereditatis fructus Filius perciperet*, & num. 38.
32 *Usufructus censetur Patri prohibitus, quando verba administrationis hereditatis diriguntur ad Filium*, & num 33.
34 *Item, quando Testator voluit, ut Filius fruatur Bonis hereditariis.*
35 *Præsertim, quando jussit, ut, solutis debitis, cetera Bona cederent in commodum hereditatis*, & num. 36., & 37.
39 *Reintegratio ad perceptionem fructuum supponit, quod Reintegrandus frueretur fructibus.*
40 *Usufructus prohibitio Patri censetur facta,*

si erat incapax administrationis, ut quia mutus, & surdus erat.

41 *Usumfructum probibuisse Patri Testator censetur, quanda administrationem hereditatis reliquit heredi, postquam annum 25. attigerit.*

42 *Item, quanda Pater heredis erat debitis onustus.*

43 *Pater censetur exclusus ab usufructu ex Legato ei relicto tabulæ pictæ.*

44 *Item ex Legatis relictis a Testatore ceteris Filiis suis.*

45 *Alimenta sola debentur Filia ex Bonis adventitiis.*

46 *Observantia declarat mentem Testatoris.*

47 *Pater, probibito ei tacitè usufructu, non potest commoditatem fructuum percipere.*

48 *Limita, si probibitio ususfructus proveniat a Lege.*

49 *Conjecturæ plures præferendæ sunt aliis paucioribus, & dubiis.*

FLAMINIUS Pichius in testamento, cum quo decessit, heredem sibi scripsit D. Antonium Manfronium cum onere perpetuæ Primogenituræ de Primogenito in Primogeni-
1 tum ab eo semper deferendæ, qui Antonius cum reperiatur sub potestate D. Josephi ejus Patris, quæritur, an huic debeatur ususfructus dictæ Primogenituræ, vel eadem ab hoc onere immunis censenda sit, itaut pleno Jure etiam quoad fructuum perceptionem ad filium pertineat.

Pater intentionem suam fundare dicitur in aperta dispositione Juris communis in *leg. cùm oportet 6., & leg. fin. Cod. de bonis, quæ liber.*, quibus sancitur, quod eorum, quæ filio familias Patris sui, Avi, vel Proavi in potestate constituto acquiruntur, non ex ejus substantia, cujus in potestate sit, sed ab aliis quibuscumque causis, eorum, inquam, omnium ususfructus apud Patrem, Avum, vel Proavum, quorum in sacris sit constitutus, permaneat; domi-
2 nium autem filiis familias inhæret, juxta literam dictorum Textuum, & tradunt Doctores omnes longo ordine relati apud *Castill. de usufruct. lib. 1. cap. 3., Michelor. de fratrib. part. 1. cap. 3., Christin. decis. Belgic. 75., & 76. colum. 4.*, hu-
3 jusmodi enim ususfructus acquisitio, veluti à sua causa, promanat à Patria potestate, quâ fi-
4 lius tàm quoad personam, quàm quoad bona Patri subjicitur, *Giurb. ad consuetud. messan. cap. 7. gloss. 3. num. 1.*

Et quamvis non veniat in dubium, quin præfatum emolumentum à Testatore Patri adimi pos-
5 sit *auth. excipitur Cod. de bonis quæ liberis, & novell. 117. cap. 1.* ac tradunt communiter *DD. in leg. cum filio familias 11. ff. de legat. 1., Mans. consultat. 406. nu. 6.*, attamen expressa illius pro-
6 hibitio, quam requiri voluerunt Doctores relati apud *Berlich. decis. 135. num. 3., Mans. dict. consult. 406. num. 5.*, nusquam legitur in testamento. Tacita verò deesse dicebatur, quia cùm hæc non eliciatur ex æquivocis conjecturis, sed
ex iis dumtaxat, quæ non nisi ad prohibitionem 7
perceptionis ususfructus referri possunt, juxtà concordantes auctoritates allegatas in una *Romana legitimæ 16. Junii 1698. §. Sublata autem coram R.P.D. meo de la Tremoille.*

Talis esse non videbatur illa desumpta ex eo, quod Testator filio reliquerit alium administratorem, quàm Patrem, nam, licèt ex ademptione legalis administrationis bonorum filii facta Pa-
tri Doctores censueriot, prohibitam quoque fuis- 8
se perceptionem ususfructus, ut apud *Gratian. d. scept. 713. num. 70., & seqq., Giurb. ad consuetud., Messan. cap. 7. glosi. 5. num. 30., Fragos. de Regim. Reip. Christ. part. 3. lib. 2. disput. 3. § 4. num. 128., cum aliis apud Rotam in dicta Romana legitimæ §. Præterea*, attamen hujusmodi
conjecturam non esse tutam, & non valere, 9
argumentum est prohibita administratio, ergo
& ususfructus, latè docuit *Fontanella de pact.* 10
nuptial. claus. 5. glosi. 7. part. 3. nu. 24., & seqq., Lagunez. de fruct. part. 2. cap. 5. num. 93., Cresp. observ. 108 num. 6., & seqq., Pas. bal. de Patr. potest. cap. 3. num. 38., Castill. de danat. disc. 3. part. 1. nu. 19., Antunez. eodem tract. part. 3. cap. 23. num. 22., Mans. consult. 406. nu. 9.

Quæ opinio faciliùs recipienda videtur, quando Testator Patrem repulit ab administratione
Bonorum filii non ex odio, aut quia illum sus- 11
pectum habuerit, timueritve bona filii dilapidaturum fore, sed eum interdixit administratione ob incapacitatem illam exercendi, utpotè quia
minor erat *Andreol. contr. 423. num. 26.*, quæ 12
ratio optimè convenit casui nostro, quia Pater uti mutus, & surdus, ideoque sub aliena cura positus rem filii gerere non poterat, quamob-
rem *Giurb. ad consuetud. messan dict. cap. 7 glosi,* 13
3. num. 34. rectè dixit, tunc demum ex prohibitione administrationis elici posse ademptionem ususfructus, quando illa absque ullà legitimà
causà Patri ablata legitur, & confirmat *Castill.* 14
de usufruct. lib. 1. cap. 3. num. 8.

His accedit, quod Testator nihil Patri reliquit, quamobrem, sicuti quando Pater honoratus legitur relicto aliquo, benè infertur, in cæteris
bonis privatum esse usufructu, quasi hoc casu 15
emolumento relicto suppleta videatur provisio legis usumfructum illi deferentis, sic viceversà
perdurum videtur, quod Pater immerens sinè 16
ullà causà, & absque eo quod Testator id expressè dixerit, orbari debeat emolumento eidem à lege delato in bonis filii nullà acceptà compensatione.

Verùmtamen his omnibus rationibus præponderare videntur argumenta, & præsumptiones elicitæ ex toto contextu testamenti conditi à bon. mem. Flaminio Pichio, quo perspicuum fit, D. Josepho adimere voluisse usumfructum hereditatis suæ relictæ illius filio, parvique refert, illum non fuisse expressè prohibitum
cùm perindè sit, Patrem tacitè ab illius assequu- 17
tione fuisse repulsum, *Rota in dicta Romana legitimæ §. Vindicata potestate*, cùm satis expressa dicatur prohibitio ista, quando eadem resul-
tat

tat ex conjecturis *Saminiat. contr.* 85. *num.* 31., *& seqq.*

Plurimùm autem ad hujusmodi assumptum probandum urgere videtur qualitas dispositionis à Testatore ordinatæ, nam D.Antonium instituit heredem noo liberum, sed cum onere fi-
18 deicommissi, & perpetuæ Primogenituræ ibi = *Con dichiarazione di volere, che li miei Beni restino alla linea mascolina del detto Antonio in perpetuo con ordine di Primogenitura, chiamando, e sostituendo l'uno dopo l'altro di Primogenito in Primogenito* =, licet enim in quæstione, quà disceptatur, an Patri quæsitus dicatur ususfructus super bonis adventitiis filii fideicommisso gra-
19 vatis, Doctores abjerint in contrarias sententias, & affirmativam tueantur *Molin. de Primogen. lib.1.cap.19. num.*18., aliique relati apud *Card. de Luc. de servitut. disc.* 63. *num.* 2., *& Mans. consult.*475., nihilominus contraria opinio ve-
20 rior, & magis æqua videtur, nam cùm filius liberà bonorum dispositione careat, totaque ejus utilitas consistat in redituum seù fru-
21 ctuum perceptione, quæ quoad effectum quodammodo æquiparatur simplici usufructui, si iste Patri acquireretur, successio quoad filium pœnitus inanis reddi posset ob ejus prædecessum Patri, vel quia eidem brevi tempore su-
22 perstes esset *Card. de Luca de servit. disc.* 61. *nu.* 4., *&* 21., *disc.*63. *num.*2., *& seqq., & de fideicomm. disc.*242. *num.* 4., *Supplem. part.* 3., *Saminiat. contr.* 17. *num.* 10. *cum plurib. seqq., & contr.*18. *num.*15., *&* 16., apud quos alii, *Rota decis.* 140. *num.*6. *part.*18.

Quæ conjectura validior redditur in casu nostro, quia Testator præter fideicommissi, & Primogenituræ gravamen heredi injunxit etiam onus assumendi cognomen, & deferendi arma familiæ Pichiæ, ex quo duplex eruitur validissimum argumentum prò excludendo usufructu debito Patri. Primum est, quod istiusmodi onus
23 reputatur gravissimum, &, nè illud subirent, plurimi repudiarunt opulentas hereditates, in-
24 verisimile autem est, & æquitati repugnans, quod adeò grave onus impositum dicatur filio,
25 & Pater interim toto gaudeat emolumento, ut benè ratiocinatur Castellinus apud *Mans. consult.*472. *num.* 17.; Alterum est, quod Testator carens sobole, omnique agnatione naturali destitutus eam artificialiter renovare concupivit cooptando in familiam extraneum, in
26 quo perennem illius conservationem assequi voluit, vocatis ordine perpetuæ Primogenituræ omnibus ejusdem Descendentibus, & hic fuit finis ultimus ejus dispositionis, quem profectò ut consequi posset, dicendum est adhiberi etiam voluisse media ad illum consequendum necessaria, videlicet heredis matrimonium, & filiorum procreationem, sine quibus ejus vota brevi in irritum cessura erant, nemo autem non videt, quod, si filius vivente Patre, qui tempore conditi testamenti floridà vigebat, & adhuc viget juventà, cariturus esset omnium fructuum commodo, facilè frustraretur spes Testatoris, vel saltem nimiùm ejus vota protrahe-
rentur, quamobrem præsumendum est, quod 27
Testator id prospiciens noluerit, fructus, & emolumenta hereditaria deferri ad Patrem, sed privativè acquiri filio, ut ex *Card. de Luc. de servit. disc.*60. *num.*8., *&* 9., ratiociuatur idem *Castellinus apud Mans. loco mox citato.*

Confirmatur assumptum ex prohibitione facta à Testatore cujuscumque alienationis, & universarum detractionum à Jure permissarum ibi = *proibendo ogni detrazione concessa dalla legge, come falcidia, Trebellianica, legitima, ed altro &c.* = ex quarum legalium detractionum
prohibitione vehementem resultare conjectu- 28
ram prohibitionis etiam ususfructus, tradunt *Saminiat. contr.*85. *num.*34., *& contr.* 87. *per totam, & apud Mans. dict. consult.* 472. *num.* 13., *& consult.* 473. *num.*8., *R. P. D. Ansald. apud eumdem Mans. consult.*474. *nu.*16., & hanc conjecturam probavit etiam *Rota in dicta Romana legitimæ §. quæ denique omnia in fin. coram R. P. D. meo de la Tremoille*, quæ quidem conjectura efficacior redditur in casu nostro, quia Te-
stator, postquam specialiter loquutus fuit de 29
prohibitione falcidiæ, Trebellianicæ, & legitimæ, subdidit illud verbum, *ed altro*, quod ob
generalitatem suam ad usumfructum etiam de- 30
bitum Patri referendum videtur.

Verùm id, quod omnem submovet difficultatem est, quod quando Testator egit de fructibus, & hereditatis suæ reditibus, tàm quoad onera, quàm etiam quoad emolumenta illos
ad heredem suum privativè pertinere semper 31
præsupposuit.

Quod enim attinet ad onera, & præsertim annuorum legatorum à Primogenito præstandorum, sic disposuit = *di più voglio, che chi averà la mia Eredità cominciando dal mio Erede Antonio, sia tenuto dare della mia Eredità scudi cento per anno per ciaschedun fratello, quanti saranno, e che alla Sig. Portia &c. scudi dieci il mese &c. è di pagare, ed estinguere i censi, ò cambj, che si trovaranno nella mia Eredità a somma di scudi* 500. *l'anno con i frutti della medesima Eredità &c. proibendo di vendere capitale &c.* =; ex hoc autem loquendi modo directo ad heredem, cui injuogebatur onus solvendi legata, & extin-
guendi debita rectè infertur, Testatorem præ- 32
supposuisse, quod perceptio fructuum, ex quibus illa omnia adimplenda erant, pertineret ad heredem, non ad Patrem; nam, si ad hunc delatum fuisset totum emolumentum, Testator ine-
ptè verba direxisset ad heredem, qui cùm nihil 33
perciperet ex hereditate, nihil solvere potuisset, si ergo Jussit, ut heres solveret legata, cæteraque onera hereditaria adimpleret, consequenter supposuit etiam, quod emolumenta sequerentur eum, cui illa injungebantur, ut prò arcendo Patre ab usufructu in bonis relictis filio, ponderant *Soccin. jun. cons.*84. *sub num.*8. *vers.*3. *idem cum seqq. lib.* 4., *Card. de Luca de servitut. disc.*60. *num.* 7. *dict. consult.* 472. *num.* 15. *apud Mans.*

Clariùs verò Testator mentem suam declaravit, quum disposuit de reditibus, & emolu-
men-

mentis, quæ, solutis debitis, & adimpletis legatis, reliqua futura erant, ea enim omnia heredis sui, & non alterius commodo cedere voluit, nam expressè ordinavit, = *che la mia Eredità, è Beni siano sempre goduti dalli Primogeniti*, = ut autem Primogenitus frui queat hereditate, & bonis Testatoris, oportet, quod Patri
34 usufructus prohibitus dicatur, ad tradita *per Mans. consult. 204. num. 2., & consult. 321. num. 34.*

Præterea idem sollicitus ampliandi Primogenituram ordinatam favore Antonii, eidemque comparandi uberiores reditus, rogavit executores Testamentarios, ut intrà breve tempus venderent pleraque mobilia hereditaria, quod-
35 que tàm ex pecuniis conllatis ex illorum pretio, quàm ex aliis repertis in hereditate extinguerent debita, solverent legata, & residuum sinè mora investirent = *per convertirli ad utile della mia Eredità*=iterùm subdens=*se li danari, che mi troveranno, fussero più di quello che importano, e che devono per li miei legati, voglio, che il soprapiù si rinvesta è diventi capitale in utile della mia Eredità, ed Erede*, = & denique eàdem sollicitudine Curatori, qui, durante minori ætate
36 heredis, Primogenituræ bona administraturus erat, injunxit = *d' amministrare, ed impiegarla tutta a beneficio, e commodo del mio Erede.* = Nemo autem non videt, quod elusoriæ penitùs fuissent tot prudentes, ac providæ præordinationes, quodque toties inculcata investimenta, quibus Testator hereditatem suam augere concupivit, fieri minimè potuissent, si Pater consequi debuisset usumfructum. Cùm igitur ex præcepto Testatoris Investimenta facienda essent,
37 ut compararentur capitalia = *in utile della mia Eredità, ed Erede* = & Curator eamdem deberet administrare, = *ed impiegarla tutta a beneficio, e commodo del mio Erede*, = Patri prohibitus dicendus est usufructus, quo eidem permisso, hæc omnia effectum sortiri minimè potuissent *Pacific. de Salvian. interdict. inspect. 3. cap. 2. num. 752.*

Denique Testator providens casui, quo ob crimen aliquod ab herede patratum locus fieret confiscationi, voluit, = *che per quindici giorni avanti al commesso delitto s' intenda privo di tutta l'Eredità, ed anca del commodo dei frutti* =, & dando delinquenti alium substitutum, quàm Patrem, subdidit, = *che in caso per grazia del Prencipe fusse reintegrato, e rimesso, sia ancora, e s' intenda reintegrato al fideicommisso, eccetto dei frutti percetti &c.*, = quæ sanè privatio suppo-
38 nit, filium anteà gavisum fuisse fructibus, per ea, quæ tradunt. *Riminal. jun. cons. 23. nu. 95. cum seqq., Cephal. cons. 196 nu. 20.*, sicuti etiam reintegratio supponit, quod reintegrandus præ-
39 cedenter frueretur fructibus, ad quorum perceptionem restituitur, juxtà notas regulas.

Huic vehementissimæ conjecturæ prohibitionis usufructus desumptæ ex destinatione, & erogatione fructuum hereditariorum facienda, semper ad commodum heredis succedit aliud non minùs evidens argumentum voluntatis Testatoris prohibendi Patrem omni commodo hereditatis suæ resultans, ex alia parte testamenti, in qua ille postquam fœminas, earumque descendentes perpetuò excluserat ab hereditate, & Primogenitura sua, & ejusdem incapaces declaraverat spurios, & bastardos, tametsi per subsequens Matrimonium legitimatos, exclusit etiam = *quelli, che, Iddio non voglia, nascessero muti, à ciechi*, = cùm ergo D. Josephus 40
sit mutus, & surdus, exclusus proindè dicendus est ab omni commodo Primogenituræ, de qua agitur, quisque enim videt, Testatorem non aliâ ratione Pronepotem in puerili ætate constitutum, non autem nepotem adultum vocasse ad Primogenituram, quàm quia hic ob hujusmodi naturale vitium incapax erat illam administrandi, & quidem inverisimile prorsùs videtur, quod Testator futuris temporibus à Primogenitura excluserit cæcos, & mutos, & insimul permittere voluerit, quod in ipso primo momento temporis, quo eadem inceptura, atque efformanda erat, universis illius fructibus frui deberet D. Josephus, cujus vitium causa fuit, quæ Testatorem movit ad excludendos Primogenitos mutos, & cæcos posteà nascituros.

Quamquàm verò hæc omnia exuberare posse videantur ad probandum, Patri ademptum fuisse usum fructum, nihilominus alia non desunt, & quidem non levia argumenta id ipsum suadentia, siquidem multum urgere videtur, quod D. Antonio heredi Curator datus legitur ad certum dumtaxat tempus = *fino che averà anni 20., e quando in tale età non sia capace d' amministrare &c. fino, che lo stimi abile di poter far da se*, = quamobrem, cùm ex jam dictis Testator, durante curà, voluerit, reditus hereditatis suæ cumulari, atque erogari ad commodum heredita- 41
tis, eà verò finità, liberam, ac plenam eorum administrationem illi concesserit, nullà ratione asseri posse videtur, quod Patri permittere voluerit perceptionem usufructus, ad tradita *per Gratian. discept. 713. num. 77., & seqq.*

Nec etiam omittendum, quod bon. me. Flaminius Pichus ob arctam sanguinis conjunctionem optimè noverat quanto ære alieno premeretur Domus Manfrona, & justè timere poterat, quod D. etiam Josephus ad illud solvendum teneri posset, quisque ergo æqui, bonique ratione reputet, an verisimile sit, quod ille permittere voluerit Patri Bonorum suorum usumfructum, quem vereri poterat cessurum fore com- 42
modo ejus Creditorum, ad tradita *apud Arias de Mesa variar. resol. lib. 3. cap. 37.*, illoque privaverit heredem, quem summopere diligebat, & in quo nomen, & familiam suam restituere summoperè concupiverat.

Præterea maximà notà digna sunt ingentia Legata annua, quibus Testator filios masculos D. Josephi honoravit singulis relinquendo scuta annua centum, quæ ratione patriæ potestatis vel pertinent ad Patrem, vel saltem cuique patet, prudentem Testatorem illa filiis directè reliquisse, ut sublevaret Patrem numerosâ sobole gra-

gra-

gravatum, qui cæteroquin tamquam mutus,
& surdus, erat incapax administrandi res filio-
rum, ex quo rectè inferri posse videtur, quod
Pater exclusus dicendus sit à reliquæ heredita-
tis suæ usufructu, nam si hic ademptus dicere-
43 tur tenuissimo Legato exiguæ Tabulæ pictæ re-
licto Patri, ut latè probat *Rot. in dicta Romana
legitimæ 16. Junii 1698. §. Plurimæ autem cum
seqq. coram R. P. D. de la Tremoille*, quanto po-
tiori jure prohibitus censendus erit ob adeo pin-
guia legata annua reticito quidem Patris nomi-
44 ne, sed ad eum sublevandum relicta filiis, nam
sivè ratio adimendi usumfructum Patri ob lega-
ta ejus contemplatione, & ad ejus commodum
facta oriatur ex eo, quod congruo emolumen-
to suppleta dicatur provisio legis illi deferentis
usumfructum, sivè desumatur ex eo, quod Te-
stator id, quod expressè aliis non dedit, heredi
servare voluisse censeatur, certè utraque ratio
optimè congruit casui nostro, in quo perab-
surdum videretur, quod Legatarii liberè relicta
consequerentur, quodque Pater reliquum per-
ciperet, heres verò universæ hereditatis Do-
minus omni carens emolumento precaria dum-
45 taxat alimenta consequeretur, ad nihil enim
aliud Pater tenetur præstare filio ex ejusdem
bonis adventitiis *Arias de Mesa variar. resol.
lib. 3. cap. 37.*

Denique multum me movet decretum clar.
mem. Card. Taurusii doctissimi, ac sapientis-
simi Judicis, qui dum esset Locumtenens A.C.,
mandavit, Patri subministrari scuta menstrua
centum, quam annuam præstationem certè Pa-
tri non decrevisset, si ad eum pertinere agno-
46 visset bonorum omnium usumfructum, ex quo
Decreto consurgere videtur favore heredis ob-
servantia Judicialis declarans mentem Testato-
ris, ejusque dispositionem.

Frustrà verò objiceretur, tacitam hanc adem-
ptionem ususfructus elicitam ex mente Testato-
ris non esse porrigendam ad fructuum commo-
ditatem, quà Patrem frui posse, non obstante hu-
jusmodi prohibitione ususfructus, placuit non-
47 nullis Doctoribus, quia contrarium probant au-
ctoritates omnes hactenus allegatæ, & hanc
subtilem distinctionem *Rota in d. Romana Le-
gitimæ §. penult., & seq.* declarat procedere
fortè posse in prohibitione ususfructus prove-
48 niente à lege, quæ minùs efficax est illâ, quæ
indicitur ab homine.

Hinc superfluum videtur respondere contra-
riis argumentis fundatis in eo, quod nihil Patri
relictum fuerit, & quod ex prohibitione admi-
nistrationis ademptus dici nequeat ususfructus,
49 quia ex eo, quod desit una ex conjecturis ad hunc
effectum à Doctoribus expendi solita, quodque
altera dubia sit, non id circò in hac materia
conjecturali præclusus erit locus tot aliis conje-
cturis supra recensitis, ex quibus perspicuè
mentem Testatoris assequi possumus.

* * *

Cortonen.

Donatio non probatur per Testes, qui tum in persona, tum in dicto notabiles patiantur exceptiones, minùsque per conjecturas, etiam simul junctas, quarum singulæ leves, & imperfectæ sint. Donatio ex quibusnam conjecturis exclusa dici possit? Testium numerus quandonam satis suppleat eas, quibus laborant, exceptiones? Bonorum æstimatio juxta Regionis consuetudinem facienda est.

VOTUM XXXII.

1 *Donatio regulariter non præsumitur*, & n. 56.
2 *Etiam inter conjunctas personas.*
Et præsertim inter Virum, & Uxorem num. 3.
3 *Donatio inter Virum, & Uxorem, constante Matrimonio, nulla, atque irrita est.*
4 *Nec juramento confirmari valet.*
5 *Immo nec morte Donantis, si nec statutariis solemnitatibus, nec insinuatione munita sit.*
6 *Donatio inter Virum, & Uxorem, constante Matrimonio, ut quæ à Jure prohibita est, eò minùs potest præsumi.*
7 *Quod expressè fieri non potest, nec tacitè actum intelligitur.*
8 *Donatio ab eam allegante probanda est*, & num. 57.
9 *Et eo quidem probationum genere, quod pernecessè inferat perfectam, atque determinatam omnino donandi voluntatem*, & num. 58. & 60.
10 *Donatio inter Virum, & Uxorem de jure præsumitur.*
11 *Præsertim ex facta rei donatæ traditione.*
12 *Donatio inter Virum, & Uxorem morte Donantis censetur confirmata*, & num. 49.
13 *In donatione, quæ in scriptis non redigatur, quæque in sola consistat traditione, insinuatio non requiritur.*
14 *Hancque sententiam Sacra Rota amplexa est.*
15 *Donationis contraria præsumptio Testibus, & conjecturis potest elidi.*
16 *Donatio probari optimè potest per Testes, & conjecturas*, & num. 18. 32. & 58.
17 *Procedit etiam contra Tertium.*
19 *Donatio ad sui validitatem, & probationem Scripturam non requirit.*
20 *Donatio probatur etiam per Testes aliquam exceptionem tàm in dicto, quàm in persona patientes.*
21 *Præsertim, si verisimilia deponant.*
22 *Hoc namque casu eorum fides ipsorum numero suppletur.*
Puta, si plus, quàm duo illi sint num. 23.
23 *Donatio ut probetur, duo sufficiunt Testes.*
24 *Dotis restitutio potius, quàm assecuratio ex quibus censenda sit Prædii assignatio à Viro Uxori facta?*
Restitutio potius, quàm assecuratio dicenda est, si de illa, non de secunda Testes deponunt num. 27.

Item,

Item, si Vir ad inopiem non urgebat num. 28.

Nec alia suberat assecurandæ dotis caussa num. 29.

Ac etiam, si ex mera Partium voluntate facta est, & cum plena dominis translatione n. 31.

25 *Dotis assecuratio suàpte naturà non est dominii translativa.*

25 *Nec donationem valet importare.*

30 *Dotis assecuratio Judicis authoritate explenda est.*

33 *Donatum à Viro censetur id, in quo Bona tradita pro restitutione dotis, dotale excedant creditum.*

34 *Præsertim, si ea fuerunt nomine Uxoris in æstimo translata, atque descripta.*

35 *Et maximè, si abinde citrà tàm fructus eorumdem Bonorum fuerunt exacti, quàm onera soluta Uxoris nomine.*

Intellige, ut num. 80., & 81.

36 *Donatio erga Uxorem de quantitate dotem excedente verisimiliter arguitur, si de Vira agatur prole, & Consanguineis carente.*

Cessat verò ejusmodi verisimilitudo, si aliam conspicuam illi fecit donationem num. 87.

Et si hujus tantùm donationis in testamento meminit num. 73., & 88.

37 *Conjecturæ simul junctæ cum Testium depositionibus, donationem Viri erga Uxorem satis probant.*

38 *Conjecturæ, ac Testium depositiones ad probandam donationem Viri erga Uxorem, simul jungendæ sunt.*

39 *Dotis restitutio, constante Matrimonio, non sustinetur.*

Maximè, si suspecta, quia res tradita dotale creditum exuperet, ibid.

41 *Dotis restitutio, constante Matrimonio, si res tradita dotale excedat creditum, in fraudem Legis reputatur facta.*

42 *Irritaque redditur, tamquam implicitam donationem continens.*

Secus est, si valida ea donatio sit, ut quia Donantis morte confirmata num. 49. & 50.

43 *Dotis restitutio, constante Matrimonio, tunc invalida censetur, cum nullà nititur honestà caussà.*

44 *At secus, eà concurrente.*

45 *Ut si fiat ad jurgia inter Virum, & Uxorem cohibenda.*

46 *Maximè id procedit, si de consensu utriusque Conjugis expleatur*, & num. 48.

47 *Dotis restitutionis prohibitio, constante Matrimonio, ad favorem Conjugum inducta est.*

Ne scilicet alter invitus ab altero cogi possit ad illam restituendam, seu recipiendam ibid.

48 *Eidemque favori possunt illi renunciare.*

51 *Donatio Viri erga Uxorem, æquè ac actus restitutionis dotis illam continens, valida habenda est.*

52 *Donatio in dubio non præsumitur.*

53 *Repetitioni potius, quàm lucro adventitio in dubio favendum est.*

54 *Donatio inter Conjuges, ex qua Donans pauper non queat fieri, sustinetur.*

55 *Donatio inter Virum, & Uxorem si non probetur facta, nec morte dici potest confirmata.*

59 *Donatio ut per Testes valeat probari, debent hi majores esse omni exceptione*, & num. 67.

Vel saltem eorum numero exceptio, si quam patiantur, supplenda est ibid.

61 *Donare est perdere.*

62 *Testis ex ejus affectione erga inducentem fidem non meretur.*

63 *Testis ob interesse, aut commodum, quod ex ejus depositione sperare valeat, non attenditur.*

64 *Licèt deponat de re gesta inter domesticos parietes.*

65 *Testes familiares, & servitio addicti à testimonio ferendo pro ejus Domino repelluntur.*

66 *Vel saltem, etsi penitus non repellerentur, integræ fidei, & idoneitatis non possent reputari.*

67 *Donatio, ut per Testes valeat probari, debent isti idonei, atque integræ omnino esse fidei.*

68 *Testium exceptiones patientium depositio, quando eorum numero suppleta dici nequeat.*

69 *Donationis titulus non præsumitur, quoties alter dari, & allegari potest.*

70 *Procedit, etsi agatur de re tenuis valoris.*

71 *Certiùs, quum agitur de quantitate non modica.*

72 *Et de tradente non multum divite.*

73 *Donatio rei cujuspiam excluditur, si nulla de ea, utique verò de alia donatione facta est mentio in testamento*, & num. 87., & 88.

74 *Discretiva dispositio diversam arguit Disponentis voluntatem*, & num. 88.

75 *Donatam sibi rem non fuisse admittit, qui de illius retentione convenit cum pacto resolubili.*

76 *Actuum humanorum finis ex primordiali eorum titulo spectatur.*

77 *Assignatio Prædii à Viro Uxori facta, quomodo, inspectà primordiali, atque impulsivà illius caussà, dici non debeat donationem præseferre?*

79 *Donatio ut excludatur, qualibet occasio, & conjectura sufficit.*

Omnisque possibilis interpretatio capienda est num. 96.

80 *Donatio Viri erga Uxorem non valet argui ex facta ejus nomine in æstimo Bonorum descriptione.*

81 *Si non constet de animo donandi.*

82 *Dictaque descriptio ex alia caussa appareat demandata.*

83 *Fructuum exactio, ac onerum solutio ad præcedentem caussam, de qua constat, debent referri.*

84 *Non ad aliam penitus diversam*, & num. 85.

89 *Donatio non probatur per conjecturas, etiam simul junctas, quarum unaquæque levis, & imperfecta sit.*

90 *Testes de se inhabiles etsi donationem comprobarent, si tamen eorum inhabilitas nec numero suppleatur, nec adminiculis, non essent attendendi.*

91 Te-

91 *Testes, quorum depositio concludens, & univoca non sit, probationem non constituunt.*
92 *Donatio ex verbis Testium, quæ illam non concludant, nequit probata dici.*
93 *Donationem potius excludunt, quàm inferant dicta Testium alium titulum importantia.*
94 *Donatio quoad excessum valoris Prædii pro dotis restitutione à Viro assignati non præsumitur, si sciebat, illud censu pergravatum.*
95 *Eaque valoris exuperantia censetur in caussam dicti census fuisse detrahenda.*
96 *Vel inconsultà, & per errorem fuisse tradita.*
98 *Error potius in facto proprio, quàm donatio præsumitur.*
99 *Testis unicus, & singularis non probat.*
100 *Præsertim, ubi de inducenda donatione agatur.*
101 *Verba erga Uxorem à Viro prolata* = E quello che v'è di più, ve lo dono = *indicant, donationem antea ab illo factam non fuisse.*
Aliter dixisset = E quello, che v'è di più, ve l'hò donato = *ibid.*
102 *Donatio, licèt verba illam importent, non inducitur, si à Viro erga Uxorem importunam sint prolata.*
103 *Donatio si excludatur, quod plus acceptum est, debet restitui.*
104 *Bonorum æstimatio juxta consuetudinem Regionis facienda est.*
105 *Et quidem habità ratione tum fructuum, tum terrarum, Bonorum, & animalium in illis existentium.*
106 *Bonorum valorem augent fructus, Terræ, Domus, & animalia in illis existentia.*
107 *Procedit, etiamsi domus, & animalia essent ad merum oblectamentum comparata.*
108 *Cum illud etiam pretio sit estimabile.*
109 *In Bonorum æstimatione potest quoad ea, quæ merum oblectamentum respiciunt, tertia dumtaxat detrahi veri valoris pars.*
110 *Datio in solutum Uxori facta a Viro in caussam restitutionis dotis, nequit in parte dotem excedente revocari.*
111 *Nec repeti pars illa potest.*
112 *Nisi enormis, aut enormissima læsio intercesserit.*
113 *Datio in solutum Uxori facta a Viro in caussam restitutionis dotis, non est cum donatione incompatibilis.*
114 *Donationis autem titulus ubi in ea expressus sit, ad majorem actus confirmationem adjectus reputatur.*
115 *Actus ut sustineatur, spectandum est, quod Partes facere voluerunt, non quod ab illis ad majorem cautelam factum, dictumque fuerit.*

BON. mem. Asdrubal permotus assiduis querelis nobilis mulieris D. Margaritæ Uxoris suæ conquerentis, quod nulla ipsi pecuniarum summa in diurnos, ac necessarios usus eroganda suppeteret, tametsi dotem scutorum 3000. attulisset, deliberavit illi tradere Prædium nuncupatum *della Fossa del Lupo*, prout reipsà æstimum dicti Prædii mutari, & ejus nomine describi curavit anno 1714., ut ex fide Vicecancellarii Communitatis Cortonæ, sic enim reditus paratos sumptibus faciendis habitura erat; imo veró ex dictæ translationis exemplo comperto, in ea plura deficere, illa superaddere fecit, ut ex alia fide ejusdem Vicecancellarii; quæ omnia sic descripta nomine D. Margaritæ licèt in æstimo dicantur valoris scutorum 933. 1. 15., attamen verum illorum pretium est scutorum 4666. 1. 15. eò quod in dicta Civitate Cortonæ pretium æstimi non excedit quintam partem justi valoris, ex quo patet, D. Margaritam in assignatione dd. Terrarum recepisse scuta 1666. 1. 15. ultra suam dotem scutorum 3000.

Quamobrem anno 1715., vità functo Asdrubale viro, Patres Oratorii S. Philippi Neri Civitatis Cortonæ heredes ab eo instituti animadvertentes excessum dictæ assignationis, eamque factam putantes prò simplici assecuratione dotis d. D. Margaritæ, per interpositam D. Advocati Orselli personam illam interpellarunt, ut, factâ æstimatione dictorum Bonorum ei assignatorum, id, quod præter dotem scutorum 3000. superesse comperiretur, ipsis restitueret, sed oppositâ à D. Margarita donatione quantitatis superexcedentis creditum dotis ejus favore factà à Marito, ad evitandas lites concordatum fuit, ipsam continuare debere in possessione dictorum Bonorum quousque ad secunda Vota transiret; cùm itaque die 15. Februarii anni 1716. secundò nupserit Equiti Francisco, Patres Oratorii iterùm instituerunt prò æstimatione dictorum Bonorum, rursusque ab illa opposita fuit tùm donatio, tùm etiam quod æstimatio dictorum Bonorum fieri deberet ad mensuram fructuum, qui ex illis percipi possunt, non autem juxtà valorem Terrarum, Domorum, & animalium in eis existentium, hac ratione credens ità diminui posse valorem controversi Prædii, ut suo dotali credito exæquaretur.

Rogatus igitur ego hac in re meam sententiam prò veritate dicere, quod attinet ad donationem, video quidem illi generaliter resistere 1
omnes Juris nostri regulas, quippè ea regulariter non præsumitur *leg. cùm de indebito ff. de probat., leg. campanus ff. de oper. libert., Cravet. consf. 142. num. 26., Surd. consf. 80. num. 25., Andreol. contr. 4. num. 15., Ciroccb. discept. 50. num. 70., Mascard. de probat. conclus. 554. num. 1., Mantic. de tacit. lib. 13 tit. 9. num. 1., Rot. coram Cavaler. decis. 603. num. 6., in rec. decis. 309. n. 24. part. 9., in Romana locorum montium 24. Novembris 1704. §. Non attenta coram R.P.D. Lancetta, & in Romana pretii officii 8. Junii 1711. §. Minimè resistente coram Emo D. Card. Priolo*, etiam quum agitur inter conjunctas personas, *Mans.* 2
consult. 2. num. 9., Rot. in Romana Pecuniaria 4. Julii 1696. §. Quoniam coram Rmo Molines.
Præsertim verò, quando, prout in casu nostro, 3
agitur de donatione inter Virum, & Uxorem, constante Matrimonio, celebrata, quæ omni tùm Cæsareo, tùm Pontificio jure improbatur, ut sunt *Textus aperti in leg. 1. & leg. hæc ratio 3. §. Scien-*

§.Sciendum leg.5. §. ultim. & leg.seq., & leg.55.
ff. de donat. inter Vir. & Uxor., leg. 1. & tot. ti-
tul. Cod. eodem, leg. si liberis ff. de pact. dotal. &
in cap. finul. de donat. inter Vir. & Uxor.; ità qui-
dem ut actus iste ipso Jure nullus, & irritus à
4 Legislatoribus declaratus, nec Juris jurandi reli-
gione confirmari queat, Merlin. Pignatell. con-
tr. 92. num. 2. lib. 2., Gratian. discept. 693. n.7.,
bon. mem. Advoc. Constantin. ad statut. Urb. an-
not.43. num.12., Rot. decis.22. num.33., dec.573.
num. 4., & decis. 925. num. 6. coram Burat.,
decis.633. num.5. coram Cerro, decis. 136. num.9.
post Torr. de pact. futur. succes., decis.125. n.53.
& seq. part. 1. divers., in rec. decis. 55. num. 4.
part. 6., & in Calaritana Vineæ 2. Junii 1706.
§. Nec obstat coram Rmo Molines. Verùm nec
5 etiam morte ipsius Donantis validitatis robur
assumat, quando, prout in casu nostro, in eo
celebrando adhibitæ non fuerunt statutariæ so-
lemnitates, & insinuatus non reperitur, quippè
hoc casu tàm ratione rei, quàm ratione perso-
næ irritus fit, & mors Viri Donantis submovere
quidem potest impedimentum proveniens ex
qualitate personæ, at non etiam tollere nullita-
tem inductam ex defectu solemnitatum, ad
Text. in leg. donationis la 1. Cod. de donat. inter
Vir. & Uxor., & est doctrina Salycet. in leg. do-
nationis, quas Parentes num.3. vers. item nota Cod.
de donat. inter Vir. & Uxor., Paris. cons. 62. nu.
20. lib. 1., Mantic. de tacit. lib.11. tit. 20. n.25.,
Andreol. contr. 431. num. 21. & seq., de Angel.
de confess. lib. 1. quæst. 8. limitat. 6. num. 75.,
Card. de Luc. de donat. disc. 30. num. 2. disc. 67.
num. 4., de emphyt. disc. 1. num.13., disc.47. n.7.,
de dot. disc. 159. num. 33., Rmus Ansald. in ad-
dit. ad decis. 42. num. 24. & seq., Calderon. re-
sol. 53. num. 8. §. Et licèt, Rot. in rec. decis.703.
num.8. part.1., decis. 259. num.2. & seq. part.6.,
decis. 569. num. 34., & 40. part. 19., coram Bu-
rat. decis. 108. num.14., & coram Cerro dec.644.
num. 3. & seqq.

Proindeque præsumptio exclusiva donatio-
6 nis, utpotè coadjuvata expressâ Juris resisten-
tiâ, fortius in nostro casu urgere videtur ad Text.
in leg. utrum, leg. etiamsi, & leg. quod autem
§. Si Maritus ubi gloss., & Doctores ff. de donat.
inter Vir. & Uxor., Bartol. in leg. quæ dotis ff.
solut. Matrim., Aldobrandin. cons. 99. num. 3.
lib.1., Corn. cons.145. num. 3. lib. 2., Dec. cons.
571. num. 5. lib. 2., Mascard. de probat. con-
clus. 554. num. 23. & 30. vol. 1., Mantic. de ta-
cit. lib.13. tit.9. num.38. ibi = Illud verò notandum
est, quod, si donatio sit probibita, veluti inter Vi-
rum, & Uxorem, multò minùs præsumitur etiamsi
ratione conjunctionis aliàs præsumeretur, quia lex
7 resistit =, quod enim expressè fieri non potest,
nec tacitè actum intelligitur leg. qui ad certum
ff. locat., Cravet. cons.819. num.17. lib.5., Man-
tic. loc. mox citat., quamobrem contraria hæc
8 præsumptio efficit, ut donatio ab eam allegan-
te probanda sit, ut per Text. in §. Perficiuntur
instit. de donat., notat Abb. in cap. quin non ve-
risimile in 2. notab. de præsumpt., Dec. cons.177.,
Mascard. de probat. conclus. 554. num. 9. & 10.
vol. 1., & quidem eo clarissimo, univoco, &
concludenti probationum genere, quod in actu 9
non solùm insidiis exposito, sed qui pluribus re-
spectibus fieri, & ad plures fines, & effectus re-
ferri potest, ambiguitatem omnem tollat, &
pernecessè inferat perfectam, ac omninò deter-
minatam voluntatem donandi ad actum perdu-
ctam Torniell. cons. 26. num.5., Mascard. ubi su-
pra, Andreol. contr. 4. num. 16., ubi, quod do-
natio facta non dicitur, nisi verba necessariò
illam inducant, aut ex actu necessariò inferatur,
optimè Card. de Luc. de donat. disc. 16. sub n. 2.

At contrà, res non adeò rigidè, tamquam in-
ter infestos, pertractanda, sed indicanda vide-
tur tamquàm inter conjunctos maximo affectu,
& faciles ad donandum, adeo quidem ut, quum
alter Conjugum ob donationem non timeat ve- 10
risimiliter inopiam se incursurum, lex à dona-
tionis præsumptione minimè abhorreat, ex Tex-
tu formali in leg. si id quod 28. §. Et sanè ff. de
donat. inter Vir. & Uxor. ibi = Et sanè non amarè,
nec tamquàm inter infestos jus probibitæ donationis
tractandum est, sed ut inter conjunctos maximo af-
fectu, & solam inopiam timentes = Barbos. in leg.
quæ dotis 34. num.78. & duob. seqq. ff. solut. Ma-
trim., Cyriac. controv. 120. num.33. & 48. tom.1.,
Mantic. de tacit. lib. 21. tit. 1. sub num. 7. vers.
verùm planè; certiùs verò in casu nostro, in quo 11
donatio rei donatæ traditione perfecta, morte
Viri donantis confirmata proculdubio fuit. leg. 12
si stipulatum 34. ff. de donat. inter Vir. & Uxor.
leg. donationes 25. Cod. eodem, Bald. in leg. Pa-
pinianus 24. in princ. ff. de donat. inter Vir. &
Uxor., Boss. de dot. cap.10. num.12., Urceol. con-
sult. forens. cap. 39. num. 1. & 2., Torr. de pact.
futur. succes. lib. 3. cap. 13. num. 56. & seqq.,
Rot. post ipsum decis. 182. num. 3., in rec. decis.
403. num.14. part.9., decis. 188. num. 3. part.14.,
& ad ornat. Card. de Luc. de dot. disc.11. num.4.,
& decis. 12. num. 5., ideoque cessat præsumptio
prò illa excludenda desumpta ex qualitate per-
sonarum, Viri nempè, ac Uxoris, inter quas fa-
cta fuit.

Parùm curato defectu solemnitatum, & insi-
nuationis, qui prò tali præsumptione coadju-
vanda considerabatur, quia quoad solemnitates
nulla mihi communicata fuit statutaria lex cer-
tam formam in ea servandam præscribens: insi- 13
nuatione verò minimè opus erat, quin immo
nec actus insinuari poterat, cùm ageretur de
donatione in scriptis non redacta, & in sola tra-
ditione consistente, ut his terminis dixit Rota
decis.145. nu.8. & seq., coram Manzaned., & de-
cis.692. num.83. & seqq. coram Merlin. ibi = Do-
natio autem, quæ in scriptis non est redacta, & in
sola ipsa traditione consistit, insinuari non potest,
nec debet =, & paulò inferiùs addit, rationem
habendam non esse Doctorum, qui contrarium 14
dixerunt, dùm Rota hanc sequuta est senten-
tiam.

Immo verò quævis contraria præsumptio in
casu nostro elidi videbatur, utpotè sublata Testi- 15
bus, & conjecturis prò donatione inducenda
concurrentibus, Mandell. Alb. cons. 12. num.7.
cons.

ecaf. 339. num. 5., conf. 461. num. 10. & plurib.
feqq. & conf. 782. num. 14., Menoch. de arbitrar.
caf. 88. num. 8. & feqq., Caftill. contr. Jur. cap. 23.
num. 21. & 22., & feqq. part. 2., Vafq. contr.
illuftr. cap. 83. num. 6., Rot. decif. 692. num. 64.,
coram Merlino, hoc enim probationum genere
16 illam probari poffe certum, & indubitatum eft,
ut de conjecturis dixit Honded. conf. 39. num. 19.
lib. 2., Menoch. de arbitr. d. caf. 88. num. 8., Me-
dic. decif. 86. num. 17., Rot. corom Merlin. decif.
692. num. 19. & 65., coram Celf. decif. 389. n. 4.,
coram Cerro decif. 419. num. 1., in rec. dec. 384.
17 num. 15. part. 9., ubi id firmatur procedere etiam
contrà Tertium, & decif. 21. num. 8. inter im-
preff. ad craat. Card. de Luc. tom. 3. lib. 8., &
admittit Rota in Romana locorum montium 4. Maii
1716. §. Ex pluribus autem coram R. P. D. Lan-
18 cetta, & de Teftibus tradiderunt Card. de Luc.
de donat. difc. 16. num. 2., Rot. coram Merlino d.
decif. 692. fub num. 44. & feqq., decif. 82. num. 2.,
3. & 9. part. 5. rec., ubi, quod donatio probari
poteft per duos Teftes, cùm fcriptura ad ejus
19 validitatem, & probationem minimè requira-
tur Quæfad. differt. 19. num. 29., Card. de Luc.
de donat. d. difc. 16. fub num. 1., Rot. decif. 82.
num. 1. part. 5. rec. tom. 1.

Et licèt Teftes adducti aliquâ exceptione no-
tari poffe dicantur tam in dicto, quàm in perfo-
20 na, nihilominus admittendi videntur ad pro-
bandam donationem, utpotè ab animo depen-
dentem Surd. conf. 534. fub num. 10., & de ali-
ment. tit. 6. quæft. 11. num. 52., Rot. coram Mer-
lino d. decif. 692. num. 52., quippè eorum dicta
rigidè examinanda non funt, præfertim verò,
quando ex tota ferie facti, & ex circumftantiis
21 in noftra hypothefi minimè deficientibus con-
ftat, ipfos multùm verifimilia depofuiffe, hoc
22 namque cafu, fi quo defectu laboraffent, eorum
fides fuppleretur ipforum numero, & aliis ad-
miniculis, præcipuè verò rei verifimilitudine
coadjuvantur, ut profequitur Rot. in d. dec. 692.
num. 53. & 58. coram Merlino; prout reverâ in
23 noftro cafu hæc omnia concurrunt, adfunt nam-
que quatuor Teftes, quando ad probandam do-
nationem fufficiunt duo, Rota decif. 82. num. 2.
3. & 9. part. 5. rec., nec alia defiderantur admi-
nicula, & conjecturæ.

Præmiffo namque, quod actus ille affigna-
24 tionis Prædii factæ ab Afdrubale Viro Margari-
tæ Uxori, referri nequit ad fimplicem affecura-
tionem dotis, quæ tamquam fuàpte naturà mi-
25 nimè translativa dominii, ex latè congeftis apud
Amat. refol. forenf. 83. num. 18., de Marin. re-
fol. 20. num. 3. & 4. lib. 1., Card. de Luc. de dot.
difc. 88. fub num. 4., Rot. decif. 3. num. 10. coram
Burat., decif. 38. num. final. poft Merlin. de pi-
gnor., & decif. 708. num. 1., & feq. coram Du-
26 noz. jun., donationem confequenter excludit
Andreol. contr. forenf. 4. num. 10. & feqq., fed
27 referri potius debet ad fpeciem præventivæ re-
ftitutionis dotis, nedùm quia Teftes de ea, &
non de affecuratione loquuntur; verùm etiam,
28 quia Vir ad inopiam non vergebat, nec fubftan-
tiâ fuâ abutebatur, nullaque alia fuberat cau-

fa, ob quam locus factus dici poffet iftiufmodi 29
dotis affecurationi, quæ tamen Judicis aucto- 30
ritate, ac minifterio expleoda fuiffet: fed cele-
brata reperitur ex mera partium voluntate, &
quidem cum plena dominii translatione, ut de- 31
ponit alter ex Teftibus, quod fanè fimplici af-
fecurationi minimè convenit, fed potiùs veram
dotis reftitutionem importat, ad tradita per
Amat. d. refol. 83. num. 12., de Marin. refol. 20.
num. final., Card. de Luc. de donat. difc. 88. n. 5.,
Giurb. decif. 24. num. 18. & feqq.

Hoc, inquam, præmiffo, illico fefe offerre vi-
debatur urgens conjectura donationis proma- 32
nans ex eo, quod, dùm Afdrubal prò reftitu-
tione dotis fcutorum 3000. Uxori tradidit Præ- 33
dium majoris, fcutorum nempe 4666., illud
plus donandi animo tradidiffe cenfeatur, ex
mente Papiniani in leg. donari 29. ff. de donat. re-
petit. in leg. donari 83. ff. de regul. Jur. ibi = do-
nari videtur, quod, nullo cogente Jure, conceditur =
Menoch. de præfumpt. lib. 3. præfumpt. 34. n. 20.,
Surd. de aliment. tit. 6. quæft. 1. num. 23., Ma-
gon. decif. Lucen. 86. num. 21., Rot. coram Mer-
lin. decif. 692. num. 69., & in Narnien. fideicom-
miffi de Capitonibus 6. Aprilis 1681. §. Verùm
contrarium in fin. coram Hervault, infpectâ præ- 34
fertim translatione, & defcriptione, ità man-
dante Viro, in æftimo facta nomine ipfius Uxo-
ris, ex quo donationem præfumi, inquit Bartol.
in leg. rura Cod. de omn. agr. defert. lib. 11., Pe-
regr. de fideicom. art. 44. num. 10., Mantic. de
tacit. lib. 13. tit. 10. num. 17., & conferunt fir-
mata per Rot. in Romana locorum montium 4.
Maii 1716. §. Ex pluribus autem coram R. P. D.
Lancetta; quæ conjectura fortiùs urget, quia
coadjuvatur exactione fructuum unà cum folu- 35
tione onerum ab indè citrà femper ejus nomine
facta, quod paritèr ad effectum inducendi do-
nationem confiderat Peregr. de fideic. citat. art.
44. fub num. 10. in fin., ubi, quod, ultrà defcri-
ptionem ad æftimum, requiritur etiam, quod
ille functiones publicas folverit, & de exactione
fructuum tradit Rot. in d. Romana locorum mon-
tium 4. Maii 1716. §. Quod etiam, coram R. P. D.
Lancetta. His denique addendo, nil magis ad
verifimilitudinem accedere, juftæque rationi
confentaneum effe, quàm quod bo. me. Afdru- 36
bal Vir alioquin locuples, & prole, arctàque
fanguinis neceffitudine conjunctis perfonis ca-
rens, dictam quantitatem infpectis ejus Patri-
monii viribus juftum modum non excedentem
Uxori fuæ donare voluerit, ut ad rem arguunt
Thefaur. quæft. forenf. 47. num. 3. & 17. lib. 1.,
Hodiern. contr. 38. num. 29., Alciat. de præ-
fumpt. reg. primo præfumpt. 32. num. 1., Rot. co-
ram Merlin. decif. 202. num. 5. & 6., coram Eme-
rix jun. decif. 447. num. 11., in rec. decif. 109.
num. 38. & feqq. part. 17., decif. 53. antè fin. part.
18., & in Romana locorum Montium 4. Maii 1716.
§. Neque verò, & feq., coram R. P. D. Lancetta.
Quæ fanè omnia fi fimul jungantur, ac unitim 37
cum depofitionibus quoque Teftium accipian-
tur, prout faciendum effe in fpecie admonent, 38
Surd. conf. 534. num. 36. lib. 4., Mantic. de tacit.

lib.13. tit. 16. num. 3. & 5., Rota coram Merlin.
decis.692. num.63., sufficientes probare dicuntur,
ad firmata, per Rot. in d.decis.692.num.50.,
& aliis seqq. coram Merlino.

Nilque officere videbatur, quod dotis restitu-
tio, constante matrimonio, non sustineatur per
Text. in leg. unic. cod. si Dos constant. matrim.,
39 Surd. de aliment. tit.8. privil.34. num.1., Giurb.
ad consuet. Messan. cap. 13. gloss. 3. num. 7., Me-
noch. lib.1. præsumpt. 190. num. 52., Mantic. de
tacit. lib. 11. tit. 30. num. 11., Amat. resol. 83.
num.17., Giurb. decis.24. num.3., Rot. dec. 187.
40 num.9. part.19.rec., præsertim quando hujusmo-
di præventivus restitutionis actus suspectus red-
ditur, quia videlicet traditâ re superante credi-
tum dotale, Cephal. cons.344.num.24. lib.3., Mi-
lanen. decis.7. num.72., & 73. lib. 1., Giurb. de-
cis. 24. num. 5., id factum videatur in fraudem
41 legis prohibentis donationem inter Conjuges,
proindeque istiusmodi præventiva restitutio,
tamquam continens implicitam donationem,
42 irrita reddatur, ut optimè advertit Card. de
Luc. de Dot. disc. 88. sub num. 7., ac per conse-
quens, eâ deficiente, parvi faciendæ sint Te-
stium depositiones, ceteræque conjecturæ prò
donatione inducenda superiùs ponderatæ.

Respondetur enim, dotis restitutionem tunc
demum, constante matrimonio, fieri non posse,
43 quando nulla causa intercessit, in quibus termi-
nis loquuntur auctoritates in contrarium alle-
gatæ, At quoties aliqua honesta causa subest,
44 quia videlicet per eam, ut evenit in casu nostro,
tolluntur jurgia inter Virum, & Uxorem, vali-
45 da est dotis restitutio, etiam constante matri-
monio, facta, ex censura Text. in leg. quamvis
21., & seq. ff. solut. matrim., & docuit Bald. ibi-
dem, Natta cons. 496. num. 10., Menoch. cons.
229. num.2., Viv. decis.133.num.8., Giurb. decis.
46 24. num 18., præcipuè quando expleta reperitur
de consensu utriusque Conjugis, quorum favo-
47 re cùm principaliter inducta sit prohibitio resti-
tutionis dotis, constante matrimonio, nè scili-
cet alter invitus ab altero cogi possit ad illam
restituendam, & respectivè recipiendam, rectè
48 iidem possunt favori suo renunciare, & validum
reddere actum nullâ alioquin Juris prohibitione
improbatum Barbos. in leg. si constante §. 1. n.14.
ff. solut. matrim., Menoch. cons.378.n.38., Card. de
Luc. de dot. disc.88.num.7., Giurb.decis.24.n.18.
Enim verò frustrà obtendi videbatur nullitas d.
restitutionis desumpta ex eo, quod facta dicatur
in fraudem legis prohibentis donationem inter
Virum, & Uxorem, quippè illa, ut alibi dictum
49 est, sanata fuit morte Viri donantis confirman-
te, & validitatis robur tribuente donationi;
quamobrem, si subsistit donatio, propter quam
dotis restitutio irrita dici potuisset, valere quo-
50 que debet ipsa dotis restitutio, quâ propterea
firmâ manente, omnes quoque actus supra in
51 donationis comprobationem adducti subsistere
dicendi sunt.

Quamquam verò hæc prò inducenda donatio-
ne plurimùm urgere videantur, haud tamen
tanti valere crederem, ut recedendum sit à
priori sententia, quæ tamquam Juri magis con-
sona, semper in dubio sequenda est, ut rectè ad-
monet Card. Mantic. de tacit. lib.13. tit.10. n.6. 52
ubi, quod in dubio non est recedendum ab ea
interpretatione, quæ secundùm Juris regulas
fieri debet, ut donatio excludatur; Lex quippè
omnibus modis præsumptioni donationis resistit,
& captiosam liberalitatem interpretatio Pru-
dentum fregit leg. Cùm Aquilina ff. de transact.,
& ideò in ambiguis magis favendum esse repe-
titioni, quàm adventitio lucro per Text. in leg. 53
non debet §. In re dubia ff. de regul. Jur. in-
quit idem Card. Mantic. de tacit. d. lib. 13. tit. 9.
num.2., omisso namque, an, præcisivè à casu,
quo per donationem alter ex Conjugibus do-
nans pauper fieri timeat, lex à donatione inter
Virum, & Uxorem minimè abhorreat, id enim 54
solùm tollere posset eam majorem, ac specia-
lem Juris resistentiam, quam præ aliis donatio-
nibus habet illa, quæ inter Virum, & Uxorem,
constante matrimonio, celebratur, at non etiam
vincere posset contrariam generalem præsum-
ptionem, quâ omnes donationes perstringuntur;
prout etiam omisso, an donatio in casu nostro
morte confirmari potuerit, cùm non constet,
eam factam fuisse, ex Card. Mantic. de tacit. lib.21. 55
tit.6. num.9., certissima est illa Juris nostri re-
gula in superioribus locis firmata, quâ traditur, 56
donationem non præsumi, sed ab allegante
plenè, & concludentes probandam esse, & licèt 57
non inficier, hujusmodi probationem ex conje-
cturis etiam, & Testibus haberi posse, tales tamen 58
esse debent in subjecta materia, ut in suo genere
legitimam, ac perfectam probationem consti-
tuant, optimè Card. de Luc. de Donat. disc. 56. sub
n. 2 ibi = *Licèt enim non dubitetur, ut donatio per Te-
stes quoque probari possit; attamen ratione subjectæ
materiæ, ac ob facilitatem fraudis, quæ commit-
ti posset, fortius verò ob verba urbana, & cu-
rialia, quæ ad captivandum animum frequentiùs
absque determinata voluntate donandi proferri so-
lent circà liberalitatem cum aliquo exercendam,
receptum est, hujusmodi donationem exigere pro-
bationes omninò concludentes, ac perfectas, ea-
rumque perfectio dupliciter consideratur: primò
nempè in qualitate Testium, ut sint omni exceptio- 59
ne majores, vel saltem, quod numerus, vel admi-
nicula suppleant illas exceptiones, ex quibus fortè
tales judicandi non essent; & secundò, ut proba-
tio sit univoca pernecessè concludens perfectam, ac
omninò determinatam voluntatem donandi irrevo- 60
cabiliter inter vivos, quoniam cùm donare sit per-
dere, hinc proindè non de facili iste actus præsu-
mendus est* =, & consonant Alexand. cons.237.lib. 61
7., Rot. decis.603. num.7. coram Cavaler., in rec.
decis. 420. num.6., & seq. part. 5. tom.2. firman-
tes, Testes ad probandam donationem esse de-
bere multùm idoneos, & omni exceptione ma-
jores, quales profectò non sunt hactenus à D.
Margarita deducti.

Primus namque est Eques Franciscus Lape-
relli secundus Vir ejusdem D. Margaritæ, qui
licèt nonnisi ferè post annum à die factæ atte-
stationis eam duxerit in Uxorem, attamen vel
ob

62 ob affectionem, quam etiam tunctemporis er-
ga eam habuisse præsumitur, vel ob interesse,
& commodum, quod ex dicta donatione conse-
63 qui aliquando sperabat, fidem nullo pacto me-
retur, etiamsi agatur de re gesta ioter domesti-
64 cos parietes *Canon. si Testes §. Idonei caus. 4. quæst.
3. cap. Iusuper de Testib., Farinac. de Testib. quæst.
54. num. 10., & seqq., & quæst. 60. n. 59., Ro-
ta coram Cæsar. de Graff. decis. 72. n. 2. tit. de Testib.*
Ex aliis verò duobus alter erat famulus, alter
Colonus Prædii controversi, proindeque ambo
tamquam familiares, & addicti servitio D. Mar-
garitæ, à testimonio prò ea ferendo repellantur
65 *Gloss. in cap. in literis in verb. de familia de Te-
stib., & in leg. 2. cod. de Testib., Rot. decis. 132.
num. 7. part. 15., in Romana Testamenti 21. Junii
1694. §. Testes verò coram bon. mem. Ursino, & in
Sabinen., seù Civitatis Castellanæ Inundationis 27.
Januarii 1698. §. Sed præterea coram Eño D.
Card. dela Tremoille*, ubi de Testibus Colonis,
vel saltem, tametsi à Testimonio prò illa ferendo
penitùs non repellerentur, nihilominùs ob affe-
66 ctionem, quam ergà ipsam habere dicuntur, cen-
seri non possent integræ omninò fidei, & ido-
neitatis, qualis ad donationis probationem re-
67 quiritur, ut advertit *Card. de Luca de Donat. d.
disc. 16. num. 3., Rot. decis. 420. num. 2. part. 5.
tom. 2. rec.*

Certiùs verò ex horum Testium depositioni-
bus donatio sufficienter probata dici nequit,
quia exceptiones, quibus obnoxii sunt, minimè
supplentur ex numero, aut adminiculis; non
quidèm ex numeru, dum, ex infra dicendis,
unus dumtaxat loquitur de donatione, oullus
68 autem illam concludit, ut ad rem prosequitur
mox citatus *Card. de Luca de Donat. d. disc. 16.
sub num. 3.*, minùsque ex adminiculis, quæ po-
tiùs in contrarium urgent, cùm enim, ut Te-
stes asserunt, Asdrubal Prædium Uxori tradi-
69 derit in causam restitutionis dotis, illicò patet,
titulum donationis cessare, quia de alio expres-
sè constat, nunquam enim donatio præsumitur,
quoties alter titulus dari, & allegari potest *leg.
Cùm de indebito ff. de probat., Surd. cons. 290. n. 55.
lib. 2., Palm. nep. allegat. 231. n. 14., Card. de Luc.
de Donat. disc. 48. num. 9., Afflict. decis. 43. n. 24.,
Rot. coram Cavaler. decis. 603. n. 5., & 6., in rec.
decis. 309. n. 24. par. 9. tom. 1., dec. 95. n. 4. part. 18.,
& in Romana Locorum Montium 24. Novembris
1704. §. Non attenta coram R.P.D. Lancetta*;
70 quod si procederet, etiamsi ageretur de re te-
nuis valoris, *Cyriac. contr. 120. num. 34.; Surd.
71 decis. 166. sub num 1.*, certiùs locum sibi vindi-
cabit io casu nostro, in quo agitur de inducen-
da donatione quantitatis non modicæ, videlicet
scutorum 1666., &, quod magis est, non con-
72 stat, Asdrubalem fuisse prædivitem, ex quo
magis inverisimile redditur, quod tantam quan-
titatem donare voluerit *Rot. decis. 113. num. 13.
part. 1., decis. 315. num. 2. part. 11., decis. 302. n. 5.
part. 16. rec., in Narnien. Dotis, seu fideicom-
missi de Capitonibus 16. Junii 1687. §. Secundò
concurrit coram bon. mem. Ursino & in dicta Ro-
mana Locorum Montium 24. Novembris 1704.
§. Non attenta coram R.P.D. Lancetta.*

Rursus idem Asdrubal. in suo ultimo testa-
mento expressam mentionem fecit de alia do-
natione facta D. Margaritæ, eamque ratifica- 73
vit, nihil verò dixit de assignatione dicti Præ-
dii, undè perspicuum fit, nullam illius respe-
ctu exercuisse liberalitatem, quippè hujus etiam
donationis verisimiliter meminisset, si reverâ
adfuisset, eamque valere voluisset, juxtà fir-
mata *per Rotam in Romana pretii officii 11. Ju-
nii 1714. §. Absque eo quod coram Eño D. Car-
din. Scotto, confirmata 15. Maii 1716. §. Minùs-
que coram R.P.D. Cerro*; Discretiva namque
dispositio arguit contrariam mentem Disponen- 74
tis in eo, super quo disponere prætermisit *Car-
din. de Luca de donat. disc. 8. num. 23., Rota co-
ram bon. mem. Emerix jun. decis. 841. num. 3., in
rec. decis. 186. num. 6. part. 17. rec.* Idque confir-
matur ex eo, quod, cùm post obitum Viri il-
lius heredes institerint prò æstimatione Bono-
rum assignatorum, & mulier assertam dona-
tionem opposuerit, ad evitandas lites concorda-
tum fuit, ipsam temporariè frui debere Prædio
assignato, donec videlicet ad secunda vota
transiret; Unde ipsamet assertæ donationis in-
subsistentiam agnovisse videtur, dùm consensit 75
conventioni, & pacto isto, quod, utpotè im-
portans resolubilem rei fruitionem, incompati-
bile est cum donatione perpetuò duratura *Gra-
tian. discept. 50. nu. 18. & seqq., Rot. coram Se-
raph. decis. 1303. num 3., coram Dunoz jun decis.
579. num. 16., in dicta Romana pretii officii 8. Ju-
nii 1711. §. Cessatque coram Eño D. Card. Prio-
lo, 11. Junii 1714. §. Submota coram Eño D.
Card. Scotto, & 15. Maii 1716. §. At istibæc co-
ram R.P.D. Cerro.*

In quorum argumentorum, & conjecturarum
conflictu minoris saoè momenti videntur illa,
quæ in oppositum considerata sunt, nam, si in
humanis actibus æstimandis, ac investigando 76
fine, ob quem illi celebrati sunt, plurimùm
semper valet inspicere primordialem titulum,
ex quo regulariter posterior formatur eventus
Thabor. axiomat. jur. lib. 5. cap. 22. axiom. 9., hoc
tituli primordio iuspecto, procul dubio exclu-
ditur animus exercendi erga Uxorem liberali- 77
tatem, nam, ut alibi dictum est, & probant
etiam Testes exadverso inducti, D. Margarita
assiduas Asdrubali Viro molestias exhibebat, il-
li exprobrans, quod, licèt ipsa non modicam
scutorum 3000. dotem extradidisset; nihilomi-
nus nulla nec etiam exigua pecuoiæ quantitas
in muliebres sumptus eroganda sibi submioi-
straretur, nemo euim non videt, quod ratio
ista agendi, ac jurgia, quibus Uxor importu-
nis petitionibus, atque exprobrationibus Viri
animum conturbabat, eumdem ad se munifi-
cum erga ipsam exhibendum allicere, aut quo-
quomodo permovere minimè potuisse. Dum
igitur, ut ab adeò importunis, molestisque pe-
titionibus sese expediret, deliberavit Uxori tra-
dere Prædium, de quo agitur, quamvis exce-
deret illius creditum dotale, iode capi potiùs
potest conjectura contraria donationi, dum ta-
lis

lis actus referri valet ad aliam causam, restitu-
78 tionis nempè dotis, quam Uxor tradidisse Viro
improperabat, quapropter, si prò excludenda
79 donatione sufficit quævis conjectura, & occasio
Natt. consf.73. nu.9. lib.1., *Mantic. de tacit. lib.
13. tit.6. num.12. tit.9. num.11.*, *Mart. medic.de-
cis. Lucen. 86. num.15.*, *Rot in rec. decis.41. nu.
5. part.9.*, quonam pacto locus esse poterit in
nostra hypothesi tacitæ, atque conjecturali do-
nationi subintelligendæ in actu, qui ex mox re-
lata facti specie, & ex Testibus exadverso addu-
ctis ob aliam causam factus reperitur.

Ut etiam ob eamdem rationem nulla conje-
ctura desumi valet ex descriptione dicti Prædii
in Æstimo facta nomine D. Margaritæ, atque
exactione fructuum, & publicarum functionum
80 solutione deinceps ejus nomine facta; nam,
quod attinet ad descriptionem in Æstimo, cer-
tum est, illam aptam non esse ad donationem
81 inducendam, quoties donandi animus procul
abest, & ex alia causa, quàm donationis de-
82 mandata appareat, juxtà *Text. in leg. si Præfet
Cod. de donat.*, & benè in his terminis *Mantic.
de tacit. lib.13. tit.10. nu.17.*, *Peregrin. de fidei-
commiss. art. 44. sub num. 10. vers. quæ tamen*,
exactio verò fructuum, & onerum solutio re-
ferri debent ad eamdem præcedentem causam
83 restitutionis dotis, de qua apparet, & in cujus
sequelam actus prædicti facti censentur, nec ad
84 alium finem prorsus diversum trahendi sunt
ad *Text. in leg. Jubemus Cod. ad Vellejan.*, *Cra-
vet. consf. 91. num. 9., & consf. 284. num. 6.*, *Ro-
ta coram Burat. decis. 905. num. 5.*, *corom Peu-
tinger. decis. 198. num.9.*, *coram Dunoz. jun. de-
cis.869. num.7*, *coram Cerro decis.280. num.17.*,
in rec. decis.105.nu.13., *decis.122. num. 19. part.
12.*, *decis.185. num.25. part.19.*, *in Romana, seu
Portuen. Tenutarum 17. Junii 1697. §. Neque
demùm coram Rño dell'Olmo*, *& in Bononien fi-
deicommissi de Manzolis 22. Junii 1699. §. Qui-
nimò coram Rño Ansaldo Decano*; Cùm enim
Prædium Margaritæ nomine descriptum in Æ-
stimo reperiretur, præstatio proindè onerum
85 alio nomine expleri non poterat, ut ad præci-
sum effectum donationem excludendi similibus
actibus, respondit *Rota in dicta Romana Locorum
Montium 24. Novembris 1704. §. Minimè refra-
gante coram R.P.D. Lancetta*; Et demum nul-
lum donationis argumentum elici potest ex eo,
86 quod verisimile sit, Asdrubalem prole, aliisque
conjunctis personis carentem Uxori donare vo-
luisse quantitatem supradictam; cessat enim
ista verisimilitudo eo ipso, quod aliam conspi-
cuam donationem eidem Uxori fecit, quâ con-
jugali affectui plenè satisfecisse censetur, cer-
87 tus quia donationem, quam verè fecerat, in
testamento approbavit, nil dicendo de contro-
versa assignatione, quod ostendit diversam ip-
88 sius voluntatem, apertiùs sanè confirmatam ex
alio titulo, in quem illam fecisse constat, ideo-
que inanis redditur postrema hæc conjectura sic-
uti, & cæteræ aliæ supra rejectæ, quas etiam
frustrà jungendas, & simul cum Testibus acci-
piendas esse dictum fuit, nam cùm quælibet ex
illis sit in suo genere imperfecta, id sanè prohi- 89
bet, quo minùs conjungi possint *Rot. decis.145.
sub num.5. part.3. rec.*

Quæ cum ità sint, & plenè his omnibus de-
monstrata fuerit Testium inhabilitas minimè
suppleta numero, aut adminiculis, quæ hacte-
nus tamquàm levioris ponderis rejecta sunt,
superfluum videri posset rigidiori examine illo-
rum dicta perstringere; dum etiamsi donatio-
nem perspicuè probarent, nihilominùs ob ex-
ceptiones, quibus perstringuntur, attendendi
non essent; Verumtamen, ut magis, magis- 90
que assertæ donationis insubsistentia confirme-
tur, non pigebit brevibus illorum depositiones
percurrere, ex iis namque patet, deficere etiam
alterum requisitum univocæ, & concludentis 91
probationis, adeout quamvis iidem Testes aliis
obnoxii non essent exceptionibus, attamen do-
natio ex eorum dictis perfectè, & concludenter
probata dici non potest, attentè siquidem illis
perpensis, nulla unquam donationis mentio in
eis facta reperitur; sed in prima, & secunda
simpliciter asseritur = *qualmente il già Signor
Asdrubale volse, ed intese, che l' Illustrissima
Signora Margarita sua Consorte conseguisse il
Podere detto della Fossa del Lupo per restituzione
della di lei dote, come più volte se ne dichiarò, e
perciò fece voltare detto Podere alla lira in fac-
cia a detta Signora Margarita prima di morire, è
volse, che la medesima ne pagasse da per sè an-
nualmente il dazio &c.* = Tertia verò nempè Co-
loni ità se habet = *Il Signor Asdrubale già mio
Padrone, circà due anni sono, mi comandò, che in
avvenire avessi riconosciuto per Padrone del di lui
Podere della Fossa del Lupo la Signora Margari-
ta sua Consorte, ed alla medesima corrispondessi
con darle di tempo in tempo tutta la sua parte del
frutto di detto Podere, ed a lei obbedissi come ve-
ra Padrona del detto Podere per averlo alla mede-
sima ceduto, e come suo proprio consegnarle, come
hò fatto sempre dopo avere avuto l' ordine fino al
tempo presente in tutto quello mi è occorso circa
tutti li frutti, e rendite di detto Podere &c.* =

Ex his verò nullatenus inferri valet donatio,
quia verba Testium illam permecessè non im- 92
portant *Rota coram Cavaler. decis.603. num. 4.*,
quod enim Prædium assignatum fuisse dicatur
prò restitutione dotis, & in plenum mulieris
dominium transiisse, tantum abest donationem 93
inferre posse, ut potiùs illam excludat, cùm de
alio titulo constet, qui sanè titulus, restitutionis
nempè dotis etsi totum Prædium absorbere non
posset, non indè tamen quoad excessum rectè 94
arguitur donatio, vel quia maritus sciebat, illud
esse gravatum censu scutorum 800. ab ipso im-
posito anno 1712. & numquam extincto, & ideo
majorem hanc quantitatem Uxori assignare vo- 95
luisse censetur, ut ità, detracto debito, inte-
gram dotem æquaret, quælibet enim possibilis
interpretatio sumi debet prò exclusione dona- 96
tionis, tametsi indè actus redderetur nullus
*Spad. consf.224. num.2. lib.2., & consf.306. nu. 9.
lib.3.*, *Menoch. consf.1. nu.214. & seqq.*, *Cirocch.
discept.66. num.39.*, *Palm. allegat.231. num.18.*,
Capyc.

Capyc. Galeot. contr. 32. num. 59. & 60., Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 20. nu. 20., & 21., Rot. decis. 660. num. 6. part. 4. tom. 3. decis. 55. nu. 2., & seqq. part. 12. rec., in Romana Pecuniaria 4. Julii 1696. §. Quoniam coram Rmo Molines, vel quia inconsulto, & per errorem superexce-
97 dentem quantitatem dedisse censetur, quippè hic faciliùs præsumitur etiam in facto proprio,
98 quàm donatio *leg. sed etsi reputem in princip., & leg. si fidejussor., & leg. si is §. Cum quo ff. de condit. indeb., Gloss. in leg. generaliter verb. causam, ubi Bald., & alii Cod. de non numerat. pecun., Bald. cons. 189. in fin. vol. 2., Cravet. cons. 77. num. 14., Curt. jun. cons. 59. num. 5., aliique apud Menoch. de arbitr. cas. 88. num. 3., Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 9. nu. 3. & seqq., Rot. decis. 69. num. 3. part. 7. rec.*

Neque verò error exclusus videri potest ex scientia dicti excessus, quem Asdrubalem habuisse supponit alter Testis, nempè Canonicus Pancratius, nondum tamen à Margarita productus, qui, ut asseritur, expressè deponit = *che trovandosi una sera in casa di detto Signor, cioè Asdrubale intorno al fuoco, venne a contesa la sudetta Signora Margherita con il Signor Asdrubale suo Consorte, e che il medesimo Signor li disse, vi hò consegnato il miglior Podere, che io hò, e non vi contentate? e quello, che vi è di più, ve lo dono* = quantum enim huic Testi unico, &
99 singulari deferendum sit, præsertim in materia adeò gravi, & periculosa, quippè agitur
100 contrà juris præsumptionem de inducenda donatione, facilè quisquam recto sensu præditus secum reputare poterit, cùm in his terminis contrà dictum unius Testis omnes regulæ clameot, & quæcumque etiam maxima dignitas fidem illi conciliare non possit *Feliu. in cap. super his num. 12. de fidejussor., Rot. coram Priolo decis. 387. nu. 6., in Romana dotis 13. Junii 1710. §. Nec subsistere coram R.P.D. Crispo, & in Colonien. Matrimonii 19. Januarii 1711. §. Præterquam quod coram Falconerio*, potissimùm ani-
101 madvertendo, quod, juxtà depositionem hujus Testis, Asdrubal non dixit = *e quello, che v'è di più, vel hò donato*, sed = *ve lo dono* =, quod ostendit, ipsum tempore factæ assignationis donandi animum minimè habuisse, quia excessum non cognoverat, & in hoc iste Testis convenit cum aliis de simplici dotis restitutione, & dominii translatione deponentibus, nullamque de dicto excessu, illiusque donationis mentionem facientibus; qui quidem excessus cùm posteà Asdrubali innotuisset Uxoris importunitate devictus protulit illa verba præsentis temporis = *è quello, che v'è di più, ve lo dono* =, quæ, ut mox dictum est, donationem in præteritum excludunt,
102 & in præsenti minimè concludunt, cùm prolata censeantur ob importunitatem Uxoris, &, ut idem Testis deponit, ad sedanda jurgia inter ipsos exorta, potiùs, quam ex determinata voluntate donandi, prout sæpissimè contingere solet, ideoque donationem non inducunt, ad tradita per *Capyc. latr. consult. 138. num. 32., Menoch. de arbitr. cent. 1. cas. 88. num. 6. lib. 2., Cardin. de Luc. de donat. disc. 16. num. 2.*

Constabilità ex his insubsistentiâ assertæ donationis, ex qua veluti ex necessario antecedenti sequitur restitutio à D. Margarita facienda illius quantitatis, quam ultrà suam dotem 103
recepit, ex censura *Text. in leg. Cujus per errorem 54. ff. de regul. jur.*, & aliorum jurium frequentissimè occurrentium, progredior ad firmandum, quomodo sit facienda æstimatio Bonorum assignatorum; an scilicet, habito respectu ad fructus, quos illa reddere possunt, vel ad valorem Terrarum, Domorum, & animalium in eis existentium, ut indè perspici possit, quantum id sit, quod restitui debet. Paucis verò quoad
hoc me expediam, cùm in hac materia spectan- 104
da sit consuetudo cujuslibet Regionis, juxtà quam bona communiter æstimantur *Advoc. Constantinus ad statut. Urb. annot. 46. nu. 88. tom. 2.*, & quidem regulariter habitâ ratione tùm
fructuum, tum terrarum, domorum, & Ani- 105
malium in eis existentium, quæ procul dubio fundi valorem augent *Bald. in Authen. hoc nisi Cod. de solut. num. 1. vers. sed pone, Cyriac. contr.*
261. num. 25. ad 32., & prius contr. 83 num. 3., Rot. decis. 656. num. 8. part. 18. rec. tom. 2., & in Romana Cambii 1. Julii 1701. §. Deveniendo itaque coram clar. mem. Card. Caprara; quod pro- 106
cedit, etiamsi domus, & animalia ad meram vo-
luptatem, & oblectamentum comparata dici 107
possent, quia nihilominùs aliqua eorum esset
habenda ratio, dum etiam oblectamentum est 108
pretio estimabile *Gabriel. cons. 74. num. 5., & 6. lib. 1., Rot. ad ornat. Cardin. de Luc. de usur. decis. 8. num. 3.*; Et quocumque modo considerentur, eadem semper augent fundi pretium *Rot. coram Pamphil. decis. 288. num. 1., & 6., & decis. 312. num. 2.*, & ad summum detrahi so-
lummodò posset tertia pars veri, justique valo- 109
ris, per ea, quæ advertunt *Pigant. ad statut. Ferrar. rubr. 88. num. 73., Rot. in rec. decis. 457. num. 3. part. 2., decis. 293. num. 6., & 7. part. 17., & post Constantin. ad statut. Urb. decis. 169. num. 16.*

Et ita veriùs crederem procedendo cum terminis donationis, cujus titulo juvari contendit D. Margarita, licèt illi magis profuturum fore arbitrer insistere simplici titulo dationis in
solutum factæ in causam restitutionis dotis, prò 110
qua rectè Asdrubal potuit Prædium majoris valoris assignare, absque eo quod actus hujusmodi tamquam nullus, & sinè causa factus, deindè
revocari, aut major illa quantitas à solvente re- 111
peti valeat, quotiescumque nulla aut enormis
aut enormissima læsio intercessit; his addendo, 112
titulum assignationis sivè dationis in solutum, qui, inspectâ rei substantiâ, reverâ videtur actus principaliter gestus inter præfatos conjuges,
non esse incompatibilem cum titulo donationis, 113
qui adjectus, & expressus fuit ad majorem cautelam, ac in sequelam, & confirmationem
actus principaliter celebrati, nè fortè prætextu 114
majoris valoris rei datæ in solutum impugnari posset, ut deponit Testis relatus *in §. Neque verò error*, quo casu prò sustinendo actu spe-

ctan-

115 ctandum est id, quod principaliter Partes facere voluerunt, non autem id, quod ex abundanti, & ad majorem cautelam dictum, aut factum fuit, ex notis juris nostri regulis, quæ innuisse volui, ut requirentes incertæ litis valdè periculosam aleam evitare possint aditum præbendo honestæ alicui concordiæ &c.

Imolen. Successionis, seù Renunciationis.

Renunclatio à filia ex caussa ingressus in Religionem facta Bonis paternis, maternis, & avitis, additis verbis = *è di qualunque altra forte* = hereditatem etiam fratris, licèt viventis, censetur comprehendere. Realis itidem, & ad extraneos quoque heredes transitoria reputatur, si, cum favore Patris emissa sit, clausulam contineat cæteratam = *ejusque heredum &c.* = Heredum autem nomine sivè heredes sanguinis, sivè agnati intelligantur, venit etiam fœmina de ipsius Renunciatarii familia.

VOTUM XXXIII.

1 *Renunciatio stricti juris est, ac ultra expressa non extenditur.*

2 *Renu iati facta paternis Bonis, Bona fratris, licèt a Patre obveniant, non comprehendit.*

3 *In renuncintione ut Bona quæpiam censeantur comprehensa, eorum origo non attenditur, sed ipsorum status delatæ successionis tempore.*

4 *Jus succedendi ab intestato alicui viventi habetur pro jure de futuro ex caussa etiam de futuro.*

5 *Jus futurum ex caussa de futuro nunquam in renunciatione comprehensum intelligitur, nisi literaliter expressum sit.*

6 *Renunciatio personalis resolvitur ob defectum personarum in ea contemplatarum*, & nu. 25.

7 *Renunciatio favore Patris, ejusque heredum personalis est.*

8 *In renunciatione favore Patris, ejusque heredum facta intuitu conservandi Bona in familia, censetur contemplata agnatio.*

9 *Et comprehensi soli masculi heredes sanguinis.*

10 *Deficiente præsertim clausulá* quorumcumque.

11 *Renunciatio per verba* = dà, cede, rinuncia, trasferisce &c. = *verè translativa est*, & num. 44.

12 *Renunciatio qualibet translativa personalis est.*

13 *Et resolvitur, deficientibus personis in ea contemplatis.*

14 *In renunciatione facta Bonis paternis, maternis, & avitis, additis verbis* = è di qualunque altra sorte = *fratris etiam Bona dicuntur comprehensa*, & num. 15.

15 *Verba* = è di qualunque altra sorte = *augmentativa, & ampliativa sunt.*

16 *Nec possunt verificari, nisi in rebus diversis ab expressis.*

17 *In renunciationibus verba generalia ad rem expressam non restringuntur, quando id non patitur recti sermonis ratio.*

18 *Dictio* alius *includit diversa ab expressis.*

19 *In renunciatione facta Bonis paternis, maternis, & avitis, verba* = è di qualunque altra sorte = *deindè adjecta, de Bonis fratris verisimiliter contemplatis debent intelligi.*

20 *In renunciatione aliquibus expressè hereditatibus facta, verba generalia, atque ampliativa deindè adjecta, dupliciter considerantur, vel cum referuntur ad modos succedendi, vel cùm ad hereditates ipsas.*

Quid autem operentur sivè in primo casu, sivè in secundo? ibid. & num. 22.

21 *In renunciationibus vitanda est verborum superfluitas.*

23 *Renunciatio per verba futuri temporis hereditates non tantùm delatas, sed etiam futuras comprehendere censetur.*

24 *Procedit maximè ubi agitur non de admittendo extraneo, sed Fratre, Sorore, vel agnato.*

25 *Renunciatio ut comprehendat jus de futuro, istius mentio specialis requiritur.*

26 *Intellige, si tale jus caussam habeat prorsus novam, nec præcognitam, secus, si caussam de præterito, vel de præsenti.*

27 *Renunciatio favore Patris, ejusque heredum est suapte naturà ad extraneos quoque heredes transitoria.*

28 *Ac etiam fœminas comprehendit.*

29 *Accedente præsertim clausulà cæteratà* heredum &c.

30 *Clausula cæterata* heredum &c. *de jure, ac de notariorum stylo importat stipulationem pro heredibus etiam extraneis.*

31 *Renunciatio favore Patris clausulam continens cæteratam* ejusque heredum &c. *realis, & perpetua dicitur.*

32 *Præsertim, cum junctam habet clausulam* ad habendum, tenendum &c.

33 *Renunciatio favore Patris, ejusque heredum facta a filia Religionem ingressura, realis dicitur, & perpetua, si reservationem contineat annui livelli, habito illius respectu etiam post Patris obitum.*

34 *Renunciatio filiæ favore Patris, ejusque heredum realis, & abdicativa faciliùs præsumitur, si spiritualis, quàm, si carnalis matrimonii occasione facta sit.*

35 *Monialis per professionem civiliter, & sinè herede mori dicitur.*

36 *In renunciatione agnatio non censetur contemplata, si Renuncians unici sui Fratris nec mentionem quidem habuit.*

37 *In renunciatione stipulata pro heredibus etiam extraneis per clausulam cæteratam* heredibus &c. *agnatio non censetur contemplata*, & num. 39.

38 *Renunciationis verba* = è questo ad effetto, che

che i Beni si conservino nella sua famiglia, = non contemplatione agnationis, sed ad colorandam renunciationem ipsam adposita censentur.

40 *In renunciatione a Moniali emissa favore Patris, ejusque heredum agnatio per modum non caussæ finalis, sed tantùm impulsivæ censetur contemplata.*

41 *Caussa enim finalis reputatur ingressus ipse, vel professio in Religione.*

Item conjunctio sanguinis, dotatio congrua, ac similia, num.43.

42 *Cessante autem ejusmodi impulsivâ caussâ, renunciatio non resolvitur.*

Amplia, ut num. 43.

43 *Renunciatio, si una desit ejus principalis caussa, adhuc subsistit, aliis extantibus caussis æquè principalibus.*

45 *Renunciatio quod respectu Renunciantis realis, & abdicativa sit, translativa verò, & personalis respectu Renunciatarii, non repugnat.*

46 *Renunciatio occasione monachationis, si realis illa sit, perpetuò Renunciantem arcet a Bonis renunciatis.*

47 *Renunciatio personalis a Moniali emissa favore Patris, ejusque heredum, sivè de heredibus sanguinis, sivè de agnatis intelligatur, non resolvitur, superstite adhuc fæminâ pariter agnatâ*, & num. 49.

48 *Fœminæ etiam dicuntur de agnatione, illamque conservare.*

50 *Heredum sanguinis nomine Descendentes omnes, ac etiam fœminæ comprehenduntur.*

51 *In materia conjecturali, ideoque dubia, dubius pariter semper est litis eventus.*

AD successionem bon. mem. Antonii nuper, nimirum mense Septembris anni proximè elapsi ab intestato, & sinè prole defuncti, præter D. Alexandram ejus Matrem, & D. Joannam Sororem in sæculo manentem, venire contendit etiam Ven. Monasterium Sanctæ Mariæ Magdalenæ Civitatis Imolæ Ordinis S. Augustini ex persona duarum Sororum ejusdem Antonii defuncti in ipso professarum usque ab anno 1702.; Sororis nempè Coronatæ, in sæculo Felicis, & Sororis Deodatæ in sæculo Justinæ nuncupatarum.

Cùm autem quoad personam Matris, & Joannæ Sororis, nulla esse possit difficultas, successio quippè in nostra hypothesi deferenda est ad normam juris communis, eò quod nulla extet particularis sanctio municipalis illas repellens; solùmque dicto Ven. Monasterio, cujus alioquin capacitas in dubium non revocatur, obstare posse videantur renunciationes emissæ à præfatis Sororibus occasione professionis: Ideò strictè à me quæritur, ut prò veritate dicere velim, an Monasterium justè repelli possit dictis renunciationibus, itaut universa successio ad matrem, & alteram sororem sæcularem pertineat? id quod ut recto judicio statui possit, inspiciendus est tenor dictarum renunciationum, quæ etsi per actum distinctum, & separatum celebratæ noscantur, eàdem tamen omninò formâ conceptæ reperiuntur; ideoque satis erit alterius tantùm tenorem referre, illumque examinare, exinde enim recta elicietur interpretatio utriusque.

Illarum verò tenor ità se habet = *costituita &c. avanti di fare la sua solenne professione in detto Monastero, e servire al Signore Iddio hà risoluta voler fare libera, ed ampla rinuncia di tutti, e singoli suoi Beni, azioni, e ragioni presenti, e future, che in qualsivoglia modo e causa, e titolo le competono, e siano in avvenire per competere ne' Beni paterni, materni, Aviti, e di qualunque altra sorte, etiam per testamento, rispetto però solamente alla sua Signora Madre, e questo ad effetto, che i Beni si conservino nella sua famiglia, salvo però sempre, e riservato, vitá sua naturale durante in detto Monastero, un annuo Livello di scudi dieci moneta di paoli dieci per scudo sino a tanto viverà detto suo Signor Padre, e dopo la di lui morte i Signori suoi Eredi saranno tenuti pagare di sopra più delli dieci scudi altri due scudi, che in tutta poi saranno scudi dodici annui, e altrimente &c. Che però &c. dà, cede, rinuncia, e trasferisce tutte, e singole sue ragioni presenti, e future, che in qualsivoglia modo, causa, e titolo le competono, ò siano in avvenire per competere ne' Beni paterni, materni, aviti, e di qualunque altra sorte nel moda, come sopra s'è detto, all' Illustrissimo Signor Orazio &c. suo amatissimo Padre presente, che accetta per sè, e suoi Eredi con clausula amplissima ad avere, tenere, e godere, e disporre &c. ponendolo in di lei luogo &c. costituendolo &c quale rinuncia sopra fattu, ed avendo il suo plenario effetto, il sudetto Signor Orazio sponte per sè, e suoi &c. promette, e s'obliga dare, ed effettivamente pagare a detta Novizzia sua figliuola presente, che accetta, scudi dieci simili sin tanto egli medesimo viverà, e dopo la di lui morte si obliga, che li di lui Eredi li dovranno dare annualmente di sopra più altri due scudi, che tutto poi saranno scudi dodici di Livello fino a che ella naturalmente viverà &c.*

Ex hujusmodi renunciationum contextu duo
erui possunt fundamenta favore Ven. Monasterii;
alterum, quod in illis minimè comprehendatur
hereditas fraterna, nedùm quia expressa non fuit,
prout requiritur in hac mate- 1
ria strictissimi juris, & nullam extensionem admittente *Surd. cons.431. num.32. lib.3., Cephal. cons.605. num.5. vol.4., Honded. cons. 29. nu. 93. & 94., Cyriac. contr.475. nu. 60., Torr. de pact. futur. success. lib.2. cap.38. num.29. 34. & seqq., & sub num.66., & prius cap.23. nu.8.*, ubi, quod
renunciatio facta de hereditate Patris, non est 2
extendenda ad hereditatem fratris, licèt ista consistat in Bonis paternis, quibus fuit renunciatum, *& nu.36. & seqq. ad* 42., & dixit *Rot. penes eumdem Torr. decis. 166. num.1., & seqq.*, tradens rationem, quia non attenditur origo
Bonorum, sed eorum status tempore delatæ 3
successionis, & in aliis pluribus adductis per *Rub. in annot. ad decis.375. num.22., & seqq. part.*

4. tom.2. rec., & decis. 16. num.35. part.19., & in
Perusina Immissionis 15. Maii 1705. §. Absque
eo quod, & 15. Januarii 1706. §. Renunciatio
coram Emo D.Card. Scotto. Verùm etiam, quia
jus succedendi ab intestato alicui viventi habe-
4 tur prò jure de futuro ex causa etiam de futu-
ro, cum dependeat à voluntate illius, qui te-
stando poterat spem omnem tollere Soccin. in
leg.1. §. Veteres sub num.3. ff. de acquir. possess.,
Castrens. cons.394. in fin. vol.1., Corn. cons. 180.
num.2. vol.2., Cephal. cons.526. num.68., & 75.
vol.4., Peregrin. de fideicomm. art.23. sub nu.52.,
Torr. de pact. futur. success. lib.2. cap.40. nu.23.,
Rot. coram Dunoz. Jun. decis. 346. nu. 26. & seq.
& decis.20. num.6., inter impress. ad ornat. Card.
5 de Luc. de legat. tom.11., quod quidem jus fu-
turum ex causa de futuro numquam in renun-
ciatione comprehensum intelligitur, nisi litera-
liter expressum legatur, ex doctrina Bartoli in
leg. qui Romæ §. Duos fratres num.19. ff. de ver-
bor. obligat., Surd. cons.26. num. 20. in fin., Al-
tograd. sen. cons.66. num.14., Sanfeliciat. contr.73.
num.26, Cyriac. contr. 292. num.8., Surd. decis.
289. num 13., Rot. decis.340. num.6., coram Ca-
valer., decis.543. num.27. part.5. rec. tom. 2., &
magistraliter in Romana renunciationis 23. Ja-
nuarii 1708. §. Quæ quidem verba coram Emo D.
Cardin. Scotto, confirmata 15. Junii ejusdem
anni §. Porro, & §. Jura namque coram eo-
dem.

Alterum fundamentum est, quod renuncia-
6 tiones hujusmodi personales sint, & resolutæ
ob defectum personarum in ipsis contemplata-
rum, quippè celebratæ apparent favore Patris,
7 ejusque heredum, & quidem intuitu conser-
vandi Bona in familia ibi = e questo ad effetto, che
8 i Beni si conservino nella sua famiglia =, undè con-
templata videtur agnatio, & soli masculi here-
9 des sanguinis in dictis renunciationibus compre-
hendi Bartol. in leg. pronunciatio §. Familiæ ff. de
verbor. signific., Mantic. de conject. lib.8. tit. 12.
num.17. & seqq., Rot. decis.373. num. 3. part. 3.
rec., decis.109. num.8. post Torr de pact. futur. suc-
cess., & in Avenionen. Concursus super reserva-
tis 21. Junii 1713. §. Atque ex his & seqq. coram
bon. mem. Ansald. præsertim, cum deficiat ver-
bum = quoscumque =, aut alia similis clausula
10 comprehensiva heredum, certius restringuntur
ad solos heredes sanguinis, ut actus, quoad mi-
nus fieri potest, noceat Renuncianti, quemad-
modum in terminis renunciationis factæ occa-
sione ingressus in Religionem docent. Covaruv.
in cap. quamvis part.3. §.3. num. 4. de pact. in 6.,
Cyriac. contr.475. num.10. & 11., Mans. consul-
tat.258. num.11., Panimoll. decis.53. annot.4. nu.
47., Rota coram Merlin. decis.869. num.13., &
decis.894. num. 9., & ad ornat. Card. de Luc. de
legat. decis.35. num.5. & 6.

Rursùs in parte dispositiva dictarum renun-
ciationum ità legitur = dà cede, rinuncia, trasfe-
11 risce &c. quibus porrò verbis clarè innuitur, illas
esse verè translativas, ex Andreol. contr.310. nu.
14., Torr. de pact. futur. success. lib.2. cap.10. nu.
3., Rot. post eumdem decis.127. num.3., decis.128.
num.18., & decis.200. num.2.; proindeque cum
omnis renunciatio translativa sit personalis 12
Passerin. in cap. quamvis pactum num. 46. de pact.
in 6., Donad. de renunciat. cap.4. num.8. tom.2.,
Andreol. contr.310. num.10., Aciolin. resolut.40.
num.30., Torr. de pact. futur. success. lib. 2. cap.
10. num.35. & 67., Rot. post eumdem decis.64. nu.
6. & 7., decis.116. num.16, & decis.200. num.4.,
consequens est, ut resolvatur deficientibus per- 13
sonis contemplatis, ut arguunt Surd. cons.579.
num.20., cons.448. num.13., & decis.163. nu.10.,
Marcian. disput. 8. num. 11., Donad. de renunc.
cap.3. num.20., & 21. tom.1., & cap.43. num.8.,
& 9. tom.2., Theodor. allegat.36. nu.31., de Ma-
rin. resolut. quotid. cap.190. ferè per tot. lib.2. cap.
10. num. 36., Rot. post ipsum dict. decis. 64. num.
6., & 7., decis.116. num.16., & decis.200. num.4.,
& seqq.

At verò neutrum ex dictis fundamentis sub-
sistere videtur, nam primum, videlicet non
comprehensionis Bonorum fraternorum in re-
nunciationibus, de quibus agitur, corruit ex
eo, quod, licèt illa expressè in renunciationibus
nominata non appareant, cùm tamen post enun-
ciata Bona paterna, materna, & avita addita 14
præterea legantur verba illa = è di qualunque al-
tra sorte =, sub his sane amplissimis verbis nul-
lam Bonorum speciem excludentibus, sed om-
nia indistinctè amplectentibus, dubium non est,
quin comprehensa dicantur etiam Bona frater-
na, non secus ac si de eis specifica, & individua
mentio facta fuisset Bursat. cons. 114. num. 14.,
Rovit. cons.43. num.9. lib.1., & prius cons 42. nu.
12., Gargiar. cons.100. num.39., Redenas. b. cons.
46. num.56., Becc. cons.74. num.26. & seq., Me-
noch. cons.115. num.57., & cons.401. num. 111.,
Surd. cons.562. num.5., & seqq., & num. 9., &
seqq., Capyc. latr. consult.77. num.32., Card. de
Luc. de renunciat. disc.9. num.8. & 12., Gratian.
discept. forens. cap.568. nu 37. & seq., Bottiglier.
de renunc. success. cap.2. theorem.49. num.23. pag.
mihi 255., Rota coram Merlin. decis.22. num.8.,
& 9., & decis 62. sub num. 5. post Merlin. de le-
git., decis.47. num.8., & decis.48. nu. 6., in recent.
decis.714. num. 1., & seqq. part.2., & decis.375.
num.9., & duob. seqq. part. 4. tom. 2., & in qua-
dam allegat. impress. apud Perremut. conflict.
Jurisconsult. part.3. tom.2. fol. mihi 23. num. 42.
& seq.

Et rectè quidem, nam verba illa = e di qua- 15
lunque altra sorte = sunt proculdubio augmenta-
tiva, & ampliativa dispositionis, nec possunt
verificari, nisi in Bonis diversis ab expressis Surd. 16
cons.303. num. 32., & seqq., Menoch. cons. 355.
num.18. lib.4., Natta cons.546. nu.22., Hodiern.
in leg. hac Edictali quæst. 11. num. 65., & duob.
seqq., ubi alii, Gratian. dict. cap.568. num.33. ad
36., Rot. decis.149. num.3. part.1., ubi etiam,
quod, licèt verba generalia in renunciationibus 17
regulariter restringantur ad rem, vel causam
expressam, id tamen non procedit, quando ra-
tio recti sermonis talem restrictionem non pati-
tur, & in rec. decis.714. num. 4., & duob. seqq.
part.2., præsertim num.5. inquiens, quod ratio
recti

recti sermonis non recipit restrictionem ad ex-
pressa, quando, specificatis successionibus pa-
ternis, maternis &c., renunciatum est etiam aliis
18 successionibus quomodolibet devolvendis, quæ
verba ex sui propria natura ampliant, & non
restringunt dispositionem, nec possunt verifica-
ri, nisi in juribus diversis à jure competente
super Bonis renunciatis; ponderando præser-
tim dictionem *aliis*, quæ, licèt sit nota simili-
tudinis, includit diversa ab expressis, & benè
19 ex *Gratiano dicto cap. 568. num. 33. & seqq.*, pro-
indeque, si supra relata verba = *e di qualunque
altra sorte* = necessariò debent intelligi de diver-
sis Bonis præter specificata, omninò referen-
da sunt ad bona fraterna, quæ post paterna, ma-
terna, & avita claris verbis expressa, faciliùs
menti Renunciantium obversari poterant *Mer-
lin. Pignatell. contr. forens. cap. 5. num. 1. & seqq.,
& num. 17., Torr. de pact. futur. success. lib. 2. cap.
23. num. 42., Rota coram Merlin. decis. 22. num.
9., & decis. 166. num. 6. post Torr. de pact. futur.
success.*, in quibus benè distinguitur casus, in
20 quo verba referuntur ad modos succedendi, ab
altero casu, in quo referuntur ad alias succes-
siones, ut in primo casu illa, quantumvis am-
pla, & generalia restringantur ad omnes mo-
dos, quibus Renuncians Patri, & Matri, aliis-
que nominatis succedere potuisset; In secundo
verò complectantur omnes alias successiones ab
expressis diversas, nè verba sint superflua, &
21 inutilia, quod etiam in renunciationibus evita-
ri debet *Kellembec. de renunc. success. cap. 31. nu.
4. Hartman. Pistor. lib. 4. quæst. 6. num. 39., Torr.
de pact. futur. success. lib. 2. cap. 14. num. 64., &
cap. 24. num. 97., & seqq., optimè Rot. dict. de-
cis. 714. num. 6. part. 2. rec.* ibi = *neque ullà ratio-
ne subsistere videbatur, quod verba = & aliis suc-
cessionibus = amplient quidem modos succedendi
personis supra expressis, sed non augeant numerum
personarum, quibus succedendum erat; quia, cùm
22 verba, quibus Portia renunciavit hereditati pa-
ternæ, maternæ &c., directa sint in ipsam heredi-
tatem, censetur per illam renunciasse omnibus mo-
dis, quibus dictis Personis succedere potuisset,
etiamsi mille adfuissent &c. ac propterea verba
subsequentia = & aliis successionibus = non possunt
augere modos succedendi, quibus jam fuit renun-
ciatum, sed necesse est, ad evitandam superflui-
tatem, quod importent renunciationem succeden-
di aliis personis ultra specificatas* =, iisdemque
ferè verbis *Gratian. dict. cap. 568. nu. 37, & 38.*,
quem sequitur *Bottiglier. de renunc. success. cap.
2. theorem. 49. num. 23.*

Et sanè verba illa = *di tutti, e singoli suoi Be-
ni, azioni, e ragioni, presenti, e future, che
in qualsivoglia modo, causa, e titolo le competo-
no, e siano in avvenire per competere ne' Beni pa-
terni, materni, aviti, e di qualunque altra sorte
etiam per testamento &c.* = suum non sortirentur
23 effectum, nisi extenderentur ad successionem,
etiam ab intestato provenientem post obitum
Patris, ut in terminis similium verborum tra-
diderunt *Honded. cons. 49. nu. 14. lib. 1., Menoch.
cons. 401. num. 119., Rota coram Buratto decis.
310., ubi Adden. num. 8., in rec. decis. 109. num. 1.
part. 5., & melius coram Benincasa decis. 357. nu.
11., & coram Cerre decis. 716. num. 6. & 7.*, ubi,
quod id potissimè procedit, quando non agitur
de admittendo extraneo, sed fratre, sorore, 24
vel agnato, qui regulariter in ejuscemodi re-
nunciationibus contemplati censentur.

Nilque obstat, quod jus succedendi ab inte-
stato alicui viventi habeatur pro jure de futuro
ex causa de futuro, ideoque indigeat speciali 25
mentione; respondetur enim, id procedere in il-
lis successionibus, quæ nullam habent probabi-
lem spem de præsenti, vel de præterito, sed ex 26
causa prorsùs nova, & inopinata, minimèque
præcognita proveniunt: secus verò in illis, quæ
causam habent cognitam de præterito, vel de
præsenti, quæque à Renunciante saltem spera-
ri poterant, & verisimiliter præcogitari potue-
runt, ut est hereditas fratris in casu nostro, &
ità egregiè, & magistraliter declarat *Rota in il-
la Romana Renunciationis 23. Januarii 1708. §.
Ratio autem, confirmata 15. Junii ejusdem anni §.
Porrò, & seqq., & iterum 6. Maii 1709. §. Neque
remotissimum coram Eñio D. Card. Scotto.*

Insubsistens etiam est alterum fundamen-
tum, quod nempè renunciationes personales 27
sint, & resolutæ ob defectum Personarum con-
templatarum, etenim illæ factæ apparent favo-
re Patris, ejusque heredum, quorum nomine
in hac materia indifferenti, & suàpte naturà ad
heredes transitoria comprehenduntur etiam
heredes extranei, ad firmata per *Rot. coram Be-
nincasa decis. 357. num. 21., in rec. decis. 252. nu.
6. part. 5., & in Forosempronien. Legatorum super
reintegratione 27. Junii 1712. §. 19., & 23.* ibi =
*satis est stipulatio simplex pro heredibus, & succes-
soribus ad comprehendendos heredes extraneos* = *co-
ram Rñio Aldrovando*, & in specie, quod inclu-
dantur etiam fœminæ, in terminis renuncia- 28
tionis dixit *Bursat. cons. 164. num. 6.*, cum aliis
adductis *in allegat. impress. penes Perremut. con-
flict. Jurisconsult. part. 3. tom. 2. pag. mihi 26. num.
50. & seqq., optime Rota coram Burat. decis. 894.
num. 4.* ibi = *non obstat, quod Alphonsus sit mor-
tuus nullis relictis filiis masculis, quia satis est,
quod fuerit stipulatus pro se, & heredibus, quo-
rum nomine veniunt etiam extranei, & sic, eò ma- 29
gis est admittenda filia* = maximè accedente clau-
sulâ cæteratà = *heredum &c.* = quæ sola per in-
tellectum à lege subauditum, ac etiam ex stilo 30
Notariorum importare potest stipulationem prò
omnibus heredibus etiam extraneis, id autem
sufficit prò excludenda personalitate similium 31
renunciationum, & ad hoc ut illæ reales, &
perpetuæ dicantur, ut tradunt *Merlin. Pigna-
tell. contr. forens. cap. 5. num. 5., Gratian. discept.
568. num. 5., Capyc. latr. consult. 76. nu. 53., Ca-
ren. resolut. 245. num. 6., Pacian. allegat. civil.
93. num. 16. & seqq., Palm. Nep. allegat. 294.
num. 17., & allegat. 295. num. 18., coram bo. me.
Ansaldo decis. 90. num. 24., & duob. seqq. juxta
impress. Roman., in Romana legitimæ 17. Junii
1707. §. Ac ideò ad med. coram Rñio Lancetta
Decano, in Cavallicen. donationis 2. Julii 1710.*

§. At è conversa coram eodem, in Eugubina Im-
missionis 11. Maii 1711. §. Altera coram bo. mem.
Kaunitz., in Forosempronien. Legatorum super re-
integratione 18. Aprilis 1712. §. Causæ, confirmata
27. Junii ejusdem anni §. Nullumque coram Rm̃o
Aldrovando, & in Romana Legati 9. Martii 1714.
§. Et sinè ulla coram Rm̃o Crispo.

Præsertim attentis aliis amplissimis verbis, &
clausulis generalibus in dictis renunciationibus
adjectis, quas prò illarum realitate passim con-
siderant Doctores præcipuè collecti in *alleg. im-*
press. apud Perremut. conflict. Jurisconsult. part. 3.
tom. 2. pag. mihi 27. num. 55. & seqq., ut de clau-
32 sula = *ad habendum, tenendum &c.* = *Gratian. di-*
scept. 932. num. 5., Rota coram Benincasa decis.
357. num. 10., & alibi frequentissimè, & de po-
testate data retinendi, & disponendi *Capyc. de-*
cis. 100. num. 1., Covarruv. in cap. quamvis pactum
part. 3. §. 3. num. 4., quibus (maximè ad effe-
ctum prædictum, inducendi nempè realitatem
similium renunciationum) robur addit reser-
33 vatio annui Livelli facta correspectivè ad re-
nunciationes, & quidem etiam post obitum Pa-
tris renunciatarii ibi = *salvo però sempre, e ri-*
servata vita sua naturale durante in detto Mona-
stero un annuo Livello di scudi dieci &c. fin a tan-
to viverà detto Signor suo Padre, e dopo la di lui
morte i Signori suoi Eredi saranno tenuti pagare
di sopra più delli dieci scudi altri due scudi, &c.
= & latius in dictis Instrumentis, ex qua reserva-
tione rectè arguitur, renunciationes esse per-
petuò duraturas; quemadmodum perpetuò, &
usque ad obitum Renunciantium durare debe-
bat præstatio annui Livelli scutorum duodecim,
ut ex illis aliis verbis = *che li di lui Eredi li do-*
vranno dare annualmente di sopra più altri due
scudi, che tutto poi saranno scudi dodici, fino a
che ella naturalmente viverà = & ità benè ratio-
cinatur *Rota coram Bichio decis. 586. num. 12., &*
coram Benincasa decis. 357. num. 12., & seq., &
hæc omnia animadvertendo benè ad rem tradit
Bottiglier. de renunc. success. cap. 2. theorem. 49. n
num. 26., & plurib. seqq.

Eòque certiùs, quia præfatæ renunciationes
factæ leguntur non quidem occasione matrimo-
nii carnalis, sed ex causa professionis in Mona-
34 sterio, quo casu, ad differentiam alterius, fa-
ciliùs præsumitur, Renunciantes ubi adimere
voluisse spem omnem succedendi etiam favore
35 extraneorum, quia Moniales per professionem
civiliter, & sinè herede mori dicuntur *Tell.*
Fernand. in l. 6. Thaur. num. 51. & seq., Rocc
disput. jur. select. cap. 55. num. 45., & seq., Gra-
tian. discept. 568. num. 5., Conciol. allegat. 31. nn.
24., Merlin. Pignatell. dicto cap. 5. num. 4., Pan-
fut. contr. 20. num. 120., & pluribus seqq., Rota
coram Merlin. decis. 12. num. 14., coram Benınca-
sa decis. 357. num. 6., & duobus seqq., in recent.
decis. 328. num. 18. part. 12., decis. 253. num. 19.
part. 14., in Civitatis vetulæ transactionis 26. A-
prilis 1708. §. Potissimè coram Em̃o Scotta, in
Romana renunciationis 23. Januarii ejusdem an-
ni §. Maximè, confirmata 15. Junii ejusdem anni
§. Præcipuè, & 6. Maii 1709. §. Tantò magis co-
ram eodem, & 10. Maii 1710. §. Attento cum
seqq. coram Rm̃o Crispo, & in altera Romana re-
nunciationis 9. Maii 1710. §. Eòque faciliùs coram
Card. Priolo, confirmata 3. Julii 1711. §. Quatenùs
coram Rm̃o Aldrovando.

Indeque cessat contemplatio agnationis, &
assertus favor masculorum, & heredum sangui-
nis, qui reverâ nulla ex parte dictarum renun-
ciationum desumi posse videtur, quinimmò po- 36
tius manifestè exclusus apparet, tum ex eo,
quod in iis numquam facta fuit mentio unici fra-
tris, quem habebant Renunciantes tempore fa-
ctæ renunciationis, tum etiam ex eo, quod, ut 37
suprà demonstratum est, eædem stipulatæ legun-
tur prò heredibus quibuscumque etiam extra-
neis virtute illius clausulæ cæteratæ = *heredibus*
&c. = ut benè ad rem considerat *Rota apud Palm.*
Nepot. allegat. 295. num. 17. & seqq., coram Du-
noz. jun. decis. 676. num 27., & post Torr. de pact.
futur. success. decis. 107. num. 8. & 9., quibus ad-
di possunt *Merlin. Pignatell. contr. forens. cap. 5.*
num. 6., Vincent. de Franch. decis. 365., Mastrill.
decis. 65. num. 15. optime in proposito loquentes;
quapropter in nostra hypothesi nihil operari
potest expressio illa = *e questo ad effetto, che i*
Beni si conservino nella sua famiglia = cum facta 38
censeatur ad magis hoc titulo colorandam re-
nunciationem, ut inquit *Rota coram Emerix sen.*
decis. 153. nu. 1., & coram Emerix jun. decis. 1337.
num. 11., in rec. decis. 230. num. 6., & 7. part. 14.,
decis. 57. num. 6., & seq. part. 15., decis. 338 num.
16. & 17. part. 17. ibi = *secus autem est quotie-*
scumque ratio renunciandi non est agnationis con-
servatio, sed id solùm adponitur ad colorandam
sub hoc honorabili titulo renunciationem, prout in
casu, in quo Pater stipulatus fuit pro heredibus,
& successoribus quibuscumque, & sic etiam extra- 39
neis &c., quia tunc dicitur destructia non conserva-
ta agnatio = *in Sutrina dotis 11. Junii 1708. §. Ta-*
les autem coram bon. mem. Molines.

Idque potiori certè Jure locum sibi vindicat
in hisce renunciationibus factis occasione in-
gressus in Religionem, sivè professionis in ea 40
emittendæ, in illis enim agnatio minimè con-
templata censetur per modum causæ finalis,
sed tantùm impulsivæ, cum etiam sinè tali cau-
sa illæ verisimilitèr factæ fuissent tum ob amo-
rem Patris, & reliquorum consanguineorum,
tùm etiam propter dotem receptam, & promis-
sionem annui livelli, ut perpendit *Gratian. di-*
scept. forens. 568. num. 11., & duob. seqq., Barz.
decis. Bonon. 25. num. 70. & 73., Rot. dec. 587.
num. 5. part. 1. rec., tamquam verò causa fina-
lis earumdem consideratur ipse ingressus, sivè 41
professio emittenda, Puellæ enim si remanerent
in sæculo, vel ad illud redirent, utique non re-
nunciarent *Natta cons. 609. num. 10. & seq., Cra-*
vet. cons. 142. num. 9., Curt. jun. cons. 141. n. 13.,
Covar. in cap. quamvis pactum part. 3. §. 2. n. 4.,
Gratian. d. cap. 568. nu. 9. & 10., & decis. Marcb.
42. num. 1. ad 4., Barz. d. decis. 25. num. 68.,
Rot. d. decis. 587. num. 4. part. 1. rec. Inde au-
tem sequitur, quod, cessante etiam tali causâ
impulsivâ desumptâ ex contemplatione agna- 42
tio-

tionis; nihilominus renunciatio subsisteret *Rot. d. decis. 587. num. 6. part. 1. rec.*, quinimmò id procederet, etiamsi agnationis conservatio verè
43 dici posset causa finalis, & non merè impulsiva, quia, dum aliæ causæ æquè principales concurrunt, prout sunt illæ ingressus in Religionem, conjunctionis sanguinis, congruæ dotationis, & similium, defectus unius causæ non tollit effectum renunciationis, si reliquæ manent *Gratian. d. cap. 568. num. 15.*, *Rot. d. decis. 587. num. 7. part. 1. recen.*, *& coram Bich. decis. 536. num. 13.* ibi = *ubi plures causæ renunciationis fuerant expressæ, eaque facta fuit ab ingressura Religionem, ingressus fuit causa finalis, agnatio verò impulsiva, defectâque agnatione, durat adhùc renunciatio* =.

Paruique refert, quod renunciationes, de
44 quibus agitur, translativæ esse videantur favore Patris, & idcircò personales propter illa verba in instrumentis adjecta = *cede, trasferisce &c.* =,
45 haud enim repugnat, quod renunciatio respectu Renunciantis, & ad effectum illum perpetuò excludendi, realis sit, & abdicativa, translativa verò, & personalis censeatur respectu Renunciatarii, *Rocc. disput. Jur. select. cap. 56 sub num. 8.*, *clar. mem. Card. de Luc. de renunc. disc. 1. num. 9.*, *& disc. 4. num. 17.*, *Torr. de pact. fut. success. lib. 2. cap. 10. ex num. 9.*, *bon. mem. Ansald. in addit. ad decis. 48. num. 24. & 28.*, *Rot. coram Merlin. decis. 62. num. 23. & 25.*, *coram Dunoz. jun. decis. 641. num. 32.*, *coram bon. mem. Emerix jun. decis. 619. num. 5.*, *decis 20. num. 11. inter impress. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de fideicomm.*, *in Romana Successionis 10. Februarii 1710. §. Verùm quidem est coram clar. mem. Card. Priolo*, *in Eugubina Immissionis 11. Maii 1711. §. Magis stringit coram bon. mem. Kaunitz*, *& in Romana renunciationis 3. Julii ejusdem anni §. Absque eo quod coram R.mo Aldrovando*.

Verùm enim verò non est, cùr in nostra hypothesi tantoperè immoremur in examinanda
46 qualitate dictarum renunciationum, an nempè reales, vel personales dijudicandæ sint, quomodocumque enim accipiantur, semper obstant Ven. Monasterio, quominùs ex persona Sororum in ipso professarum succedere possit in hereditate fratris unà cum Matre, & altera Sorore sæculari; nam, si reales sunt, nemo est, qui non sciat, vim, & robur hujusmodi renunciationum tantum esse, ut semper, & perpetuò arceant Renunciantes, perindè ac si naturalitèr mortuæ essent *Mans. consult. 8. num. 24.*, *Pasibal. de patr. potest. part. 2. cap. 7. num. 48.*, *Conciol. alleg. 11. num. 43.*, *Capyc. latr. consult. 76. num. 45.*, *Caren. resol. 69. num. 8.*, *Rota coram bon. mem. Emerix jun. decis. 1181. num. 23.*, *in rec. decis. 235. num. 13. part. 19.*, cum aliis concordantibus relatis in *Eugubina Immissionis 11. Maii 1711. §. Nec obstare coram bon. mem. Kaunitz*.

Si verò personales esse dicantur, cumque eæ
47 dem factæ sint favore Patris, ejusque heredum, & hoc casu sub nomine heredum, aut intelliguntur agnati, aut heredes sanguinis, si agnati, nunquam renunciationes resolutæ censeri possunt, quia adhuc superest fœmina agnata, qualis est D. Joanna soror Renunciantium, quæ est
de familia, & agnationem conservat *leg. volun-* 48
tates Cod. de fideicom., &, generalibus omissis, in specie advertunt *Gratian. discept. 568. n. 16.*, *Capon. contr. 20. art. 3. num. 25.*, & firmavit *Rot. decis. 587. num. 8. part. 1. rec.* ibi = *ultrà quod neque poterat dici in casu nostro per mortem Pauli, & Ludovici suè filiis cessare conservationem agnationis, cum adhuc supersint D. Catharina soror illorum, & Portiæ, quæ licet sit nupta, cùm sit nata ex masculis, dicitur de agnatione, & familia* =, *& coram Dunoz. jun. decis. 346. num. 42. & 43.*, si verò contemplati intelliguntur here-
des sanguinis, & pari quoque jure d. D. Joanna 49
impedit resolutionem renunciationum, cum sit heres sanguinis, horum quippe nomine veniunt
Descendentes omnes *leg. ex facto 17. §. fin. ff. ad* 50
Senat. Consult. Trebell., *Gabriel. cons. 10. n. 4.*, *& cons. 11. num. 1 lib. 2.*, *Rot. post Torr. de pact. futur. success. decis. 51. num. 15.*, & præcisè in nostris terminis notavit *Rota coram Benincasa decis. 357. num. 23.*, verbis illis = *quando etiam procedendum foret retento sensu contrario, & renunciatio intelligenda esset facta prò heredibus, & successoribus sanguinis, adhuc tamen resoluta dici non posset ob existentiam Simphorosæ, quæ licèt nupta in aliena familia, cum sit filia Renunciaturii, & respective soror Renunciantis, semper dicitur de agnatione* =, & confert *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsum. 147. nu. 7.* parum curato, quod non sit heres Patris, nam heres heredis dicitur heres Testatoris *leg. si quis filium §. final. ff. de acquir. hered.*, *leg. heredis*, *& leg. sciendum ff. de verbor. signif.*, *leg. 1. 2. & 3. ff. de petit. heredit.*, *leg. ubiquitus Cod de usufruct.*, *leg. final. §. Quidam Cod. de hered. instit.*, *gloss in §. Exheredatos Auth. de hered. & falcid. collat. 1. tit. 1. num. 60.*

Censerem igitur, Ven. Monasterium justè repelli à successione fratris, de qua agitur, eamdemque ad Matrem, & Sororem sæcularem duntaxat pertinere, eâ tamen præcipuè motus ratione, quia nimirum adhuc superest persona in eisdem renunciationibus contemplata: quæ sola ratio hodie sufficit pro excludendo Monasterio: & quamvis plura deduxerim prò statuenda realitate renunciationis, eademque plurimùm urgere posse videantur: nihilominus, cum afferri possint aliæ validissimæ rationes, & argumenta, quibus sustineri queat, istiusmodi renunciationes mixtas potius censendas esse: maturiùs id examinari poterit, quum nempe evenerit casus deficientiæ personarum in dd. renunciationibus comprehensarum: id unum ad-
monendo, quod, cum agatur de materia conje- 51
cturali, ideoque dubia, dubius pariter semper erit litis eventus.

Romana Cambii.

Cambium num sit usurarium, si pro eo pignus accipiatur, latè discusso articulo, ostenditur. Pignoris receptio cur in censu, non autem in cambio sit illicita?

VO-

VOTUM XXXIV.

1 *Ex cambio, cessante periculo, lucri exactio non est licita.*

2 *Usura est ex mera pecuniæ usu lucrum percipere.*

3 *Cambium, acceptà pro eo pignoris cautione, usurarium redditur, sed* vid. num. 35.

4 *Idem de censu*, & num. 39.
Intellige, ut num. 41.

5 *Census creditor pignus pro sorte recipiens, sortem ipsam penes se habere dicitur.*

6 *Cambium in substantia deficis, si vel dolus, ac simulatio intercesserit, vel merum duntaxat mutuum initum appareat*, & num. 7.

8 *Ex cambio in substantia deficiente quidquid ultra sortem exigitur, id vel ex mero pecuniæ usu, vel ex dilatione ad solvendum data censetur provenire.*

9 *Quod propriè usura dicitur.*

10 *Usura Divino jure, atque humano damnata est, ipsique repugnans est naturæ.*
Plura in hanc sententiam Scriptorum præsertim Gentilium loca referuntur nu. 11. ad 19.

20 *Cambii contractum alii consistere adfirmant in permutatione unius monetæ pro altera; alii, quod sit contractus innominatus do, ut des* num. 21.; *alii demum, quod sit venditio pecuniarum* num. 22.

23 *Cambium ex omnium Doctorum sententia à mutuo distinguitur.*

24 *In cambio usura propriè non datur, sed potius læsio, sive injustitia.*

25 *Cambii autem usus cum lucro moderato licitus est, ac Reipublicæ utilis.*

26 *Ex cambio quod percipitur lucri, id non provenit ex periculo sortis, neque ex mora Debitoris, sed ex ipso accidentali pecuniæ valore; & qualis iste sit?* num. 27., & 28.

27 *Pecuniæ valor duplex est, alter legalis, qui à Principe imponitur, alter accidentalis ex circumstantiis.*

28 *In Cambio valor accidentalis pecuniæ desumitur præsertim ex majori, vel minori pecuniarum abundantia, & majori, vel minori numero dantium, & accipientium ad cambium.*

29 *In cambio veluti merx, & alia res quælibet, pecunia reputatur.*

30 *Cambia non modò a Mercatoribus, publicisque campsoribus, sed a privata qualibet persona iniri permittuntur.*

31 *Atque etiam a mulieribus.*
Immo, & a pauperibus personis, si essentialia concurrant requisita num. 34.

32 *Cambium suàpte naturà intrinsecam suam habet justitiam.*

33 *Ob idque illud contrahere non uni potius, quàm alteri debet permitti.*

35 *Cambii contractum ex receptione pignoris non infici, communior opinio est, & ratio* ibid., & num. 51. ad 54.

36 *Pignus datur propter contractus fidem, & restituendæ rei vinculum.*

37 *Ex cambio quod percipitur lucri, non justificatur ab amittendæ sortis periculo.*

38 *Cambio ratione periculi nequit majus lucrum accedere ultra legitimam, solitamque taxam.*

39 *In cambio non, ut in censu, illicita est pro sorte pignoris retentio.*

40 *In censu namque, secus ac in cambio, mortua remanet Creditoris sors.*
Et quando etiam in censu pignus capiatur licitè? num. 41.

41 *Census Creditori quod non liceat pignus pro sorte retinere, procedit, ubi sortis, ac pignoris valor æqualis est.*

42 *Si secus, licita quoquè est fructuum exactio.*

43 *Census Creditori, ultra fundum censitum, licet alia hypothecata habere Debitoris Bona.*

44 *Sicque & pignus pro sorte retinere.*

45 *Census Debitor æquè in ejus Bonis dicitur habere pignus, quod ipse tradat, ac Bona, quæ hypothecæ subjiciat.*

46 *Pignoris, ac fidejussoris receptio æquiparantur.*

47 *In mutuo, & venditione pignoris receptio permissa est.*

48 *Pignoris traditio executioni contractus firmitatem conciliat, ejus verò naturam non immutat.*

49 *In cambio, sicut & in cæteris contractibus mens Contrahentium ea est, ut promissa debeant servari.*

50 *Pro cambii securitate licitæ sunt quotquot accedant obligationes.*

51 *Pro cambio quum pignus accipitur fructiferum, debent istius fructus Debitori excomputari.*

52 *Plerique autem docent, ei remittendum quid etiam esse de solito lucro.*

53 *Et nonnulli, ejusdem lucri medietatem.*

54 *Cambii apoca contra Scribentem plenè probat.*

55 *Cambialis apocæ falsitas nonnisi claris, plenisque probationibus valet ostendi.*

56 *Testis unius fides extrajudicialis apta non est probare cambialis apocæ falsitatem.*

MATTHEUS Fabri Cambium contraxit favore Valentini Ciottè his verbis = *Io sottoscritta hò ricevuto contanti scudi* 750. *moneta dal Signor Valentino Ciotti, a cui prometto restituirli frà sei mesi &c. E perchè sò benissimo, che d. Signor Valentino non suol tenere il suo denaro ozioso, ma quello impiegare in negozj diversi, particolarmente di cambj, e ricambj, perciò assumo in me stesso la cura totale di far cambiare, e ricambiare la sudetta somma a sua giusta valuta per le fiere &c. E per tale effetto eleggo il Signor Francesco N. publico Negoziante in Roma, con tutte le facoltà necessarie &c. a' danni, ed interessi di me sottoscritto, limitati però, e non eccedenti scudi sei per centenario &c., con dichiarazione, che, quando dd. Cambj, e Ricambj ragguagliati &c. non arrivassero alla d. somma di scudi sei per cento, qual di meno vadi a danno del Signor*

*gnor Valentino , e quando eccedessero , quel di più
vadi a beneficio mio &c.* =

Contrà hunc contractum plura exadversò op-
ponuntur, & primò, supposito etiam, quod
Valentinus non mutuum gratuitum, sed con-
tractum Cambii cum Matthæo celebrare voluis-
set, nihilominus in nostro casu illicita videretur
exactio lucri, quia dictus Valentinus pro summa
credita recepit pignus gemmarum non solùm
æquivalentis, sed excedentis valoris, quamob-
rem, cùm nullum sortis periculum subjerit, non
1 est, in quo fundetur justa ratio lucri exigendi,
quod ex d. periculo justificatur, ut docent *Saly-
cet., Medina, Corduba, & alii, quos refert, &
sequitur Less. de Just., & Jur. lib. 2. cap. 23.
dub.13.*, nisi lucrum prætendatur ex ipso usu
2 pecuniæ, quod propriè usura est, & omni Jure
prohibita, ut legitur *Ezechiel. cap.18. Psalm. 14.,
& Luc. cap. 6., cap. quoniam 14. quæst.4. cap.1.,
& cap. consuluit de usur. cum concordan.* Ideòque
3 cautionem pignoris in Cambio contractum usu-
rarium reddere notant *Franc. Becc. cons. 213.,
Osasch. cons. 51. num.4., Tusch. lit. C. conclus.11.
num.2. & 17., Gaspar Rodriquez. de annu.reddit.
lib. 3. quæst.5. num. 17., Hieronym. de Luca in
tract. de Camb. num. 14. & 42., Tolet. lib. 5. In-
struct. Sacerd. cap. 52.*, quos refert *Capyc. latr.
cons. 125. num. 13., & sequitur Nigueroi. cum
aliis allegat. 10. num.94., Tesauy allegat. 3. num.
226., & alleg. 14. num. 104., Rot. in rec. decis.
304. n. 3. part.2., coram Bichio decis.74. n. 22., &
coram R. P. D. Ansaldo decis. 23. num. 9.* Sicut
4 non dissimili ratione vitiatur contractus Census,
si Creditor pro sorte pignus æquivalens habere
velit, ut docet *Cenc. de Cens. quæst.60. num. 44.
& 45.*, ubi, quod eo casu Creditor videtur sor-
5 tem penes se habere, cùm tantundem Bonorum
Debitoris vendibilium habeat &c. *Rodriquez. d.
lib. 3. quæst 5., & sequitur R.P.D. Ansald. de
commerc., & mercat. disc.81. num.33., & Rot. in
rec. decis.201. num. 8., & 9. part. 18.*

Prætereà impugnando realitatem ipsius con-
6 tractus dicitur, d. apocam dolo extortam, & non
lecto ejus tenore, bonâ fide sub alio simu-
lato prætextu subscriptam fuisse: veritatem
contractus in puro, & gratuito mutuo reverà
consistere: adesse Testes, qui deponant, quali-
7 ter ipse Valentinus declaravit, se eam pecuniam
sinè usuris credidisse; & hoc ipsum egisse, ut
d. Fabri ab usuris, quibus alii Creditori obstri-
ctus erat, liberaret.

Deficiente itaque substantiâ contractus Cam-
bii, vel, eâ vitiatâ ob retentionem pignoris fa-
ctam à Creditore, quidquid in casu præsenti ul-
8 trà sortem petitur, id non aliunde provenit,
quàm, vel ex usu pecuniæ mutuo datæ, vel ex
temporis dilatione ad solvendum concessa: quæ
9 propriè usura dicitur, ut definitur in *cap. in tua
Civitate de usur.*, quantum verò execrabilis sit
ea labes, non opus est recensere. Illam enim
10 non solùm Divino, & humano Jure damnatam,
sed ipsi naturæ repugnantem probat multis me-
diis *Divus Thomas 2. 2. quæst. 78. art. 1., Scot.
& alii in 4. sentent. dist.15. quæst.2., Joan. Andr.
in regul. peccatum de regul. Jur. in 6., Conrad.
latè de contract. quæst. 22. conclus.2.*, & optimè
*post eos Covarruv. variar. lib. 3. cap.1. num. 5. vers.
Superest modò &c.* De qua re prætereunda non
sunt, dum hic incidit sermo, quædam loca Genti- 11
lium Scriptorum, quibus hæc veritas, itemque
odium, quo semper habiti sunt fœneratores,
comprobatur *Aristotel. lib. 1. Politicor. c. 7.* sic ait 12
= *Rationabilissime habetur odio ipsa Nummularia;
quoniam à nummo ipso facit acquisitionem, & non
ad quod inductus est, commutationis enim causâ
nummus inductus fuit. fœnus autem se ipsum majus
facit, undè & nomen venit, quoniam illa, quæ pa-
riuntur, similia sunt gignentibus: in fœnore autem
nummus nummum parit, quarè maximè præter na-
turam est hic acquirendi modus &c.* =, & idem *lib. 4.
Moral. Nichomachior. cap.1. in fin.* usuram turpem 13
quæstum appellat, & fœneratores inter Latrones,
Populatores, Direptores, & Tyrannos unà repo-
nit, huc spectat illud *Pers. Satyr. 5. post med.*, 14
*Quid petis, ut nummi, quos hic quincunce modesto
Nutrieras, pergant avidos sudare deunces?*

M. Cato de re rustica in princ. refert, Majores 15
nostros in legibus posuisse, furem dupli condem-
nari, fœneratorem quadrupli, ut quanto pejo-
rem Civem putarint fœneratorem, quàm fu-
rem, hinc liceret existimare. Cujus meminit
Caraf. Miscell. lib. 3. cap. 21. num. 13., Plutarc. 16
in tot. libell., cui titulus est, *Quod non oporteat
fœnerari*, universam fœnerandi rationem im-
probat, quod sit contra naturæ regulas, quem
refert idem *Caraf. loc. cit., Lactantius*, fœnera- 17
tores asserit similes esse Dæmonibus, qui, re-
currente Lunà, comitiali morbo homines quos-
dam affligant, ut narrat *Cuiac. ad African.
tract.7. in leg. penult. de reb. credit. §. 1.*, serius
verò *Cato Senex*, quem refert *Cicero lib. 2. de* 18
offic. §. final. Sed utilitatum &c. cùm ab ipso
quæreretur, quid fœnerari sibi videretur? *Idem
quod hominem occidere*, respondit. Quod idem
aureis verbis expressit *Div. Ambros*, *ut habetur
in Canon. final. 14 quæst.4.* ibi = *Ab hoc usuram* 19
*exige, quem non sit crimen occidere: sinè ferro di-
micat, qui usuram flagitat: sinè gladio de se ho-
stem ulciscitur, qui fuerit exactor usurarius: Er-
go ubi jus belli, ibi jus usuræ &c* =

Quamquam verò argumenta hæc, quæ con-
trà d. contractum afferuntur, speciem aliquam
veri præseferre videantur, nihilominus, illum la-
be usurarià minimè coinquinatum esse credide-
rim; supponendo enim, quod ab omnibus ad-
mittitur, contractum nempè Cambii toto genere
à mutuo differre: sivè enim dicamus, Cam-
bium esse permutationem unius monetæ prò al- 20
tera cum *Cajetan. de Camb. cap.3., Sot. de justit.
& jur. lib.6. quæst. 8. art.2., Azor. instit. moral.
part.3. lib. 10. tit. de Camb. cap. 1., Lup. de usur.
§. 2. num. 20., Romuald. Coli de Camb. cap. 2.,
Herin. de commerc. terrestr., & Nav. cap.2. n.1.,
aliisque relatis per Amat. resol. 47. num. 14.*,
sive, quod sit contractus innominatus, dò ut des, 21
ut putat *Joan. Anan. in cap. Naviganti sub num.
47. de usur.*, ibique *Navarr. sub num.9., Michael
Sal. ad decis. Thom. 22. quæst. 78. tit. de Camb.
part.1.*

22 part. 1., sivè quod sit venditio pecuniarum cum
Bald. conf. 348. num. 6., Molin. de contract. disput. 396., Silvest. verb. usura 4. quæst. 8. §. 1.,
Boniasegna de Camb. cap. 6., Scacc. de commerc.
§. 1. quæst. 4. num. 21., Tusc. lit. C. conclus. 11.
num. 3. Hoc omnium consensu certum est, quod
23 à mutuo distinguitur Lap. d. cap. Navizanti §. 2.
num. 51., & 79., Conrad. de contract. quæst 98.,
Villagut. de usur. quæst. 1. num. 9., Amat. d. resol. 47. num. 12., & seq., Cyriac. contr. 526. n. 39.
24 Ideòque in eo non cadere proprie usuram, sed
potiùs læsionem, sivè injustitiam, rectè notavit Card. de Luc. de Camb. disc. 24. num. 4., &
seqq., disc. 31. ex num. 13., & in Summ. num. 34.,
25 illiusque usum cum lucro moderato nedum licitum, sed & Reipublicæ utilem, & commercio valde accommodatum dicit cum aliis Covarruv. in veter. numismat. collat. cap. 7. sub num. 4.,
Anton. Amat. resol. 27. num. 5., & prò omnibus
Divus Pius V. in sua Bulla 118. ibi = Cambiorum
usum necessitas, & publica utilitas induxit &c. =

Quod saoè lucrum non provenit ex periculo,
26 cui pecunia exponitur, neque ex mora solvendi
(licèt hæc etiam considerentur) sed ex ipso valore accidentali pecuniæ, in qua quidem duplex
27 valor agnoscitur, alter legalis, qui imponitur à
Principe, alter accidentalis ex circumstantiis,
puta ratione majoris commoditatis, vel facilioris expendibilitatis, sed præcipuè ex majori,
28 vel minori abundantia pecuniarum, & majori,
vel minori numero Dantium, & Accipientium
ad Cambium: ut proinde pecunia quoad hoc re-
29 putetur veluti merx, & alia res quælibet, ità
communiter Navarr. in Manual. cap. 17. n. 283.,
Lap. lib. 2. cap. 23. dub. 4 num 34., & seqq. vers.
ubi adverte, duplicem esse, Valentia tom. 3. disput.
5. quæst. 23. punct. 4., Sales de Camb. dub. 12.,
Bonaccin. de contract. disput. 3. quæst. 5. propos. 2.
vers. addo lucrum cum § seqq., & propos. 5. sub
num. 15., Castropal. oper. moral. part. 7. disput. 7.
punct. 2. num 1., ubi de communi, & punct. 7. n. 1.
& 3., Salon. de Camb. contr. 16. quæst. 4. art. 2.,
Rosignol. de Camb. disput. 1. prænot. 3. num. 1., &
3., Guttierez. 2. practic. quæst. 178., Turr. de
Camb. disput. 1. quæst. 13. num. 117., & 120. disput. 2. quæst. 21. num. 4. vers. Secundo tota ratio,
& disput. 3. quæst. 11. num. 9., Gibalin. de usur.
lib. 5. art. 5. num. 1., Filliuc. de Camb. num. 355.
& seq., aliique apud eos.

Proindeque non mercatoribus, publicisve
dumtaxat Campsoribus ejusmodi contractum
30 facere permittitur, sed & cuicumque privatæ
personæ, ut contrà Cajetan. de Camb. cap. 5. docent Silvestr. verb usura 4. §. 7., Dominic. Soto
lib. 7. de Justit. & Jur. quæst. 2., quos sequitur
Covarr. in veter. numism. collat. cap. 7. sub num. 4.
31 vers. qui tamen, Dian. tom. 6. tract. 3. res. 3., ubi,
quod Cambium potest fieri, & exerceri etiam à
mulieribus Nald. in summ. verb. Cambium nu. 6.
32 & ratio deducitur ex ipsa natura Cambii mox
explicata: nam sivè sit venditio, sivè permutatio, sivè alius contractus innominatus, habet
suam intrinsecam justitiam ex ipsa natura rei,
33 ut ait Covar. loc. cit., oilque est, cur uni potiùs,
quàm alteri debeat permitti, ut Doctores omnes, si paucos excipias, fatentur. Imò, & à paupere fieri potest, si ejus essentialia concurrant
requisita, ut præcipuè notat Anton. Salvatore 34
de continuat. Cambior. part. 5. num. 25., quem sequitur Dian. d. tom. 6. tract. 3. resol. 4.

Libuit hæc ad memoriam revocare, licèt clarissima sint, & omnibus, qui in foro nostro versantur, notissima, quia eisdem faciliùs occurritur objectioni desumptæ ex eo, quod Creditor
se cautum reddiderit receptione pignoris, quod
quidem Cambii contractum non inficere magis
communiter, & summa cum ratione censent 35
Doctores. Etenim non potest pignus vitium
contractui afferre, quod aliud non spectat, nisi
certiorem contractus eo modo, quo initus est,
executionem, & promissorum observantiam;
Propter enim contractus fidem, & restituendæ
rei vinculum pignus datur, ut ait Papinian. in l. 36
legata 9. in fin. ff. de supellectil. legat. Nec ad essentiam pertinet Cambii, quod Creditor non
possit de sorte tutus reddi, quasi in illius amittendæ periculo lucrum fundetur, & justificetur; hoc enim prorsus erroneum rectissimè di- 37
cit Turr. de Camb. disput. 3. quæst. 11. num. 9., &
10., cum lucri justitia ex aliis proveniat causis,
ut supra prænotavimus. Et ratione ipsius periculi nihil Cambio ultra legitimam, & solitam
taxam accedere potest, ut benè docent Scaccia 38
de commerc. §. 1. quæst. 7. part. 2. ampliat. 10. n. 76.
& seqq., Duard. de Camb. quæst. 38., num. 10, &
11., Franc. Rocc. tom. 2. respons. tit. de assecurat.
notab 47. num. 158., idem Turr. disput. 2. quæst.
23. num. 84.

Nec urget exemplum desumptum ex censu, 39
in quo non licet Creditori pignus retinere, tum
quia non eadem videtur ratio Cambii, & Cen- 40
sus, in qua sors demortua est prò Creditore, &
proindè non mirum, si improbum videatur prò
ea pignus habere: tum etiam quia allegata in
contrarium procedunt, quando Creditori censuis datum sit pignus æqualis valoris: quo casu
putant Doctores, Census fructus non currere,
ex ea scilicet ratione, quia tunc pignus censetur
datum in solutum, & nullam adesse spem luitionis, cum vanum sit centum pro centum rehabere, ut Rota ipsa hanc theoricam sæpè admisit coram Priol. dec. 376. num. 20., coram Pamphil.
decis. 240. num. 8. part. 15., decis. 249. num. 15.
part. 18., decis. 228. num. 4 part. 19., decis. 374.
num. 1., & in his terminis loquitur Cenc. in alleg.
quæst. 60. num. 44. & 45., R. P. D. Ansald. de
commerc., & mercat. disc. 81. num. 33., & 38., &
disc. 71. num. 101. Extrà verò hos terminos etiam
in censu licitum esse pignus pro securitate accipere, & fructus nihilominùs decurrere, probant
Duard. de Censib. §. 5. quæst. 44. in 1. & 2. conclus., Tondut. quæst. civil. cap. 97. n. 8., ubi, quod
cum hac distinctione intelligendus est Cenc. loc.
citat., & Pignattell. tom. 8. disput. 88. sub num. 1.
in 3. proposit., ubi affert quidem optimam rationem; nam, si Creditor Census potest habere alia
Bona debitoris hypothecata ultra fundum censitum, etiam in terminis Bullæ S. Pii V., ut quo- 41
tidie

tidie practicatur, & nemo de hoc dubitat *Molin.*
44 *disput. 387. de contract.* non est, cur nequeat pari-
ter pignus accipere, cum æquè pignus in Bonis
45 ipsius debitoris remanere dicatur *leg. pignus cod.*
de pignorat. action., *Negusan. part. 2. membr. 3.*
num.72. Rursus, si potest accipere fidejussorem,
46 potest & pignora, quia hæc æquiparantur *leg. 4.*
§. Quid est idoneè ff. de fidejuss. leg. Promissor 21.
in fin. ff. de constit. pecun., utrumque enim ordi-
natur ad fulciendam Contractus fidem = hæc
Pignattell.

Si igitur, ut ex dictis patet, nec in Censu illi-
cita est pignoris acceptio, multò magis erit per-
missa in Cambio: & ita quidem reprobato *Bec-*
cio, Hieronym. de Luca, *Osasch.*, & aliis paucis
contrarium tenentibus, quorum aliqui obiter
47 tantùm, & perfunctoriè loquuntur, communio-
ri calculo docent *Michael Salas ad Div. Thom. 2.*
2. post. quæst.78. disput. de Camb. quæst. 4. art. 2.
num.17., *Azor. Instit. moral. part.3. lib.10. tit. de*
Camb. cap.11. quæst.11., *Salon. de Just.*, *& Jur.*
tom.2. tit. de Camb. quæst.4. contr.22., *Less. eodem*
tract. de Just., *& Jur. lib.2. cap.23. dub.8. n.77.*,
Reginald. lib.25. num.442., *Bonaccin. de contract.*
disput.3. quæst.5. propos.5. n. 21. vers. quæres 3.,
ubi pro ratione dicit, quod in omni contractu
licitum est cuique sibi consulere, seque indem-
nem servare, *Filliucc. tom. 2. tract. 35. cap. 10.*
vers. secundò quæro de Campsoribus, ubi, quod,
si hoc licet in mutuo, & venditione, pariter li-
48 citum erit in Cambio *Castropal. part. 7. disput.7.*
de Camb. punct.11. num.2. vers. è contrà, *Gibalin.*
de usur. lib.5. tit. de Camb., *& Societ. cap.1. art.*
15. consect.3., ubi dat rationem, quia pignus
49 executioni contractus firmitatem conciliat,
ejus verò naturam non immutat, & hanc esse
communem sententiam, de *Lugo disput. 28.*
num. 124. & ex Forensibus *Curt. Jun. cons.132.*,
Boninsegn. de Camb. cap. 7. num. 23., *Romuald.*
Col. cod. tract. cap. 28., *Scacc. de commerc. §. 1.*
quæst. 7. part. 2. ampliat. 12. per tot., ubi, quod
ita consuluerunt Jureconsulti Florentini, nullo
super hoc excitato dubio, nec solùm justitiæ
Cambii pignus non repugnare, sed immò esse illi
connaturale, sicut ceteris omnibus contracti-
50 bus, in quibus alia mens Contrahentium non
est, nisi ut conventa serventur, pignus autem
conventa non alterat, sed roborat, meminitque
responsi Urbani ad Archiepiscopum Januensem,
quo approbantur omnes obligationes accedentes
51 Cambio prò majori securitate Contrahentium
Gait. de Credit. cap.2. tit 7. quæst.6. num.2236.,
Molphes. in summ. part.2. tract.12. cap.7. nu. 68.,
Capyc. latr. consult. 125. num. 21., ubi fatetur,
hanc esse magis receptam opinionem *Rovit. su-*
per pragmatic. 1. de litt. Camb. num.10.

Quam conclusionem planè procedere, quando
52 pignus est infructiferum, ait *Scacc. d.§.1. quæst.7.*
part.2. ampliat. 12. num.4., sicut nemo dubitat,
si pignus sit fructiferum, fructus Debitori ex-
computandos *Navarr. in Manual. cap. 17. num.*
285., *Sot. de Just. & Jur. quæst.10. lib.6. art.3.*,
Tolet instruct. Sacerd. lib. 5. cap. 52. num. 3., qui
etiam prædictam asserunt sententiam, & *Bona-*

De Contract.

cin. cum aliis d. disput. 3. de contract. quæst. 5.
proposit. 5. sub num. 21. vers. verumtamen est.,
Valent. 2.2. disput. 5. quæst.23. part.1., *Garz. de*
Contract. cap.35. num.2., *P. Gibalin. d. leg. 5. de*
usur. cap.5. art.15., *consect. 3. vers. si tamen pi-*
gnus illud.

Et licèt plerique moneant, quod, pignore ac-
cepto, quia cessat periculum sortis, debeat ali- 53
quid remitti de solito lucro *Tolet. d. cap.52. lib.5.*
num.2., quem sequitur *Salas de contract. tit. de*
Camb. dub.21. in fin., *Castropal. part.7. disput.7.*
punct.11. sub num.2. vers. monet tamen, *Molphes.*
in summ. tract.12. part.2. cap.7. num.68., *Gait. d.*
cap.2. tit. 7. quæst. 6. num. 2240., *Duard. in Ex-*
travag. Pii V. de Camb. quæst.24. num.11., *& per*
tot., *& quæst.59.*, ubi dicit, remittendum esse 54
lucrum prò medietate, eumque refert *Capyc.*
latr. cons. 125. num. 22. nihilominus, ut id æquo
arbitrio statui posset, ineundus esset calculus
Cambiorum.

Constabilità igitur validitate Cambii, cujus
substantia interventu pignoris non vitiatur,
agendum modò esset de illius veritate, quæ im-
pugnatur sub obtentu, quod Ciottè simulans
conficere apocam Mutui gratuiti dictum Fabri
obstrinxerit contractu fructifero Cambii; Id ve-
rò, missis aliis, probari dicebatur ex eo, quod
idem Valentinus in suis codicillis præceperit,
quod præfatus Matthæus non molestaretur, do-
nec durabat conductio Furni S. Spiritus prò cre-
ditis, quæ ipse adversus illum habebat, videli-
cet = *un Cambio di scudi 686.*, *e scudi 750. per da-*
nari dati al medesimo per pagare = cuidam alio suo
Creditori, ex quo inferebatur, quod Testator uni-
cum Cambium habebat cum d. Matthæo, illud
nempè scutorum *686.*; aliud verò erat simplex
mutuum, alioquin utrumque nominasset nomi-
ne Cambii, & non unius, sed duorum Cambio-
rum meminisset; id confirmando tum depositio-
ne unius Testis Codicillaris, qui affirmat, Va-
lentinum dixisse, dicta scuta *750.* deberi *senza*
frutti, licèt Notarius per errorem, sivè negli-
gentiam hæc postrema verba omiserit, tum
etiam subsequutam observantiam, nam Valen-
tinus quoad vixerat nullos unquam fructus pe-
tierat prò asserto Cambio scutorum *750.*

Verùm, licèt hæc plurimùm urgere mihi vi-
deantur, maximè quia afferuntur contrà priva-
tam apocam Cambii forsan etiam trino teste
minimè subscriptam, nihilominus, cum agatur
de re, in qua tàm favore Debitoris, quàm favo-
re Creditoris meliores afferri poterunt probatio-
nes, illas exequendas esse censerem, nec interim
ita facilè auderem irritam, aut confictam decla-
rare apocam Cambii, hæc enim contrà scriben- 55
tem, aut subscribentem plenè probat, vice
autem versâ probationes, quæ ab ipso afferun-
tur, per se spectatæ, plenæ non sunt, nam litera 56
Codicillorum præbere solùm potest aliquod ad-
miniculum, cùm non sit clara, admittatque in-
terpretationem conciliabilem cum apoca, & di-
ctum extrajudiciale unius dumtaxat Testis insuf- 57
ficiens pariter est, quibus tamen si alia adderen-
tur adminicula, aut probationes, quibus me-

 liùs

lius declararetur, & suppleretur litera Codicillorum, res plana reddi posset favore Debitoris.

Florentina Renunciationis.

Ex renunciatione personali, ac translativa emphyteusis ex consuetudine in Extraneos alienabilis facta a Jesuita favore Patris, ejusque omnium heredum, & successorum quorumcumque, Renunciante adhuc superstite, jus Domino directo ob lineam finitam non adquiritur pro devolutione agendi, sed Emphyteusis apud extraneum heredem a Renunciatario institutum, donec Renuncians quartum solemne votum emiserit, debet manere. Ex quibus autem dicta renunciatio personalis potius, ac translativa censeatur, quàm abdicativa? Et quid de ejusmodi renunciatione, si abdicativa esset, an scilicet, & quando jus repellendi pro eo casu Dominum directum potuerit, etiam per ultimam voluntatem in extraneum transmitti? Emphyteusis licèt in extraneos ex consuetudine sit alienabilis, nisi tamen instar bonorum allodialium fuerit redacta, in ejus alienatione requiritur consensus Domini directi, qui potest illum denegare. Emphyteusis, si non aliter, quàm de consensu Domini directi in extraneos alienari queat, non cogitur is renovationem concedere heredi extraneo, nisi quum nolit emphyteusim ipsam apud sese retinere.

VOTUM XXXV.

1 *Renunciatio emphyteusis simpliciter facta in manibus Domini directi, abdicativa dicitur.*

2 *Abdicativa pariter dicitur, si fiat, nullâ prorsus personâ contemplatâ, sed indefinitè favore quorumcumque succedere valentium ex Legis, aut Investituræ dispositione*, & n. 45.

3 *Atque etiam quando se quispiam de medio t llit, abdicatque se emphyteusi, ut olius novam investituram possit consequi*, & n. 39.

4 *Emphyteusis Ecclesiastica, existentibus adhuc personis in ea comprehensis, ad Ecclesiam devolvitur.*

5 *In Investitura qui sunt comprehensi quum deficiunt, linea dicitur defecisse.*

6 *Tametsi eorum alter, qui per realem renunciationem emphyteusi se abdicavit; adhuc superstes sit.*

7 *Renuncians emphyteusi, se illi penitus abdicando, instar mortui reputatur, &* num. 9.

Nec devolutionem potest impedire ibid., & num. 40.

8 *Renunciatione abdicativâ factâ ab ultimo in Investitura comprehenso juvatur Dominus directus non tamquam ex pacto, sed quia nullus adesse dicitur devolutionem impediens.*

10 *Emphyteusis ex consuetudine transmissibilis ad quoscumque extraneos alienari in eos an possit etiam per ultimam voluntatem, disputant Doctores, relati* ibid. & num. 11. 12., & 13.

Alii siquidem affirmant, d. num. 11.

Et horum varia refertur opinio, num. 14., & 15.

Quæ præterea distinctione conciliatur, n. 16., & 17.

Alii verò negant num. 12., & 13.

12 *Emphyteusis alienandæ consuetudo strictissimè interpretanda est.*

13 *Ideòque restringenda ad actus dumtaxat inter vivos, at non etiam per viam ultimæ voluntatis.*

14 *Emphyteusis ex consuetudine ad quoscumque extraneos transmissibilis tunc in eos per ultimam voluntatem, ut aliqui sentiunt, alienari potest, quando non sub generali heredis institutione, sed nominatim concessa est.*

15 *Juxta alios verò, ad effectum ejusmodi, non requiritur specifica emphyteusis mentio: eaque sub generali heredis institutione censetur comprehensa.*

16 *Conciliantur, ut primum rectè intelligatur procedere, quum emphyteusis alienari quidem permittitur, sed non tamquam hereditaria, & de emphyteutæ dominio effecta; secundum verò, quando cum tali qualitate in emphyteutam transfertur*, & num. 17., *& ratio* ibid.

18 *Renunciatio personalis, & translativa dicitur, quum per viam positivæ dispositionis certis personis facta est.*

19 *Renunciatione personali, & translativâ quis emphyteusi renuncians, donec superstes est, devolutionem impedit.*

20 *Nullumque jus ex eadem renunciatione quæritur Domino directo, sed solùm Renunciatario.*

Procedit, licèt merè personalis non sit, sed facta etiam pro extraneis, qui Renunciatario mortuo successissent, num. 22.

21 *Emphyteusis, vivente quopiam in Investitura comprehenso, nil interest Ecclesiæ, quod ab uno, vel altero possideatur*, & num. 97.

Immo tunc potest in quemcumque distrahi, n. 98.

23 *Ex renunciatione emphyteusis personali, & merè translativa cum titulo donationis complicata Dominus directus, superstite Renunciante, nullum sibi jus valet adserere, sed solùm Renunciatarius.*

24 *Renunciatio verè translativa dicitur, quum jura in Renunciatariam transferuntur, complicato donationis titulo.*

Præsertim, si idem titulus sit in partibus dispositivis explicatus, num. 26.

Et ex quibus etiam actibus talis titulus valeat desumi? num. 27. ad 32.

25 *Donatio idem importat, ac translotiva renunciatio.*

26 *Renunciatio eò magis donationem importat, si donationis titulus in ejus parte non executiva, sed dispositiva complicatus fuerit.*

27 *Renunciatio Patri facta à filio Religionem ingrediente, si illius emancipationem contineat, donatio rectè dicitur.*

28 *Idem, si comprehendat jura etiam filio jam quæsita, & in præsens competentia*, & num. 54.

29 *Cum*

29 *Cum declaratione illa possidendi nomine ipsius Patris, ejusque heredum.*

30 *Renuncians bonis suis per actus verè dispositivos non dicitur se de medio tollere per actum merè abdicativum.*

31 *Renunciatio facta cum derogatione cuique Legi, statuto indulta, aut alii cuilibet favori, abdicativa non censetur, sed merè translativa.*

32 *In renunciatione censetur comprehensa etiam emphyteusis in extraneos alienabilis, si a Renunciante, facultatem hanc habente, mentio de eadem emphyteusi facta est.*

33 *Renunciationis merè abdicativæ naturam non immutat contemplatio certarum personarum.*

34 *Actus humani fieri nequeunt, nisi circa determinatam materiam, & res versentur, & cum certis itidem gerantur personis.*

35 *Renunciatia merè abdicativa ex sola certarum personarum expressione personalis non efficitur.*

36 *Renunciatio facta ex caussa ingressus in Religionem suàpte naturâ realis censetur, atque abdicativa.*

37 *Actus natura ex voluntate illum gerentis debet æstimari.*

38 *Renunciatio realis est, & abdicativa, si talem eam Renuncians declaravit.*

39 *Emphyteusis ex ejus renunciatione penitus abdicativa censetur ad Dominum directum devoluta.*

41 *Renunciatio penitus abdicativa facta emphyteusi, quæ non sit ex pacto, & providentia, nullam actionem tribuit Domino directo.*

42 *Emphyteusi ex pacto, & providentia si fiat renunciatio penitus abdicativa, hæc non porrigitur ad extraneos in Investitura non comprehensos.*

43 *Emphyteusi ex pacto, & providentia si fiet renunciatio penitus abdicativa, eaque amplissima, Bona emphyteutica naturam allodialium sortiuntur.*

44 *Vel saltem extraneus non reputatur incapax illa adquirendi sive ex universali, sive ex particulari titulo.*

46 *Renunciatia nedum directa ad certas personas, sed expressè facta, ut illis dumtaxat jus eu ea quærendum sit, realis non est, neque abdicativa.*

Licèt sit facta ex caussa ingressus in Religionem num. 48., & 49.

47 *Renunciatia quod respectu Renunciantis abdicativa sit, translativa verò censeatur respectu Renunciatarii, non repugnat.*

48 *Renunciatio si fiat ex caussa ingressus in Religionem, abdicativam sortitur qualitatem, solùm nè dicatur resoluta ex prædecessu Renunciatarii.*

49 *Non verò, ut illius effectus transferri non valeat in certas personas in ipsa contemplatas.*

50 *Et ex quibus verbis non alia intelligatur fuisse Renunciantis mens?* & num. 51.

52 *Renunciatio realis, & abdicativa, ut talis etiam censeatur respectu quorumcumque sub ea venientium, requiritur, quod nullam certam respiciat personam.*

53 *Ita ut indefinitè disponat, illum succedere debere, qui esset de jure successurus.*

54 *Renunciatia translativa verificari tantùm potest de Bonis jam quæsitis, ac Renuncianti devolutis.*

55 *Secus de Bonis devolvendis, & ab alia possessis.*

Procedit, licèt in Instrumenta legantur clausulæ cessionem, & translationem præseferentes num. 59.

56 *Jus, quod nondum in esse deductum est, nequit in alium transferri.*

57 *Res mea denuo mea effici, atque ad me per alium transferri non potest.*

58 *Renunciatio cuipiam facta de Bonis post ejus obitum a Renunciante consequendis, aliud nil importat, nisi juris sperati remissionem, & extinctionem.*

60 *Singula singulis, & congrua congruis referenda sunt.*

61 *In renunciationis Instrumento non repugnat, quod duplex contineatur renunciationis species, altera nempè extinctiva, altera translativa.*

62 *Et una, eademque renunciatia translativa potest esse quoad Bona, & jura jom quæsita, extinctiva verò quoad jura de futuro.*

63 *Donatoris plenâ intercedente voluntate, spes futuræ actionis potest transferri.*

64 *Renunciatio potest effectus translativos operari, etiam quoad spem futurarum successionum.*

65 *Præsertim, quum non agitur de jure omnino futuro, & incerto, sed pendeate a caussa de præterita.*

66 *Renunciatio, quæ fit a filiis Religionem ingressuris, Bonorum liberam adquisitionem inducit favore Parentum renunciatariorum. Et per quamdam veluti remotionem obstaculi ex parte ipsorum filiorum jus Parentibus adquirit eadem Bona in suos heredes transferendi* ibid.

67 *Renunciatio facta a filio de emphyteusi sibi post Patris obitum deferenda quando censeatur translativa favore heredum ipsius Patris in renunciatione contemplatorum?*

68 *Translativa censetur his concurrentibus extremis, si nempè, eveniente casu successionis, Renuncians vivat, sitque habilis ad succedendum, & Renunciatarius, seu ejus heredes in humanis existant.*

69 *Renunciationis enim effectus, isto casu, retrotrahi dicitur a die delatæ successionis ad diem contractus.*

70 *Censeturque Renuncians hereditatem adivisse, ac eamdem vigore cessionis in Renunciatarios transtulisse.*

71 *Emphyteusis renunciatio facta a Jesuita si quæritur, an Domino directo impediat devolutionem nec ne, duplex potest examinari sta-*

tus, ante videlicet, ac post emissionem quarti solemnis voti.

72 *Jesuita nisi emiserit quartum solemne votum, linea in eo durare dicitur.*

73 *Idemque capax est nedum retinendi, & adquirendi Bona quæcumque.*

74 *Verùm potest a Religione dimitti, ab eaque ex justa caussa missionem petere, atque impetrare* num. 75.

75 *Jesuita si quartum solemne votum emiserit, neque ipsi, neque Monasterio hereditas adquiritur.*

76 *Jesuita si non emiserit quartum solemne votum, emphyteusis ab eo renunciata, potest ex ipsius persona a Renunciatariis adquiri, ac retineri.*

77 *Secus, si emiserit.*

78 *Religiosi professi vità naturali durante, emphyteusis, vel feudum ad Monasterium spectat.*

79 *Nec devolutio favore Domini directi, minùsque successio favore agnatorum, aut aliorum vocatorum aperitur.*

80 *Contrarium verius, ubi de Jesuita agitur pariter professo.*

81 *Jesuitarum Ordo eamdem profitetur mendicitatem, quam Minoritæ, & Cappuccini devovent.*

82 *Et tàm Professus, quàm ejusdem Ordinis, Domus, & Collegia incapacia Bonorum omninò sunt.*

83 *Jesuita post emissam professionem, reputatur ac si esset naturaliter mortuus.*

Atque ex momento professionis inducitur ejus mors quoad omnes juris effectus num. 85., & 89.

84 *Jesuita professionem emittens, quoad successiones, aliaque jura, locum iis facit, quibus de jure deferenda essent.*

86 *Jesuità professionem emittente, caducatio inducitur omnium jurium ab eo renunciatorum.*

87 *Jurium renunciatorum caducatio inducitur nedum ex morte naturali, sed etiam ex morte civili, capitis nempè diminutione, aut professione in Religione veram mendicitatem profitente.*

88 *Emphyteusis ob professionem in Ordine Jesuitarum emissam ab ultimo in Investitura comprehenso, revertitur ad Dominum directum.*

90 *Jesuità professionem emittente, pensiones amittuntur, & vacant Beneficia.*

Cessat itidem facultas testandi, vel disponendi, ac similium num.91. *Expirant fideicommissa* nu. 92. *Eaque devolvuntur ad successivè vocatos cum potestate ex illis percipiendi fructus* num. 93., *etiam non expectatà morte naturali Professi* num.94. *Idemque nec in numero filiorum computatur ad augendam Legitimam* num.95.

96 Gobb. Consult. decis. 82. *declaratur.*

99 *Emphyteusis, vel feudi naturam constituere pendet ex consuetudine.*

100 *Nilque in emphyteusi, vel feudo ita perpetuum datur, quod consuetudine, & observantià mutari non possit.*

101 *Emphyteusis, si plena ejus alienandæ facultas, in Investitura, concessa sit, transitoria dicitur ad quoscumque successores sivè universales, sivè particulares, etiam extraneos, licèt in eadem Investitura non comprehensos.*

Isti enim, etsi non comprehensi, eo casu admittuntur vigore translationis Bonorum in ipsos factæ ab habente alienandi potestatem. ibid.

103 *Emphyteusis quum alienabilis ex consuetudine effecta est, & ad extraneos devoluta reperitur, eamdem semper naturam retinet.*

104 *Emphyteusis ut dici queat alienabilis ex consuetudine, hanc esse perpetuam non requiritur, sed sufficit unus, vel alter dumtaxat actus.*

105 *In emphyteusi ex consuetudine alienabili si ad eam alienandam Domini directi requiritur consensus, requisitus is censetur, non ut valeat denegari, sed ut Domino directo jura præserventur quoad laudemia, aliaque emolumenta.*

Vel, ut ille certus sit, valeatque personam investiendam adprobare ibid.

106 *In emphyteusi ex consuetudine alienabili interesse Domini directi duplex est, aliud voluntatis, aliud fidelitatis.*

107 *In emphyteusi ex consuetudine alienabili si consensus Domini directi, ad eam alienandam, requiratur solummodo pro interesse fidelitatis, dicitur adprobativus, neque ab eo potest denegari.*

108 *In emphyteusis alienatione quoties vigore consuetudinis consensus à Domino directo præstandus est, non ex gratia, sed ex justitia debitus dicitur.*

109 *Et sat est, petitum illum fuisse, ut pro præstito habeatur, si absque legitima caussa denegetur.*

110 *In emphyteusi ex consuetudine alienabili, quod consensus Domini directi, ad illam alienandam requisitus, denegari ab eo nequeat, quomodo, & quibus in casibus intelligendum sit?* & num. 111.

111 *Emphyteusis ex sola illius alienandæ facultate Possessori competente, non censetur ita alienari ab eo posse, ut Dominus directus nequeat ad id consensum denegare.*

112 *Emphyteusis, ac Feudum dupliciter inalienabilia sunt, tàm scilicet favore Domini directi, quàm favore Agnatorum, seu aliorum ex investitura jus habentium*, & num. 113.

114 *Emphyteusis, quæ sit ex consuetudine alienabilis in præjudicium Agnatorum, seu aliorum comprehensorum in investitura, talis in præjudicium etiam Domini directi non censetur esse*, & num. 115.

115 *Emphyteusis inalienabilitas potens magis est respectu Domini directi, quàm respectu Agnatorum, seu aliorum in investitura comprehensorum.*

116 *Emphyteusis licèt ex consuetudine alienabilis nisi Bonorum allodialium naturam fuerit sortita,*

tita, potest Dominus directus illius alienationi consensum denegare.

117 *Præsertim ex legitima caussa.*

119 *Emphyteusis si non aliter, quàm de consensu Domini directi in extraneos est alienabilis, finità investiturà, non cogitur is, quum velit pro se emphyteusim retinere, heredi extraneo renovationem concedere.*

120 *Secus verò, si pro se retinere illam nolit.*

121 *Emphyteusim, nonnisi cum consensu Domini directi in extraneos alienabilem, si is, finità investiturà, pro se nalit retinere, tenetur Proximiorem investire.*

122 *Renovationem verò concedere tenetur heredi extraneo, quando emphyteusis sinè ejus consensu queat alienari.*

123 *Hereditarius titulus, ubi agitur de emphyteusi sinè consensu Domini directi in extraneos alienabili, vincere dicitur titulum ex jure sanguinis promanantem.*

PETRUS conduxit à quadam Ecclesia pro se, suisque Descendentibus omnibus per lineam masculinam nonnulla Bona, quæ, juxtà dictæ Ecclesiæ consuetudinem, cum consensu Domini directi in quemcumque extraneum, atque in investitura minimè comprehensum alienari posse mihi supponitur. Emphyteusis hæc suàpte naturà progressura erat ad Joannem, & Antonium dicti Petri primi acquirentis filios; verùm Joannes meliorem fortem eligens, cum Regulare Institutum amplecti deliberasset in præclarissimo Ordine Societatis Jesu, antequam Religiosum habitum susciperet, solemnem, amplissimamque renunciationem celebravit favore Petri Patris sui, ejusque omnium heredum, ac successorum quorumcumque, ut ex instrumento renunciationis ad me transmisso.

Mortuo Petro, & deinceps Antonio etiam è vivis sublato nullis relictis liberis, sed superstite dumtaxat Joanne Religioso Societatis Jesu, orta est controversia super dictis Bonis emphyteuticis inter heredem testamentarium Antonii, & Ecclesiam Dominam directam, hæc enim contendit, utile dominium Bonorum emphyteuticorum consolidatum jam esse cum directo ob devolutionem favore ipsius sequutam tùm vigore renunciationis, quæ utpotè realis, & abdicativa, viam illi aperuisse dicitur, tùm etiam ob professionem à Joanne emissam in Societate Jesu, quæ cùm non minùs ex suo instituto, quàm ex Pontificiis Constitutionibus veram mendicitatem profiteatur, verè mendicans effectus censendus est, perindè ac si professus esset in Religione Minoritarum, ac Cappuccinorum incapacium Bonorum etiam in communi, ac per consequens tàm ipse, quàm ejusdem Ordinis Domus, & Collegia incapacia prorsus sunt acquirendi legitimas hereditates, ac successiones, quippe hæ acquiri amplius non possunt ex persona Professi, qui instar mortui habetur.

At contra Testamentarius heres Antonii sustinet, renunciationem, de qua agitur, translative factam fuisse favore Renunciatarii, ejusque heredum quorumcumque, si quæ verò qualitas realis, & abdicativæ renunciationis eidem adjecta videri posset, eamdem immutare non valere substautiam renunciationis verè translativæ, sed impropriè accipiendam esse, ut nempè famulando naturæ contractus verè translativi, operetur, quod, firmiore redditâ translatione jurium à Renunciante factâ favore Renunciatarii, ejusque heredum, illa irrevocabiliter ad eosdem deferantur, ita quidem, ut nullo unquam colore Reuuncianti patere possit regressus ad jura renunciata.

Quapropter, cum vigore istiusmodi amplissimæ renunciationis in eum transferentis jura omnia Renuncianti competentia, ejus loco ipse subrogatus fuerit, inde infert, quod non solùm, donec P. Joannes in humanis erit, frui possit commoditate utilis dominii, percipiendo fructus Bonorum emphyteuticorum; verùm prætereà asserit sibi licere controversa Bona alienare, quemadmodum id licuisset Renuncianti, inspectâ consuetudine, cujus vigore talia Bona alienabilia sunt cum consensu Domini directi, qui ad illum concedendum regulariter teneri dicitur; vel denique in omnem casum eidem tamquam heredi ultimi Possessoris deberetur renovatio.

Super hac facti specie plura ad me transmissa fuerunt Dubia resolvenda, prout Juris esse censuerim, eademque relata eo ordine, quo mihi proposita fuerunt, ità se habent.

Primò. An ex eo, quod superstes sit P. Joannes, impedita dici debeat devolutio ob lineam finitam; præsertim quia contingere potest, quod eveniat casus, ob quem ille Religiosum deserat Institutum?

Secundò. Si interim emphyteusis manere queat apud heredem Antonii?

Tertiò. Si hoc casu d. heres emphyteusim alienare possit cum consensu Domini directi, & an iste, inspectâ consuetudine, illum denegare possit?

Quartò demum. An saltem præfato heredi debeatur renovatio?

Rem itaque ordiendo à primo Dubio, ut recto judicio statui possit, an superviventia Joannis renunciantis impediat nec ne devolutionem ob lineam finitam? definienda priùs est natura, & qualitas renunciationis, de qua agitur, an nempè realis, & abdicativa sit, an verò personalis, ac translativa, nam, si reverà merè abdicativa reputanda esset, qualis dicitur illa, quâ 1
emphyteusis simpliciter renunciatur in manibus Domini directi, vel illa alia, quâ, nullâ 2
prorsus contemplatâ personâ, abdicatio fit indefinitè favore cujuscumque personæ, & sic quorumcumque, qui aut ex legis, aut investituræ dispositione succedere possent, vel denique quando quis se tollens de medio sese abdi- 3
cat emphyteusi, ut alius novam investituram consequi possit, ut tradunt *Bald. in cap. 1. nu. 2. vers. omninò de eo, qui fin. fecit Agnat. Isern.* *ibi-*

ibidem num. 1. vers. secundus casus est, idem in
cap. 1. num. 7. in fin. de nat. success. Feud., Are-
tin., & Ripa in leg. qui Romæ §. Duo fratres n. 88.
ff. de verb. obligat., Alexand. cons. 13. num. 4.
& seq. lib. 5., Curt. sen. cons. 48. num. 39. in fin.,
Gabriel. cons. 89. num. 9. & 10. lib. 1., Honded.
cons. 36. num. 21. & 26. lib. 1., Surd. cons. 517.
num. 14. lib. 4., Peregrin. cons. 101. num. 6. &
plurib. seqq. lib. 1., & de fideicom. art. 52. num.
74., Corbul. de cens. privation. ob renunc. num. 3.,
Gration. discept. 557. num. 52., & seqq., Fulgin.
de jur. emphyteut. tit. de renunc. quæst. 1. num. 3.
& 4., & quæst. 2. num. 25., & quæst. 6. num. 10.,
Bellon. de jur. accresc. tom. 3. cap. 10. quæst. 28.
num. 22. & plurib. seqq., ubi omnes casus enu-
merat, in quibus renunciatio realis esse cense-
tur Rot. decis. 186. num. 5. part. 3. rec., licèt hoc
casu, viventibus Petro, & Antonio renuncia-
4 tariis, Ecclesia vigore similis renunciationis pro
devolutione agere prohiberetur, quippè illam
impediret duratio lineæ adhuc vigentis in per-
sonis comprehensis in investitura, ideoque pro-
prio jure venientibus ad emphyteusim, Rota in
5 rec. decis. 186. num. 12. part. 3., attamen, illis
sublatis, linea defecisse diceretur, tametsi su-
6 perstes sit P. Joannes, qui, ob renunciationem
prorsus abdicativam, utpotè reputandus instar
7 mortui, devolutionem impedire non posset,
nullis namque aliis de genere comprehensorum
amplius extantibus, Dominus directus juvare-
8 tur tali renunciatione, non quidem ut ex illa
veluti ex pacto eidem quæsita dici posset actio,
vel exceptio, sed quia virtute abdicationis per-
petuò excluso Renunciante, nulla superesse di-
ceretur persona devolutionem impediens, ut
ratiocinantur Ruin. cons. 166. num. 11. lib. 1.,
Berous cons. 97. num. 6., Gabriel. cons. 89. n. 8.
lib. 1., Honded. cons. 36. num. 22. lib. 1., Fulgin.
de jur. emphyteut. quæst. 1. num. 2., quæst. 2. n. 25.
quæst. 6. num. 7. & num. 10., Bellon. de jur. ac-
crescend. tom. 3. cap. 10. quæst. 28. num. 14., 15.,
& seq., Rot. in Nullius, seu Forolivien. Castri
Vallis Oppii 12. Junii 1711. §. Non subsistente co-
ram R. P. D. Lancetta.

Adeo quidem, ut hoc casu Domino directo
Bona emphyteutica tamquam devoluta vindi-
care contendenti, non jam obstet amplius per-
sona Renunciantis, per abdicationem omnis sui
9 juris mortuo similis effecti, sed quærendum
dumtaxat sit, an repelli possit ex jure ab Anto-
nio ultimo investito, & Possessore emphyteusis
transmisso in suum heredem, an videlicet ex
10 superiùs memorata consuetudine alienandi em-
phyteusis in eum transferri potuerit per di-
spositionem, tametsi celebratam per actum ul-
11 timæ voluntatis, ut transferri posse docuerunt
Surd. cons. 10. & cons. 71., idem de aliment. tit. 8.
privileg. 38. num. 11., & sequuntur Menoch. lib. 4.
præsum. 188. num. 8., Peregrin. de fideicomm. art.
40. num. 57., Intrigliol. de substit. cent. 3. quæst.
73. num. 17., Joann. Dilect. de art. testand. tit. 5.
cautel. 38., Ostasch. decis. Pedemont. 85. nu. 3.,
Boer. decis. 204., Cæsar. Barz. decis. Bonon. 121.
num. 42., & seqq., Fulgin. de jur. emphyt. tit. de
alienat. quæst. 1. sub num. 336., licèt alii con-
trarium senserint ob eam rationem, quod con-
suetudo alienandi Bona emphyteutica, veluti 12
derogatoria Juris communis, strictissimè sit in-
terpretanda Bardellon. cons. 11. num. 13., Ro-
senth. de Feud. cap. 9. conclus. 58. num. 21., ideo-
que restringenda ad actus dumtaxat inter vi-
vos, at non etiam extendatur ad alienationes 13
per viam ultimæ voluntatis, Bardellon. loco mox
citat., Menoch. cons. 226. num. 43. & seq., Ga-
briel. cons. 81. num. 30. & seq. lib. 2., & in ter-
minis consuetudinis Mantuanæ, idem Gabriel.
d. cons. 81. ex num. 25., & priùs dixerat cons. 83.
num. 58. lib. 1., prout ità Mantuæ quotidiè ser-
vari testatur Bursat. cons. 178. n. 26., & cons. 295.
num. 16., Surd. cons. 282. num. 66. & seqq., &
cons. 577. num. 1., & docuerunt Curt. jun. cons.
171. num. 10. usque ad finem, Rosenth. de Feud.
cap. 9. conclus. 58. num. 43.

In quarum opinionum conflictu Doctores, qui
alioquin censent, ob consuetudinem, sive alie- 14
nandi facultatem competentem Possessori em-
phyteusis, eidem licere, etiam per actum ulti-
mæ voluntatis de illa disponere, tunc demum
illi permissum esse docent, quando non per ge-
neralem heredis institutionem, sed nominatim
de emphyteusi dispositum reperitur, alii verò
sentiunt, hanc alienandi facultatem tanti vale- 15
re, ut, nullà prorsus requisità speciali dispo-
sitione, emphyteusis sub generali etiam heredis
institutione comprehensa censeri debeat, ut
apud Fusar. de substit. quæst. 550. ex num. 5. &
quæst. 593. ex num. 33., Rota coram Merlino de-
cis. 699. num. 20. & seq., referentes invicem
pugnantes opiniones, & auctoritates, quæ ta-
men conciliari posse videntur distinctione illà, 16
quæ fit inter facultatem alienandi efficientem,
quod, redactis Bonis emphyteuticis ad naturam
allodialium, instar Bonorum hereditariorum,
atque indifferentium, sint in pleno, & libero
dominio emphyteutæ, & alium casum, in quo,
licèt emphyteutæ tributa sit facultas alienandi,
emphyteusis tamen penitus non amittens pri-
mævam naturam, nec omnino desinens esse ex
pacto, & providentia, non fit verè hereditaria,
& de libero, ac pleno dominio emphyteutæ; in
primo namque casu rectè docent, Bona emphy- 17
teutica comprehendi sub universali heredis in-
stitutione, & Bonorum dispositione, tametsi
nulla qualitatis emphyteuticæ Bonorum men-
tio facta fuerit, tunc enim cum non deficiat po-
testas, à qua regulatur Disponentis voluntas,
jure, meritòque talia Bona sub generali disposi-
tione contineri dicuntur, quæ ratio cessat, quan-
do, eisdem minimè effectis de pleno, & libero
dominio emphyteutæ, considerari nequeunt
tamquam assimiliata ceteris Bonis indifferenti-
bus, juxtà distinctionem Bartol. in leg. si Patro-
ni 55. num. 4. ff. ad Trebell., Fulgin. de jur. em-
phyteut. tit. de success. quæst. 7. num. 7., Palm.
alleg. 132. num. 7. & seq., & allegat. 237. per tot.,
Ciocch. discept. 60. num. 22. cum seqq., Urceol.
consult. 45. num. 26., & seqq., inquiens, ità con-
ciliandas esse plures Sacræ Rotæ decisiones, quæ
in-

invicem pugnare videntur, *D. Adv. Calcagnin. in suis observat. practic. legal. part. 2. observat. 6. num. 5. & seqq., Rot. coram Merlin. decis. 699. num. 24., coram Buratto decis. 87. num. 10., & seqq., in rec. decis. 741. num. 24. part. 4. tom. 3., decis. 452. num. 12. part. 9., decis. 463. num. 14. & seqq. part. 14.*, cum aliis latè congestis in una *Bononien. emphyteusis 4. Decembris 1680. §. Siquidem coram bon. mem. Rondinino, in Eugubina fideicommissi 24. Martii 1710. §. Quamobrem coram Card. Scotto, & in Fanen. Bonorum, seù transactionis 2. Julii ejusdem anni §. Fortiùs quia coram R. P. D. Crispo, & in Ferrarien. renovationis investituræ 18. Aprilis 1712. §. Nec subsistere, & seq. coram eod.*

Aut verò renunciatio personalis est, & trans-
18 lativa, qualis certè dicitur actus ille, in quo Renuncians contemplando certas personas, illarum favore per viam positivæ dispositionis jura sua renunciare professus fuit, *Gratian. discept. 557. num. 36. & 52., Mans. consult. 256. num. 22. vers. & verè, & consult. 296. num. 10., & melius consult. 402. num. 12. vers. sed clariùs, & num. 13. & seqq., Conciol. alleg. 31. num. 8., Card. de Luc. de renunc. disc. 2. num. 4. & seq., Torr. de majorat., & Primogen. Ital. lib. 2. quæst. 47. num. 16. 18. & 22., plenissimè Peregrin., & Bellon. in locis inf. à allegandis, Rota in Pisauren. fideicommissorum 27. Aprilis 1703. §. Nec subsistit coram R. P. D. Lancetta, in Perusina immissionis 15. Januarii 1706. §. Non obstat coram Emo D. Card. Scotto, & in Interamnen. immissionis 5. Junii 1716. §. Accedente præsertim coram*
19 *R. P. D. Altban.* Et hoc casu silent quæstiones istæ, oam donec superstes est persona Renunciantis, hæc impedit devolutionem ob lineam finitam, nullumque jus ex tali renunciatione
20 quæritur Domino directo, sed illi dumtaxat personæ, in quam Renuncians jura sua transtulit *Bartol. in leg. qui Romæ §. Duo fratres quæst. 10., Aretin. ibidem num. 29., Alexand. num 60., Ripa num. 88., Curt. num. 146., Soccin. jun. n. 142., Crot. num. 148. & seqq. ff. de verb. obligat., Ruin. cons. 169. num. 3. & 4. lib. 1., Gabriel. cons. 88. num. 22., & cons. 89. num. 7. lib. 1., Gratian. discept. forens. cap. 557. num. 36. tom. 3., Peregrin. de fideicomm. art. 52. num. 73. & seqq., & dixit etiam cons. 101. num. 5. vol. 1. & cons. 2. num. 17. & 18. vol. 5., Tiraquell. de jur. Primog. quæst. 86. num. 7., latissimè Bellon. de jur. accrescend. tom. 3. cap. 10. quæst. 28. num 42. & aliis plurib. seqq, Crass. in §. Hereditas quæst. 12. erga finem vers. & nota, Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 34. num. 19. 22. & 33. & lib. 23. tit. 38. num. 63. & seqq., Fulgin. de jur. emphyt. tit. de renunc. d. quæst. 1. n. 6., quæst. 2. num. 1. & seqq., & quæst. 6. num. 9. & seqq., Corbul. de caus. privation. ob renunc. n. 10., Rot. decis. 186. per tot. part. 3. recent.* Et justâ quidem ratione, nam, si emphyteusis talis sit,
21 ut eadem transire possit etiam ad extraneos, parui interest Domini directi, num illa, durante investiturâ, penes unum, vel penes alium existat, optimè *Gobb. consult. decis. 82. num. 18., Rot. decis. 184. num. 10. usque ad 14. & dec. 188. num. 4. post Torr. de pact. futur. success., in rec. decis. 167. num. 15. & 16. part. 9. tom. 1., dec. 127. num. 18. part. 13. & decis. 185. num. 10. & 11. part. 16.* ibi = *nullum enim sentit præjudicium, quòd emphyteusis potius sit penes Ferrantinos, quàm penes alium æque idoneum, illorum lineâ durante* =. Certiùs quando, ut in casu nostro, adest consuetudo, ex qua talia Bona fiunt alienabilia, cur enim hoc casu illa manere non poterunt penes Renunciatarium? *Riminald. jun. cons. 63. sub num. 27., Mell. allegat. 9. num. 6., Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. 3. §. 5. sub num. 18. limit. 10., Rosenth. de feud. cap. 7. conclus 30. num. 25., Gobb. d. consult. decis. 82. num. 20. & seq., Rot. decis. 188. num. 5. post Torr. de pact. futur. succes. & decis. 167. num. 18. & seqq. part. 9. rec. tom. 1.*

Ut etiam idem jus statuendum videtur respectu illius renunciationis, quæ non merè perso-
nalis sit, videlicet ita celebrata contemplatione 22
certarum personarum, ut, illis deficientibus, excluso eorumdem extraneo herede, Renuncianti pateat regressus ad Bona renunciata, à quibus temporariè dumtaxat exclusus censeatur, donec nimirum extent personæ Renunciatariorum ab ipso contemplatæ, sed adeo Renuncians jura sua in Renunciatarium, & ab eo causam habentes transtulerit, ut, se è medio penitus tollens, aditum ad successionem aperuerit aliis æqualibus, sivè remotioribus, quamvis extranei sint, qui, ipso verè mortuo, successissent, nam hoc etiam casu Renunciatarius, superstite Renunciante impediente devolutionem, frui poterit Bonis renunciatis, per ea, quæ tradunt *Bald. in leg. emptor. num. 1. Cod. de hered. vel act. vendit., Surd. cons 22. num. 16., Palm. nepos allegat. 153. num. 76. & seqq., Argel. de acquir. possess. quæst. 8. art. 27 à num. 712., Mastrill. decis. 153. num. 27., Rot coram Merlino decis. 645. num. 9., coram Dunozet. jun. decis. 707. num. 12., optimè in Reatina manutenti nis seù fideicommissi 31. Martii 1702. §. Justitia autem, & §. Prout neque obstare coram Emo D. Card Scotto, in Pisauren. fideicommissorum 27. Aprilis 1703. §. Exordiendo, & seq. coram R. P. D. Lancetta, & in Romana fideicommissorum 20. Junii 1707. §. Distinctè siquidem, & aliis seqq. coram Rmo Aldrovando.*

Prout certè in nostro casu illis gaudere posse videtur heres Antonii, quia renunciatio, de qua agitur, celebrata reperitur favore bo. mem.
Petri Patris renunciatarii, ejusque heredum, 23
& quidem cum plena jurium Renuncianti competentium translatione in illos facta cum titulo renunciationis, cumplicando etiam titulum donationis irrevocabilis inter vivos, expressæ nedum in proemio verbis illis = *di far rinunzia, e donazione generale &c.* = sed sæpiùs repetitæ in dispositiva ibi = *puramente, e pienamente, liberamente, semplicemente, irrevocabilmente inter vivos renunzia, dà, e dona &c.* = & rursus = *perchè intende, e vuole che la presente renunzia, e donazione* = & pluries, pluriesque ali-
bi, hoc namque casu dubitari nequit, quin Re- 24
nuncians jura omnia sua transtulerit in Renuncia-

ciatarium per renunciationem verè translati-
vam Cæsar. de Afflict. contr.24. num.25., Card.
de Luc. de renunc. disc.8. nu.6., & de donat. disc.
60. num. 31. & 32., ubi, quod idem importat
25 donatio, ac translativa renunciatio Bottiglier.
de renunciat. success. cap.2. theorem. 43. num. 2.,
Hodiern. contr. forens. cap.8. nu.58. lib. 1., Torr.
de pact. futur. success. lib.2. cap.1. num. 46., Rot.
coram Bich. decis.631. ex num. 6., & decis. 103.
num.15. inter collect. per bon.mem. Advoc. Con-
stantiu. ad statut. Urb., præsertim verò in casu
26 nostro, quia titulus iste donationis explicatus
non inter clausulas executivas, sed in parte dis-
positiva, potiori jure operatur effectus veræ do-
nationis, illiusque naturam communicat re-
nunciationi Rota Lucen. apud Palm. Nepot. de-
cis.280. num.6., & allegat 295. num.22. post Gal-
lerat. de renunc. decis. 3. num. 43. post Torr. de
pact. futur. success. decis.48. num. 2., coram Cerro
decis.537., & decis.616. utrobique num. 1., co-
ram Peutinger. decis.174. num.1., & seqq., coram
bon. mem. Emerix Jun. decis.1256. num.10., in
rec. decis.68. num.10. part.13., in Eugubina Im-
missionis 12. Maii 1712. §. Potissimè quia cum seq.
coram Rmo Kaunitz Episcopo Labacen.
Et, quod magis est, prò celebrando tali actu
Renuncians à Patre emancipatus fuit, quæ cau-
27 tela, utpotè non necessaria in renunciatione fa-
cienda occasione ingressus in Religionem, re-
ctè congruebat alteri speciei Contractus, do-
nationi nempè inter Patrem, & filium celebran-
dæ ad Text. in leg. si Pater 2. ff. de inoffic. donat.,
& leg. sivè emancipatis 17. Cod. de donat., An-
gel. cons.44. num.1., Tusch. practic. conclus. lit. E.
conclus.115. nu.12., Paschal. de patr. potest. part.
1. cap.4. num. 31. & seqq., Torr. de pact. futur.
success. lib.3. cap.3. num.47., Viv. decis. 514. nu.
3. lib.4., ut etiam, juxtà naturam donationis,
& actus translativi in illa comprehensa legun-
28 tur jura etiam jam filio quæsita, & de præsenti
ipsi competentia, per ea, quæ notant Moatan.
contr.10. num.5., Giovagnon. resp. 91. num. 18.,
& seq. lib. 1., Donad. de renunc. cap. 50. num.
28., Andreol. contr. 310. num. 13., Bottiglier.
de successi. ab intest. theorem. 49. num. 18., Card.
de Luca de renunciat. disc. 5. num 6., disc. 12.
num. 8., Torr. de pact. futur. success. lib. 2. cap.
1. num.43., Urceol. consult.93. num.61., Calde-
ron. resolut. 1. num.20., Rota apud Mans. consult.
258. nu. 40., post Torr. de pact. futur. success. de-
cis.200. num.2., & coram Bich decis.631. nu.10.,
29 illaque nomine Patris, ejusque heredum se pos-
sidere constituit ibi = ponendoli d' adesso per allo-
ra, e sempre in suo luogo colla clausula del Costi-
tuta, ed effetto del precario =, benè ad rem Ur-
ceol. consult.98. num 57., & seq., Rot. apud eum-
dem consult. 5. prima appendic. num. 8. & 9., &
num.37., & 38., Paulut. differt.84. num.116. &
seq., Card. de Luc. de renunc. disc.6. nu.12., disc.
7. num.5., & disc.8. num.6., Palm. Nepot. inter
decis. per eumdem recollect. decis.317. num.9.,
& 10., Rmi Ansald. in addit. ad decis.90. nu.38.,
& 39. juxtà Roman. Edition., Rot. coram Bich.
decis.631. num.16., & seqq., qui enim istâ agen-
di ratione per actus verè dispositivos de Bonis 30
suis disponit, proculdubio se è medio tollere
non dicitur per actum merè abdicativum, cu-
jus vigore nihil agendo, aut disponendo, id so-
lùm faciat, ut instar mortui è medio sese tol-
lat Rosignol. in sua prax theolog. legal. sub tit. de
pignor., & hypothec. contract.11. disquisit.2. num.
6. & seqq., & per tot., Rota in Maceraten. He-
reditatis coram Veospio §. Neque Bona cessa, in
appendic. singular. ad omn. capit. cap. 50. impress.
in calce oper. fol.364. part. 2. consult. Urceol., &
denique, omissis aliis clausulis, videlicet re- 31
nunciatione legis si unquam Cod. de revocand. do-
nat., & cuicumque alteri legi, statuto, & in-
dulto, che facessero, ò potessero fare a favore
de Donanti, o Renuncianti, quæ proculdubio
evincunt Renunciantis mentem non per veram,
& nudam abdicationem, sed per actum verè
translativum jura sua transmittendi in Renun-
ciatarios, sivè Donatarios. Bald. in leg. ultim.
num.11. Cod. de pact., Rip. in leg. ultim. nu.181.
Cod. de revocan. donation. specul. tit. de donat. nu.
5., Bertazzol. cons. civil.84. num.39., Burgal. de
dol. lib.2. cap.2. num.19., Guttierez. de jurament.
confirmat. part.1. cap.10. num 5. in princip., & §.
Sed contra ad med., Mantic. de tacit. lib. 13. tit.
41. num.6. in fin. nè in dubium revocari posset,
an sub generalitate dicti actus continerentur
Bona etiam, de quibus agitur, expressè decla-
ravit, sub illa comprehendere feuda quoque,
& emphyteutim, in quibus ipse, aut sui essent
vocati ibi = Livello, o enfiteusi, o feudo, in
cui esso, ò i suoi fusse, o fussero vocati, invitati,
e sostituiti, ò che in qualunque altro modo, e for-
ma esso, e suoi fusse, o fussero per succedere, e
per causa, e titolo della presente rinunzia, ò do-
nazione inter vivos detto Illustrissimo Signor Gio-
vanni cede, e rinunzia &c. Cum itaque Renun-
cians non careret potestate disponendi de istius-
modi emphyteusi alienabili, & voluntas clarè 32
explicata reperiatur superiùs relatis verbis, di-
cendum proculdubio est, quod in illa compre-
hendantur Bona etiam, de quibus agitur, ut in
his terminis admonent Doctores in leg. qui Romæ
§. Duo fratres ff. de verb. obligat., Kellembec. de
renunc. success. quæst.26. num.1. in fin., Torr. de
pact. futur. success. lib.2. cap.38. num.4., & benè
in simili tradit Rota in Romana donationis de Cor-
sini 3. Julii 1711. §. Ex bis cum certa coram Rmo
Aldrovando.
Nilque obest, quod contemplatio certarum
personarum immutare non valeat naturam re- 33
nunciationis, quæ alioquin appareat merè abdi-
cativa, atque extinctiva jurium omnium Re-
nuncianti competentium, ob eam rationem, 34
quod cum humanorum actuum ea sit conditio,
ut fieri nequeant, nisi circa determinatam mate-
riam, & res versentur, & cum certis personis ge- 35
rantur, illarum proindè sola expressio inducere
nequeat personalitatem actus, quando hæc ex-
cluditur ex natura ipsa renunciationis, quæ rea-
lis, & extinctiva sit Rot. in Romana hereditatis de
Lanuvio 18. Junii 1685. coram bon.me. d'Herva-
ult impress. inter collect. per Balducc. ad Ramon.
tom.3.,

tom.3., & repetita apud Palm. Nepot. allegat.295.
sub num.11. vers. de mente ergo, & in Romana
legitimæ 15. Junii 1699. §. At data etiam coram
R̃mo Ansaldo Decano, confirmata 17. Junii 1701.
§. Nec eliditur coram Cardin. Captara, prout
contingit in casu nostro, in quo talem esse no-
36 stram renunciationem satis probatum videri
posset tum ex specie ipsa renunciationis factæ
ex causa ingressus in Religionem, quæ suàpte
naturâ realis semper, & abdicativa censenda
est, ut ex professo discusso articulo, firmatum
fuit in *dicta Romana hereditatis de Lannvin*, quam
semper deindè sequuta est *Sacra Rota*, tum
37 etiam ex clausulis, quibus eadem explicata re-
peritur, quippè Renuncians expresse professus
fuit, quod = *intende, e vuole, che la presente*
renunzia, e donazione con tutte, e singole cose
sopra espresse, e contenute in essa, sia reale, rea-
lissimo, & abdicativa, = si autem naturam actus
æstimare, ac determinare debemus ex volun-
tate illum gerentis, & ex qualitatibus, & for-
ma, quibus ejus species demonstratur *Covaruv.*
in cap. quamvis pactum part.3. §. 3. sub num. 4.,
Aretin. consil.160. num.17., Decian. consil.108. nu.
15., Mans. consult. 19. num. 17., Rocca disput.
jur. select. cap.56. nu.8., Donad. de renunc. cap.
2. num.69., Rot. decis. 24. num. 3. part. 18. rec.
decis.17. num.20. apud Cord. de Luc. tom.1. lib.4.,
& in Romano successionis 10. Februarii 1710. §.
final. coram Em̃o D. Card. Priolo, in dubium sa-
nè revocari nequibit, quin realis, & abdicati-
38 va censenda sit renunciatio illa, quam Renun-
cians ipse dixit = *intende, e vuole che &c. sia rea-*
le, realissima, & abdicativo = ut in proposito
firmavit *Rota in dicta Romana successionis 10. Fe-*
bruarii 1710. §. etsi difficile sit coram Em̃o D.
Card. Priolo. Ex quo sequitur, quod, cum vir-
tute istiusmodi realis, & abdicativæ renuncia-
tionis P. Joannes de medio se substulerit, perin-
39 dè ac si naturaliter mortuus esset, *Mantic. de*
tacit. lib.13. tit.21. num.20., Card. de Luca de re-
nunc. disc.3. num.4., Mans. consult. 257. num. 9.
tom.3., Carol. Anton. de Luc. ad Franch. obser-
vat. 375. num.4. in fin., Rot. post Torr. de pact. fu-
tur. success. decis.200. nu.12. in fin., coram Mer-
lin. decis.612. num.11., in dicta Romana successio-
nis 10. Februarii 1710. §. Etsi difficilè coram Em̃o
D. Card. Priolo, & 4. Februarii 1711. §. Mul-
tòque minus coram R̃mo Molinei, & in Interam-
nen. Immissionis 5. Junii 1716. §. Accedente co-
ram R.P.D. Althan., Bona emphyteutica ad
Dominum directum devoluta censenda sint,
quippè devolutioni viam aperuisse censetur ab-
dicativa penitùs, atque extinctiva renuncia-
40 tio, quemadmodum illi locum fecisset mors na-
turalis ipsius Renunciantis, quando alioquin
nullæ ampliùs extant personæ contemplatæ in
Investitura, penes quas emphyteusis manere
queat, ex communi Doctorum sententia in *cap.*
1., ubi Gloss. in verb. quasi novum de eo qui fin.
sec. agnat., & in cap.1. de Vassall. decrepit. ætat.,
Gratian. discept. forens. cap.557. nu.58., & prius
discept.346. num.3. & seqq., cum aliis apud Ro-
senth. de feud. cap.2. conclus.20. num.2. & 6., &

lit. D., Schrader eodem tract. part.2. cap.3. num.
59., Tiraquell. de Jur. Primog. quæst.86. num.7.,
Peregrin. de fideicommiss. art.52. num.74., benè,
& frequenter Bellon. de jur. accresc. tom. 3. cap.
10. quæst.28. num.12., & alii passim.

Prò hujusmodi namque objectione submo-
venda satis esset dicere, illam urgere posse, si 41
ageretur de emphyteusi ex pacto, & providen-
tia, quæ transire non posset ad extraneos in In- 42
vestitura minimè comprehensos, at non ita res
se habet in casu nostro, in quo ob illius aliena-
bilitatem, si amplissima sit, eadem sortiri di- 43
citur naturam Bonorum allodialium, vel saltem
extraneus incapax non reputatur illam sivè ex
universali, sivè ex particulari titulo acquiren- 44
di, ut, præter alibi deducta, notarunt *Ful-*
gin. de jur. emphyt. tit. de success. in Bon. emphy-
teut. quæst.3. num. 13., & tit. de alienat. quæst.1.
num. 336. vers. limita ultimo, Gobb. de permiss.
feud. alienat. quæst.6. nu.47. & plurib. seqq., Ro-
ta coram Duran. decis.254. num.5.

Verùm prætereà respondetur, quod, si, ut
ex renunciatione reali, atque abdicativa Domi- 45
no directo actio quæsita dici possit, oportet,
quod illa, nullâ certâ personâ contemplatâ, fa-
cta reperiatur beneficio cujuscumque indefini-
tè, videlicet commodo omnium, qui quomo-
documque ex lege, vel Investitura jus ad
emphyteusim habere possunt, vel ut Renuncians
sese è medio tollendo novæ investituræ conces-
sioni locum faciat, ut firmatur *in §. Rem itaque*
ordienda, realis, & abdicativa censeri certè non
poterit præsens renunciatio, utpotè non solùm 46
directa ad certas personas, sed expresse facta,
ut illis dumtaxat jus ex eadem quæsitum cen-
seatur, exclusis omnibus aliis, quibus alioquin
vigore actus merè abdicativi, ac realis quæsi-
tum dici posset, non enim repugnat, quod re-
nunciatio respectu Renunciantis, & ad effectum 47
illum perpetuò excludendi, abdicativa sit,
translativa verò censeatur respectu Renuncia-
tarii *R̃mi Ansald. in addit. ad decis.48. num. 24.*
& 28., Rocc. disput. jur. select. cap.56. sub num.
8. vers. & sanè, Card. de Luc. de renunc. disc.2.
num.9., & disc.4. num.17., Rot. coram Merlino
decis.62. num.23., & 25., coram Dunoz. jun. decis.
641. num.32., coram bon. mem. Emerix jun. decis.
619. num.5., decis.20. num.11. inter impress. ad or-
nat., Card. de Luc. de fideicommiss., & in Pisau-
ren. fideicommissorum 27. Aprilis 1703. §. Nec
subsistit coram R.P.D. Lancetta, in Romana suc-
cessionis 10. Februarii 1710. §. Verum quidem est
coram Em̃o D. Card. Priolo, & in Romana renun-
ciationis 3. Julii 1711. §. Absque eo quod coram
R̃mo Aldrovando, etiamsi agatur de renuncia- 48
tione facta ex causa ingressus in Religionem,
hæc namque causa operari quidem potest effe-
ctum realitatis, & renunciationi imprimere
qualitatem abdicativam ad effectum impedien-
di illius resolutionem in casu, quo Renuncianti
prædecesserint Renunciatarius, aut personæ,
quarum contemplatione renunciatio facta fuit,
juxtà firmata per *Capon. contr. forens. 41. nu. 14.*
vers. verum, Franch. decis.375. num.2., Mastrill.
decis.

decis.65. num.11., Rota coram san.mem. Alexandro VIII. decis.10., in dicta Romana hereditatis de Lanuviis, & in Bononien. Fideicommissi de Ghisellis coram Rño d' Hervault, Card. Caccia inter allegat. Palm. allegat.296., & seqq.; At eadem causa ingressus in Religionem non etiam
49 efficit, quod renunciatio omninò abdicativa esse debeat, itâ quidem, ut effectum translativæ renunciationis operari nequeat respectu Renunciatariorum, quorum favore facta fuit, quando alioquin ex illius tenore, & ex verbis, & clausulis, quibus concepta est, apparet, Renunciantem ità se juribus suis abdicare voluisse, ut eadem transferret favore certæ personæ, juxtà plenè firmata in una *Romana Casalis Aguzzani 19. Junii 1705. coram bon. mem. Omanna Episcop. Giennen., & prius dictum fuerat in una Reatina manutentionis, seù fideicommissi 31. Martii 1702. coram Eño Card. Scotta.*

Ex quibus satis declaratæ censendæ essent tum clausulæ, tum verba illa, quibus Renun-
50 cians dixit = *intende e vuole, che la presente renunzia &c. sia reale, realissima, & abdicativa* = sed præterea, quâ mente id ille dixerit, & ad quem effectum voluerit, renunciationem reputari realissimam, & abdicativam, expressè explicavit aliis immediatè subjunctis verbis = *sia*
51 *reale, realissima, & abdicativa in modo tale, che in alcun tempo, o caso non possa esso Illustrissimo Signor Giovanni acquistare a sè, nè mediante la persona di lui acquistar possa la Religione, ma esso, e la Religione resti, e restino sempre esclusi non solamente dalla proprietà &c.* = si igitur Renuncians tàm in præcedentibus, quàm in subsequentibus renunciationis partibus, imò in integro, & toto ejus contextu professus fuerat renunciationem facere favore Patris, ejusque heredum, eamdemque, ut pleniorem illorum favore effectum operaretur, voluit haberi prò realissima, & abdicativa, profectò hæc verba operari quidem poterunt favore Renunciatarii, & causam ab illo habentium, quod Renuncianti nullo unquam colore competere queat regressus ad Bona renunciata, at nullo pacto efficient, quod renunciatio realis, & merè abdicativa reputetur respectu quorumcumque,
52 ad hunc enim effectum requiritur, ut nullius certæ personæ favore celebrata censeatur *Passerin. in cap. quamvis pactum num.47., & num.61. de pact. in 6., Molphes. ad consuetud. Neapolit. tom.1. quæst.6. num.13. & seq., Olea de cess. jur. tit.1. quæst.2. num.14. & seqq., Saminiat. contr. 99. num.13., Capon. discept. 216. num. 2., Torr. de pact. futur. succes. lib. 2. cap.3. num. 41.* ibi = *Quæ abdicativa renunciatio est, quando quis nullius favore, & absque interventu alterius Personæ declarat nolle succedere* = *idem de majorat., & Primog. Ital. part.2. quæst.47. num.16.* ibi = *Extinctiva, in qua quis jus a se abdicat, & actionem, nullum jus transferendo in Renunciatarium*, = & *n.26.* = *Abdicativa, sivè extinctiva realis est, quando Dominus renuncians declarat nolle succedere in abstracto, non expressá, vel declaratá aliquá personá, ad cujus commodum, & favorem fiat* = *Andreol. contr. 310. num.13., Actolin. resolut. 40. num.13., Mans. consult.257. num.12., Card. de Luc. de renunc. disc.1. num.4., Rot. Lucana apud Palm. alleg.299. num.27., Rot. post Gallerat. de renunc. decis.44. num.5., post Torr. de pact. futur. success. decis.63. num.1., in rec. decis. 330. num. 1. part.14., & plenè in Romana successionis 4. Februarii 1711. §. Tantùm autem* = ubi loquendo de renunciatione abdicativa, seù abstensiva, ità
inquit = *In qua Renuncians taliter se medio tollere* 53
debet, ut vel generaliter, & indefinitè dicat, quod succedat ille, qui de jure succedere debet, vel specificè permittat, quod omnia sua Bona, & jura præsentia, & futura deferantur illis, qui ex sola dispositione juris habent proximam causam, succedendi = & *rursus in §. Multòque minus* ibi = *Ex illis enim solùm resultat certa, & determinata dispositio translativa respiciens certas personas, & certa loca, quibus Renuncians Bona sua distribuere intendebat, quod directè adversatur renunciationi reali, atque abdicativæ, per quam renuncians tollit se de medio, & fingit se mortuum, nullá contemplavá certá persona, in cujus favorem actum gessisse queat* = *coram Rño Molines.*

Nec urget animadversio illa, quod, si quæ in casu nostro translativa renunciatio conside-
rari posset, ea referri deberet ad Bona dumta- 54
xat jam delata, ac devoluta, de quibus illa prædicari reverâ potest, ut, præter deducta *§. Et quod magis est*, notarunt *Cæsar. de Afflict. contr. 24. num.5. & 6., Hodiern. contr.8. num.58., Rot. coram Gregorio decis.15. nu.5., & coram san. me. Alexandro VIII. decis.10. num.34.*; At respectu aliorum Bonorum in futurum devolvendorum,
qualia tempore factæ renunciationis erant Bona 55
emphyteutica, de quibus agitur, à Petro primo acquirente, & respective Patre Joannis renunciantis adhuc possessa, celebrata dicenda sit renunciatio abdicativa, & extinctiva habens vim meræ repudiationis, jus enim, quod non-
dum in esse deductum est, in alium transfer- 56
ri nequit, ad tradita per *Bald. in leg. illud num. 11. cum seqq. Cod. de sacros. Eccles., Bartol. in leg. Is potest 18. post num.13. vers.tu dic. ff. de acquir. hered., Castrens. in leg. si actionem 24. num. 2. Cod. de pact., Aretin. cons.91. num. 2. ad 4., Paris. cons.69. lib.3., Gabriel. cons.135. num. 23., & seq. lib.2., Giovagnon. cons. 91. num. 3., & seqq., & num.15. & 18. lib.1., Cutell. de donat. special.40. num.18., Gallerat. de renunciat. lib.2. cap.4. num.20., Massin. de confiscat. quæst. 45. num.77., Molphess. ad consuetud. Neapol. tit. de renunc. quæst.5. nu.32., Mans. consul.40. num.143., Torr. de pact. futur. success. lib. 1. cap. 23. num 23., & seqq., & variar. jur. quæst. lib.1. tit. 2. qu. 24. fol. 321. nu. 24., fol. 323. nu. 38. Andreol. contr.310. nu.15., Card. de Luc. de renunc. disc.6. num.13., Rot. coram Dunozzet. Jun. decis. 346. num.19. & 20., & decis.269. num.3. part.17. rec.*, Certius in casu nostro, quia, cum supradicta Bona ad Joannem Renunciantem pervenire non possent, nisi per obitum Patris Renunciatarii, respectu illorum renunciatio esse nequibat trans-
lativa, ex communi illo effato, quo traditur, 57
rem

rem meam denuò meam effici, atque ad me
per alium transferri non posse, eàque propter
quoad istiusmodi Bona actus renunciationis non
potest importare, nisi remissionem, seù extin-
58 ctionem juris à Renunciante sperati, ut distin-
guendo hunc casum ab alio, quo agatur de suc-
cessione capienda per obitum aliarum persona-
rum, præterquam Renunciatariorum, docuit
*Card. de Luc. de renunc. disc.6. num.18., Torr. in
quodam respons. impress. inter decis.Lucan.collect.
a Palm. in ordin.299. num.38., & seqq.*

Et hæc justum locum sibi vindicant, tametsi
59 Instrumento renunciationis insertæ legantur
clausulæ cessionem, & translationem præsefe-
rentes, quia hæ sunt omninò referendæ ad Bo-
na jam quæsita, non autem ad illa, quæ nondum
delata, nec quæsita sunt, ità præcipiente illâ
60 juris nostri regulâ, quâ edocemur, singula singu-
lis, & congrua congruis esse referenda, quam
in proposito expendunt *Tiraquell. in leg. si un-
quam verb. donatione largitus num. 147. vers. ad
hæc, Corn.consf.147.col.2.lib.1., & cons.206. col.
8. in fin. lib.3., Montan. contr.10. num.5., Georg.
allegat.29. num.18., Carena resolut.69.num.12.,
Spadaz. theatr. vidail. disquis.67. num.155., Ca-
rol. Anton. de Luc. ad Franch. decis.89. num. 8.,
Mans. consult.296. nu. 3., Torr.variar. jur. quæst.
lib.1. tit.2. quæst.24. nu.25., 28., 29., & 36.* Non
enim repugnat, quod, sicut idem renunciatio-
nis Instrumentum complecti potest genus diver-
61 sorum Bonorum, & jurium, ità etiam in illo
plures contineantur renunciationum species,
Bonorum naturæ congruentes, quarum una sit
extinctiva, alia translativa, teste *Montan. dict.
contr.10. nu.5. vers. quo fit, Card. de Luc. de re-
nunc. disc.6. num. 13., & optimè Torr. var. jur.
quæst. lib.1. tit.2. quæst. 24. num. 33.*, ubi, quod
62 eadem renunciatio utramque naturam respecti-
vè habere potest, translativæ, & extinctivæ, pri-
mam scilicet in Bonis, & juribus jam quæsitis,
ac de præsenti competentibus, alteram verò in
illis de futuro.

Verùm enim verò specioso isti discursui ob-
via suppetit responsio desumpta ex *Textu in leg.*
63 *3. Cod.de donat.*, ubi = *spem futuræ actionis, ple-
ná intercedente Donatoris voluntate, posse trans-
ferri non immeritò placuit* =, ut his verbis rescrip-
sit *Imperator*, & docuerunt *Soccin. sen. cons.183.
num.23., & seq. lib.2., Surd. cons.308. nu.30.,
Cyriac. contr.1. num.14., Gallerat. de renunciat.
tom.2. cent.1. renunc.27. num.14., Card.de Luc.
eodem tract. disc.4. nu.17., Torr. de pact. futur.
successf. lib.2. cap.1. num.13., & seq., & cap.2.nu.
10., & seqq., Rota in Romana renunciationis 6.
Maii 1709. §. Non attentis coram Emo D. Card.
Scotto, confirmata 10. Maii 1710. §. Neutra si-
quidem coram R.P.D. Crispo*, proindeque ambi-
64 gi nequit, quin etiam quoad spem futurarum
successionum, & rerum nondum Renuncianti
quæsitarum hujusmodi renunciationes operen-
tur effectus verè translativos, ut patet ex de-
ductis in *Eugubina Immissionis 11. Maii 1711. ex
§. Actum verò usque ad fin. coram Rmo Kaunitz*,
& benè ad rem conferunt tradita *per Rot. apud*
*Cutell. de donat. decis. penult. num.2. & seqq. post
Torr. de pact. futur. successf., decis. 60. num. 2. &
seqq., in rec. decis.587. num.1. part.7., decis.98.
num.18., & pluribus seqq. part.12., decis.68. nu.
6. & seqq. part.13., & in Forosempronien. Lega-
torum super reintegratione 27. Junii 1712. §.
Quatenus coram Rmo Aldrovando*; præsertim
quando, prout in casu nostro, non agitur de ju- 65
re omninò futuro, & incerto, sed pendente à
causa jam de præterito existente, & consequen-
ter probabili, radicato, ac facilè eventuro, tunc
enim eò certiùs illud renunciari posse renuncia-
tione translativâ, ad differentiam alterius ju-
ris prorsus futuri, eventualis, & incerti, nul-
lamque probabilem spem de præsenti habentis,
firmavit *Rota post Torr.de pact. futur.successf. de-
cis.48. num.7. & 8., & in Cavallicen. legitimæ
19. Februarii 1680. §. Non obstant tria cum seqq.,
& 28. Aprilis 1681. §. Nec subsistit cum seq. co-
ram bon. mem. Albergato, confirmata 11. Decem-
bris 1682. §. Quod spectat, & seq. coram bon.me.
d. Hervault*, & in his terminis loquuntur om-
nes authoritates in contrarium allegatæ.

Parvique refert, quod Bona emphyteutica,
de quibus agitur, ad Joannem Renunciantem
devolvenda non essent, nisi post obitum Patris
renunciatarii, ideoque illorum respectu renun-
ciationem translativam censeri non posse, nam, 66
cum Parentes istiusmodi renunciationes eà men-
te, & consilio fieri curent à filiis Religionem in-
gressuris, ut plenam acquirant Bonorum liber-
tatem, quâ, veluti per remotionem obstaculi, 67
quod Renunciantis persona præbere posset, illa
liberè deferantur ad quoscumque Renunciatarii
heredes sivè testamentarios, sivè legitimos,
ut ad rem nostram ponderant *Card. de Luca
de renunciat. disc.6. num.18. & 21., Rota in Ca-
vallicen. legitimæ 19. Februarii 1680. §. Nec ob-
stant cum seq. & 28. Aprilis 1681. coram bon.mem.
Albergato*, indè sequitur, quod respectu etiam
similium Bonorum præsens renunciatio transla-
tiva censeri debeat favore heredum ipsius Pa-
tris, quorum etiam contemplatione expressè
facta legitur; datâ namque habilitate extremo-
rum, quod videlicet, eveniente casu successio- 68
nis, Renuncians vivat; sitque habilis ad suc-
cedendum, & Renunciatarius, sivè ejus here-
des capaces in humanis existant, renunciatio
etiam istiusmodi jurium translativæ renuncia-
tionis naturam sortiri, & effectus operari dici-
tur, cum retrotrahi dicatur à die delatæ suc-
cessionis ad diem contractus *Cæsar. de Afflict.* 69
*contr.24. num.25., Card. de Luca de renunc. disc.
6. num.18.*, censeturque Renuncians heredita-
tem adivisse, illamque vigore cessionis in Re- 70
nunciatarios transtulisse *Giovagnon.cons.91. cum
seq. per tot. lib.1., Rot. post Torr. de pact. futur.
successf. decis. 127. num. 9., & coram bon. mem.
Emerix jun. decis.600. num. 5.* Certiùs quando,
ut dictum est in *§. præcedenti* agitur de juribus
ab aliqua causa jam præexistente dependenti-
bus.

Denique examinandum superest, an Domi-
nus directus pro devolutione consequenda juva-

ri queat statu, in quo reperitur P. Joannes, qui
Religiosum institutum suscepit in Ven. Ordine
71 Societatis Jesu, & cum hic status considerari pos-
sit duplici respectu, videlicet antequam ille so-
lemni emissione quarti Voti nexu reciproco, ac
ultrò, citròque obligatorio alligetur Ordini, &
solo biennii voto illi devinctus reperitur, & hoc
72 casu planum videtur, Dominum directum co-
lore nullo agere posse ad devolutionem, veluti
sequutam ob lineam finitam, quia hæc durare
dicitur in Religioso antè emissionem quarti
73 Voti nedum capaci retinendi, & acquirendi Bo-
na quæcumque, *Filiucc. de obligat. Religios. Stat.*
tract. 15. disput. 3. punct. 5. num. 1. ibi = *neque*
idem est sermo de Religiosis Societatis Jesu, nàm,
74 *si sola biennii vota emiserint, ipsis, & non Mona-*
sterio defertur hereditas; si verò professionem, aut
votum Coadjutorum emiserint, neque ipsis, neque
Monasterio hereditas acquiritur, sed aliis heredi-
bus =, cui alios addere possem, quos omitto in
re omnibus nota ex dicti Ordinis Constitutioni-
75 bus, atque ex quotidiana praxi; verùm, quod
magis est, tamquam reciproco vinculo Religio-
ni minimè alligatus ab illa dimitti, & ex justa
causa missionem petere, atque impetrare po-
test, juxtà pariter dicti Ordinis Constitutiones;
quâ de re, sicuti interim ipse Bona hæc emphy-
76 teutica, modò expressè non obstet lex investi-
turæ, retinere posset, ità etiam illis ex ejus per-
sona frui poterit heres Renunciatarii.

At aliter rem se habituram fore crederem
77 postquam per emissionem quarti voti solem-
nem, & irrevocabilem professionem emiserit in
78 suo Ordine; licet enim Feudum, vel emphy-
teusim cum Religioso transire in Monasterium,
saltem durante vitâ naturali Professi, & per
professionem nec favore Domini directi devo-
79 lutionem, nec favore Agnatorum, vel aliorum
ad emphyteusim, & Feudum vocatorum suc-
cessionem aperiri, latissimè docuerit *Gobb. con-*
sult. decis. 82., ac per consequens in casu nostro
dici posse videatur, quod professione P. Joannis
renunciantis heres Renunciatarii non prohi-
beatur, illius vitâ naturali durante, frui Bonis
emphyteuticis, de quibus agitur; nihilominus
80 contrarium verius crederem in nostra hypothesi,
quia agitur de Ordine, qui tum ex Instituto
81 suo, tum ex Pontificiis Constitutionibus *Pau-*
li III., Julii III., S. Pii V., & Gregorii XIII.,
eamdem mendicitatem profitetur, quam Mino-
ritæ, & Cappuccini devovent, latissimè *Fa-*
guen. in cap. in præsentia ex num. 82. usque ad fi-
nem, Grat. cons. 61. num. 1. lib. 1., Gabriel. cons.
28. lib. 1., Giovagnon. respons. 85. lib. 1., Pan-
cirol. cons. 113. num 3., Molin. de justit. & jur.
tract. 2. disput. 139. vers. in nostra Societate, &
vers. jam professi, & disput. 140., Sanchez in præ-
cept. decalog. lib. 7. cap. 3. num. 70. vers. excipe
tamen, & cap. 9. num. 25. & cap. 15. lib. 7., Sayr.
in claus. regular. lib. 9. cap. 7. num. 8., Ricciull.
de jur. personar. extr. grem. Eccles. lib. 8. cap. 9.
num. 3., Gratian discept. 202. in fin., Censal. ad
Peregrin. de fideic. art. 28. §. Quinto observo juxta
Venet. impress. col. 1., Scalon. de testament. cap. 6.
lib. 3. §. 2. num. 23., & seq., Card. de Luc. de te-
stam. disc. 36. num. 5. in fin., & in annot. ad Con-
cil. disc. 35. num. 11. vers. postquam verò, R.P.D.
Fattinell. in suis respons. post tract. de translat.
pension. resp. 47 num. 1., & resp. 48. num. 4., Palm.
inter decis. ab ipso collect. tom. 3. decis. seu veriùs
resp. 298., & latiùs Torr. apud eumdem resp. 299.,
Rot. coram Burat. decis. 243., & in rec. dec. 110.
part. 10., ac per consequens post dictam solem-
nem professionem factam in Ordine veram
mendicitatem profitente tàm Professus, qui in- 82
star mortui habetur, quàm ejusdem Ordinis
Domus, & Collegia incapacia prorsus sunt Bo-
norum, non secus, ac Minoritæ, & Cappucci-
ni, *Molin. de justit. & jur. tract. 2. disput. 139.*
vers. in nostra Societate ibi = *Verumtamen non so-*
lùm Professæ Domus jus ullum non habent ad Bo-
na suorum Religiosorum, sed neque Collegia, ne-
que probationum Domus =, & rursus = *tam Pro-*
fessi, quàm Coadjutores omnes Societatis sunt eo
ipso incapaces cujuscumque dominii, & neque Do-
mus Professæ, neque Collegia, aut quisquam alius
heredes esse possunt eorum loco, sed ad eum effe-
ctum reputantur tamquam mortui naturalitèr, non
secus, ac minores Fratres professi de Observantia,
& Cappuccini =, idque repetit *disput. 140. in princ.*
ibi = *Domus omnes, & Collegia Societatis Jesu,*
& Monasteria Minorum de Observantia, & cete-
rorum, qui strictius adhùc Regulam S. Francisci
observant, quos omnes Concilium Tridentinum
Cappuccinorum nomine comprehendit, in his enim
omnibus Monasteriis, Domibus, aut Collegiis &c.
itant neque ipsi, aut Monasteria, aut quisque alius
eorum loco, ac nomine jus ullum habere possit, sed 83
reputantur, ac si mortui essent naturalitèr =, *Card.*
de Lug. lib. 4. responsor. moral. dub. 4. num. 7.,
Layman. Theolog moral. lib 3. section. 5. cap. 7.
num. 13. vers. 3. quia Constitutio, & num. 15.,
Sanchez in præcept. Decalog. lib. 7. cap. 9. num. 25.,
Pancirol. cons. 114. num. 3., benè Cutell. de Do-
nat. part. 1. disc. 2. particul. 4., Censal. ad Pe-
regrin. de fideicom. d. artic. 28. vers. quinto obser-
vo fol. 158. col. 1., Card. de Luca de Regular. disc.
63. num. 3. & seq., Fattinell. d. resp. 47. num. 9.,
& resp. 48. num. 4. & seq., Palm. d. suo respons.
inter decis. ab ipso collectas.

Ità quidem, ut ob incapacitatem contractam
ratione professionis efficientis, quod Professus
habeatur prò non existente in rerum natura, 84
idem locum faciat iis, quibus operatione legis
successiones, aliaque jura deferuntur, *Giova-*
gnon. d. respons. 85. lib. 1., Pancirol. cons. 115.
num. 3., Molin. de justit. & jur. d. tract. 2. disput.
40., Sanchez ad præcept. decalog. lib. 7. cap. 9.
num. 25., Filiucc. de obligat. Religios. Stat. tract.
15. disput. 3. punct. 5. num. 1., Cutell. d. parti-
cul. 4. num. 13., Peregrin. de fideicom. art. 28.
num. 63. ubi Censal. vers. observo quinto fol. mihi
158. col. prima vers. final., ubi, quod ex momen-
to professionis inducitur mors quoad omnes Ju- 85
ris effectus, *Staiban. jun. resol. 97. num. 16.,*
Card. de Luc. de Regular. disc. 63. num. 4., & in
annot. ad Concil. disc. 35. num. 11. vers. postquàm
verò. Virtute igitur istiusmodi solemnis profes- 86
sio-

sionis inducta censenda erit jurium omnium re-
nunciatorum caducatio, quæ non solùm pari-
87 tur ex morte naturali, sed etiam ex morte civi-
li, capitis nempè diminutione, aut professione
in Religione veram mendicitatem profitente,
& incapace Bonorum in communi, utramque
enim eosdem effectus operari, innumeris relatis
antiquioribus, tradiderunt *Honded. cons. 62.
lib. 1., Altograd. cons. 81. num. 75., & seqq. lib. 2.*,
& uterque latissimè respondet contrariis *Palm.
d. suo respons. inter decis. ab ipso collect. dec. 298.
num. 6. & seq., Torr. apud eumdem decis. 299.
num. 43., Fattinell. d. suo respons. 47. num. 7. re-
spons. 48. num. 1. & seqq.* Ex quo sequitur, quod,
si ob professionem in Religione veram mendici-
tatem profitente, & Bonorum prorsus incapaci
inducitur mors civilis Professi operans eamdem
jurium renunciatorum caducationem, quæ, in-
duceretur ex morte naturali, ex hoc inquam
sequitur, quod, cum nulli, ut in casu nostro,
88 adsunt alii in investitura comprehensi, emphy-
teusis ob professionem Religiosi in Ordine om-
ninò incapaci revertatur ad Dominum dire-
ctum, juxtà ea, quæ tradunt *Fulgin. de jur. em-
phyt. tit. de success. in Bon. emphyt. quæst. 14.,
Corbul. de caus. privation. ob mort. civil. in princ.,
Mantic. de conjectur. lib. 11. tit. 7. num. 8., Palm.
decis. Lucens. 211. num. 45. tom. 3.*

Idque confirmatur exemplo aliorum simi-
lium effectuum, quos operatur mors isthæc ci-
vilis Professi, quæ cum efficiat, quod ille in iis,
89 quæ sæculum, ac personam respiciunt, habeatur
omninò pro mortuo, hinc fit, ut statim pensio-
90 nes amittantur, & vacent Beneficia, *Card. de
Luca in annot. ad Concil. d. disc. 35. num. 11. vers.
postquàm verò*, inquiens = *Et in summa, ut in iis,
quæ sæculum, ac personam concernunt, habeatur
omninò prò mortuo tamquam Religiosus professus
Religionis incapacis, etiam in communi, & per
consequens amittuntur pensiones, atque vacent Be-
neficia, ac etiam cesset omnis facultas testandi, vel
disponendi cum similibus, effectibus ex vero, ac
91 perfecto statu Regulari resultantibus* =, ut etiam
ex momento emissæ hujusmodi professionis ex-
92 pirant fideicommissa, eademque devolvuntur
ad successivè vocatos cum potestate ex illis per-
93 cipiendi fructus, non expectatâ morte naturali
Professi, ut, omissis iis, qui loquuntur de Pro-
94 fessis in aliis Religionibus incapacibus, quos in
proposito allegat *Palm. d. suo discurs. seu decis.
298. num. 6.*, de Professis quarti Voti in Socie-
tate Jesu docuerunt *Pancirol. cons. 114. num. 4.
& cons. 115. num. 3., Giovagnon. resp. 85. n. 5.,
& seqq., Peregrin. de fideicom. art. 28. num. 63.,
Card. de Luc. de Regular. disc. 63. num. 4., Stai-
ban. jun. resol. 97. num. 16., Mans. consult. 107.
num. 25., & seqq., Fattinell. d. respons. 48. n. 5.,
& 6., Palm. loc. mox citat., Torr. apud eumdem
d. decis. 299. num. 15.*, qui omnes allegant plu-
res Societatis Jesu Scriptores, *Molin. nempè de
justit. & jur. tom. 1. disput. 139., Sanchez in præ-
cept. Decalog. lib. 7. cap. 14. num. 6. ad fin.*, & de-
mum, prætereundo alia exempla, quæ in nostri
95 assumpti confirmationem afferri possent, sub-
dam, tales Religiosos nec etiam computari in
numero filiorum ad legitimam augendam, quia
non considerantur tamquam extantes ad hoc ut
legitimam capere valeant, ut post *Sanchez. in
præcept. Decalog. lib. 7. cap. 3. num. 85., & Do-
nat. Anton. de Marin. variar. resol. lib. 2. cap. 93.
num. 6. & se ipsum in tract. de pact. futur. success.
lib. 2. cap. 87. num. 32.*, tradit *Torr. inter decis.
collect. apud Palm. d. decis. 299. num. 16.* Quibus
sanè omnibus non adversantur ea, quæ ex *Gob- 96
bio d. consult. 82.*, objici possent, nam ipse lo-
quitur de Religione Bonorum capaci, & quæ ex
persona Professi illa acquirere, ac retinere po-
terat, qui casus longè differt à nostro.

Ex his resolutum videtur secundum Dubium,
quo quæritur, an interim emphyteusis manere
queat apud heredem Antonii; nam, juxtà mox
firmata, donec P. Joannes solemnem professio-
nem emittat, heres Renunciatarii illâ frui po-
terit, quippè Ecclesiæ Dominæ directæ non in- 97
terest, penes quem durante vitâ naturali alicujus
ex comprehensis in investitura emphyteusis pos-
sessio, sivè commoditas maneat, ex deductis *in
§. Aut verò renunciatio personalis est*, quibus
addo *Coler. de process. executiv. part. 2. cap. 3.
num. 297., Koppen. decis. German. 39. num. 11.*
Imò verò, illâ etiam invitâ, ac reluctante di- 98
strahi potest in quemcumque, durante vitâ alie-
nantis, ut, relatis concordantibus auctoritatibus,
probat *Gobb. dicta consult. decis. 82. num. 18. &
seqq.*

Progredior ad examen tertii Dubii, quo quæ-
ritur, an heres ultimi Possessoris emphyteusim
alienare possit cum consensu Domini directi, &
an iste, inspectâ consuetudine illum denegare
possit; fundat heres intentionem suam in allegà-
ta consuetudine, ex qua sibi licere ait emphy-
teusim alienare cum consensu Domini directi,
qui illum denegare nequit, nec unquam dene-
gare consuevit. Pro recta hujus Dubii decisio-
ne scire oporteret, quæ, qualisque sit consue-
tudo isthæc, nam certi juris est, illam præci-
puè attendendam esse pro declaranda, consti-
tuendaque natura, vel qualitate feudi, vel
emphyteusis, illamque tanti valere, ut res to-
ta ab ea pendere dicatur *Oldrad. cons. 159. in 2. 99
Dub., Gozzadin. cons. 24. sub num. 16., Dec. cons.
588. sub num. 15. vers. postremò, Albert. Brun.
cons. 21. num. final., Cephal. cons. 307. num. 43. &
cons. 361. num. 21. & seqq., Surd. cons. 105. nu.
15., Ruder. cons. 10. nu. 31., & seq., Dund. con-
sult. 48. num. 9., Hodiern. contr. 47. num. 44.*, la-
tè *Palm. allegat. 94. n. 2. cum seqq., & n. 63., & seqq.,
Mans. consult. 221. n. 29. & seq., & consult. 292. n.
20., Altograd. contr. 1. n. 10., Rot. dec. 93. n. 58., &
nu. 98. cum seqq. part. 5., & decis. 113. nu. 8. part.
13.*, & eamdem præferendam esse ipsi naturæ
emphyteusis, tametsi formatæ in Investitura
*Roland. cons. 42. num. 21., & seqq. lib. 1., Dec.
cons. 208. num. 10., Mossol. cons. 114. num. 40.,
Surd. cons. 105. nu. 14. & seq., Guidopap. quæst.
59. num. 2. in fin. & meliùs quæst. 297., Tiraquell.
de Primog. quæst. 16., Mans. consult. 166. num. 3.,
& seqq., Boscul. resp. 2. num. 238. apud Torr. de*
ma-

majorat., & Primogen. Ital. part.2. fol.mihi 503.,
Gob. de permiss. feud. alienat. quæst 6. num. 98.,
Saminiat. contr. 12. nu.124., & seqq., Rot.dict.
decis.93. num.58., & trib.seqq. part. 5., & de-
cis.46. num.26. post Antonell. de jur., & onerib.
Cleric. quippè in feudo, & emphyteusi nihil
100 datur ità perpetuum, quod consuetudine, &
observantiâ mutari non possit Rodoer. cons. 10.
num.30., Rot. in rec. decis.78. part.14.

Qua de re, quemadmodum, si in Investitura
concessa reperiretur absoluta, & plena facultas
101 alienandi, Emphyteusis effecta dici posset prò
libito Possessoris transitoria ad quoscumque Suc-
cessores sivè universales, sivè particulares,
etiam extraneos, tametsi in Investitura minimè
comprehensos Bald. in cap.1. §. Insuper in fin. de
prohibit. Feud.alienat., Odd. de fideicom., & pro-
hibit. alienat. quæst.7. num.89., & quest.9. n.13.,
& seqq., & num.53., Fusar. de substit.quæst.593.
num.17., & num. 21., Molphess. ad Consuetud.
Neapol. part.3. quæst.3. num.8., Capyc. latr. con-
sult. 80. num.71., & seqq., Boscul. d. respons. 2.
num.100., & seqq., Andreol. contr.297. nu.11.,
Rot. in rec. dec. 287. num. fin. part. 1. inquiens,
102 quod, licèt extranei Successores hoc casu venire
nequeant tamquam comprehensi in Investitura,
admittuntur tamen vigore translationis Bono-
rum in eos factæ ab illo, qui alienandi potesta-
tem habebat, & dec.294.num.6.part.2. ita etiam,
quoties vigore consuetudinis Emphyteusis reve-
103 rà effecta est alienabilis, atque ad extraneos de-
voluta reperitur, eamdem semper retinet natu-
ram Rodoer. cons.10. num.36., Tiraquell. de Jur.
Primog. quæst.24. num.58., Betsius de Primogen.
famil. illustr. cap. 10. §. 61. vers. nam & illud in
fin. fol. mihi 490. Non omittendo denique, quod,
104 ut dicta consuetudo constituta dici queat, non
requiritur, eamdem perpetuam fuisse, sed suf-
ficere unicum, vel alterum dumtaxat actum
Rodoer. d.cons.10. num. 36., Hodiern. contr. 47.
num.44., Mans. consult. 221. num. 29., & seqq.,
Palm. allegat. 94. num.69., Rot. decis.241. n.12.
part.5., & decis. 232. sub num. 6. vers. & quate-
nus part.9. rec.

Neque hoc casu libera facultas disponendi de
re emphyteutica, quæ vigore potestatis illam
alienandi competit emphyteutæ, restricta dici
potest ex reservatione consensus Domini directi,
105 quia, sivè talis reservatio facta legatur ex pacto
adjecto in Investitura, sivè inducta reperiatur
consuetudine, nonnisi cum illius consensu alie-
nandi, attamen talis reservatio adjecta non di-
citur, ut Domino directo liberum sit illum da-
re, vel denegare, sed requisitus solummodò
censetur ad effectum præservandi jura sua, prò
consequendis nempè Laudemiis, aliisque emo-
lumentis Saminiat. contr. 15. num. 32., & seqq.,
Rot. decis.24., & decis.25. utrobique num.3., &
seqq., & decis. 26. num. 7., & seq. inter impress.
ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. tom. 1. lib. 4.,
vel ut certus sit de persona, ad quam transit
emphyteusis, illamque approbare valeat, ple-
nè Saminiat. contr.12. num.36., & seqq., & con-
trov. 15. num.34., & plurib. seqq., referens, ac
sequens Merlin. Pignatel. contr. forens. cent. 2.
cap. 81. num. 23., & seqq., qui considerat du-
plex interesse Domini directi, aliud scilicet vo- 106
luntatis, aliud fidelitatis, indeque infert, quod,
si consensus requiratur solummodò prò interesse
fidelitatis, dicitur approbativus, atque decla- 107
rativus, qui si denegetur, Dominus directus co-
gi potest ad illum præstandum Adden. ad decis.
131. num. 380. part. 8. rec., Rot. coram Ludovis.
dec.520. num.4., in rec. decis.77. num.6. part.17.,
decis.255. num. 11., & decis. 618. num. 14. part.
19., in Romana Vineæ 28. Junii 1715. §. final.
coram R.P.D. Cerro, & prius dixerat Rota in
Mantuana Bonorum 14. Januarii 1707. §. Quem-
admodum coram Rmo Molinet, inquiens, sine in- 108
juria denegari non posse consensum, qui, quoties
à Domino directo præstandus est vigore con-
suetudinis, non ex gratia, sed ex justitia debi-
tus dicitur, ideòque satis est, illum petitum 109
fuisse, ut prò præstito habeatur, si absque justa
causa denegetur de Ponte cons. 81. num. 54., &
seqq. lib.1., & cons. 2. num. 1., & seqq., & cons.
14. num.74. lib.2., idem decis.6. num.11., & seq.
Clar. in §. Emphyteusis quæst. 15. num.2. vers.,
quarto quod prius, Rota coram Ludovis. decis.117.
num. 8., decis. 520. num.4., coram Mantica decis.
238. num. 9., coram Cavaler. decis. 286. num. 4.,
in rec. decis.280. num. 4., & num.6. part.1., de-
cis.278. num.26., & decis. 360. num.6. part 9., &
decis.408. num. 39., & plurib. seqq. part. 16., &
hunc casum distinguendo ab alio, in quo em-
phytheusis, tamquam ex pacto, & providentia,
inalienabilis esset, tradit Rota decis.408. n.34.,
& seqq. part.16. post. Torr. de pact. futur. Success.
decis.81. num.24., & seqq., Rot. ad ornat. clar.
mem. Card. de Luc. decis.26. num.8. tom.1. lib.4.,
& in Ferrarien., seù Imolen. Bonorum 1. Julii
1701. §. Ratio consentiendi coram Rmo Ansaldo
Decano.

Verùm enim verò licèt hæc verissima sint,
nihilominus justum locum sibi vindicare posse
videntur eo dumtaxat casu, quo alienandi fa- 110
cultas vel ex tenore Investituræ adeò libera, &
absoluta sit, ut emphyteusim perpetuam effi-
ciat, & ad quoscumque Successores transito-
riam, ita quidem, ut illa ad Dominum dire-
ctum reverti nequeat, vel quando ex Privilegio
à Supremo Principe concesso ex causa, & con-
templatione publici boni, aut ratione consue-
tudinis fundatæ in originaria qualitate Bono-
rum, quæ non ex liberalitate Ecclesiæ Dominæ
directæ Investitis concessa, sed ex eorum libera
voluntate illius protectioni commendata fuerint
adeò alienabilia censeantur, ut eadem redacta
ad instar Bonorum hereditariorum, & allodia-
lium ità deferantur ad quoscumque ultimi In-
vestiti heredes, & successores tàm per ultimam
voluntatem, quàm per contractum inter vivos,
ut Dominus directus illa ammensare prohibi-
tus, vi, ac obligatione coactivà renovationem
omninò concedere teneatur dictis successoribus
quocumque ex titulo venientibus, juxtà plenè, ac
luculenter firmata per Rotam in celebri Nullius
seù Senogallien. Bonorum super manutentione co-
ram

*ram bon. mem. Muto impress. post Albit. de incon-
stant. in Judic. decis. 49., & dec. 56., repetit. ad
ornat. clar. mem. Card. de Luca ad mater. de servi-
tut. dec. 9. & 10., & in eadem Causa super bono
Jure die 13. Maii 1697. coram eodem bon. mem.
Muto.*

At quoniam alienandi facultas cum consensu
Domini directi sivè conecdatur in Investitura,
111 sivè eadem ex privilegio, aut consuetudine In-
vestitis competat, haud tamen semper talis est,
ut emphyteusim omninò redigat ad naturam
Bonorum allodialium, & hereditariorum, illam
transitoriam reddendo ad omnes, & quoscum-
que, in quos eorum Possessor illa transtulerit,
ut Dominus directus prohibitus ammensare, re-
novationem vi coactivâ concedere teneatur, id-
circò ex sola istiusmodi facultate alienandi in-
ferri nequit, quod, ut quæritur in tertio Dubio,
liceat Possessori emphyteusis illam pro libito
alienare, quodque Dominus directus tali alie-
nationi consensum suum impartiri teneatur,
nam, cum Feudum, & emphyteusis in sui origi-
112 ne, & suapte naturâ duplicem habeat inaliena-
bilitatis speciem, primam favore Domini dire-
cti, absque cujus consensu omnis alienatio pro-
hibetur, *leg. final. cod. de Jur. emphyt. cap. 1. de
prohibit. Feud. alienat., Rosenth. de feud. cap. 9.
conclus. 5. ex num. 1., & seqq.*, alteram favore
Agnatorum, seu jus habentium ex Investitura,
113 quibus à Possessore emphyteusis, vel Feudi præ-
judicari nequit *cap. 1. de alienat. feud., Fulgin. de
jur. emphyt. tit. de Contract. emphyt. quæst. 24. per
tot., & tit. de alienat. quæst. 8., Rot. dec. 415.
num. 16. ad fin. part. 4. tom. 2.*, & utramque spe-
ciem inalienabilitatis explicando tradunt *Surd.
cons. 108. num. 20. vers. 4., cons. 305. num. 50. vers.
porro, Rimin ald. Jun., cons. 55. sub num. 1., Man-
tic. de tacit. lib. 23. tit. 28. num. 5., latè Cavagnol.
ad decret Mont. Ferrat. decret. 75. num. 2., &
seqq., Mel. allegat. 15. num. 19., & allegat. 75.
num. 7. lib. 2.*, inde sequitur, quod si vigore
114 Consuetudinis in proposito allegatæ emphy-
teusis effecta dici posset alienabilis in præ-
judicium dumtaxat agnatorum, talis effecta
censeri nequiret etiam in præjudicium Domini
directi, ex una namque alienabilitatis specie ad
aliam ioferri non posse, tradit *Gobb. de permis.
feud. alienat. in prælud. num. 34.* inquiens, remis-
115 sâ inalienabilitate respectu Agnatorum, non
censeri remissam respectu Domini directi, quia
hæc magis potens est *Rot. decis. 86. num. 19., &
116 plurib. seqq. part. 5. rec.*, ubi loquens de simili
consuetudine alienandi in præjudicium Com-
prehensorum in Investitura vigente in Abbatia
Farfensi, *num. 22.* ait, d. consuetudinem inter-
pretationem recipere à Jure, juxtà quod facul-
tas disponendi liberè de Bonis emphyteuticis in-
telligitur, durante locatione, & Investitura, &
sic citrà præjudicium Domini directi; quamob-
rem in nostro casu si non probetur, Bona, de
117 quibus agitur, ob eorum alienabilitatem effecta
fuisse instar allodialium, cum non agatur de
consensu præstando alienationi in præjudicium
dumtaxat Comprehensorum in Investitura, il-
lum tamquam merè voluntarium denegare pos-
set *Card. de Luc. de emphyt. disc. 5. num. 12.* Cer-
tius, quia Dominus directus obtendere valeret
justam causam denegandi consensum alienatio- 118
ni, quæ hodie fieri petitur, ob mortem namque
sivè civilem provenientem ex solemni professio-
ne P. Joannis, sivè naturalem, linea certò fini-
tura est, ac per consequens aperienda devolu-
tio favore Domini directi, qui proindè consen-
tire non tenetur alienationi paratæ in ipsius præ-
judicium *Gobb. de permis. feud. alienat. quæst. 3.
num. 21., & seqq.*

Superest postremum Dubium, cujus resolu-
tio proficiscitur ex regulis hactenus firmatis,
vel enim emphyteusis non est absolutè alienabi- 119
lis, sed, finitâ Investiturâ, Dominus directus
potest, & vult prò se illam retinere, & hoc ca-
su renovationem concedere non cogitur *Rot. in
rec. dec. 10. num. 1., & seqq. part. 9., & dec. 17.
num. 16. part. 11.*, cum aliis apud *D. Advocat.
Calcagnin. de emphyt., & feud. part. 2. observ. 15.* 120
num. 18., secus verò, si nolit prò se retinere,
tunc enim vel proximiorem investire tenetur 121
Rot. in rec. dec. 176. num. 28. part. 5. cum aliis
congestis apud *Bonden. lib. 1. collect. leg. 34. n. 2.*,
vel emphyteusis adeò est alienabilis, etiam in 122
Extraneos, ut Dominus directus nullo pacto il-
lam ammensare valens, renovationem conce-
dere teneatur, & hoc casu, excluso Proximio-
re, renovatio debetur heredi ultimi Investiti;
Titulus namque hereditarius vincere dicitur il- 123
lum, qui promanat ex Jure sanguinis, & proxi-
mitatis *Rota in Ferrarien. Renovationis Investi-
turæ 18. Aprilis 1712. §. Et quidem coram R. P.
D. Crispo, & in Cæsenaten., seù Cervien. Bono-
rum super prælatione 4. Junii 1714. §. Posito cum
seqq., & per tot coram R.P.D. Lancetta, confir-
mata 8. Aprilis 1715. §. His positis, & seqq., &
5. Junii anni 1716. coram eodem, confirmata die
21. Junii currentis anni coram R.P.D. de Gama-
ches.*

Placentina.

Renunciatio ex caussa ingressus, vel professio-
nis in Religione resolvitur in casu egressus,
daturque Renuncianti regressus ad Bona re-
nunciata, modò non sint alteri quæsita. Idem
de renunciatione emissa intuitu ipsius egres-
sus è Religione ob transitum ad Ecclesiam
Sæcularem. Fideicommissum pro solis De-
scendentibus masculis ordinatum in ultimo
Masculo expirat, Bonaque efficiuntur libera.
An autem, & quando Fæminæ censeantur in
subsidium admittendæ? Religiosi ad Paro-
chialem Ecclesiam translati hereditas jure
spolii non ad eamdem Ecclesiam, sed ad Mo-
nasterium pertinet; præsertim, si de Canoni-
co Regulari agatur. Et quid si ad Episcopa-
tum fuerit assumptus? Transactio in Mona-
sterii præjudicium à Regulari inita sinè Apo-
stolico Beneplacito non sustinetur. Crediti li-
quidi cum illiquido non datur compensatio.

VO-

VOTUM XXXVI.

1 *Religia Canonicorum Regularium S. Salvatoris Placentiæ capax est Bonorum, & dominii.*

2 *Nec Religiosus in ea professus incapax est succedendi in fideicommissis etiam agnatitiis, nisi Religiosi tacitè, vel expressè in testamento exclusi fuerint.*

3 *Per Professionem jura sanguinis, & agnationis non tolluntur.*

4 *Professus autem in Religione capaci Bonorum, & dominii eadem jura ad effectum succedendi retinet, quamdiu vivit.*

5 *Canonicus Regularis, licèt professus, jura succedendi retinet, non obstante paupertatis voto.*

6 *Religiosus translatus ad Ecclesiam Parochialem jus omne succedendi, si fortè consopitum esset, recuperat*, & num.8.

7 *Idem de Religioso effecto Episcopo.*

9 *Procedit etiam de Professo in Religione incapaci Bonorum, & dominii.*

Et maximè de Canonico Regulari num.10.

10 *Canonici Regulares laxiorem servant regulam.*

11 *Renunciationes ex caussa ingressus in Religionem intelliguntur factæ, rebus in eodem statu permanentibus.*

12 *Et quatenus Renunciantes in Religione perseverent.*

13 *Hæc autem de jure insita in iis renunciationibus conditio, nec pacto tolli potest.*

14 *Renunciationes factæ ex causâ ingressus in Religionem, in casu egressus resolvuntur.*

Dicitur enim tunc mutari rerum status, earumque caussa deficere, ibid.

15 *Ideòque Renunciantibus regressus datur ad Bona renunciata.*

16 *Procedit sivè ante ingressum in Religionem, sivè in statu Novitii renunciationes factæ sint.*

17 *Resolvuntur itidem tàm si casus egressus eveniat ob non sequutam Professionem, vel ob illius nullitatem, quàm si ex alia quacumque legitima caussa.*

18 *Resolutio siquidem quoad eas inducitur ab ipso egressu, non à qualitate ejus caussæ, quam licitam esse sufficit, ac justam.*

19 *Religiosus factus Episcopus in compatibilibus Religiosus remanet, &* num. 64.

20 *Religiosus factus Episcopus recuperat Bona ante professionem renunciata*, & num. 22.

21 *Religiosus factus Episcopus recuperat primævum jus, & capacitatem adquirendi.*

22 *Ex eodemque jure, tamquam mutato rei statu, resolvitur renunciatio ab illo facta.*

23 *Idem de renunciatione facta a Canonico Regulari postmodum ad Parochiam sæcularem assumpto.*

24 *Procedit, licèt desit pactum de habendo regressum ad Bona renunciata.*

25 *Religiosus factus Episcopus, vel ad Parochialem translatus, an Bona ab ipso renunciata, jamque alteri quæsita recuperet, controversum est.*

26 *Communis tamen opinio est, regressum ei competere ad Bona postmodum delata, nec alteri quæsita.*

27 *Procedit sivè ante ingressum, sivè ante professionem in Religione renunciatio emissa fuerit.*

28 *Religiosus factus Episcopus, vel ad Parochialem translatus, bona intuitu ipsius transitus ad Episcopatum, vel Parochialem renunciata, non recuperat.*

29 *Contrarium verius, saltem quoad Bona alteri non quæsita*, & num. 38., *& ratio* num. 30. ad 36.

30 *Religiosus professus habet velle, & nolle in utilibus, non verò in præjudicialibus ipsius Monasterio*, & num.123.

31 *Nec repudiare, aut renunciare Bona potest in illius præjudicium, quia proprietas non est sua, sed Ecclesiæ, vel ejusdem Monasterii*, & num.32. ad 36., & num.38., & 122.

Procedit, ut neque renunciare queat juribus sibi in casu egressus è Religione competituris, num. 35.

32 *Religiosi omnia jura, ipsaque ejus voluntas, & potestas in Monasterium per professionem transferuntur.*

33 *In illudque transeunt spes etiam succedendi, juraque de futuro.*

34 *Procedit, ut ne ratio quidem habeatur de quacumque ejusdem Religiosi dispositione.*

36 *Eoque etiam inscio, invito, ac reluctante dicta jura à Monasterio valent exerceri.*

37 *Renunciationis personalis effectus cessat, deficientibus personis in illa contemplatis.*

38 *Renunciatio à Religioso professo emissa de juribus sibi in casu egressus è Religione competituris, in dubio personalis est censenda; & ratio* ibid.

39 *A fideicommisso ordinato pro solis Masculis descendentibus ex Masculis, Fæminæ, & earum Descendentes exclusi reputantur.*

40 *Descendentes ex Fæminis non sunt de familia à Testatore contemplata.*

41 *Fæminæ licèt nuptæ in aliena familia, propriam tamen, quoad vivunt, retinent, atque conservant.*

42 *Ad fideicommissum, licèt ordinatum pro solis Masculis de familia, & agnatione, Fæminæ in subsidium admittuntur.*

43 *Declara, id procedere, ubi quoquo modo vocatæ appareant in aliqua testamenti parte, secus, si tantùm Masculi ex Masculis semper invitati sunt*, & num.45.

44 *Talis namque semper habita restrictio ad solos Masculos, operatur, ut perpetuò dici debeant exclusæ.*

45 *A fideicommisso pro solis Masculis ordinato, Fæminæ perpetuò exclusæ non censentur, si in defectu lineæ masculinæ ad usumfructum invitatæ, tum etiam fuerunt in conditione positæ.*

46 *Fideicommissum in ultimo vocato expirat;*

rat; Bonaque efficiuntur libera.

47 Ex fideicommissariis Bonis facienda Canonicatus erectio in casu alicujus superviventiæ, eodem casu non purificato, evanuisse dicitur.

48 Idem de substitutione Causæ piæ in ejusmodi casu demandata.

49 Religiosus quum ad Parochialem Ecclesiam translatus sit, an Bona eidem delata ad ipsam Ecclesiam, seu potius ad Monasterium censeantur pertinere? num. 51. ad 111.

50 Bona hereditaria Religiosorum jure spolii ad Rev. Cameram pertinent.

51 Locum an id habeat in Diœcesi Placentina?

52 Monasterio quæsitum censetur quidquid Monacho adquiritur.

53 Intellige de adquisitis, durante permanentia in Monasterio, secus de adquisitis post promotionem ad Ecclesiam Secularem.

54 Hæc namque Monasterio non quæruntur, sed Ecclesiæ.

Conclusio locum habet præsertim in Canonica Regulari ibid. Declara tamen, ut num. 56., 57., & 108.

55 Regularis post promotionem ad Ecclesiam Secularem desinit esse ejus Monasterii filius.

56 Regularis quod Bona post promotionem ad Ecclesiam Secularem adquisita eidem Ecclesiæ, non Monasterio adquirat, intelligendum est de Bonis quæsitis ex ipsius Ecclesiæ reditibus.

57 Procedit etiam de Bonis aliunde delatis, quum agitur de Regulari per ejus promotionem plenè subtracto a proprii Monasterii subjectione.

Si secus, Bona hæc adquirit Monasterio, num. 59., & 60.

58 Regularis factus Episcopus à Religionis jugo perpetuò eximitur, & liberatur.

59 Regularis promotus ad Ecclesiam Secularem Bona aliunde sibi delata Religioni adquirit, ratione communionis cum illa intercedentis.

61 Quid, si Ecclesia ejusmodi sit Parochialis? & num. 62.

62 Regularis ad Ecclesiam Parochialem translatus, si pleno jure ejus Monasterio subjecta illa sit, Prælato Regulari subjectus adhuc remanet.

63 Secus, si plenò jure pertinet ad Episcopum; tunc enim Episcopo subditus efficitur. Intellige, ut num. 72.

64 Regularis ad Ecclesiam Secularem translatus ad Regularem obstringitur observantiam, in his, quæ cum ejus Dignitate compatibilia sunt.

65 Procedit, sivè Episcopus, sivè Parochus fuerit effectus, & num. 66., & 67.

68 Idem, si agatur de Canonico Regulari.

69 Canonicus Regularis ad Parochialem Ecclesiam promotus, tenetur instar aliorum Regularium, habitum gestare, & socium sui Ordinis habere, & num. 70., & 71.

70 Regularis factus Episcopus tenetur habitum sui Ordinis deferre; & quidem sub lethali.

71 Regularis sivè ad Episcopatum, sivè ad Parochialem promotus, licèt à substantialibus Regulæ non eximatur, obedientiam tamen alii Superiori, non Prælato Regulari tenetur exhibere.

Si enim Episcopus, Pontifici, si Parochus, Episcopo ibid.

72 Intellige, exemptionem ab obedientia Prælati Regularis esse omnimodam, si de Episcopo agatur, secus, si de Parocho, & num. 73., & 81.

73 Regularis Parochus effectus nec Prælaturam, nec Dignitatem obtinere dicitur, sed purum esse instrumentum in Animarum cura.

74 Nec dedecet, eum pœnis Regulæ subjectum esse.

75 Regularis Parochus effectus, si deponat habitum Religionis, excommunicationis pœnam incurrit.

76 Regularis, deposito officio Parochi, tenetur ad suum Monasterium redire, suoque Superiori obedientiam præstare, & num. 106.

77 In Regulari facto Episcopo incompatibilis est obedientia erga Superiorem Regularem.

78 Regularis factus Episcopus, etiam deposito Episcopatu, ab obedientia Superioris Regularis remanet exemptus.

79 Neque huic prærogativæ renunciare potest, utpote concessæ non sibi, sed Dignitati.

80 In Regulari ad Parochialem translato obedientia erga Superiorem Regularem incompatibilis non est.

81 Regularis ad Parochialem translatus subjicitur quidem Episcopo ratione Curæ, sed non omnino ab obedientia Superioris Regularis liberatur.

82 Regularibus ad Ecclesias Curatas assumendis dispensationes non conceduntur, nisi cum Decreto retinendi Regularem habitum, & ad Claustra ad nutum Superioris redeundi.

83 Quod subjectionem indicat erga Superiorem ipsum.

84 Regularis effectus Parochus in Ecclesia ejus Ordini subjecta, Episcopo subest in respicientibus Animarum curam, in reliquis verò Abbati.

85 Canonici Regulares ad Parochiales translati quod potiori ratione, ac Regulares alii Parochi, eorum Superiori debeant subesse, demonstratur à num. 86. ad 99., & num. 109.

86 Regulares omnes, præter Regulares Canonicos, ex eorum Instituto, sunt Beneficiorum Secularium, etiam Curatorum incapaces, & num. 87.

88 Secularia Secularibus, Regularia Regularibus conferenda sunt.

89 Regularis obtinens Beneficium seculare cum dispensatione, actum gerere dicitur incompatibile cum proprio Instituto, ob idque exemptus à Superioris obedientia potest videri.

Secus est in Canonico Regulari, & ratio num. 90. ad 93.

90 Canonici Regulares dicuntur Beneficiarii.

91 Canonici Regulares capaces sunt quorumcumque Beneficiorum Secularium, præsertim Curatorum, absque ulla Apostolica dispensatione.

92 *Canonici Regulares acceptando Beneficium seculare, non dicuntur deflectere a proprio Instituto; immo illud exercere.*

93 *Ac propterea nec subtrahi dicuntur à proprii Superioris obedientia*, & num.101.

94 *Canonici Regulares qualiacumque Beneficia obtinentes, ex* Constit. san. mem. Benedicti XII., *eorum Superiori parere omnino obstricti sunt.*

95 *Quod intelligendum, tàm si Regularia, quàm si Sæcularia Beneficia obtinuerint.*

96 *Canonici Regulares in actu Professionis obedientiam Abbati promittunt usque ad mortem.*

97 *Sicque etiam pro casu obtenti Secularis Beneficii.*

98 *Canonicus Regularis per assecutionem Secularis Beneficii capax dumtaxat efficitur extra claustra degendi.*

99 *Canonici Regulares æquiparantur Monachis, eodemque jure cum illis censendi sunt.*

100 *Procedit maximè de Canonicis Regularibus S. Salvatoris Placentiæ.*

101 *Canonici Regulares ad seculares Ecclesias translati, licèt extra claustra degant in habitu etiam Clericali, non ideò à communione Religionis sejuncti reputantur*, & num. 103.

102 *Habitus non facit Monachum, sed Regulæ Monasticæ professio.*

103 *Vivere in communi est conditio accidentalis Religioni.*

104 *Religiosus de licentia Superioris extra Monasterium degens, Monasterio adquirit.*

Nisi sit specialiter exemptus ab illius obedientia ibid.

105 *Religiosus ad Parochialem translatus cur Monasterio adquirat, factus verò Episcopus, non item, ratio differentiæ assignatur.*

107 *Religiosus ad Parochialem translatus ut Monasterio adquirat, sat est, quod habitualem, atque possibilem cum illo communicationem retineat.*

Contrariæ declarantur authoritates, num. 108.

110 *Canonicis Regularibus S. Salvatoris Placentiæ ad sæculares Ecclesias translatis, eorum spolium ex consuetudine ad Monasterium pertinet.*

111 *Spolium Regularis ad secularem Ecclesiam translati eò magis ad Monasterium, non ad Ecclesiam ipsam pertinet, si de hoc vigeat consuetudo.*

112 *Transactio à quopiam inita nomine proprio, & cum cessione jurium sibi dumtaxat competentium, ipsius tantùm personam respicere censetur.*

113 *In transactione jus Ecclesiæ deductum non censetur, si nec reservatio ulla ejus favore sit adposita, nec Apostolicum adhibitum Beneplacitum.*

114 *Transactio sinè Beneplacito Apostolico à Regulari inita, personalis est, ejusque vitam nequit excedere.*

115 *Regularis Bona sibi delata, quoad usumfructum dumtaxat adquirit, quæ verò ad proprietatem Monasterio, & ratio* num. 116.

116 *Regularis ob paupertatis votum rerum dominium nequit adquirere.*

117 *Canonici Regulares paupertatis votum emittunt.*

118 *Eoque minimè liberantur per translationem ad Ecclesiam secularem.*

119 *Regularis nequit in Bonis ex ejus persona Monasterio delatis, illi, transigendo præjudicare quoad proprietatem.*

120 *Et Monasterio semper jus competit pro immissione agendi.*

121 *Monasterium licèt quoad personam Monachi careat nomine heredis scripti, illud habet legis interpretatione.*

123 *Regularis quoad jura sibi delata nequit actum ullum gerere, qui in apertam non vergat sui Monasterii utilitatem.*

Aliàs actus corruit ex defectu potestatis, num. 125., & 131.

124 *Regularis jura sibi delata cedens pro annua dumtaxat præstatione, quoad vivat, consequenda, ejus Monasterio præjudicium infert.*

126 *Hereditas ex sola illius petitione adita dicitur.*

127 *Monasterium ex se, & absque ullo facto Monachi hereditates ad ipsum delatas potest adire.*

128 *Procedit etiam post obitum Monachi, quum is vel non adierit, vel adire detrectaverit.*

129 *Monasterio ad adquirendam hereditatem ex Monachi persona sibi delatam, ab eoque non aditam competit etiam restitutio in integrum.*

130 *Monachus quoad successionem ex ejus persona Monasterio debitam, nullam habet nec potestatem, nec voluntatem.*

132 *Ecclesiæ Bonorum cessio per transactionem facta, corruit ex defectu Beneplaciti Apostolici.*

133 *Procedit, licèt agatur de Bonis ab eadem Ecclesia nondum possessis.*

134 *Dominium Bonorum dicitur statim absque aditione in Ecclesiam translatum.*

135 *Ecclesiæ Bonorum cessio eò magis ex defectu Beneplaciti Apostolici corruere censendá est, si constat, quod illud petitum, fuisset denegatum.*

136 *Ex Beneplaciti Apostolici defectu non corruit contractus, si malum Ecclesia fovebat jus.*

137 *Crediti liquiditatem fatetur, qui cum eo compensationem allegat.*

138 *Indebitè facta solutio dici nequit, quæ suam habet caussam correspectivam, & æquivalentem.*

139 *Indebitè solutum nequit contra Monasterium repeti, si non Monasterium, sed Monachus exegerit in vim nulliter ab eo initæ transactionis.*

Procedit, licèt nullitas ex falsa caussa provenerit, num.143.

140 *Ecclesia eodem jure censetur cum Minoribus.*

141 *Ecclesia, tum etiam Minores non coguntur restituere, nisi id, ex quo constat eos locupletiores factos.*

142 *Quæ quidem locupletatio ab Allegante probanda est.*

144 *Cre-*

144 *Crediti liquidi cum illiquido non datur compensatio.*

145 *Compensare nemo potest, quod sibi non debetur, sivè quod dubium est, an sibi debeatur*, & num. 147.

146 *Compensatio contra non Debitores nequit allegari.*

CONGREGATIONEM Canonicorum Regularium S. Salvatoris ingressurus Bartholomæus de Carolis anno 1671. renunciavit Francisco Patri stipulanti *pro se, suisque heredibus, & quibus dederit &c.* universa Bona, jura, & successiones quomodolibet ipsi delatas, & deferendas nedum ex ipso Patre, aliisque Ascendentibus, verùm etiam à Collateralibus quibuscumque; quam renunciationem, mortuo interim Patre antè emissam ab ipso professionem, sequenti anno 1672. confirmavit, ratamque habuit ad normam præscriptam à Sacro Concilio Tridentino; eamdem prætereà, & quatenus opus esset, ex integro faciendo favore Fratrum heredum communis Patris, & cujuslibet eorum heredum, & successorum.

Celebratà deinde à d. Bartholomæo professione, assumptoque nomine P. Archangeli, cum anno 1692. provisus fuisset de seculari Beneficio Archipresbyteralis Ecclesiæ S. Mariæ Sarmati, ut Comitem Joannem fratrem suum liberaret suspicione conceptâ, quod nempè, sequuto egressu è Religione, animo secum reputaret redire ad Bona renunciata; antequam ab illa dimissus ad dictam Archipresbyteralem Ecclesiam transferretur, rursus anno 1693. illas jam factas reiteratà renunciatione firmavit favore dicti Comitis Joannis; quo tandem vitâ functo, nullo alio superstite masculo de familia, quasi toties repetitæ renunciationes resolutæ essent, d. P. Archangelus jam effectus Archipresbyter postulavit regressum ad Bona renunciata provenientia ex nonnullis fideicommissis Majorum pro solis masculis familiæ de Carolis institutorum. At vigore dd. renunciationum hujusmodi regressui se se opponentibus duabus illius sororibus, & heredibus testamentariis Comitis Joannis communis fratris, quarum altera Comiti Scotto, altera verò Comiti Gazolæ nupta reperiebatur, controversia omnis anno 1702. consopita fuit transactione, in qua præfatæ Sorores, promissâ Archipresbytero annuâ præstatione duplarum centum Italicarum, ab illo correspectivè obtinuerunt cessionem omnium jurium sibi ex memoratis fideicommissis, & aliis quibuscumque causis competentium.

Transactio hæc observata fuit, quoad vixit Archipresbyter Bartholomæus, sed anno 1720., eo defuncto, tàm illius successores, Monasterium nempè, in quo professus, & Ecclesia ad quam translatus fuerat, quàm Comes Scottus, eamdem impugnare cœperunt, primi ex defectu potestatis, & Beneplaciti Apostolici, ut, tali pacto è medio sublatà transactione, assequi possent fideicommissa purificata in persona dicti Archipresbyteri, & in dicta transactione cessa Sororibus, earumque successoribus; alter verò ob falsitatem causæ, ex quâ illam celebratam dicebat, spe illectus hoc colore evitandi solutionem ingentis crediti reperti in hereditate ejusdem Archipresbyteri, quod quidem creditum sustinet esse compensandum cum annua præstatione dictarum duplarum centum eidem Archipresbytero indebitè soluta vigore dictæ transactionis irritæ, & invalidæ.

Cum itaque in hac facti specie plura examinanda occurrant, nimirum.

Primò. An P. Archangelus tamquàm Religiosus succedere posset in fideicommissis masculinis, purificatis per obitum Comitis Joannis?

Secundò. An illi obstarent renunciationes toties factæ?

Tertiò. An dd. fideicommissa expiraverint in ipso tamquam ultimo masculo de Familia, adeout Bona illa libera in ejus hereditate remanserint?

Quartò. Cuinam de jure competat successio in hereditate d. P. Archangeli, Monasterio, vel Ecclesiæ Parochiali Sarmati?

Quintò. An Monasterio sivè Ecclesiæ heredi d. P. Archangeli præjudicaverit transactio ab ipso inita cum sororibus anno 1702.?

Sextò demùm. An Comes Scottus ad evitandam solutionem crediti reperti in hereditate d. P. Archangeli, allegare possit compensationem cum annua præstatione duplarum centum soluta eidem P. Archangelo?

Rem ordiendo à primo, duo sunt fideicommissa mihi exhibita; alterum conditum anno 1627. à Joanne de Carolis, alterum anno 1630. à Josepho de Carolis, utrumque autem pro solis masculis Familiæ de Carolis institutum legitur, ideoque, cùm post obitum Comitis Joannis unicus masculus superstes de Familia esset P. Archangelus, ipse procul dubio succedere de-
bebat in dictis fideicommissis, tametsi professus 1
reperiretur in Religione Canonicorum Regularium S. Salvatoris, quia cùm ista Religio sit capax Bonorum, & dominii *Sadarin. respons. 43. num. 21. & num. 37. vers. secundo loco, Tamburin. de jur. Abbat. disput. 11. quæst. 4. num. 51., Rot. decis. 75. num. 19. post eumd. Tamburin.*, & Religiosi nec exprese, nec tacitè in testamen-
to legantur exclusi, sola professio in tali Reli- 2
gione illum non reddidit incapacem succedendi in fideicommissis tametsi agnatitiis, & ordinatis
prò conservatione Familiæ, cùm per illam mi- 3
nimè tollantur jura sanguinis, & agnationis, quæ sunt causa successionis, sed Monachus ad
effectum succedendi ea retinet, atque conser- 4
vat, quamdiù naturaliter vivit, juxtà communem Doctorum sententiam, de qua, relatis antiquioribus, *Barbos. de jur. Eccles. lib. 3. cap. 31. num. 9., Argel. de acquir. possess. quæst. 8. art. 26. num. 678. & art. 28. num. 734., Torr. de Primogen. part. 2. quæst. 11. num. 28. & seqq., Rot. coram Carill. decis. 266. num. 1. post Torr. de pact. fut. success. decis. 64. num. 31. & seq., in rec. decis. 433. num. 22., & decis. 434. num. 8. & 9. part. 12., decis. 57. num. 9. part. 13., decis. 392. n. 4. & seq.*

& seq. part. 14., decis. 23. num. 31. part. 15., in
Reatina manutentionis, seu fideicommissi 31. Mar-
tii 1702. §. Prout neque coram Emo D. Card. Scot-
to, in Romana Casalis Aguzzani 19. Junii 1705.
§. Nec rationis in fin. & seq. coram bon. mem. Oman-
na, & in Romana fideicommissorum 30. Junii 1707.
§. Minimè adversante, & seqq. coram Rmo Al-
drovando; & in terminis Canonici Regularis,
5 quod per professionem non reddatur insuccessi-
bilis, sed adhuc retineat omnia jura ad effectum
succedendi, non attento voto paupertatis, quod
emisit, plenè probat Sadarin. resp. 43. num. 21.,
32. vers. jam verò num. 35. & pluribus seqq. usque
ad num. 45.

Certior verò redditur in casu nostro capacitas
succedendi P. Archangeli ex eo, quod tempore
apertæ successionis in dictis fideicommissis per
6 obitum Comitis Joannis idem translatus legi-
timè reperiebatur ad Ecclesiam Parochialem
Sarmati, cujus translationis vigore recuperasse
dicitur jus omne succedendi, quod interim con-
sopitum censeri fortè potuisset, ut de Religioso
effecto Episcopo est Textus expressus in Canon.
7 statutum caus. 18. quæst. 1., quem benè explicat
Archidiacon. ibi = hic inquiens = dum enim erat in
Monasterio, adire non poterat hereditatem, nisi jus-
sus, nunc autem factus sui juris adire potest here-
ditatem sicut filius emancipatus = Barbos. ibidem
num. 12. & 15., Bartol. in cap. Clerici num. 7. de
vit., & honest. Cleric., Fagnan. in cap. in præsen-
tia 8. num. 70. de probat., Surd. cons. 222. n. 3.
vol. 2., Passerin. de stat. homin. quæst. 185. n. 195.,
Squillan. de privil. Episcop. part. 1. cap. 35. n. 38.,
Sylvest. verb. Religio quæst. 10., Cald. de nomin.
emphyt. quæst. 12. num. 62., Less. de just. & jur.
lib. 2. cap. 41. dub. 2. num. 80., Cutell. de donat.
disc. 2. part. 3. num. 136., Barbos. tom. 2. vot. de-
cis. 101. num. 7. & 14., Azor. instit. moral. lib. 12.
8 cap. 10. vers. sexto quæritur, ubi =, quod hoc pro-
cedit tam in Monacho facto Episcopo, quam in in-
titulato ad Parochiam sæcularem =.

Quinimmo, si hæc Juris dispositio capacita-
tem succedendi restituens locum sibi vindicat
in illo difficiliori casu, Professi videlicet in Re-
9 ligione prorsus incapaci, ut in Ordine Mino-
rum, & aliorum, in quibus indicta est, & ser-
vatur veræ, ac rigorosæ paupertatis regula, ut
tradunt pleræque ex auctoritatibus mox addu-
ctis, quibus consonant Purpurat. cons. 303. n. 1.
& seqq., Pacian. cons. 13. num. 1. & seqq., Ri-
minald. jun. cons. 342. num. 35. vol. 3., Barbos. de
jur. Eccles. lib. 1. cap. 42. num. 145., Torr. de
pact. futur. success. lib. 2. cap. 25. num. 67., San-
chez ad præcept. Decalog. lib. 7. cap. 32. num. 26.,
Fagundez. in 7. præcept. Decalog. lib. 7. cap. 8.
vers. tota dubitatio, Lucarin. de Episcop. Regular.
cap. 2. num. 200., Molin. de just. & jur. tom. 1.
disput. 140. vers. final., quanto potiori jure lo-
10 cum sibi vindicabit in Canonico Regulari, qui
servat regulam laxiorem, juxta Text. in cap. 5.
de stat. Monach., ubi Hostiens. num. 7., & Fa-
gnan. pariter num. 7., 17., & 20., Gratian. di-
scept. forens. 123. num. 32., Trull. de Ordin. Ca-
non. Regul. lib. 1. cap. 8. num. 7., Rot. coram Se-
raphin. decis. 1269. num. 1., & participare dici-
tur potius de Clero Seculari, quàm Regulari,
Zabarell. cons. 2. num. 1., Ferrer. cons. 3. num. 1.
& 33., Antonin. variar. resol. lib. 1. resolut. 112.
cas. 50. vers. secundò quia, Andreol. contr. 340.
num. 6., D. Thom. 2. 2. quæst. 189. art. 8. ad 2.,
Navarr. de Regular. comment. 3. num. 40. cum seqq.,
& comment. 4. num. 2., Tamburin. de jur. Abbat.
disput. 20. quæst. 3. num. 13. tom. 1., Trull. de
Ordin. Canon. Regular. lib. 1. cap. 8. num. 1., Card.
de Luc. de præeminent. disc. 24. num. 1. & de Re-
gular. disc. 19. num. 5., R. P. D. Petra ad Con-
stit. 1. Anastas. IV. sect. 1. sub num. 4. §. Evane-
scit tom. 2.

Constito ex his de capacitate P. Archangeli
succedendi in fideicommissis, de quibus agitur,
occurrit secunda inspectio. An nempè illi ob-
stent superiùs relatæ renunciationes: tres au-
tem sunt renunciationes ab illo celebratæ, pri-
ma antè ingressum in Religionem; secunda an-
tè emissionem Professionis, & tertia antè egres-
sum à Religione; quod attinet ad primam, & 11
secundam, illæ tamquàm factæ ex causa ingres-
sus in Religionem, & professionis in ea emitten-
dæ, eam habent de jure insitam conditionem,
ut scilicet factæ intelligantur, rebus in eodem
statu manentibus, sub qua sanè tacita conditio-
ne non solùm generaliter omnem dispositionem
conceptam censeri, disponitur per Text. in leg.
quod servius ff. de condit. ob caus., leg. continuus
§. Cum quis ff. de verb. obligat., leg quæro §. Inter
locatorem ff. locati, Castill. quotid. contr. jur. lib. 4.
cap. 59. à num. 8., sed & omnem fieri renuncia-
tionem, tradit Jason. in d. leg. quod servius n. 8.,
Paris. cons. 7. num. 70. lib. 2., Alexand. de Ne-
vo cons. 51. num. 8., Decian. cons. 52. num. 16.
vol. 1., Ruin. cons. 137. num. 11. tom. 1., Brun.
de statut. exclus. fœmin. art. 14. num. 10., & in
specie de similibus renunciationibus factis occa- 12
sione ingressus in Religionem, quod conditio-
nales sint, quatenus nempè Renunciantes in
Religione perseverent, notant Molpheß. cons. 1.
num. 9. 18. 26. & 31. post vol. 1. comment. ad con-
suetud. Neapol., Anton. Genuens. in practicab.
Eccles. quæst. 263., & alii plures relati à bon. mem.
Ansaldo in addit. ad decis. 76. num. 57. & seq.,
ubi, quod adeò ipso Juris ministerio hujusmodi 13
conditio tacitè illis intelligitur inesse, ut nec pa-
ctum expressum contrarium eisdem renuncia-
tionibus adpositum sustineretur.

Ex his ergò sequitur, quod, mutato rerum
statu ob egressum à Religione, & sic, deficien-
te causâ, & conditione, sub qua renunciatio-
nes factæ fuerunt, illæ resolutæ omninò dicen- 14
dæ sunt, ideoque adimere nequeunt Renuncian-
tibus regressum ad Bona renunciata, ut ex com- 15
muni Doctorum sententia docent Honded. cons.
63. num. 10. & 11. lib. 2., Navor. lib. 2. quæst.
forens. 73. nu. 1. & seqq., Cutell. de donat. tract. 1.
disc. 2. part. 3. num. 12. & seqq., Barbos. de offic.
& potestat. Episcop. part. 3. alleg. 101. num. 37.
& in collect. ad Concil. Trident. cap. 16. sess. 25.
de Regul. num. 7. 18. & 56., de Marin. resol. jur.
lib. 2. cap. 195. num. 2., Torr. de pact. futur. suc-
cess.

ceff. lib. 2. cap. 25. num. 13. & 14. & num. 85., *Gullerat. de renunc. lib. 5. cap. 7. num. 12.*, *San-*
chez in præcept. Decalog. lib. 7. cap. 1. num. 25.
cum seqq., *Rota decis. 155. num. 5. coram Priol.*,
ubi, quod idem est in renunciationibus emissis in
16 statu laicali ob ingressum in Religionem, ac in
aliis emissis in statu Novitii, *in Apten. donatio-*
nis 15. Martii 1706. §. Et enim coram bon. mem. Caf-
farello, & in Albanen. successionis 26. Februarii
1712. §. Efficiente coram bon. mem. Ansaldo,
17 apud quos firmatur, id procedere nedùm in casu
egressus ob non sequutam professionem, vel ob
illius nullitatem posteà probatam, verùm etiam
ex alia quacumque legitima causa. Et rectè qui-
18 dem, nàm resolutio renunciationis non induci-
tur ex qualitate causæ, propter quam quis à Reli-
gione egreditur, sed ab ipso egressu, per quem
cessat causa finalis permanentiæ in Religione,
sinè qua renunciatum non fuisset, causa verò
talis egressus, dummodo licita, & justa sit, ni-
hil interest, qualis illa fuerit, ex notatis per *Ma-*
rant. resp. 64. & 65. per tot., *R. P. D. Petra ad*
Constit. 1. Clementis IV. sect. 2. num. 84. & 89.
tom. 3., *Rot. decis. 74. num. 16. & 17. post Torr.*
de majorat., *decis. 726. num. 14. & seq. coram bon.*
mem. Emerix jun., *decis. 110. §. Quoniam ad ornat.*
clar. mem. Card. de Luc. de fideicomm., *& in d.*
Apten. donationis coram bon. mem. Caffarello.

Indeque propterea fit, quod etiam Religio-
sus factus Episcopus, tametsi in compatibilibus
29 Religiosus remaneat, juxtà communiorem sen-
tentiam, quam probat *Solorzan. de jur. Indiar.*
tom. 2. lib. 4. cap. 10. num. 40., &, innumeris pe-
nè relatis tàm Theologis, quàm Canonistis, &
Juris Cæsarei Professoribus, tuetur *Fajard. in*
sua celebri quæstione pro Episcopis Regularibus nu.
25., & pluribus seqq. Nihilo, tamen minus ob il-
20 lam mutationem status, quam secumfert egres-
sus à Religione ex causa talis Dignitatis adeptæ,
recuperat Bona ante professionem renunciata.
Et sanè, si, ut certum est, per Dignitatem Epis-
21 copalem recuperat primævum jus, & capaci-
tatem acquirendi, ut ex *Textu in Canon. statu-*
tum caus. 18. quæst. 1., consequens est, ut ju-
re quodam postliminii causa reducatur ad pri-
mævum statum etiam respectu renunciationis
factæ eo sub obtentu, quod ingrediens Religio-
nem factus incapax acquirendi, talis perpetuò
22 remansurus esset, propetereaque ex ipsius legis
permissione, ac dispositione recuperatâ capa-
citate, hujusmodi renunciatio tamquam mu-
tato rei statu, & deficiente tum causâ incapa-
citatis, tum etiam voluntate Renunciantis, re-
solvi debeat *Molphes. cons. 1. lib. 1., & cons. 39.*
lib. 2., *Gennens. practic. Eccles. quæst. 262., &*
seq., *Paschal. de patr. potest. part. 1. cap. 3. num.*
99., *de Marin. lib. 2. resolut. 46. num. 18., & re-*
solut. 185. num. 5. & 6., *Ricc. in prax. part. 2. re-*
solut. 152., *Marant. contr. jur. part. 3. resp. 55.*,
Alphons. de Leon. de Offic., & potest. Confess. re-
solut. 11. num. 118., *Torr. de pact. futur. success.*
cap. 25. num. 48. lib. 2. non absimili igitur ratio-
ne resolutæ quoque dicendæ erunt renuncia-
tiones antè professionem emissæ à P. Archange-
lo, quia nimirum ipse ob promotionem ad Pa-
rochiam secularem è Religione licitè egressus, 23
etsi non omninò à Regulari disciplinâ solutus,
ut infrà demonstrabimus, jus, & capacitatem
acquirendi ad instar Episcopi recuperavit, ex
suprà firmatis, jam enim evenisse dicitur illa
mutatio status, per quam, sublatâ causâ, & vo-
luntate renunciandi, actus ipse renunciationis
necessariò resolvitur, ut in terminis Canonici
regularis ad Parochiam secularem assumpti,
firmavit novissimè, *Rota in Anconitana succes-*
sionis 23. Februarii 1722. coram R. P. D. Calcu-
gnino, in cujus Causæ hypothesi licèt adesset
speciale pactum regressus, attamen in *§. Imò*, 24
firmatur, etiam præcisivè à tali pacto, compe-
tiisse regressum ad Bona renunciata.

Quæ opinio, etsi Contradictores habeat, quo- 25
ad Bona antè egressum à Religione alteri quæsi-
ta, in Bonis tamen post egressum delatis firma
est, & magis communiter recepta, ut apud 26
Passerin. de stat.: homin. tom. 2. quæst. 185 num.
206., *Barbos. de jur. Eccles. cap. 42. nu. 242., &*
de potest. Episcop. allegat. 96. num. 15., *Lauren.*
de Franch. de controv. inter Regular., & Episcop.
quæst. 118., *Lucarin. de Episcop. Regular. cap. 2.*
num. 217., *Torr. de pact. futur. success. lib. 2. cap.*
25. num. 17., *Andreol. contr. 396. num. 7. & seq.*,
Peyrin. de Prælat. tom. 2. quæst. 3. cap. 1. §. 8. nu.
211., *Bottiglier. de success. renunc. cap. 2. theo-*
rem. 73. num. 2. & seqq., *Cutell. de donat. tract. 2.*
disc. 2. part. 3. num. 132., *Rocca disput. jur. select.*
cap. 194 num. 54., & 74., *Card. de Luc. de re-*
nunc. disc. 17. num. 10. 11. & 17., *R. P. D. Petra*
ad Constitut. 11. Clementis IV. num. 33., & seq.
tom. 3., *Rota coram Cerro decis. 530. num. 1.*, *in*
rec. decis. 222. num. 1., & 2. part. 12., & hanc
distinctionem sequitur *Sacra Congregatio Conci-*
lii, ut patet ex resolutionibus relatis per *Bar-*
bos. de jur. Eccles., & R P. D. Petram locis mox
citat, ubi Sacra Congregatio in una *Neapolita-*
na 3. Decembris 1639. ad 2. Dubium = An Regu-
lari ad Episcopatum assumpto obstaret cessio, &
renunciatio hereditatum facta favore fratris &c.?
= respondit = *Non obstare, supradictam cessionem,*
& renunciationem quoad hereditates, quæ non fuit
alteri antè adeptum Episcopatum acquisitæ=; quam-
obrem, cum fideicommissa, de quibus agitur,
purificata fuerint favore P. Archangeli, post-
quam ipse è Religione translatus reperiebatur
ad Ecclesiam Parochialem Sarmati, ambigi ne-
quit, quin illa acquirere potuerit, non curatis 27
renunciationibus prædictis sivè antè ingressum,
sivè antè professionem emissis.

Verùmtamen negocium facessere videtur
tertia renunciatio facta antè egressum è Religio-
ne, & quidem contemplatione ejusdem egres-
sus sequuturi ob transitum ad secularem Eccle- 28
siam Sarmati, hæc enim resoluta minimè vide-
ri posse censetur ob mutationem status, & de-
fectum voluntatis, utpotè præcisè celebrata
prò adimendo regressu ad Bona renunciata in
casu ejusdem mutationis, ut considerant *Ricc.*
in prax. part. 2. resolut. 152. nu. 1. & seqq., *Bot-*
tiglier. de success. theorem. 73. nu. 1., & 2., *Bar-*
bos.

bos. de jur. Eccles. lib.1. cap. 40. num. 140., Marant. lib.3. respons.55. num. 10. & seqq., Rodulphin. alleg.50. num.27., Sanchez ad praecept. Decalog. lib.7. cap.1. num.35.

At verò neque etiam renunciatio isthæc ob-
stare potuit successioni P. Archangeli in fidei-
commissis, de quibus agitur, quia nimirum aut
illa est simplex quædam ratificatio præceden-
29 tium renunciationum, & sic firma remanet re-
solutio saltem quoad Bona alteri non quæsita,
& post egressum delata: aut consideranda est
tamquam novus actus magis efficax, & opera-
tivus, ideoque tollere valens resolutionem
etiam quoad Bona prædicta, & certum est,
quod in præjudicium Monasterii, sivè Ecclesiæ
30 non sustinetur: cum Monachus habeat velle, &
nolle in utilibus, non verò in præjudicialibus,
ut inquit *Passerin. de stat. homin. quæst. 185. num.
202., Sanchez ad præcept. Decalog. lib.7. cap.12.
num. 37., R.P.D. Petra ad Constit. 11. Clemen-
tis IV. num.35. tom.3.*, ubi, quod nequit præju-
31 dicare repudiando, quia proprietas non est sua,
sed Ecclesiæ, vel Monasterii, bene *Rota decis.
115. num.16., & seqq part.4. tom.2. rec.*, ergò
32 neque etiam renunciando, quia omnia jura
Monachi per professionem acquiruntur Mona-
sterio, in quod transfertur voluntas, & pote-
stas ejusdem Monachi *Can. noli, & Can. non di-
catis caus.12. quæst.1., cap. Religiosus de elect. in
6., Capon. discept. 97. num.3. & seqq., & nu.8.,
R.P.D. Petra ad Constitut.4. Innocentii IV. sect.1.
num.10. 18. & 19. 22. 28., & seqq., & ad Con-
stitut. 1. Clementis IV. sect.1. nu.27. tom.3.*, ubi,
quod etiam spes succedendi, & jura competi-
33 tura transeunt in Monasterium, & præcisè de
spe succedendi ad fideicommissum *Sanchez ad
præcept. Decalog. part.2. lib.7. cap. 15. num.16.,
Rota decis.434. num.14., & duob. seqq. part. 12.
rec., & in Romano fideicommissorum 20. Junii
1707. §. Demum objici coram R̃no Aldrovando.*
Nullâ prorsus habitâ ratione personæ, aut dis-
34 positionum, & actuum, qui fiant à Monacho
*Gratian. discept. 363. num. 16. & seqq., & alii
apud Robles de repræsentat. lib.2. cap.17. nu. 18.,
Rot. decis.128. nu.3., & seqq. part.2. rec.*, idem
enim tamquam carens voluntate, & potestate,
35 non potest validè renunciare juri illi succeden-
di, quod in casu egressus sibi competit in here-
ditatibus saltem posteà delatis, quod quidem jus
veluti in Monasterium usque ab initio per pro-
fessionem translatum, adeò illi directè, & im-
mediatè acquisitum censetur, ut liberè, & ab-
36 solutè per Monasterium exerceri possit, inscio
etiam, & invito, ac reluctante Monacho, ut
latè, probat *Fagnan. in cap. tua num.23., & seq.
de testam., Capon. dict. discept. 97. a nu. 1. usque
ad 18., R. P. D. Petra ad dict. Constitut. 4. In-
nocentii IV. sect.1. num.29.* ibi = *& sicut non indi-
get Professi ministerio in adeundo, ità nec actus
repudiationis, abstinentiæ, & hujusmodi obesse
possunt Monasterio, dum etiam adire potest, ipso
ignorante, prout repudiare &c.* = & melius *num.
37.* ibi = *ex quibus enucleatis oritur, quod nequit
Professus quidquam declarare, vel aliquo modo
præjudicare successioni debitæ Monasterio ex ejus
persona, cum in hac nullam habeat nec potesta-
tem, nec voluntatem, Rota decis.81. num 8. cum
seq. coram Bich., decis.718. num. 20., & 21. part.
18. tom. 2. rec., ubi de Moniali, quæ declaravit
esse contentam de eleemosyna tradita pro dote, &
tamen non poterat præjudicare Monasterio in suc-
cessione, licèt enim possit Novitius renunciare he-
reditati etiam futuræ in favorem alterius, & sic
tacitè excludere Monasterium Auth. &c., non ta-
men post factam professionem arbitrium ampliùs re-
tinet* = & confert *Rota decis.1278. num. 3. coram
bon. mem. Emerix jun., Altimar. de nullit. quæst.
35. num.146.*

Sed reverâ voluntas P. Archangeli ea nun-
quam fuit, ut per dictam renunciationem à se
omninò abdicasse intelligeretur spem omnem
succedendi in controversis fideicommissis, etiam
post obitum fratris deferendis; nam, si præci-
puus hujus renunciationis finis, & obtentus fuit
confirmare sinceram animi sui benevolentiam
erga fratrem, & = *tollere quamcumque malarum
linguarum suggestionem, ut audivit factam eidem
D. Comiti Joanni, quod scilicet ipse intendat
proponere judicialiter nullitatem professionis per
ipsum emissæ in dicta Religione, & exindè agere
ad recuperationem Bonorum, & Jurium per ip-
sum renunciatorum, attento maximè imminenti
egressu ejusdem a dicta Religione, & transitu ad
sæculare Beneficium Archipresbyteralis Ecclesiæ
S.Mariæ Sarmati per ipsum, ut dixit, obtentæ &c.* =
ut legitur in dicta renunciatione: inde perspi-
cuum fit, P. Archangelum nil aliud agere vo-
luisse per dictam renunciationem, quàm tutum
reddere fratrem suspicantem, & metuentem
spoliari bonis renunciatis, quod nempè ipsum
prò recuperatione eorumdem Bonorum nulla-
tenus molestasset, integro cæteroquin sibi ma-
nente jure succedendi post obitum ejusdem fra-
tris, cujus tantum personam cum in dicta re-
nunciatione contemplatus fuerit, eâ proindè 37
sublatâ, cessasset quicumque renunciationis ef-
fectus ad illius personam apertè restrictus, ju-
xtà naturam renunciationis personalis, de qua
latissimè *Bellon. de jur. accresc. tom.3. cap.10. qu.
28. num.42., & aliis pluribus seqq., Card. de Luc.
de renunc. disc.2. num.4. & seqq., Torr. de majo-
rat. lib.2. quæst.47. num.16.18. & 22., Peregrin.
de fideicommiss. art. 52. num. 73. & seqq., Rota
in Pisauren. fideicommissor. 27. Aprilis 1703. §.
Nec subsistit coram R̃no Lancetta Decano, in Pe-
rusina immissionis 15. Januarii 1706. §. Non ob-
stat coram Em̃o Scotto, & in Interamnen. immis-
sionis 5. Junii 1716. §. Accedente præsertim co-
ram Em̃o D. Cardin. de Althann. Prorege Nea-
polis.*

Nec obesse potest relatio facta ad primam re-
nunciationem celebratam favore Patris, in qua
nominati sunt etiam illius heredes, quasi inde
elici posse videatur contemplatio heredum in
hac quoque postrema renunciatione, quæ ad il-
lam se refert. Nam, cum relatio prædicta habita
fuerit dumtaxat ea ex parte, quæ respicit con-
firmationem, & ratificationem dictæ primæ re-
nun-

nunciationis, videlicet, quod attinet ad res, & jura in ea contenta, nihil obeſſe poteſt ad effectum, de quo agitur, dum in illa, ut ſuperioribus locis probatum eſt, non comprehenditur iſta ſucceſſio purificata poſt egreſſum à Religione: Iterum repetendo, quod, ſi tenaciter contenderetur, poſtremam hauc continere novam renunciationem comprehenſivam etiam ſucceſſionis prædictæ, iſta, ut mox dicebatur, reſoluta fuiſſet per mortem Fratris, utpotè perſonalis, & ad ejus perſonam reſtricta; prout (ſi deeſſet
38 renunciationis litera) talem certè eſſe interpretari deberemus, ne alioquin eadem, tamquam fieri minimè valens in præjudicium Monaſterii, invalida prorſus, & irrita in ipſa ſui origine dicenda eſſet.

Jam verò ex prædictis demonſtratâ capacitate P. Archangeli ſuccedendi in fideicommiſſis, de quibus agitur, ſublatoque obſtaculo renunciationum ab ipſo emiſſarum, examinandum modò eſt, an dicta Fideicommiſſa expiraverint in illo tamquam ultimo maſculo de familia, adeout Bona in ipſo effecta libera, in ejus hereditate remanſerint, juxtà tertiam inſpectionem: & cum, ut ſub initium innui, duo ſint Fideicommiſſa mihi exhibita, diſtinctè de unoquoque agendo. Quod attinet ad primum conditum anno 1627. à Joanne de Carolis, reſpectu iſtius facilior videtur reſolutio, nam ordinatum legitur prò ſolis maſculis deſcendentibus ex ma-
39 ſculis Familiæ de Carolis, unde fœminæ, & earum Deſcendentes excluſi cenſentur, per ea, quæ de excluſione fœminarum in his terminis tradit *Molin. de Primogen. Hiſpan. lib. 3. cap. 5. num.71. in fin.*, *Rota coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ.177. nu.13.*, *& ſeqq.*, *coram Buratt. deciſ.272. n.3.*, *& in Bononien. fideicommiſſi de Urſis 26. Martii 1708. §. Verum hoc coram bo. mem. Molines*, & de excluſione Deſcendentium ab illis firmavit pleniſſimè *Rota in Fanen. fideicommiſſi 16. Januarii 1719. §. Prætermiſſo*, *& ſeqq. ubi concordantes coram R. P. D. de Herrera*.

Et ſanè, ſi res ſit de Deſcendentibus ex fœminis, nulla de his eſſe poteſt controverſia, quia non ſunt de familia à Teſtatore contem-
40 plata ad *Text. in leg. familiæ appellatione 196.* ibi = *fœminarum liberos in familia earum non eſſe, palam eſt, quia qui naſcuntur, Patris, non matris familiam ſequuntur*, = *& in leg. pronunciatio 195. ff. de verb. ſignific.*, & ſunt jura notiſſima: quæſtio igitur ſolùm eſſe poſſet reſpectu ipſarum fœminarum, quæ licèt nuptæ in aliena, propriam tamen, quouſque vivunt, retinent fami-
41 liam, atque conſervant, juxtà *Textus prædictos*, *& tradit Rota coram Merlin. deciſ.890. nu.4.*, *& in Romana Primogenituræ de Salviatis ſuper jocalibus, & Tabulis pictis 22. Martii 1706. §. Ratio decidendi coram bon. mem. Molines*, *& alibi paſſim*; & propterea communiter receptum eſt, quod, quando non concurrunt cum maſculis de
42 familia, ſed veniunt ſolummodò ad excluſionem libertatis Bonorum, prò ipſarum admiſſione in ſubſidium, & per poſterius, benigna capienda ſit interpretatio, etiamſi agatur de fideicommiſſis maſculinis, & prò illis de familia, & agnatione conſtitutis, ad notata per *bon. mem. Anſald. in addit. ad deciſ.45. num. 28.*, *& in Sutrina Immiſſionis ſuper fideicommiſſo 19. Aprilis 1709. §. Quidquid enim, & §. Repetita verò coram bon. mem. Molines*, cum aliis ibi plenâ manu relatis.

Verùmtamen hujuſmodi quæſtio in caſu noſtro ceſſat tum ex facto, tum ex jure: ex facto
ſiquidem, nam, ut colligitur ex facti ſpecie ad 43
me tranſmiſſa, fœminæ, ſorores nempè omnes prædeceſſerunt P. Archangelo: in jure verò, quia tunc locum habet admiſſio fœminarum in ſubſidium, & per poſterius, deficientibus nempè maſculis de familia, quando illæ vel ab initio, vel in aliqua teſtamenti parte vocatæ reperiuntur. At quando, prout in noſtra hypotheſi, nullo unquam teſtamenti loco fœminæ vocatæ leguntur, ſed ſemper invitantur maſculi ex maſculis familiæ de Carolis, tali caſu, nec etiam per poſterius admitti poſſunt, ut benè diſtinguendo unum caſum ab alio advertunt *Peregrin. in celebri conſ.159. lib.5.*, *Actolin. reſolut.115. num.6.*, *bon. mem. Anſald. in addit. ad deciſ.46. num.29. & ſeqq.*, *Rota coram Celſ. deciſ.341. num.14.*, *coram Buratt. deciſ. 272. num. 15. & ſeq.* ibi = *neque obſtare viſum fuit, quod ſaltem in defectu maſculorum, ſicque in ſubſidium fœminæ intelligantur vocatæ, Soccin &c. quia iſta declaratio, & limitatio procedit, ſi fœminæ ab initio, vel in aliqua teſtamenti parte vocatæ fuiſſent, non autem quando ex conjecturis, ut ex adjectione cauſæ conſervationis in familia, vel ex expreſſione maſculinitatis conſtat de mente Teſtatoris, quod de maſculis tantùm intellexerit, excluſis fœminis, prout in hoc caſu &c.* = *& deciſ.454. nu. 2. coram Merlin., deciſ.864., & deciſ.890. per tot.*, *coram Dunoz. jun. deciſ. 651. num.32.*, *poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.34. nu.9.*, *in rec. deciſ.203. num.2.*, *deciſ.217. num.2. & 3.*, *& deciſ.432. num.1. part.2.*, *deciſ.462. num.17. part. 14.*, *& deciſ.616. num.6. part.18.*, talis quippè reſtrictio in omnibus teſtamenti partibus facta
ſemper ad ſolos maſculos adeò operatur, ut 44
fœminæ dici debeant perpetuò excluſæ à fideicommiſſo, ut poſt *Caſanat. conſ.47. num.27. lib. 1.*, *Gratian. diſcept.621. nu.14.*, *Andreol. contr. 344. num. 17.*, benè ad rem noſtram dixit *Rota deciſ.28. num. 15. inter impreſſ. ad ornat. Cardin. de Luc. de fideicommiſ. lib.10.*, ut ſubſidiaria illarum admiſſio locum duntaxat habeat, quando eædem non perpetuò, ſed temporarie excluſæ reperiuntur, & aliquo tempore, & loco vocatæ cenſeri poſſunt, ſuſpenſâ ſolummodò earum vocatione, ut alii ipſis præferantur, ſecundum *Gabriel. conſ.132. num. 46. lib.1.*, *Rota coram Burat. dict. deciſ.272. num. 17. in fin.*, *& in rec. deciſ.462. num.16.*, *& 17. part.14.*

Hæc tamen rationum momenta, quæ ſuadent omnimodam purificationem, & expirationem Fideicommiſſi ordinati anno 1627. à Joanne de Carolis in perſona P. Archangeli, non videntur pari modo locum ſibi vindicare poſſe

quoad

quoad alterum fideicommissum conditum anno
45 1630. à Josepho de Carolis, is enim, ut constat
ex ejus testamento, non adeò à fœminis abhor-
ruit, ut illas perpetuò excludere voluisse affir-
mari possit, eas quippè unà cum masculis here-
des instituit, & licèt posteà tacitas, & conten-
tas esse voluerit de eo, quod ipsis prò dote re-
lictum fuerat à Bartholomæo ejus Patre, ordi-
nando successivè fideicommissum restrictum ad
lineam masculinam, eà tamen deficiente, fœ-
minas expresśè invitavit ad usumfructum una
cum ejus fratre, posuitque in conditione etiam
lineam fœmininam ad effectum excludendi ere-
ctionem Canonicatus, quam in defectum utri-
usque lineæ tàm masculinæ, quàm fœmininæ
injunxerat dicto ejus fratri: Unde perpetua fœ-
minarum exclusio in isto fideicommisso frustra
sustineri contenderetur, per ea, quæ tradit *Pe-
regrin. consf.159. num.5. lib. 5., bon.mem. Ansald.
dict. addit. ad decis.46. num.30., Rota in Romana
Primogenituræ de Fabiis 12. Decembris 1707. §.
Quod verò coram bon. mem. Omanna, in Assisien.
Immissionis 17. Decembris 1708. §.Nilque turbat
cum seqq. coram Emo D. Card. de Polignac., &
in Sutrina immissionis super fideicommisso 19.A-
prilis 1709. §. Minimè attentá, & §. Repetita ve-
rò coram bon mem. Molinet.*

Verùm discursus, & rationes istæ applicari
46 minimè posse videntur nostræ hypothesi, quia
nulla fœmina supervixit P.Archangelo, in quo
proindè tamquàm ultimo vocato universa Bona
dictis fideicommissis obnoxia libera remanse-
runt *ad Text. in leg. qui solidum §. penultim ff. de
legat.3., Andreol. contr.344. num.4. & 18., Pe-
regrin. de fideicomm. art.52. num.2., Rota coram
Pentinger. decis.221. num.27., & decis.612. nu.
2., & decis.711. num.1. part.18., & decis.20. nu.
23. & seqq. part. 19. rec.*, tametsi ex illis po-
stremo loco demandata videatur erectio Cano-
nicatus in Cathedrali Ecclesia Placentiæ: quia
cum onus dictæ erectionis injunctum legatur
Zanettino fratri Testatoris in eo dumtaxat ca-
su, quo ipse supervixisset omnibus vocatis de
linea tum masculina, tum fœminina ejusdem
47 Testatoris, ibi = *deficiente lineá meá tam masculi-
nà, quàm fœminina supervivente dict.Rev.D.Za-
nettino, volo mando, & ordino, quod dict. Rev.
D. Zanettinus debeat, & ità eum gravo, ad erigen-
dum, & constituendum super bonis, & heredita-
te &c. Canonicatum in Cathedrali Ecclesia Pla-
centiæ &c.* =, certè, quoties casus ille supervi-
ventiæ Zanettini non evenit, demandata ere-
ctio locum habere non poterat, quippè, eo non
purificato, evanuisse dicitur perindè ac si num-
quam ordinata fuisset, ut in terminis piæ causæ
48 substitutæ, quod substitutio facta in casu super-
viventiæ evanescat, & inutilis reddatur eve-
niente opposito casu præmorientiæ, docuerunt
*Balduc.ad Ramon. in observat. ad consf.29. nu.32.
in fin., Gratian. disceptat.747. num.22., Urceol.
consult. forens.82. num.37., Rota apud ipsum in
dict. consult.82. num. 92. & seqq., coram Priol.
decis.138. num.25., coram Carill. decis.183. num.
16. & seqq., in rec. decis.154. num.23. part.13.,
decis.536. num.172. part.14., & in Senogallien.
Immissionis 18. Novembris 1712. §. Et efficacia
coram Illustrissimo Falconeria Almæ Urbis Gu-
bernatore.*

Firmato autem, quod Bona dictis fideicom-
missis obnoxia in hereditate P. Archangeli libe-
ra remanserint, inquirendum modò est, cui-
nam de jure competat successio in dicta here- 49
ditate, an videlicet Monasterio, vel potius
Ecclesiæ Parochiali Sarmati? Supponitur, jus
spoliorum in Bonis hujusmodi alioquin speciali-
ter inductum favore Rev. Cameræ Apostolicæ 50
per Pontificias Constitutiones, locum minimè
habere in Diœcesi Placentina; procedendo ita- 51
que cum hoc supposito, quod tamquam Rev.
Cameræ Apostolicæ, & Fisci Advocatus, nec
admitto, nec reprobo, quatenus verum sit, &
præcisivè à peculiaribus Constitutionibus spo-
lium favore Rev. Cam. Apostolicæ inducenti-
bus, quæstionem hanc redigendo ad regulas ju-
ris communis, hæ favere videntur Monasterio,
cui exploratum est quæsitum censeri omne id, 52
quod Monacho acquiritur per *Text. in Authen.
ingressi Cod. de sacros. Eccles. cap. Exiit §. Ad-
hæc de verbor. signif. in 6., Gloss in Extravag. quia
quorumdam eodem tit. verb. reservatum lit. C.*, &
docuerunt *Merend. contr. jur. lib. 4. cap. 7. num.
3. & seqq., Pilaja decis. Pontific.12. num.11. lib.
1., Rota coram Bich. decis. 81. num.7., coram bon.
mem. Emerix jun. decis.1178.num.1. & seqq., &
num.7., cum aliis apud Paulut. differt.36. art.2.nu.
140., Rota in Romana Pecuniaria, seù Locorum
Montium 15. Januarii 1706. §.3. coram bon. mem.
Muto*, & in terminis Canonici Regularis, *Jas. in
Auth. ingressi num.24. circa med.vers, & in istis
Canonicis Cod. de sacros. Eccles., Rota coram Ca-
valer. decis.606. num.2.*

Et licèt hoc procedere dicatur solùm in quæ-
sitis durante permanentia in Religione, seù Mo- 53
nasterio, at non etiam in iis, quæ à Monacho
acquiruntur post ipsius promotionem, seù tran-
slationem ad aliquam Ecclesiam secularem, hæc
namque Ecclesiæ, non Monasterio acquiri ex- 54
presśè sancitum est in *Canon. statutum 18. quæst.
1., & in cap. cum olim 14. §. Præterea de privi-
leg.*, ubi præcisè de Canonico Regulari, & do-
cent communiter *Bald. in Authen. licentiam
Cod. de Episcop. & Cleric., Trentacinq. consf. 28.
lib.2., Barbos. de jur. Eccles. lib.1. cap. 42. à nu.
241.*, ubi ità decisum refert à *Rota, & de po-
testat Episcop. allegat. 114. nu.20. & 28., Mar-
ta de Jurisdict. part.4. cas. 10. num.5., Noguerol.
allegat.26. num.156. & seqq., Capon. discept.97.
num.13., & discept.138. num.31 & seqq., R.P.
D. Petra ad Constitut. XI. Clementis IV. num.6.,
& 7., & pluribus seqq., & num.25. & seqq.*, ubi
agendo de hereditate, sivè fideicommisso in spe
competente ante promotionem Regularis, &
post promotionem purificato, concludit, quod, =
*licèt posset dici deferri Monasterio, cum per pro-
fessionem omnia jura sint translata in illud, tamen
certius est acquiri Ecclesiæ, quia attendi debet
tempus spei deductæ ad actum, nam ea favore Mo-
nasterii evanescit, ex quo talis persona desinit esse
ejus-*

55 *ejusdem filius* = adducens etiam resolutionem
Suc.Congregationis Concilii in una Neapolitana 3.
Decembris 1639., cujus verba refert sub *nu.34.*,
idemque favore Ecclesiæ repetit *num.35. 37.*, *&*
39., & consonant *Lucarin. de Episcop. Regular.*
cap.2. num.221., *Tamburin. de jur. Abbat.tom.3.*
disput.3. quæst.9. num.8., *de Luc. ad Gratian. di-*
scept.363. num.31., *Capyc.latr.decis.193. nu.31.*,
Fontanell.decis.226. num.25.

Attamen communis isthæc Doctorum opinio
favens Ecclesiæ, & non Monasterio, licèt iu suo
56 casu vera, non videtur indistinctè, & absolutè
recipienda, sed ità intelligenda est, ut nimi-
rum procedat quoad adquisita per Regularem
traoslatum ad Ecclesiam secularem ex rediti-
bus ejusdem Ecclesiæ, juxtà firmata per *Bartol.*
in leg. servus communis ff. de stipul. serv., *Na-*
var. comment.4. de Regular. nu.69., *Layman.Theo-*
log. moral. lib.4. tract.5. cap.7. num. 18., *Less. de*
justit., *& jur. lib.2. cap.41. dub.11. nu.92.*, *San-*
chez ad præcept. Decalog. lib. 7. cap. 32. num.76.;
57 quod verò attinet ad Bona aliuodè delata, tunc
demum locum sibi vindicet, quaudo agitur de
Regulari per promotionem ad Ecclesiam secu-
larem plenè subtracto à subjectione, & obe-
dientia proprii Mouasterii, & superioris Regu-
laris, adeòut nullam amplius habeat commu-
nionem cum Religione, aut dependeutiam ab
illa, in quibus sanè terminis loquuntur, & in-
telligendæ videntur Auctoritates supra citatæ
in §. *Et licèt*, dum quæstionem agunt de Regu-
lari, seù Monacho facto Episcopo, qui ratione
58 Dignitatis, ad quam evectus est, remanet per-
petuò exemptus, & liberatus à jugo Monasticæ
disciplinæ, absque ullâ prorsus dependentiâ,
sivè communicatione cum Religione, ut præ-
cæteris observat *R.P.D.Petra in locis suprà pro-*
ximè relatis, & alii infrà citandi.

At, quando Monachus per promotionem ad
Ecclesiam secularem solutus non est omninò à
vinculo Religionis, sed adhuc cum ea commu-
nicat, manetque subditus aliquo modo Superio-
ri Regulari, non est, cur io Bonis aliunde, quàm
ex reditibus Ecclesiæ quæsitis succedere non
59 debeat Monasterium, cujus favore urget ad-
huc eadem ratio subjectionis, & communionis,
quæ est causa acquirendi, ut post *Peregrin.cons.*
205. num.6. lib.3., qui alios refert, tradit *Sa-*
darin. respons.5. sub. num.34. vers. nulli dubium,
Castropal. oper. moral. part. 3. tract. 16. disput. 3.
punct 19. num.10., ubi, quod Monasterio ad ad-
quirendum sufficit possibilis communicatio Re-
gularis cum ipso, licèt actualis deficiat, & ità
distinguunt *Bartol.in leg.1. §. si fructuarius num.*
4., *& in dict. leg.si servus communis*, *aliàs si com-*
munis servus 37. num.6. ff. de stipul.serv., *& in*
leg.sed & si quis stipuletur §. Interdum ff. de usu-
fruct., *& Barbat. ibidem in addit.*, *Roman. in leg.*
si servus ejus, *qui num.10. ff. de acquir. hered.*,
Angel. institut.de stipulat. servor.§. final.num.1.,
Bald. in cap.in præsentia nu.16. de probat., *Auca-*
ran. in cap.cum olim il 2. in fin.de privil., & *alii*
apad Tapin in Auth. ingressi verb. sua cap.6. n. 6.
Cod.de sacros.Eccles., *optimè Sanchez ad præcept.*
Decalog. lib.7. cap.32. num.76. ibi = *sed in tanta*
opinionum varietate, *quando ex recepta consue-*
tudine aliud non constat, *placet sic distinguere*; *si*
Ecclesiæ illi præfectus Religiosus eximeretur inte-
grè ab Abbatis obedientia, *acquireret Ecclesiæ un-*
decumque acquisita, *quia cum nullam tunc habeat*
communionem cum Monasterio nil ei acquirit, *si ve-*
rò manet subditus Monasterio, *acquirit Ecclesiæ*
acquisita ex Ecclesiæ rebus, *vel operis suis*, *aliun-*
de verò quæsita acquirit Monasterio = *Bellett. dis-*
quisit. Cleric. part.1. §.8. num.6., *Layman. Theo-*
log. moral. lib.4. tract.5. cap.7. num.18., *Navarr.*
commen.4. de Regular. num. 69 Leonard. Less. de
justit. & jur. lib.2. cap.41. dub.11. num.92.

Porrò distinctio hæc omninò sequenda vide-
tur tamquam verioribus fulcita rationibus, & 60
solidioribus innixa fundamentis; nam si acqui-
sitio favore Monasterii pendet à subjectione, &
obedientia Monachi, illiusque communione
cum Religione, ut tradunt communiter Docto-
res, & præter mox citatos, advertunt *Nogue-*
rol. allegat. 26. num.206., *Bonacin. oper. moral.*
tom.1. tit. de Claustr.quæst.2 punct.9. §.4.difficult.
3. nu.16., & alii omnes, quot quot etiam io con-
trarium allegari possunt: nil proponitur, cur,
manente in Monacho ad Ecclesiam secularem
translato, eàdem causà subjectionis, & com-
munionis cum Monasterio, idem quoque ac-
quisitionis effectus favore Mooasterii manere
non debeat, ex suprà firmatis; hac igitur distio-
ctione retentà, ut in casu nostro rectè statui pos-
sit, utrum Ecclesiæ, vel Monasterio acquisita
fuerint fideicommissa expirata io persona P.Ar- 61
changeli, inspiciendum est, num ille per pro-
motionem ad Ecclesiam Parochialem Sarmati
liberatus omninò dici possit à jugo, & subjectio-
ne Religioois, vel potiùs illi subjectus reman-
serit, & communicare cum illa continuaverit,
quia in primo casu successio in dictis Bonis per-
tineret ad Ecclesiam; in secundo verò ad Mo-
nasterium, juxtà prænotatam distinctionem.

In hoc autem puncto ità communiter Docto-
res distinguunt: Nimirum aut Ecclesia pleno 62
jure subest Monasterio, & tunc Religiosus illi
præfectus manet subditus Abbati; aut Ecclesia
pleno jure pertinet ad Episcopum, & tunc Re- 63
ligiosus eximitur ab obedientia Abbatis, nullam-
que amplius retinet communionem cum Mo-
nasterio, quia tunc mutat subjectionem, tran-
sitque ab obedientia superioris Monasterii, ad
obedientiam Episcopi *Can. ne prò cujuslibet 16.*
quæst.1., *& Canon. si quis jam translatus 21.*
qu.2. cum aliis apud Chocbier. de Jurisd. Ordin. in
exempt. part.5. quæst.14. num.15. & seqq., *Ema-*
nuel. Rodriguez. tom.1. quæst. Regular. quæst. 34.
art.6., *Castropal. oper. moral. tom.3. tract.16.*, *de*
stat. Religios. disput.4., *de Vot. obed. punct.5. nu.*
3., *Sanchez ad præcept. Decalog. lib.6. cap.6 nu.*
36., *& lib.7. cap.29. num.64.*, *& cap.12. num.71.*
& 76., *R.P.D. Petra de Sac. Pænitent. part. 1.*
cap. 14. num. 6. & seqq., ideoque in hypothesi
dicendum videretur, P. Archangelum uti pro-
motum ad Ecclesiam secularem pleno jure
subjectam Ordinario, solutum omninò reman-

fisse à vinculo, & subjectione Religionis, cum
qua manendo in seculo cum habitu clericali,
nullam amplius communicationem habuisse vi-
detur, exemplo Episcopi, qui ob similem ratio-
nem ab omni prorsus subjectione, & commu-
nione Religionis sejunctus est, ex latè deductis
superioribus locis.

Verùmtamen veriùs crederem, P. Archan-
gelum à subjectione Religionis omninò solutum
dici non posse, & propterea successionem in
Bonis, de quibus agitur, spectare ad Monaste-
64 rium, quia certum est, Monachum quamvis
translatum ad Ecclesiam secularem, adhuc
manere verum Religiosum, & obligatum esse
ad observantiam regulæ in iis, quæ sunt com-
patibilia cum officio, vel Dignitate, ut de Epis-
65 copo testantur *Fab. de Anna cons. 45. a num. 84.*
Clar. in §. Testamentum quæst. 18. num. 7., *Molin.*
de Primogen. lib. 2. cap. 10. num. 28., *Cutell. de*
Donat. tom. 1. disc. 2. part. 3. num. 135., *& 150.*,
Marta de success. part. 4. quæst. 1. art. 4. num. 13.,
Bottiglier. de success. renunc. theorem. 73. num. 5.,
Fajard. in sua quæst. prò Episcop. Regular. in fin,
Suar. allegat. fiscal. à num. 25. & seqq., *Barbos.*
de potest. Episcop. part. 1. tit. 1. cap. 4. num. 15.,
& part. 3. allegat. 114. num. 105. & allegat. 144.
num. 58., *& vot. 101. num. 4.*, & de Parocho lo-
66 quuntur *Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 6. cap.*
6. num. 36., *Azor. lib. 12. instit. moral. cap. 19.*
quæst. 15., *Passerin. de stat. homin. quæst. 185. art.*
8. num. 280., *& seq.* & alii communiter eùm in
hoc eodem jure censendi sint Parochus, & Epi-
67 scopus, & habetur in *collectanea select. quæst.*
jur. quæst. 59. num. 13. tit. de Regul. jur., in præ-
cisis verò terminis Canonici Regularis ad Paro-
68 chiam secularem assumpti disponit Textus ex-
pressus in *Cap. quod Dei timorem 5. de stat. Mo-*
nach. verbis illis = *si annuendum duximus postu-*
latis, ut Plebani officium exercens, si commodè fie-
ri poterit, unum Canonicum Regularem tecum ha-
beas ad cautelam, cujus in his, quæ sunt Dei,
& regularis observantiæ, tàm consortio, quàm
solatio perfruaris =; dum enim ibi fit mentio Re-
gularis observantiæ, apertè innuitur, Canoni-
cum Regularem non esse ab illa solutum per as-
sumptionem ad Parochialem, ut docet Glossa,
& omnes scribentes super *dict. capit.*, qui præ-
tereà id maximè confirmare videntur, ex eo,
69 quod ajunt, Canonicos hosce Regulares ad Eccle-
siam Parochialem promotos teneri ad gestan-
dum habitum, & ad habendum Socium sui Or-
dinis adinstar aliorum Regularium, ut agendo
70 de habitu in specie quoad Canonicos Regulares,
tradunt *Gonzalez. in dict. cap. quod Dei timorem*
de stat. Monach. sub num. 6., *Murg. de Benefic.*
quæst. 2. num. 277. juncto num. 259., *R. P. D. Pe-*
tra ad Constit. 1. Anastasii IV. sect. 1. num. 42.,
ubi, quod etiam in Indultis dispensationum re-
tentio habitus præcipi solet, & de socio respectu
71 eorumdem Canonicorum loquitur Textus su-
pracitatus in *cap. quod Dei timorem*, qui ità sum-
matur = *Canonicus Regularis potest præfici Eccle-*
siæ Parochiali etiam seculari, sed debet habere
socium secum sui Ordinis, si commodè fieri potest =
& ibi præceteris *Hostiens. num. 1. Abb. num. 12.*,
& plenissimè *Granancet. num. 1., & seqq., & nu.*
8., qui plurimos etiam refert concordantes,
Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 6. cap. 6. nu. 39.,
Passerin. de stat. homin. quæst. 185. art. 8. num. 287.,
& generaliter de omnibus Religiosis, præter mox
citatum *Textum in cap. quod Dei timorem*, est *Te-*
xtus in cap. 2. de stat. Monach., quibus, præter
Doctores citatos, consonant *Emanuel. Rodriguez.*
quæst. Regular. tom. 1. quæst. 34. art. 6., *Murga de*
Benefic. quæst. 2. num. 277., loquentes etiam de
habitu, idemque in fortioribus terminis Episco-
pi Regularis quoad habitum sui Ordinis defe-
rendum, & quidem sub peccato mortali ex *Te-*
xtu in cap. Clerici 15. §. Pontifices de vit., *& ho-*
nest. Cleric. docuerunt *Div. Thom. 2. 2. quæst. 185.*
art. 8., *Sanchez. ad præcept. Decalog. lib. 6. cap.*
6. num. 22., *Peyrin. de subdit. quæst. 1. cap. 10. §.*
unic. vers. advertendum, *Lucarin. de Episcop. Re-*
gular. cap. 2. num. 326., *& seqq.*, *& nu. 351.*, *Pi-*
stach. de Vot. tract. 7. cap. 5. num. 11.

Ex his autem quamvis dicatur minimè infer-
ri subjectionem Religiosi Monasterio, sivè illius
superiori, cum stet benè simul, ut ille non de-
sinat esse Regularis, nec absolvatur à substan-
tialibus Regulæ, & nihilominus Prælato Regu-
lari non subsit, nec illi obedire cogatur, quia
votum obedientiæ translatum est ad alium Su-
periorem, qualis respectu Episcopi est Summus
Pontifex, & respectu Parochi est Episcopus
Abb. in cap. quod Dei timorem num. 9. de stat.
Monach., *Henrich. Boich. ibidem num. 8.*, *Ho-*
stien. num. 9., *Fagnan. num. 7.*, *idem in cap. in*
præsentia num. 70. de probat., *R. P. D. Petra de*
Sac. Pœnitent. part. 1. cap. 14. num. 6., *cum seqq.*,
attamen discursus iste locum sibi vindicare po-
test in Religioso facto Episcopo, cui ratione 72
Dignitatis, quæ illum reddit digniorem, & ma-
jorem constituit suo Prælato Regulari, minimè
congruit, imò repugnat subjectio eidem Præ-
lato, & disciplinæ, ac pœnis indictis à Regula
Sanchez. ad præcept. Decalog lib. 6. cap. 6. nu. 17.
ibi = *at dedecet Dignitatem Episcopalem, ità eum*
ad ejusmodi obligari, ut si egrediatur subjectus sit
pœnis: hoc enim minimè convenit Magistris perfe-
ctionis, quales sunt Episcopi, sed discipulis solis
Prælato subjectis &c. = Aliter verò res se habet 73
quoad Regularem effectum simpliciter Paro-
chum, quia cum Parochus nec Prælaturam,
nec Dignitatem obtinere dicatur *Sanchez ad*
præcept. Decalog. lib. 6. cap. 18. num. 28., sed sit
purum instrumentum in Cura animarum, non 74
dedecet, eum esse subjectum pœnis Regulæ, ut
loquit *Passerin. de stat. homin. quæst. 185. art. 8.*
num. 282., optimè *Sanchez dict. cap. 6. num. 36.* ibi
= *credo, eum teneri debito legali, subjacereque*
pœnis Regulæ, quia in Parocho non militat ratio,
quam de Episcopo tradidimus num. 18., & 19., ut
eum a pœnis, & obligatione legali eximamus, ut-
potè qui non est in statu Magistri perfectionis con-
stitutus, nec omninò a jugo Monasticæ Regulæ ab-
solutus = *Murga de benefic. quæst. 2. num. 289.*,
indeque fit, quod, si deponat habitum Religio- 75
nis, incurrat excommunicationem *cap. 2. ne Cle-*
ric.

rici vel Monachi in 6., ut benè docet *Div. An-*
76 *tonin.3.part.tit.16.cap. 5. in fin. princip., Silvest. verb. Religio 7. quæst.* 11., & deposito officio Parochi, redire tenetur ad suum Monasterium, & obedire Superiori Regulari instar cæterorum, quia exemptio illius non est ratione alicujus Dignitatis, ut in Episcopo, & Cardinalibus, sed ratione sulius officii, quod tunc cessat, ut admonet *Sanchez loc. supra citat., & Passerin. dict. quæst.185.num.284.*

Nil proindè refert translatio voti obedientiæ ad alium Superiorem, quia non semper ista translatio secumfert omnimodam exemptionem ab obedientia Superioris Regularis, sed eam tunc demùm inducit, quando talis obedientia incompatibilis est cum Dignitate Promoti, ut
77 contingit in Episcopo, qui nec etiam volens, potest se subjicere Superiori Regulari propter Dignitatem, quam retinet, etiam deposito E-
78 piscopatu, cujus ratione cum Papæ immediatè subjiciatur, non decet, eum alteri Prælato subesse, nec potest huic prærogativæ renun-
79 ciare, quæ Dignitati, non sibi concessa est *Passerin. dict. quæst. 185. art.8. num.186.*, cum igitur hujusmodi incompatibilitas cesset in Paro-
80 cho, in quo nulla Dignitas consideratur, sed purum officium ; translatio Voti obedientiæ quoad ipsum inducit quidem illius subjectio-
81 nem Episcopo ratione curæ, sed non importat omnimodam exemptionem à Prælato Regulari, quia absonum non est, quod Religiosus Parochus subsit Episcopo in iis, quæ respiciunt curam animarum, & Prælato Regulari subjectus sit quoad ea, quæ pertinent ad Monasticam disciplinam, juxtà notata per *Emanuel sà verb. Religio num.32., Fraff. de reg. Patronat. Indiar. cap.64. num.28., & seq., Murg.de Benefic. quæst.2. num.63. & num.274.*, & conferunt tradita per *Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 7. cap. 29. num.142., Pyrr. Corrad. in prax. dispens. Apostol. lib.6. cap. 1. num. 22. & seqq.*, ubi refert formulas dispensationum, quæ concedi solent
82 Regularibus ad Ecclesias Curatas assumendis, ex quibus patet, eas non concedi, nisi cum Decreto retinendi habitum Regularem, & redeun-
83 di ad claustra ad nutum Superioris Regularis, quod demonstrat subjectionem, optime *Riminald. jun. cons.301. num.37., & cons.342.nu.16.*, & comprobatur exemplo Regularis Parochi Ecclesiæ suo Ordini subjectæ, quem certi Juris est
84 subesse Episcopo in respicientibus Curam Animarum, in reliquis verò Abbati, ex latè deductis per *Murgam dict. quæst. 2. num. 242., & pluribus seqq., & passim apud alios.*

Fortiùs verò hæc urgent in casu nostro, quia
85 major quædam subjectionis ratio consideranda est in Canonicis Regularibus, quæ non viget in aliis Monachis: Alii enim Monachi sinè dispensatione Apostolica ex suo instituto sunt inca-
86 paces quorumcumque Beneficiorum secularium *Pyrr. Corrad. in prax. dispensat. Apostol. lib. 6. cap. 1. nu.2., Solorzan. de jur. Indiar. lib.3. cap. 26. num. 2., Tamburin. de jur. Abbat. tom. 3. disput.9. quæst.2. num.4., & 6.*, ubi plures allegat, plenè *Fraff. de reg. Patron. Indiar. cap.51. nu.34. & seqq.*, referens constitutiones, & Decreta Pontificia expressè prohibentia collationem Be- 87
neficiorum secularium etiam Curatorum Regularibus *Rota in Firmana Jurisdictionis 10.Maii 1700. §. Solùmque cum seqq. coram bon.mem. Molines, decis.40. post Monacell. formular.legal.part.* 2., quippè de jure secularia Secularibus, Re- 88
gularia Regularibus conferenda sunt *cap.cum de Beneficio 5.de Præbend. in 6., Tondut. resolut. Benefic. part. 3. cap. 109. num. 6., cum aliis apud Fraff. dict. cap.51. num.61., Rot. coram Mantic. decis.68. num.5., coram Cavaler. decis.80. num.1., coram Pen. decis.443. in fine, coram Seraph. dec. 287. num.4., decis.1165. num.12., & decis. 1305. num.4.*, ideoque Regularis obtinens Beneficium seculare cum dispensatione facit actum con- 89
trarium, & incompatibilem cum proprio Instituto, quâ ratinne ab illius observantia, & ab obedientia Superioris Regularis solutus videri potest, quia non habet obligationem servandi disciplinam Regularem extrà Claustra, ut observat *Bordon. oper. moral.tom.4.tract. de præced. Canonic.Regular.cap.7.argum.10. in fin.*

At longè diversa ratio est in Canonicis Regularibus, isti enim dicuntur Beneficiarii, *Azor.* 90
Instit. moral. part.2. lib.3. cap.26. col. 2. lit. D. in fine, & de jure, atque ex eorum instituto sunt capaces quorumcumque Beneficiorum secula- 91
rium, præsertim Curatorum absque ulla dispensatione Apostolica, *ad Text. in Cap. quod Dei timorem de stat. Monachor. ubi Abb. quæst. 70., Gonzal. num.5., Covar. in cap.2. num.3. de Testament.*, qui, dicunt, banc esse communem opinionem *Felin. in cap. in nostra nu.40. de rescript., Barbos. in cap. possessiones 10. num. 4. de reb. Eccles. alienand. vel non, Sadarin. resp. 43. num. 41., Paris. de resignat. lib.4. quæst. 5. num. 4. in fin., & firmavit Rota decis.5. num.2. de Jurepatron. in nov., coram Mantic. decis.48. num.2., coram Serapain. decis. 1269. num. 1. & 2., & latè tuentur Pennot. lib.3. Histor. Canon. Regular. cap. 72., Bordon. oper. moral. tom.4. tract. de præced. Canon. Regular. cap. 7. tit. de jur. Paroch., Vivian. de Jurepatron. lib.6. cap. 2. in addit. num. 47., Tamburin.de jur. Abbat. tom.3. disputat.9. quæst.8. num. 21. cum seqq., Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. Gloss.7. num.33. vers.ceterum*, ubi in secunda editione sui operis corrigendo ea, quæ in priori editione dixerat respectu Canonicorum Regularium de necessitate obtinendi dispensationem Apostolicam, amplectitur sententiam illis favorabilem *Murg. de Benefic.quæst.2. a num. 249. usque ad 259.* allegans etiam *decis. 10. nu. 9. & decis. 11. nu.4. impress. post suu commentar.*, in quibus explicatur contrarium Decretum *fan. mem. Gregorii XIII.*, ut benè etiam illud declarant *Pennot., & alii mox citati.*

Inde autem sequitur, quod Canonici Regulares acceptando Beneficium seculare non dicuntur deflectere, aut eximi à proprio Instituto 92
Regulari, quinimò illud exercere, ad notata in puncto per *Bordon. d. cap. 7. argum. 9. & 10.*, & idcircò, integrâ in ipsis manente observantiâ Re-

gulæ, & proprii Instituti, subjectio quoque
93 Prælato Regulari manere debet in iis, quæ
officium Parochi non respiciunt, cum nulla in
his terminis considerari possit incompatibili-
tas, propter quam cessare debeat dicta subje-
ctio, quam non tollit exercitium Curæ, idem
propterea cum non operetur, ut liberati cen-
seantur ab observantia Regulæ, ad quam per
professionem adstricti reperiuntur, eos nec
etiam eximit ab obedientia, quam Superiori
Regulari exhibere tenentur, ut præcisè loquen-
do de Canonicis Regularibus dixit *Rota in una Vratislavien. Manutentionis 22. Junii 1703.
§. Multòque magis coram R̃mo Lancetta Decano*.
Quamobrem justâ ratione Summus Pontifex *Be-
nedictus XII.* speciali sua *Constitutione*, quæ est
in ordine *la 6.*, & incipit *Ad decorem Bullar.
tom.1. fol. mihi 259.* præcepit Canonicis Regu-
94 laribus qualiacumque Beneficia, etiam Sedis
Apostolicæ auctoritate, vel Legatorum ipsius
obtinentibus, obedire Superioribus Religionis,
ipsorumque subesse correptionibus, ordinatio-
nibus, punitionibus, & statutis, ut diserte le-
gitur sub *§. 32. d. Constitutionis*, quæ cum uni-
versaliter loquatur, omnia Beneficia tàm Re-
gularia, quàm Secularia complectitur, nec ad
Regularia dumtaxat restringi valet, præsertim
95 quia de iis supra in *§§.* antecedentibus disposi-
tum est *Abb. in d.cap. Quod Dei timorem nu.9.*,
Sanchez. ad præcept. Decalog. lib.6. cap.6. in fin.,
& ita *hanc Constitutionem* intelligit *Bordon.in sua
allegatione apologetica pro Canonicis Lateranen-
sibus cap. 7. argument. 3. num. 44. impress. in fin.
tom. 4. Oper. suor.* Quæ demum eorum subjectio
96 Superiori Regulari confirmatur ex formula Pro-
fessionis ab ipsis emitti solita, quam refert *Bor-
don. tom. 3. resol. 92.*, in ea quippe promittunt
Abbati perpetuam obedientiam usque ad mor-
tem, ideòque intelligi debet etiam in casu, quo
provisi sint deBeneficiis Secularibus, quorum ca-
97 paces sunt ex proprio Instituto,& absque ulla pe-
nitus immutatione Regularis disciplinæ, quin-
immò cum illius perfectione, & adimplemento,
quod præcipuè respicit subjectio, & obedientia
debita Prælato Regulari, ut bene hos Canonicos
distinguendo ab aliis Religiosis,declarat *Bordon.
d.cap. 7. argum. 10. per tot.*

Idque sanè in casu nostro agnovisse videtur
Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium,
dum non semel, aut bis, sed decies requisita à
P. Archangelo pro facultate testandi, semper
rescripsit pro informatione Procuratori Genera-
li Religionis, non autem Ordinario Loci, & re-
luctante Procuratore Generali,nunquam ille po-
tuit petitam facultatem obtinere; & rectè qui-
dem hæc illi denegata fuit, nam ejus Bona jam
Monasterio quoad proprietatem quæsita erant:
cum ipse nunquam à corpore Congregationis
sejunctus dici posset, sed adhuc manente sub
jurisdictione sui Abbatis, eò quod per promo-
tionem ad Beneficium seculare nullam Dignita-
tem, aut Prælaturam secumferens effectus non
98 fuerat instar Clerici secularis ab obedientia
Abbatis exempti, sed solùm habilitatus cense-
batur, ut degere posset extrà Claustra *Berous in
cap. in præsentia num.549. de probat.*, *& consil.26.
num.18.*, *& seqq. lib.1.*, *& inter suas quæst. fa-
miliar. quæst.83. num.6.*, *Riminald.Jun. consil.341.
num. 30.*, *& plurib. seqq.*, *& num. 72.*, *& consil.
342. num. 12.*, *& seqq.*, *& num. 33.*, *& seqq.*,
Gubb. consult. decis.13. num.24., *Sanchez. in præ-
cept. Decalog. lib.7. cap 32. num.81.*

Ex quibus profectò arguere sic licet; nimi-
rum. Aut verum est, quod generaliter omnes
Regulares provisi de Beneficiis Curatis, etiam
secularibus manent subditi proprio Superiori
Regulari, eò quod in istis cesset illa ratio incom-
patibilitatis, quæ consideratur in Episcopo, ex su-
pradictis, & id æquè procedere debet etiam in
Canonicis Regularibus, qui æquiparantur Mo- 99
nachis, & eodem jure cum illis censendi sunt,
juxtà *Text. in d. cap. quod Dei timorem* ibi = *qui
etsi à Sanctorum Monachorum consortio non puten-
tur sejuncti &c* = *de stat. Monach.*, *Rot. coram Ca-
valer. decis.606. num. 2.*, maximè illi nostræ
Congregationis S. Salvatoris, de quibus in spe-
cie loquitur *Card. de Luc. de præemin. disc. 24.* 100
num.3., *de Regular. disc.36. num.10.*, *Monacell.
in formular. in appendic. ad tom. 1. in Decret. de
Canonic. Regular. fol. 316.* Aut verò respectu ce-
terorum Regularium dubitari potest, an post-
quam provisi fuerint de Beneficio aliquo Cura-
to, vigeat adhuc d. subjectio, & dubium om-
ne prorsus cessat quoad Canonicos Regulares,
ex specialibus rationibus eorum respectu urgen-
tibus, & superiùs expensis, & præsertim ex d.
peculiari *Constitutione san. mem. Benedicti XII.*,
quæ omnem penitus difficultatem in hoc puncto
submovere videtur.

Patet itaque ex his, quæstioni, ac Causæ, de
qua agitur, minimè applicari distinctionem su-
pra allatam inter Ecclesiam pleno jure subje-
ctam Monasterio, & aliam subjectam Episcopo,
pro dignoscendo nimirum quandonam Regula-
ris Ecclesiæ Parochiali præpositus, exemptus
dici debeat, vel non, ab obedientia Superioris
Religionis; illa namque etsi locum habere pos-
set in aliis Regularibus, in quibus, cum agitur
de Ecclesia Seculari pleno jure subjecta Episco-
po fortasse considerari valet exemptio ab obe-
dientia, & subjectione Prælati Regularis pro-
pter repugnantiam, & incompatibilitatem pro-
prii Instituti. Aliter tamen res se habet in Ca- 101
nonicis Regularibus, quorum respectu cessat
omnis repugnantia, & incompatibilitas Regu-
læ, & præterea concurrit specialis subjectio in-
ducta per d. *Constitutionem Benedicti XII.*, cui
quidem subjectioni secumferenti communionem
cum Religione nihil obesse potest permanentia
extrà Claustra, etiam in habitu Clericali, ex
qua arguebatur totalis sejunctio à communione
Religionis; quia sicut habitus non facit Mona- 102
chum, sed regulæ monasticæ professio *Sanchez.
ad præcept. Decalog.lib.6. cap.8. nu.8.*, ita ad ef-
fectum communicandi cum Religione non est
necessaria delatio habitus, minùsque cohabita- 103
tio, & convictus, nam vivere in communi est
conditio accidentalis Religioni, ut ait *Suarez.*
de

de Religione tom. 4. tract. 9. lib. 1. cap. 7. num. 5.
vers. conveniat, *Sadarin. resp.43. num.* 40., ac
ideò vivens extra Monasterium de licentia Su-
104 perioris, adbuc Monasterio acquirit, quia ma-
net verus illius Religiosus, nisi sit specialiter
exemptus ab illius obedientia, ut docet *San-
chez. ad præcept. Decalog. lib.7. cap.32. num. 60.,
& seq.*
Frustrà verò affertur exemplum Episcopi,
cum magna inter Episcopum, & Parochum in-
tercedat differentia, ille enim in eo, quod respi-
cit communionem cum Religione, & obedien-
tiam Superiori Regulari, habetur perinde ac si
105 mortuus fuisset, propter videlicet Dignitatem,
quæ ipsum omnino, & perpetuò liberat à tali
subjectione, adeout nec etiam volens possit un-
quam sub illa redire, ut suprà firmavimus. Et
hæc est ratio, propter quam Religiosus factus
Episcopus Ecclesiæ, non Monasterio acquirit
hereditates, sivè successiones purificatas post
assumptionem ad Episcopatum, quia nimirum,
licèt Munasterium haberet jus ad illas, tamen
hoc jus erat conditionale, & annexum personæ,
ac dependens à vita Religiosi, & ejus perma-
nentia in Monasterio, quare, eo purificato post
assumptionem ad Episcopatum, non ad Mona-
sterium pertinet, sed ad Ecclesiam, quia sequi-
tur personam, & respectu Monasterii persona
Religiosi habetur ac si mortua esset, ut benè
post alios explicant *Lucarin. de Episcop. Regular.
cap.2. n.23.*, *Passerin. de stat. homin. quæst. 185.
artic.8. num.* 200., quæ quidem ratio non militat
in simplici Parocho, præsertim ex Ordine no-
stro, qui respectu Monasterii non habetur pro
mortuo, cum ad illud non solùm possit quando-
cumque, verùm, deposito officio, omninò redire
106 teneatur *Sanchez. d. lib. 6. cap.6. num. 36.*, *Pas-
serin. d. quæst.185. num.* 284., quapropter sem-
per retinere videtur cum Monasterio communi-
cationem saltem habitualem, & possibilem,
107 quæ sufficit ad effectum acquirendi eidem Mo-
nasterio *Castropal. oper. moral. part. 3. tract. 16.
dispat.3. punct.19. num.10.*
Nullo itaque pacto obesse possunt Jura, & au-
ctoritates in contrarium allegatæ, quibus tra-
108 ditur, Regularem promotum ad Ecclesiam Se-
cularem acquirere Ecclesiæ, non Monasterio,
quia pleræque loquuntur in terminis Episcopi,
ut de eo sunt *Textus in canon. Statutum* 18. *quæst.
1., & in cap. Cum olim 14. §. Prætereà de privi-
leg.*, cum aliis supra adductis in *§. Et licèt*, &
ideò locum non habent in Parocho, ex rationibus
supradictis. Aliæ verò, si quæ loquuntur in ter-
minis Parochi Ecclesiæ Secularis, procedunt
cum supposito, quod ob talem promotionem
Regularis solutus penitus remaneat ab obedien-
tia, & subjectione Monasterii adinstar Episcopi,
quod vel nullo pacto subsistit, ex iis, quæ supra
latè demonstravimus, vel ad summum locum
habere potest respectu aliorum Regularium,
109 non autem quoad nostros Canonicos, in quibus
viget specialis subjectio tum ratione Instituti,
tum ratione supradictæ Constitutionis Bene-
dictinæ. Et demum, quando hæc omnia deessent,
exuberaret nostro Monasterio sola consuetudo,
& observantia, quæ adesse supponitur ejus fa-
vore super jure faciendi spolium cujuscumque 110
Canonici extrà claustra cum Beneficio Seculari
morientis ad exclusionem Ecclesiæ. Hanc enim
consuetudinem etiam contrariæ auctoritates 111
præservant, ut videre est apud *Less. de Just., &
Jur. lib.12. cap.41. dub.11. num.89.*, *Sanchez ad
præcept. Decalog. lib.7. cap. 32. num.61. & 76.*
Quæ cum ità sint, & plenè his omnibus con-
stabilita videri possit successio in Bonis, de qui-
bus agitur, favore Monasterii, exclusà Eccle-
sià Parochiali Sarmati; agendo nunc de tran-
sactione inita à P. Archangelo cum sororibus
anno 1702., dicimus, & sustinemus, præju-
dicium nullum ex ea illatum fuisse Monasterio,
jus enim illius in transactione deductum non
fuit, quin potius manifestè præservatum vide- 112
tur, dum transactio inita apparet à d. P. Ar-
changelo = *a nome proprio. & ex propria perso-
na, e non a nome di detta sua Chiesa, o di altro
Beneficio &c.* = eademque continet solum ces-
sionem jurium ipsi P. Archangelo competen-
tium = *tali, e quali al medesimo competino, e non
altrimenti &c.* = cum promissione evictionis
dumtaxat ex dato, & facto proprio, ideoque
habita videtur ratio solius personæ P. Archan-
geli, cum qua transactio expiravit, *Mangil. de
evict. quæst.11. num.20.*, certius, quia id ipsum
suadet tum conventio annuæ præstationis re- 113
strictæ ad vitam P. Archangeli, & ad solum ejus
commodum factæ, nihil penitùs reservato fa-
vore Ecclesiæ, vel Monasterii, tum etiam ani-
madversio, quod transactio stipulata fuit absque
Beneplacito Apostolico. Unde metiendo volun-
tatem à potestate, dicendum est, prò suo tan-
tum jure P. Archangelum transegisse, quia, si
etiam jus Ecclesiæ, aut Monasterii in transa-
ctione comprehendere voluisset, aliquid etiam
favore illorum reservari curasset, & Benepla-
citum adhibitum fuisset, sinè quo transactio jus,
& vitam Transigentis excedere non poterat, 114
*cap. veniens, & ibi Gloss. verb. confirmatum, &
Abb. nu 2. de transact.*, *Rota coram san. mem. Gre-
gorio XV. decis. 152. num. 1.*
Quinimmò, quatenus etiam jus Monasterii in
transactione deductum dici quoquomodo posset
(quod nullo pacto affirmari valet) illa in præ-
judicium ejusdem Monasterii sustineri minimè
posset, quia cum P. Archangelus non haberet
plenum dominium dictorum Bonorum, sed ea 115
tantùm sibi quoad usumfructum, Monasterio
autem quoad proprietatem essent delata, per
Text. in Canon. statutam 18. quæst. 1. idque ra-
tione voti paupertatis prohibentis Religioso ac- 116
quisitionem dominii *Sanchez ad præcept. Deca-
log. lib.7. cap.18. num.23., & seqq.*, quod qui-
dem votum etiam Canonici Regulares emit-
tunt, ut apud *Tamburin. de jur. Abb. disp. 25.* 117
quæst.1. num.271., & eo minimè liberantur per
translationem ad Ecclesiam Secularem, ut in 118
puncto Canonici Regularis probat *Text. in cap.
cum olim 14. §. Præterea de privileg.*, *Bordon. in
Apologet. pro Canonic. Later. num.65.*, & gene-
rali-

raliter de aliis Regularibus *R. P. D. Petra ad*
Constitut. II. Clementis IV. num. 9., & pluribus
seqq. tom. 3., ac etiam alibi, & est communis
opinio recepta etiam per *Rot. decis. 115. num. 5.,*
& seqq. part. 4. tom. 2. rec. inde sequitur, quod
dict. P. Archangelus disponendo, & sibi præju-
119 dicando in usufructu, præjudicium nullum ir-
rogare potuit Monasterio respectu proprietatis,
quæ in sua potestate non erat, sed Monasterii,
benè *Capon. discept. 97. num. 14., Passerin. de*
stat. homin. quæst. 185. num. 202., & seqq., R. P.
D. Petra ubi supra num. 34. & seqq., Rota decis.
215. a nu. 9., & pluribus seqq. part. 4. tom. 2. rec.,
120 ubi etiam, quod tali casu Monasterium potest
agere pro Immissione, *& leg. fin. Cod. de Edict.*
Div. Hadrian. tollen., non attentâ renunciatio-
ne, sivè repudiatione Monachi, quia licèt scrip-
ti heredis nomen propriè non obtineat, illud
121 tamen habet legis interpretatione, quæ idem
operatur, ut tradunt etiam alii mox citati, &
conferunt ea, quæ supra diximus in examine
tertiæ renunciationis, ubi concludenter proba-
vimus in Religioso defectum potestatis quid-
quam agendi in præjudicium Monasterii, etiam
quoad res ex persona sua Monasterio delatas,
122 quia cum omnia illius jura per professionem di-
rectè, & immediatè transierint in Monaste-
rium, nulla ampliùs apud Monachum rema-
net facultas de illis disponendi, adeout sivè re-
nunciando, sivè repudiando, sivè transigendo,
& his similia agendo, Monasterio nocere non
valeat, actus enim hujusmodi tamquam facti
super re non sua nullatenus subsistere valent,
123 nisi tendant in evidentem Monasterii utilita-
tem, cum Monachus habeat velle, & nolle in
utilibus, non verò in præjudicialibus, ex ibi de-
ductis.

Tantum verò abest, quod ulla Monasterii
utilitas in casu nostro adesse dici queat, ut po-
124 tiùs evidens illius damnum perspicuum fiat ex
eo, quod Monasterium nihil in dicta transa-
ctione recepit correspectivè ad cessionem Bono-
rum sibi competentium, nam promissa fuit so-
lum annua præstatio, ad vitam P. Archangeli,
absque eo, quod Monasterio post illius obitum
quidquam remaneret: Undè proculdubio ne-
dum deficit utilitas, sed è contra evidens dam-
num Monasterio ex dicta transactione illatum
fuit, ad tradita per *Rodoan. de reb. Eccles. non*
alienand. quæst. 20. num. 101., & seq., Rosa de
execut. liter. Apostol. cap. 4. num. 314., Rota co-
ram Bich. decis. 375. nu. 4., in rec. decis. 318. nu.
19., & seqq. part. 5. tom. 1., & per consequens
125 actus corruit ex defectu potestatis, maximè
quia res erat de jure jam purificato, & Mona-
sterio perfectè quæsito per aditionem P. Ar-
changeli, quæ inducta dicitur solà petitione
126 hereditatis *Bartol. in leg. gerit ff. de acquir. he-*
red., Mantic. de conject. lib. 12. titul. 11. num. 1.,
Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 100. num.
10., Crass. in §. Acquisitio hereditatis quæst. 7.
num. 4., Mart. de success. legal. parte 4. quæst. 14.
art. 2. per tot. Immò ex ipsa transactione; ut
probat *Card. de Luca de heredit. disc. 8. num. 4.,*
undè eò minùs illi præjudicare poterat, ex infrà
allegandis.

Quamvis reverâ aditio hujusmodi respectu
Monasterii necessaria non esset ad effectum ac- 127
quirendi hereditatem, cum Monasterium ex
se, & absque ullo facto Monachi, immò etiam,
eo inscio, & quod magis est, invito, & reluctan-
te illam adire, & capere possit, ad plene firma-
ta per *Capon. discept. 97. nu. 1., & pluribus seqq.,*
& præsertim sub num. 8. vers., & quod Monacho,
ubi quod, Monacho invito, & non adeunte,
Monasterium potest adire ipso mortuo vigore 128
primæ acquisitionis sibi factæ tempore ingres-
sus, cum omnia Jura Monachi acquirantur Mo-
nasterio, in quod transfertur voluntas, & po-
testas, nullâ habitâ ratione personæ ejusdem,
non omittendo, quod in omnem eventum Mo-
nasterio competat restitutio in integrum adver- 129
sus talem acquisitionem non factam, ut ex *Ca-*
pon., & benè etiam notat R. P. D. Petra ad Con-
stitut. 4. Innocentii IV. sect. 1. num. 29., & num.
37., ubi, quod Professus nequit aliquo modo
præjudicare successioni debitæ Monasterio ex
ejus persona, cum in hac nullam habeat, nec 130
potestatem, nec voluntatem, & rursus ad *Con-*
stitut. II. Clementis IV. num. 35., ubi quod post
aditionem & sic post jus Monasterio perfectè
quæsitum, certum est non posse præjudicare, 131
ut in specie dixit etiam *Rota decis. 125. num. 15.,*
& seqq. part. 4. rec. tom. 2.

Præter defectum utilitatis concurrit etiam
ad inducendam nullitatem dictæ transactionis 132
defectus Beneplaciti Apostolici, quod procul-
dubio requirebatur, tametsi ageretur de Bonis
nondum Monasterio incorporatis, *Add. ad Gre-*
gor. decis. 418. num. 17., Adden. ad Burat. de-
cis. 690. num. 18. in fin., Rot. coram Coccin. dec.
301. num. 1., & benè Monacell. in formular. Ec-
cles. tom. 1. tit. 5. formular. 15. à num. 21. & 22.
ibi = *Beneplacitum Apostolicum exigitur etiam in* 133
transactione, quâ ceduntur jura super Bonis præ-
tensis ab Ecclesia, quamvis illa non possideat, sed
aliquid aliud loco Bonorum recipiat = testans, hanc
sententiam sequutam fuisse Sac. Congregatio-
nem Concilii in *Asculana Beneplaciti 14. Fe-*
bruarii 1699., & reprobatos fuisse Doctores con-
trarium sentientes, & affert rationem, quia fa- 134
vore Ecclesiæ dominium Bonorum dicitur sta-
tim absque aditione in eam translatum. Qui
porrò Beneplaciti defectus eò fortiùs urget in
casu nostro, quia post toties P. Archangelo de-
negatam facultatem testandi, justâ ratione af-
firmare possumus, quod, si illud petitum fuisset,
Sacra Congregatio denegasset ob defectum uti-
litatis Monasterii, quod nihil per dictam tran-
sactionem recepit, eadem manifestè apparuis- 135
set illi damnosa *Corrad. in prax. dispensat. Apo-*
stolic. lib. 9. cap. 4. num. 20., Caval. decis. 46. nu.
164., Pamphil. decis. 135. nu. 31., Rot. dec. 206.
num. 5. & seqq. part. 16. rec., quamobrem nul-
litas ejusdem transactionis sinè utilitate Mona-
sterii, & sinè Beneplacito factæ in dubium re-
vocari non potest, *Turricell. de reb. Eccles. non*
alien. part. 1. cap. 1. num. 9.

Ea-

Eadem verò evitari nequit sub obtentu, quod
136 Monasterium foveret malum jus super Bonis per transactionem dimissis, quo casu Beneplacitum non requiri, dixit *Rota in Marsicana Abbatiæ 1. Julii 1720. §. Constabilito coram R̃ma Crispo Archiepiscopo Ravennatea.*, quia de bono jure Monasterii satis superque constat ex supradictis, quibus demonstravimus, Bona, de quibus agitur, pertinuisse ad P. Archangelum, non curatis renunciationibus ab illo emissis, &, eo superstite, Monasterio quoad proprietatem, post illius verò obitum pleno jure quæsita fuisse.

Resolutis quinque prioribus Dubiis, reliquum modò est, ut agamus de sexto, atque postremo respiciente compensationem eujusdam crediti reperti in hereditate P. Archangeli: cum annua præstatione duplarum centum soluta eidem P. Archangelo; suppositâ enim nullitate transactionis, cujus vigore soluta fuit dicta annua præstatio, D. Comes Scottus petit, illam compensari cum dicto credito ad effectum evitandi illius solutionem; at paucis ab hoc dubio nos
137 expedimus, quia creditum hereditatis est certum, & liquidum, nullamque admittit exceptionem, cum ipse Comes Scottus id fateatur allegando compensationem, *Rota coram Ubag. decis.47. num.4., coram Bich. decis.166. num.2., in rec. decis. 33. num. 2. & 3. part. 5. tom. 1.*, vice autem versâ debitum ipsius hereditatis desumptum ex dicta annua præstatione ab Archipresbytero recepta, nullo pacto subsistit, quia aut transactio est valida, & sustinetur, utpotè facta super juribus tantùm Archipresbytero competentibus, &, licèt, eo defuncto, resoluta dicatur, locus tamen non est restitutioni dictæ annuæ præstationis, quæ cum promissa, & recepta appareat correspectivè ad cessionem jurium dicto Archipresbytero competentium su-
138 per fideicommissis majorum, eo ipso, quod dicta cessio habuit effectum suum in vita ejusdem Archipresbyteri, ad quam illius jura restringebantur, ità etiam viceversà præstatio soluta habuit suam causam correspectivam, & æquivalentem, adeout indebitè soluta dici nequeant, & consequentèr cessat illius repetitio, ad tradita, per *Pegas resol. for. cap. 7. num. 62. vers. limita 14., Rota coram Duran. decis. 155. sub nu. 19. vers. in quo non agitur, coram Merlin. dec. 522. num.2., in rec. decis. 117. num.43. part. 12., decis. 128. num. 9. part. 15.*

Aut transactio est nulla ex eo, quod compre-
139 hendat etiam jus Monasterii, & nihilominus restitutio nulla dictæ annuæ præstationis competeret, quia Monasterium non transegit, nec quidquam accepit, sed Monachus, qui non potuit illi præjudicare, *Urceol. de transact. quæst. 89. num.25., Rota coram Coccin. decis. 1767. num.8.*, id namque favore Ecclesiæ, & Minorum, quo-
140 rum jure censetur etiam Monasterium, receptum est, ut restituere non cogantur, nisi illud,
141 ex quo constet factos esse locupletiores, ut pluribus adductis, in specie advertit *Urceol. de transact. d. quæst. 89. num.7. & seq., Rota coram Ludovis. decis. 355. num. 7., ibique Adden., & coram Arguell. decis. 18. num. 10.*, quæ quidem locupletatio ab allegante alioquin probanda, *Surd. cons. 290. sub num 50., Gratian. discept. 101. num.8., Cirocch. discept. 71. num. 53. in fin., Rot. coram Arguell. d. decis. 18. num. 21.*, verificari nequit in casu nostro, eò quod Monaste-
rium, ut supra dictum est, nihil accepit, propte- 142
reaque palam inde fit, restitutioni locum non esse. Imo verò, quando etiam restitutio locum haberet, fieri non posset sinè Beneplacito Apostolico, optimè *Urceol. d. quæst. 89. num. 8., Rot. decis.42. num.15. part. 8. rec., & coram bon. mem. Emerix jun. decis. 1169. num.7.*, admonendo præterea, quod rationes hujusmodi satis essent ad
evitandam restitutionem annuæ præstationis 143
etiam in casu, quo transactio nulla diceretur tamquàm facta ex falsa causa, nimirum cum supposito quod renunciationes non obstarent P. Archangelo ad effectum succedendi in fideicommissis, de quibus agitur, quando, ut contendit D. Comes Scottus, verè illi obstabant. At quia reverà nullitas ex isto capite non subsistit, cum, ex suprà firmatis, plenè demonstratum sit, renunciationes P. Archangelo non obstare; ideo superfluum duximus de hoc secundo nullitatis casu pleniùs agere, putantes sufficere innuisse pauca hæc, ex quibus perspici satis potest, quod, aut nullum existit debitum Monasterii, cum quo compensatio fieri debeat, aut, cum illud saltem valde turbidum sit, & altiorem indaginem requirens, adeout frustra alle-
getur compensatio cum credito liquido, & cer- 144
to, nullamque exceptionem admittente, per *Text. in leg. final. Cod. de compens., Surd. decis. 184 num.6., Rot. Florent. apud de Comitib. dec.10. num.24., Rota nostra coram Bichio decis.23.n.19., & seqq., coram bon. mem Emerix jun. decis. 64. num. 6. & 7., & coram Emerix jun. decis. 155.*
num. 35. & seqq., nemo enim compensare po- 145
test, quod sibi non debetur *Rot. decis. 239., & decis. 338. utrobique num.7. part. 10., decis. 217. num.7. part. 14.*, ubi, quod compensatio non
potest allegari contra non Debitores, *decis.338.* 146
num. 9. part. 18. tom. 1., & decis. 380. num. 32. part. 19 rec., sivè quod dubium est, an sibi de-
beatur, *Rot. decis. 106. num. 15. part. 12. rec.* 147

Donationis.

Donatio facta sub conditione, ne illa evulgetur ante Donatoris obitum, neve molestiæ inferantur certis personis, si ex facto, aut culpâ Donatarii, vel alterius cujuscumque evulgetur, vel molestiæ inferantur, in irritum cadit. Donatio quando conditionalis potius, quàm modalis censenda sit, copiosè hic disputatur. Quando item pura, & simplex, an potius ex certi Matrimonii caussâ dici debeat? Donatio in eo, quod excedit quingentos aureos, nisi insinuata fuerit, aut insinuationis legibus sub jurisjurandi religione renunciatum sit, viribus caret. Juramentum non importat clausula *& in fede*. Testimonium Matris

tris filiæ non prodeſt pro captando donationis emolumento.

VOTUM XXXVII.

1 *Donans rei ſuæ, quam velit legem, dicere poteſt.*

2 *Et, ſi lex non ſervetur, poteſt repetere id, quod donatum eſt.*

3 *Donatio facta eà lege, ne ullo modo evulgetur, neve moleſtia inferatur certis perſonis, in irritum cadit, ſi pateſiat, & in carcerem conjiciantur perſonæ illæ.*

4 *Donatio, & alia diſpoſitio ſub conditione non inferendi moleſtias ſit irrita, ſi inferantur.*

5 *A donationis commodo filia excludi non debet ex facto, & culpá Matris.*

6 *Teſtimonium Matris prodeſſe filiæ pro conſequenda amplá donatione, abſurdum eſt*, & num. 76.

7 *Teſtimonium Conſanguineorum non recipitur, niſi ſint extra tertium conſanguinitatis gradum.*

8 *Silentium a Donatare anxiè indictum improbari nequit teſtimonio Matris contrarium adfirmantis pro Filia donataria.*

9 *Conditio ne potius, an pœna ſit, Teſtatoris voluntas ſpectanda eſt.*

10 *Conditionem voluntas facit, non ſerma.*

11 *Diſponentis voluntas potius, quàm verba ſpectanda ſunt.*

12 *Diſpoſitio conditionalis potius, quàm pœnalis cenſenda eſt.*

13 *Nomina demonſtrant voluntatem dicentis.*

14 *Donatio iis conditionibus alligata cenſenda eſt, quas ferunt verba.*

15 *Dictiones* = ſe, & dato chè = *conditionem exprimunt.*

16 *Conditio appoſita ademptioni, vel in quacumque diſpoſitionis parte conditionalem efficit diſpoſitionem*, & num. 18.

17 *Sub conditione ademptum, ſub contraria conditione datum intelligitur.*

19 *A conditione ademptioni donationis poſita pendet ipſius donationis effectus, vel annullatio.*

20 *Heres ſub conditione inſtitutus, eà pendente, hereditatem adire non poteſt.*

21 *Etiamſi conditio adjecta fuerit ademptioni hereditatis.*

22 *Conditionalis donatio eſt, ſi effectum ſortiri debeat poſt obitum Donataris, &, ea vivente, implendæ ſint conditiones donationi adpoſitæ.*

23 *Pœna, & privatio locum, non habent, niſi poſt quæſitum emolumentum.*

24 *Conditionem præſefert excluſio ante adquiſitionem facta.*

25 *Conditionem exhibet onus, quod injungitur ante quæſitum emolumentum*, & num. 27.

26 *Excipe, niſi plures & validiſſimæ præſumptiones contrariam Diſponentis voluntatem oſtendant.*

28 *Onus, quod præcipuè reſpicit favorem Donantis, & ſuæ voluntatis implementum, flectitur in conditionem.*

29 *Pœna non eſt annullatio actus in favorem alterius.*

30 *Pœnalis non dicitur diſpoſitio ſub conditione reſolutiva in favorem certæ perſonæ*, & n. 32.

31 *Adquiſitum ſub conditione reſolutivà non dicitur ſimpliciter adquiſitum.*

33 *Pœnalis non dicitur conditio reſpiciens favorem tertii, quamvis Teſtator uſus fuerit verbis* = ſub pœna privationis =.

34 *Diſponens ſub conditione faciliùs, quàm ſub pœna finem ſuum conſequitur.*

35 *Ad pœnam infligendam jura cautè procedunt.*

36 *Pœnæ excuſatio rarò deficit*, & num. 39.

37 *Conditionalis diſpoſitionis argumentum eſt enixa voluntas Diſponentis, ne filii moleſtias recipiant.*

38 *Conditio nihil requirit, præter nudum, ac ſimplex inadimplementum.*

40 *Pœnalis diſpoſitio dici nequit, quæ injuncta non eſt Donatariæ.*

41 *Pœna non eſt, ſi deſit crimen.*

42 *Delictum non eſt, ubi nullum præceptum, aut prohibitio.*

43 *Aretini theorica in* l. Titia centum ff. de verb. oblig. *locum habet, quoties inſtitutio ſit, vel onus impleri debeat poſt quæſitum emolumentum, vel contrariæ graviores non urgeant conjecturæ.*

44 *Conditione deficiente, non dicitur quis privari commoda donationis ex culpà alterius.*

45 *Conditio a facto alterius dependens, cùm deficit, non dicitur ſubſtitutus privari ex culpa.*

46 *Conditione deficiente, etiam ſinè dolo & culpa, corruit diſpoſitio.*

47 *Conditio poteſtativa dependens ab alio, quàm Donatario, quoad hunc caſualis dicitur*, & num. 49. & 52.

48 *Conditionis defectus, Diſponentis conſenſum excludit.*

50 *Ex facto alterius quis exheredari, vel hereditate privari non debet.*

51 *Intellige, quando effectus vocationis non pendeat a facto alterius ante rem quæſitam.*

53 *Donatio fieri poteſt ſub conditione, ut irrita fiat ex facto alterius.*

54 *In conditione pendente a facto alterius voluntas Diſponentis, non culpa ſpectanda eſt.*

55 *Conditionis ad certas perſonas non directæ adimplementum reſpexit Donans, non perſonas, a quibus impleatur.*

56 *Conditionis imperſonaliter adjectæ defectus irritam facit diſpoſitionem, cujuſcumque facto deficiat.*

57 *Reſpectus, quando ad rem ſit, non curatur, a quo fiat.*

58 *Donatio non inſinuata viribus caret in eo, quod excedit quingentos ſolidos.*

59 *Donatio nomen & eſſentiam ab inſinuatione recipit.*

60 *Donationis actus nonniſi ex deliberata voluntate geri debet.*

61 *Donatio per apocam privatam facta, ab inſinua-*

finuationis neceſſitate exempta non eſt , & num. *65*.

62 *Sicuti aliæ in quovis ſcripturarum genere comprehenſæ* .

63 *Inſinuatione magis egent donationes in privata ſcriptura comprehenſæ* .

64 *Scripturæ privatæ ſuſpectæ ſunt*, & num.*66*.

67 *Donatio inter conjunctas perſonas graviorem habet ſuſpicionem* .

68 *Domeſticis fraudibus facilè quid fingitur* .

69 *Donatoris renunciatio legibus inſinuationis, non valet* .

70 *Niſi jurejurando munita ſit* .

71 *Inſinuationi renunciari etiam cum juramento non poſſe aliqui docent* .

72 *Juramentum non exhibet clauſula* = & in fede = .

73 *Donatio non inſinuata revocari poteſt* .

74 *Donatio facta contemplatione certi Matrimonii inſinuationem non exigit* .

75 *Donatio contemplatione Matrimonii dicenda non eſt, ſi in apoca donationis nulla de Matrimonio habeatur mentio* .

76 *Teſtimonium vitrici idoneum non eſt* .

78 *Donatio contemplatione Matrimonii dici nequit, ad quod impulit ſpes futuræ donationis abſque certa ſcientia rei donandæ, vel perſonæ donaturæ* .

79 *Donatio inſinuanda eſt, licèt fuerit cauſa impulſiva Matrimonii* .

80 *Donatio, ne inſinuatione indigeat, prima, & finalis eſſe debet Matrimonii cauſſa* .

81 *Donationis ſpes occaſionem præbens Matrimonio, ei tamen correſpectiva non eſt* .

82 *Donans ex libera ſui voluntate, & placito correſpectivam donationem excludit* .

83 *Donationem puram, & ſimplicem declarant verba* = ſponte &c., ac titulo puræ, & irrevocabilis donationis = , *& num. 85*.

84 *Verba* = ſponte, & ob amorem = *aliam donandi cauſſam excludunt* .

86 *Etiamſi in proemio donationis conſiderata fuiſſet conſervatio familiæ Donatoris, vel contemplatio Matrimonii* .

87 *Donatio contemplatione certi Matrimonii non eſt, quæ vel alio, vel nullo Matrimonio ſecuto, effectum ſortita fuiſſet* .

88 *Donatio contemplatione certi Matrimonii reſolvitur, eo non ſecuto* .

89 *Donatio, non adimpletis conditionibus, & ſecuto etiam Matrimonio, defectura, contemplatione certi Matrimonii facta non eſt* .

90 *Correſpectivorum uno deficiente, alterum deficere neceſſe eſt* .

91 *Donatio poſt Matrimonium facta, contemplatione Matrimonii facta non eſt* , & num.93.

92 *Donationis cauſſa impulſiva eſſe poteſt Matrimonium antea contractum* .

94 *Donationem puram, & ſimplicem non excludit meritorum expreſſio, ſi adſint verba gratuitam donationem præſeferentia* .

NObilis vir Eques Hermannus donavit libras 10000. D. Annæ ex Antonio fratre prædefuncto nepti, ut ex apocha donationis his verbis conceptâ = *Io che ſcrivo, e farà di mia propria mano ſottoſcritta la preſente poliza, hò fatta, e faccio donazione irrevocabile* inter vivos, *che debba aver ſolamente luogo, e effetto, ſeguito l'ultimo mio paſſaggio, e morte, alla Signor' Anna figlia del quondam Signor' Antonio mio fratello di lire centomila moneta corrente, dichiarando, ed ordinando, che dal mio Erede, ò Eredi dentro di quattro Meſi le ſiano ſenza ripugnanza, e contradizione veruna prontamente sborſate, perche così mi è parſo, è pare, m'è piaciuto, è piace, obligando per l'adempimento di queſta mia volontaria diſpoſizione tutto il mio avere preſente, e avvenire, e gli miei Eredi, ò Erede, che ſono per chiamare, ò pure hò chiamati ad eſeguirla, e in caſo, che in qualunque modo, neſſuno ecettuato, faceſſero un minimo oſtacolo, li privo ora per all'ara della mia eredità, nè eſſendovene altro, ò altro in luogo loro, rimarrà inſtituito il più proſſimo: intendo nondimeno, che queſto ſcritto debba tenerſi ſigillato con li due ſigilli con l'acca, come da me ſarà conſegnato alla Signora Dorotea mia Cognata, Madre della ſudetta Signor' Anna, e ſe prima della mia morte ſi diſſigillaſſe, ſi moſtraſſe, e ſe ne parlaſſe, voglio, e dichiaro, che non abbia vigore alcuno, come non fuſſe fatto, volendo, che rimanga ſegreto, nè li Pretenſori rancore, e malevolenza, con patto di più, che non ſi moleſtino per via di giuſtizia, nè meno a ſoſpetto gli Uomini N. N., ſi potranno bene ſollecitare al pagamento, e mai ſotto qualſivoglia preteſto fargli catturare, e dato, che ſi faceſſe, tutto il ſopradetto ſii nullo, e vano &c.* = Quoniam verò neutra ex conditionibus, quibus Donans alligatam eſſe voluit donationem, extitiſſe, ſed utraque defeciſſe probabatur, idcircò idem Donator, condito poſtmodum teſtamento, illam irritam declaravit, eis teſtamenti verbis = *Avendo gli anni addietro data al Notaro N. la mia ultima volontà in ſcritto di mia propria mano, adeſſo per molte cauſe, e gravi ſon riſoluto di mutarla, e annullarla, perciò annullo, e caſſo quanto hò in eſſo determinato, e voglio, che ſolo queſto abbia forza, e vigore. Inſtituiſco pertanto mio erede univerſale, ſuppoſta la mia morte, il Signor' Aleſſandro mio Nipote, e ſapendo aver fatte due donazioni, una alla Signora Giovanna Berti con la condizione, che poſſo rivocarle; perciò le revoco, e annullo, volendo, che non ſe ne tenga conto alcuno, e un' altra alla Signor' Anna mia nipote fatta con la condizione, che non poſſano eſſer moleſtati quegli del luogo di N., e che nulla ſi riſappia delle dette Polize per ſchivare li ſciſmi, nè eſſendo ſtate adempite le condizioni, atteſo che ſi ſono, trè anni ſono circa, fatti carcerare due di quelli ſuppoſti debitori, benche non lo ſiano, e la ſteſſa Anna con la Madre ſi è ben lavata la bocca, che tutto era ſuo; ſicche per tutti i capi è nulla la donazione, e reſtan nulle, e irrite le due donazioni &c.* = Neque aliter ſentiendum eſſe arbitror.

Et jure quidem, meritòque, quia cum Donans

1 uans rei suæ quamlibet legem dicere possit, ità
2 sanè, ut si lex illa minimè servetur, repetere,
ac vindicare liceat id, quod donatum fuit, ad
Text.expressos in leg. legem 9., & leg.cum res 22.
Cod. de donat., leg. 1. Cod. de donat., quæ sub mod.
l. 2. ibi = Si, ut proponis, Pater tuus eà lege So-
rori tuæ prædia, ceteraque, quorum meminisli,
donavit, ut Creditoribus ipsa satisfaceret, ac si
placita servata non essent, donatio resolveretur,
eaque contrà fidem negotii gesti versata est, non est
iniquum actionem conditionis ad repetitionem re-
rum donatarum tibi, qui Patri successisti, decer-
ni = leg. eà lege 3. leg. dictam legem 8. Cod. de con-
diction. ob caus. dot., leg. si donationis 4. Cod. de
3 contrah. empt., hinc sequitur, quod dicti Her-
manni donatio facta eà lege, ac conditione, ut
eadem altissimo premeretur silentio, nevè mo-
lestia ulla inferretur hominibus N. N., in casu
contraventionis illam invalidam declarando,
irrita proindè, & inefficax dicenda sit, quia ea
non occultata, non suppressa, sed ità omnibus
patefacta fuit, ut in famulorum, & vulgi ser-
monibus versaretur, ut patet ex depositione
cujusdam Testis, cujus verba inferiùs exscribe-
mus, & præterea in carcerem conjecti fuerunt
4 homines N.N., ut, præter jura mox allegata, in
terminis dispositionis factæ sub conditione non
inferendi molestias, est Textus in leg. Lucius
§. Tres heredes ff. ad S.C.Trebell., leg. amplius 15.
ff. rem rat. hab., Alex. cons. 12. num. 2. lib. 2., Soc-
cin. jun. cons. 113. num. 36., & seqq. lib. 1., Ciar-
lin. contr. 126. num. 14. & seq., Rota coram Pen-
tinger. decis. 380. num. 7., & generaliter de alia
quacumque donatione loquitur Rot. ad ornat.
clar. mem. Card. de Luc. de donat. decis. 14. n. 3.,
& decis. 15. num. 4., in Romana donationis 5. De-
cembris 1704. §. Nulliusque coram R.P.D. An-
saldo, in Nucerina donationis 14. Junii 1709.
§. Quibus in fine coram bon. mem. Cassorello, con-
firmata 12. Decembris 1710. §. Semperque magis
coram R. P. D. Aldrovando.

Frustraque prò substinenda tali donatione,
duplex proponeretur exceptio, quarum prima
desumi potest ex eo, quod D. Dorothea Mater
D. Annæ donatariæ adfirmat sibi factam fuisse,
à Donatore potestatem rem omnem aperiendi
tùm iis, qui nuptias Annæ conciliare debuis-
sent, tùm etiam futuri Sponsi consanguineis;
altera verò ex eo, quod dispositio, de qua agi-
tur, sit pœnalis, proindeque, cum D Anna vo-
luntatem Donatoris contempsisse dici nequeat,
5 barbarum, & inhumanum esse videatur eam-
dem insciam, & innocuam à commodo dona-
tionis excludi facto, & culpâ Matris, quæ silen-
tium non servavit, & Mariti, qui homines N.N.
carceribus mancipari mandavit. Verùm discur-
sus iste neutrà ex parte subsistit.

Nàm, quod attinet ad primam, nemo non vi-
6 det, quàm absurdum sit Matrem favore filiæ
ferre testimonium, cujus vigore illi compara-
retur jus assequendi amplam donationem, ut
benè observat, Bartol. in leg. qui testamento §. Quæ-
cumque num. 3., ibiq. Bald. colum. 2. in princip. vers.
in ea ff. de testam., Nell. de Testib. num. 7. Cam-
peg. eod. tract. reg. 2. vers. tertiò quia Mater,
Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 114. num. 4.,
Farinacc. de testib. quæst. 54. regul. 3. num. 149.,
Gabr. var. concl. tit. de testib. concl. 17. num. 4.,
qua de re in his cautis, nec etiam transversales 7
indifferenter admittuntur ad testimonium fe-
rendum prò consanguineo, iidem enim reci-
piuntur, cum sunt extra tertium consanguini-
tatis gradum. Can. absens il 2. 3. qu. 9., Doctor.
in leg. etiam C. de testib., Alexand. cons. 132. nu.
27. lib. 5., Gabr. var. concl. tit. de testib. concl. 15.
num. 1. & seqq., Farinacc. de testib. quæst. 54. n. 1.
& 2., Rota post ejusd. cons. tom. 2. dec. 125. n. 1.,
coram Duran. decis. 427. num. 3., coram Celso de-
cis. 166. num. 6, coram Emerix jun. decis. 253.
num. 8., in rec. decis. 327. num. 14. part. 12., &
decis. 51. num. 12. part. 17., & ad ornat. clar. mem.
Card. de Luc. de Regular. decis. 17. num. 7., cer-
tòque certiùs in casu nostro, quia, si fides haben- 8
da esset simplici dicto Dorotheæ Matris, frustrà
Donator silentium adeò auxiè præcepisset, ut
in casu contraventionis irritam voluerit esse do-
nationem; semper enim Dorothea obtendere
posset facultatem sibi oretenùs à Donatore tri-
butam rem detegendi, ut sensui patet.

Sublatâ itaque exceptione istâ, elicitâ ex Do-
rotheæ Matris testimonio, progredior ad secun-
dam respicientem naturam, qualitatemque di-
spositionis, utrum nempè ea pœnalis sit, an con-
ditionalis. In qua quidem quæstione operæ pre-
tium facturum me esse arbitror, si præmisero
quasdam regulas in subjecta materià communi
omnium sensu receptas, quod nempè ad Dispo- 9
nentis voluntatem sit recurrendum, ut dignosci
possit, pœna ne sit, an potiùs conditio? cum
voluntas propriè conditionem à pœna separet,
atque distinguat, ut ait Marcian. in leg. 2. ff. de
his, quæ pœn. nom. ibi = Pœnam a conditione volun-
tas Testatoris separat, & an pœna, an conditio, an
translatio sit ex voluntate Defuncti apparet = Cu-
jac. observ. lib. 14. cap. 25. tom. 3. oper. priorum
litt. D., & E., inquiens = conditionem voluntas fa- 10
cit, non sermo = Gabr. cons. 105. num. 8. lib. 1.,
Sim. de Pret. ve ult. volunt. interpr. lib. 4. inter-
pr. 24. dub. 4. num. 15. & seq., Molin. de Primog.
Hispan. lib. 2. cap. 12. num. 33., Turr. de Primo-
gen. Ital. part. 2. quæst. 50. num. 63., Surd. de-
cis. 7. num. 12., Rota in rec. decis. 201. num. 14.
part. 9., coram Dunoz. jun. decis. 882. num. 9.,
& coram Duran. decis. 339. num. 50., quod in
concursu mens, ac voluntas Disponentis, non 11
verba, quibus dispositio concepta legitur, spe-
ctanda sit, hæc ità semper interpretando, ut
illa uberiùs, ac pleniùs impleatur ad Text. in
leg. mœnia ff. de manumiss. testam., Ruin. cons. 26.
num. 9. vers. sed his non obstantibus lib. 2., Card.
de Luc. de fideicom. disc. 154. num. 12., Rota de-
cis. 39. num. 2. part. 1. divers., & coram Dunoz.
jun. decis. 882. num. 9., quodque demùm in du-
bio conditionalis potiùs, quàm pœnalis dispo- 12
sitio censenda sit, Gloss. in d. leg. 2. in verb. pœ-
na in fine ff. de his, quæ pœn. nomin., Menoch. cons.
78. num. 12., Spad. cons. 327. num. 9. lib. 3.,
Gobb. consult. 16. num. 29.

Ad

Ad has autem regulas redigendo præfatam
donationem, eadem (sivè expendamus verba,
quibus Donator usus fuit, sivè ipsius mentem,
voluntatemque intueamur) conditionalis cen-
senda videtur, remque ordiendo à verbis, ex
quibus etiam eruitur voluntas; quorsum enim,
ut inquit *Tubera in leg. labeo 7. vers. id Tubero ff.*
13 *de supellect. legat.*, quorsum nomina, nisi ut de-
monstrent voluntatem dicentis? in dubium ve-
14 nire nequit, quin Donator alligare voluerit do-
nationem certis quibusdam conditionibus, quas
secùm ferunt verba illa = *Intendo nondimeno, che*
questo scritto debba tenersi sigillato con li due si-
gilli con l'acca, come da me sarà consegnato alla
Signora Dorotea mia Cognata, Madre della su-
detta Signor' Anna, e se prima della mia morte si
dissigillasse, si mostrasse, e se ne parlasse, voglio,
e dichiaro, che non abbia vigore alcuno, come non
fusse fatto, volendo, che rimanga segreto &c., con
patto di più, che non si molestino per via di giusti-
zia &c., e dato, che si facesse, tutto il suprudetto,
15 *sii nullo, e vano &c.*, dictiones namque illæ = *se* =,
& = *dato che* =, procul dubio conditionem im-
portant, ut de prima est *Text. in leg. si quis fun-*
dum ff. de contrah. empt, *Bartol. in leg. quibus*
diebus §. Termilius num. 15. ff. de condit., & de-
monstr., Barbos. axiom. 28. num. 2., Saminiat.
contr. 71. num. 2., Rot. ad ornat. Card. de Luc.
de fideicom. decis. 53. num. 16., decis. 54. num. 2.,
& decis. 81. num. 7., & de secunda firmant *Ri-*
minald. jun. cons. 278. num. 4., Menoch. cons. 1118.
num. 14. & seqq., Mans. consul. 531. nu. 1. & 2.,
Gob. consult. 129. num. 2., Saminiat. contr. 121.
num. 4., Rota coram Ubald. decis. 341. num. 4.,
coram Zarat. decis. 43. num. 1., & in rec. dec. 330.
num. 30., & decis. 354. num. 78. part. 11., dec. 49.
num. 7., decis. 88. num. 14., & decis. 406. num. 4.
part. 13., decis. 36. num. 9., & decis. 301. num. 5.
part. 16., decis. 807. num. 4. part. 18., & dec. 232.
num. 33. part. 19.

Nilque turbat, quod conditio apposita fuerit
16 ademptioni, at non etiam donationi, quia con-
ditio in quacumque dispositionis parte adjecta
17 reddit illam conditionalem, & quandò condi-
tionalis est ademptio, conditionalis etiam effi-
citur dispositio, juxta *Text. expressus in leg. quan-*
dò ff. de condit. & demonstr. ibi = *Ex diverso quo-*
que purum datum legatum conditionale videtur,
veluti quandò sub conditiane ademptum est, quia
sub contraria conditione datum intelligitur = *leg.,*
legata inutiliter 14. in princip. ff. de adim. legat.,
leg. si post mortem 71. §. Si purè ff. de legat. 1., leg.
quod purè 6., leg. si penum 14. ff. quand. dies legat.
ced., leg. quibus diebus §. Quidam Titio ff. de con-
dit., & demonstr., leg. si testamentum penult. Cod.
18 *de instit., & substit.* ibi = *Tunc videri ab initio con-*
ditionalem esse institutionem, & sic omnia comple-
cti, tamquam si Testator ipsas institutiones eisdem
conditionibus complicasset, quæ infrà conscriptæ
sunt &c. = *Zanch. in leg. heredes mei §. Cum ità in*
4. part. num. 75. ff. ad S.C. Trebell., Cephal. cons.
52. num. 7., Piaset. cons. 89. num. 1., & 8., Ri-
minald. jun. cons. 116. num. 43., & seq., Menoch.
cons. 78. num. 8. & seq., Spad. cons. 327. num. 7.

lib. 3., Ciarlin. contr. 43. num. 20. & 21., Du-
ran. de condit., & demonstr. part. 3. cap. 9. n. 12.,
& 17. in fine, Castill. quotid. jur. contr. lib. 3. cap.
94. n. 18. vers. deindè, Molin. de Primog. Hispan.
lib. 2. cap. 12. num. 20. cum seq., Torr. de majo-
rat. part. 2. quæst. 13. num. 17. & seq., & part. 50.
num. 42. 50. 55. & seq., Gob. consult. 16. num. 33.
& seq., Palm. nep. alleg. 368. num. 8. & 9., Rot.
decis. 225. num. 2., & 7. part. 2. divers., & in rec.
decis. 227. num. 7. part. 18., ità quidem, ut tàm 19
donatio, quàm illius annullatio maneat in su-
spenso, & adquisitionis effectus à conditionis
pendeat implemento. *Gloss. in leg. aliquandò*
verb. intelligitur, ibique Alberic. num. 1. ff. de
condit., & demonstr., Ruin. cons. 150. nu. 8. lib. 3.
ibi = *Concluditur ergò, quod d. institutio originali-*
ter, & ab initio dicitur concepta sub conditione,
si aliquis ex eis non molestabit Uxorem Testatoris in
relicto sibi facto, perindè ac si in ipsa institutione,
& in actu instituendi fuisset d. conditio expressa,
& ex hoc infertur, quod heres non potuit adire, 20
& quod mediante suà aditione non est factus heres,
quia dicta conditio, sub qua fuit institutus, non
erat adhuc purificata, & idem etiam ab initio non 21
fuit hæc institutio conditionalis, sed pura, & se-
quuta esset ademptio sub conditione, quia facta in-
telligeretur sub contraria conditione = *Randen.*
var. resol. cap. 32. num. 4. ibi = *Quia censetur non*
facta = *Torr. de Primog. Ital. part. 2. quæst. 50. nu.*
14., Rocc. disput. jur. select. cap. 1. num. 67., &
73., Saminiat. contr. 44. num. 40., & seq., sess.
decis. Arragon. 31. num. 28., & 31., Rota coram
Duran. decis. 339. num. 58. & seq., coram Dunoz-
zet. jun. decis. 882. num. 3., & 13., & coram clar.
mem. Card. Cerro decis. 579. ex num. 5. ad 10.

At verò, si mens Donatoris inspiciatur, ex hac
quidem magis, magisque confirmatur, dispo-
sitionem, de qua agitur, non pœnalem esse,
sed conditionalem; nam cum illa ex voluntate
Donantis effectum suum sortiri non deberet, nisi 22
post ipsius obitum, & conditiones appositæ im-
plendæ essent, ipso vivente, ut perspicuè patet
ex verbis illis, = *E se prima della mia morte se*
ne parlasse &c. = sicque antè quæsitum emolu-
mentum, ex hoc, veluti ex necessario antece-
denti sequitur, dispositionem conditionalem es-
se, non pœnalem, quia pœna, & privatio ut- 23
potè habitum supponentes, locum sibi vindicare
nequeunt, nisi post quæsitum emolumentum,
& antè adquisitionem exclusio facta dicitur per 24
viam conditionis, non per viam pœnæ, prout
hanc circumstantiam tamquam prò regula sta-
tuerunt *Bartol. in leg. Titia in 4. oppos., ibique A-*
retin. nu. 3. circa med. vers. ex quibus videtur ff.
V.O., Paris. cons. 19. num. 152. lib. 2., Honded. cons.
58. num. 61. & 80. lib. 1., & cons. 68. num. 39. lib.
2., Spad. cons. 327. num. 7., & 18. lib. 3., Pere-
grin. de fideicommis. art. 11. num. 92., & nu. 130.,
Card. de Luc. de fideicommis. disc. 154. num. 10.,
Rota decis. 62., & decis. 156. utrobique num. 1., 25
& 2., & decis. 217. num. 5. part. 18., decis. 161. num.
10. part. 19., in Cavallicen. Bonorum 3. Julii 1705.
§. Quod autem coram bon. mem. Caffarello, con-
firmata 11. Februarii 1707. §. In præsenti ibi =

quoties autem onus injungitur antè quæsitum emolumentum, censetur appositum per viam conditionis, & non modi = cor. Rño Molines, & 30. Januarii 1708. §. Conditionalitas coram R.P.D. Aldrovando; & in Ariminen. hereditatis super aditione 18. Junii 1708. §. finali ibi = *Quapropter, cum implementum præcedere debuisset ejusdem hereditatis acquisitionem, patet, dispositionem fuisse conceptam per viam suspensivæ conditionis, non autem modi, seu pœnæ = coram Eño Card. Polignac.* A qua sanè regula tametsi aliquando DD.,
26 & Tribunalia discesserint, id tamen factum est ob plurimas, easque validissimas præsumptiones, ac conjecturas contrariam Disponentis voluntatem apertè præseferentes, quibus tamen minimè concurrentibus, responsum semper fuit prò conditionalitate, non prò pœnalitate actus, ut huic objectioni occurrendo respondet *Rota in dicta Cavallicen. Bonorum 11. Februarii 1707. §. Et quamvis, & §. Ideoque coram Rño Molines*, ibi = *Ideoque, non concurrentibus aliis signis, & argumentis clarioribus concludentibus pœnalitatem, illud, quod desumitur pro conditionalitate ex onere demandato, antè quæsitum emolumentum remanet semper efficacissimum, & revera est præcipuum, quod a veteribus, & Classicis Jurisconsultis in subjecta materia considerari solet ad distinguendum modum a conditione, & signanter a Bartolo, communiter sequuto in repetit. Leg. quibus diebus §. Termilius ff. de conditión., & demonstrat. =*
27 (margin number beside: *re demandato, antè quæsitum emolumentum remanet*)

Fortiùs verò hæc urgent, si animadvertatur, quod onera, ac prohibitiones donationi appositæ non respiciunt favorem, & commodum Donatariæ, sed ipsiusmet Donantis; Ille enim considerans, quod, si donatio in aspectum, lucemque prolata fuisset, ii, qui ad ejus hereditatem aspirabant, ipsum despectui, atque odio habere facilè cæpissent, idcircò, ut omnem contemptus, odiique causam submoveret, illam diligentissime occultari voluit. Prout etiam cum ipse particulari aliquâ affectione ferretur ergà Vassallos N.N., voluit hoc suæ, quousque vixisset, charitatis in eos extare monumentum, ut nempe nullis umquam molestiis inquietarentur, ac præsertim in carceres non detruderen-
28 tur. Quamobrem, cum onus injunctum principaliter tendat in favorem Donantis, & in suæ voluntatis implementum, in dubium revocari minimè posse videtur, quin dispositio ista sit merè conditionalis, ad tradita per *Paris. cons. 59. num. 51. lib. 2., Spad. cons. 327. nu. 33. lib. 3., Peregrin. de fideicommis. art. 11. num. 125., Galganet. de condit. part. 2. cap. 4. quæst. 9. num. 16., Staiban. jun. resolut. 88. nu. 55., & 57., Urceol. consult. 27. num. 10., & de transact. quæst. 100. nu. 41., Rota apud ipsum decis. 43. num. 4., & in rec. decis. 693. num. 1. part. 1.* ibi = *In secundo verò casu, quandò actus annullatur in favorem alterius,*
29 *res videtur clara, quod non sit pœna, quia respectu illius, in cujus favorem actus annullatur, nulla potest considerari pœna, & licèt tendat in præjudicium alicujus Partis, id venit in consequentiam, & dispositio dicitur favorabilis, & non pœnalis, quamvis alius inhabilitetur, Dec. in cap. cognoscentes num. 17., & hoc procedit etiam quandò agatur de auferendo aliquod datum non purè,* 30
sed sub certa conditione resolutiva in eventum contraventionis ad favorem certæ personæ, quia unmquàm fuit simpliciter adquisitum, sed cum cer- 31
ta qualitate respiciente favorem tertiæ personæ, &c. = decis. 365. num. 11. part. 16., & coram Card. Cerro decis. 579. num. 7. ibi = *Nec subsistit, quod præfata conditio sit pœnalis, ideoque improbetur a* 32
jure, quia cum concernat favorem Tertii, nempè heredis instituti, dispositio non dicitur pœnalis, quamvis Testator usus fuerit verbis = sub pœna pri-vationis, = sed merè conditionalis = & in Caval- 33
licen. Bonorum 11. Februarii 1707. §. Eòque certiùs cor. Rño Molines.

Quæ porrò interpretatio eò libentiùs sequenda, amplectendaque est in casu nostro, quia cum Donatoris maximè interesset rem alto silentio tegi, & Homines N.N. non molestari, facilius finem suum adsequi poterat, onera adji- 34
ciendo per viam conditionis, nihil aliud requirentis præter nudum, ac simplex inadimplementum, quàm per viam pœnæ, ad quam infligendam jura nostra cum tanta maturitate, 35
adeoque cautè, ac circumspectè procedunt, ut vix, ac ne vix quidem ullus dari possit ca- 36
sus, quo quis ab ea non excusetur, ut similem circumstantiam ponderando, optimè respondit, *Rota in dicta Cavallicen. Bonorum 11. Februarii 1707. Et porrò coram Rño Molines* ibi = *Et porrò imperceptibile est, quod Spiritus Pater cupiens ex toto animo, ut filii post ejus obitum non recipe-* 37
rent molestias judiciales a Patruo, quodque illi recuperassent quamplurima bona, quæ credebantur occupata ab eodem Patruo, invento modo ad hunc finem assequendum, mediante substitutione facta favore ipsius Patrui cum onere faciendi dictum compromissum, deindè voluisset hanc substitutionem, & privationem in casu non adimplementi facere non per modum conditionis, nihil aliud requi- 38
rentis, nisi nudum, & simplex non adimplementum, sed per viam pœnæ, ad quam incurrendam jura nostra procedunt cum tanta benignitate, quan- 39
tà vix ullus est casus, in quo non salvetur, & excusetur &c. = His demùm addendo, quod colore nullo pœnalis dici potest istiusmodi dispositio, 40
quando D. Annæ Donatariæ neutra ex dictis conditionibus detecta, & injuncta fuisse probatur; pœna enim locum sibi vindicare nequit, 41
ubi non est delictum, delictum autem esse non potest, ubi nulla præcessit prohibitio, nullum 42
præceptum, ut tradit *Bald. relatus a Cyriac. contr. 519. num. 25., & Rota coram Bichio decis. 132. num. 4., & seqq.*

Quamobrem frustrà objiceretur Theorica ab Aretino tradita = *in leg. Titia centum ff. de verbor. obligation., & relata in dicta decis. 132. coram Bich.* Etenim Theorica prædicta locum dumta- 43
xat sibi vindicat, quoties institutio sit, quoties onus impleri debeat post quæsitum emolumentum, ac demùm quoties graviores non urgeant conjecturæ pro conditionalitate, quàm prò pœnalitate dispositionis, quæ porrò omnia defi-
ciunt

ciunt in nostra hypothesi. Si enim res sit de do-
natione, hæc pura dici nequit, sed, ut latè
suprà probavimus sub *§. Nilque turbat*, pluri-
bus adductis, & Legum, & Doctorum autho-
ritatibus, est conditionalis. Si verò agatur de
oneribus, & prohibitionibus donationi adje-
ctis, hæ quidem proculdubio antè quæsitum
emolumentum implendæ erant. Denique, si ra-
tio habetur conjecturarum, ac præsumptionum
pro elicienda Donantis voluntate, hæ pariter
omnes eò spectant, ut conditionalem nobis do-
nationem exhibeant, quemadmodum suprà de-
monstratum fuit, ut in casu valdè simili respon-
dit *Rota* in sæpiùs citata *Cavallicen. Bonorum
11. Februarii 1707. §. Prout non urget coram
R̃mo Molinet*, ibi = *Dicta Theorica non obtinet lo-
cum, quoties, indagatà mente Testatoris, detegitur,
eam stare potiùs pro conditione, quàm pro modo,
ut est in casu tam ex quo Testator dixit, & decla-
ravit facere actus conditionatos, tum quia adjecit
onus exequendum antè emolumenti perceptionem,
quàm demùm, quia ipsum onus non respiciebat fa-
vorem Substituti, sed beneficium filiorum Testa-
toris &c. Adeoque recurrit fundamentum suprà
præpositum, quod in hac materia respicienda ve-
niat voluntas Disponentium, quæ est illa, quæ se-
parat conditionem a pœna &c.* =

Hæc igitur cum ità se habeant, facilè corruit
44 animadversio, quod Anna donataria insons,
& ignara plecti, ac puniri non debeat facto, &
culpâ Matris, ac Mariti. In his namque ter-
minis D. Anna excludi non dicitur à commodo
donationis ratione pœnæ, sed ex defectu con-
ditionis, eademque in hoc casu non jam priva-
ta, sed non considerata fuisse dicitur, prout
unanimiter adfirmant *Casanatt. cons. 3. per tot.,
Peregrin. de fideicommiss. art. 11. num. 86., Rox.
de incompatib. part. 3. cap. 1. num. 83., Mans. con-
sult. 47. num. 8. & 9., & consult. 66. num. 16., &
17., Card. de Luca de fideicommiss. disc. 155. nu.
6., Torr. de Majorat. Ital. part. 2. quæst. 50. num.
14., Rocca disput. jur. select. cap. 1. num. 73.* ibi =
*nullum prorsùs jus poterat dici quæsitum substitu-
tis, nisi sub dicta conditione, eorumque exclusio
45 nullatenus provenit immediatè ex delicto, sed po-
tiùs ex defectu conditionis, quasi sub conditione
vocati*, = *& cap. 13. num. 14. & 15., Saminiat.
contr. 44. nu. 40., & seq., Surd. decis. 101 nu. 7.,
Tristan. dec. 45. n. 28., Mart. vot. Pisan. 28. n. 16.* ibi =
*Hoc procedit, si vocatio fuisset pura, & ademptio
collata post jus quæsitum, & facta in vim pœnæ,
secùs ubi institutio a principio fuit sub conditione
potestativa alterius, seù ademptio sit juris quæ-
rendi, & in vim conditionis, nam, cum deficit con-
ditio substitutionis, non dicitur substitutus priva-
ri jure suo, sed habetur pro non scripto &c.* = *Lau-
rent. decis. Aven. 118. num. 6. & seqq., Rota in
rec. decis. 203. num. 25. & 26. part. 6., decis. 86.
num. 1. part. 13., decis. 536. nu. 125., & 131. part.
14., coram Burat. decis. 339. num. 59.* ibi = *Defe-
ctus autem conditionis non facit, quem privari, cum
numquam habuerit, sed immò operatur, ut ha-
beatur pro non vocato* = *coram Card. Cerro decis.
579. num. 10.* ibi = *Cum taliter Substituti non ha-
beantur pro privatis, sed pro non vocatis, sequu-
tà contraventione &c.* =, *coram Emerix jun. decis.
1340. num. 5. post Balducc. ad Ramon., decis. 28.
num. 2. tom. 2., in Cavallicen. Bonorum 11. Februa-
rii 1707. §. Quoniam objectum coram R̃mo Moli-
net, & in confirmateria 30. Januarii 1708. §.
Magisque præcisè coram R. P. D. Aldrovande in
Carpentoraten. fideicommissi 26. Junii 1709. §. &
præmissa coram bon. mem. Caffarello, & in Ari-
minen. hereditatis super aditione 18. Junii 1708.
§. Nec obstat coram Em̃o Card. Polignac.* ibi = *At
verò res aliter se habet, quando, prout in hypothesi,
dispositio ordinata reperitur per viam conditionis a
parte antea impedientis acquisitionem, quâ defi-
ciente conditione, etiam sinè dolo, & malitia,* 46
*semper corruit dispositio, non ratione pœnæ, sed ex
defectu conditionis, & instituti non habentur pro
privatis, sed pro non institutis &c.*

Ob vivam illam, prævalidamque rationem,
quod potestativa conditio pendens à facto, vel 47
non facto Matris, ac Mariti quoad Annam di-
citur, & est casualis, ità quidem, ut hujus de-
fectus adimat vim omnem dispositioni, ab ea- 48
que consensum removeat, perindè ac si facta
non fuisset, ad *Textum in leg. si ità fuerit ff. de
manum. Testam., Covarruv. in cap. Raynaldus §. 1.
num. 7. de testament., Cephal. cons. 52. nu. 5., Me-
noch. cons. 72. num. 3., Ruin. cons. 122. num. 9. lib.
2., Peregrin. de fideicommiss. art. 11. num. 86.* ibi 49
= *Potestativa conditio dependens a facto tertii
quoad honoratum casualis censetur, ac ideò illius
defectus cessare facit dispositionem* = *Rot. de in-
comp. part. 3. cap. 1. num. 84., Rocc. disput. jur.
select. cap. 1. num. 8., optimè Rota in rec. decis. 459.
num. 22., & seqq. part. 9. tom. 2.* ibi = *Nec obstat
lex Paterfamilias ff. de hered. instit., in qua statui-
tur, quod nemo ex alterius facto exheredari, vel* 50
*hereditate privari convenit, quia illius dispositio
procedit in vocatione pura, cujus privatio non po-
test induci conditione pendente a facto Tertii, se-* 51
*cùs, quandò effectus vocationis pendet a facto alte-
rius, ità ut antè rem quæsitam factum adimplen-
dum sit per Tertium &c. tunc enim dum Tertius
non facit, idest Pater non acceptat, cessat vocatio
filiorum, per Text. in leg. si ità fuerit ff. de manum.
Testament. &c. & ratione, quia potestativa con-* 52
*ditio dependens a facto Tertii, quoad heredem cen-
setur casualis, & ideò illius defectus facit cessa-
re dispositionem* = *coram Card Cerr. decis. 579. nu.
7. & seqq., & in Carpentoraten. fideicommiss. 26.
Junii 1709. §. Et præmissa in fine coram bon. mem.
Caffarello* ibi = *Eâ evidenti ratione, quia potesta-
tiva conditio dependens a facto, vel non facto he-
redis, quoad ulteriores substitutos casualis cense-
tur, & ideò illius defectus cessare facit sequentes
dispositiones, perindè ac si factæ non fuisseet &c.* =

Nec est, cur Anna conqueratur, quia sicuti
Hermannus poterat ei non donare, ità potuit 53
etiam donare, & sub conditione, ut donatio nul-
la, & irrita redderetur facto Matris, vel alte-
rius, cum in hoc casu non spectetur primariò 54
factum, & culpa Matris, sed principaliter vo-
luntas D. Alexandri sub ea tantùm lege de re
sua disponentis, ut optimè advertunt *Simon de
Praet.*

Præt. de interpr. ult. volunt. lib.4. dub.4. nu.14., Rota coram Royas decis.290. nu.4., in Fanen. Primogenituræ 5. Martii 1700. §. Nihilominus coram Cardin. Caprara, in Cavallicen. Bonorum 18. Februarii 1707. §. Eòque certiùs in fine coram Emo Molines, in Carpentoraten. fideicommissi 26. Junii 1709. §. Et jure quidem, meritòque ibi = *filii, & descendentes in isto casu exclusi non dicuntur primariò ex facto Patris, benè verò ex disponentis voluntate, cui integrum est talem legem dispositioni, & bonis suis adjicere &c.* = *coram bon.mem. Caffarello*, confirmata *quoad portionem Alexandri 19. Februarii 1712. §. Idque potissimùm coram Emo Card. Priolo*, & in altera *contemporanea confirmatoria decis. quoad portionem Petri §. Et quamvis in fine coram eodem*.

Potiori verò jure hæc procedunt in casu nostro, quia Donator adjiciendo has conditiones,
55 semper fuit impersonaliter loquutus, nullâ videlicet habitâ relatione ad certam aliquam personam ibi = *E se prima della mia morte si dissigillasse, si mostrasse, e si parlasse, con patto di più, che non si molestino &c. e data che si facesse &c.* = Ex quibus sequitur, quod Donans unicè consideravit effectum, respexitque simpliciter, & absolutè inadimplementum prædictarum conditionum, at non etiam personas, à quibus illæ non implerentur, proindeque, ut dispositio
56 viribus suis, & effectu vacua remaneat, satis est paritum non fuisse conditionibus, non curato, an unus potiùs, quàm alter oon paruerit *Galganet. de condit. part.2. cap.5. quæst. 2. antè nu.3., Pantzchman. quæst.19. nu.103. part. 1.* ibi = *quan-*
57 *do fit respectus ad effectum, sivè ad rem ipsam, non curatur, a quo fiat* = *& conferunt deducta per Rotam in dicta Carpentoraten. fideicommissi 26. Junii 1709. §. Concurrentibus coram bon.mem. Caffarello, & in confirmatoria quoad portionem Petri 19. Februarii 1712. §. finali, & eàdem die, quoad portionem Alexandri §. final. coram Emo Card. Priolo*.

Præter hactenus dicta, donationem alio quoque nomine nullam, & irritam extitisse ani-
58 madverto; Cum enim illa nec ab ipsomet Donante, nec ab alio id in mandatis habente fuerit iosinuata, nulla remanet, & inefficax in eo, quod 500. solidos excedit, aperti sunt *Textus in Leg. Hac sacratissima 30., Leg. Sancimus 34. juncta Lege Si quis 36. §. Ceteris Cod. de Donat.* Jure
59 proinde, meritòque donatio ab insinuatione tamquam actu perficiente validitatem expectare, ab eaque nomen, & essentiam recipere, ac mutuare dicitur. *Menoch. cons.292. n.3., & 5., & cons.318. num.32., Cutell. de donat. disc.3. partic.6. num.14., Gratian. discep.483. num.24., clar. me. Card. de Luc. de Donat. disc.60. num.17., Rota decis.456. nu.2. part.4. tom.2., decis.69. nu.15. part.7., decis. 241., & dec.294. per tot. part. 13., dec.642. num. 24. part. 18., & dec. 594. num.11. part.19.*, idque non finè summo consilio, atque ratione Sanctissimæ Leges decreverunt, ut
60 quoniam agitur de actu adeò præjudiciali, qui nonnisi ex proposito, ac deliberata voluntate geri debet, Donans antè insinuationem secum ipse reputet, atque deliberet, utrum expediat in eadem voluntate perlistere, ao potiùs ab illa resilire *Rota in rec. dec. 241. n.1., & 2. par.13., & in Nucerina Donationis 14. Junii 1709. §. Nilque turbat coram bo. me Caffarello, confirmata 12. Decemb. 1710. §. Ex altero quoque coram R.P.D. Aldrovando*.

A qua sanè Insinuationis necessitate exempta
non est, & immunis donatio per apocam pri- 61
vatam facta; cum omne scripturarum geous
comprehendant Jura loquentia de donationi- 62
bus, præsertim verò *Text. in Leg. Donatio 25., & in Leg. Lata 27. Cod. de Donat.* prout observant *Covaruv. de Insinuat. quæst. 1. num. 38., & Rota in rec. dec. 242. n. 2. 3. 25., & 30. par.10.*
Imò verò magis præcisè requiri videtur iosi- 63
nuatio in istiusmodi Scripturis, quas Jura no-
stra suspectas habent, ut innuit *Text. in dicta* 64
Lege Donatio 25. ibi = *In conscribendis autèm donationibus nomen Donatoris Jus, ac rem notari*
aportet, neque id occultè, aut privatim, sed aut 65
tabulà &c. perscribatur = *Cod. de Donat.*, & benè *Rota d. decis.242. num.27.* ibi = *Neque versamur in epistola, sed in scripturis privatis, quas*
suspectas in his donationibus insinuandis Jura ha- 66
buerunt &c. cum hæ privatæ apochæ facilius adulterentur = Eòque graviori suspicione perstringi-
tur similis donatio, quoties agitur, ut in casu 67
nostro, inter necessarias, conjunctasque persooas ob faciliorem fraudes nectendi rationem, ut optimè considerat Imperator *Constantin. in Leg. lata 27. Cod. de Donat.* ibi = *Latá jampridem lege statuimus, ut donationes, interveniente actorum testificatione, conficiantur, quod vel maximè inter necessarias, conjunctasque personas conveait cu-*
stodiri, siquidem clandestinis, ac domesticis frau- 68
dibus facilè quidvis prò negotii oportunitate confingi potest, vel id, quod verè gestum est, abolere = & prosequitur *Rota d. decis.242. num.27. part.18.*

Nec est, cur respondeatur, renunciatum à Do-
natore fuisse legibus Insinuationis solemnita- 69
tem præscribentibus; talis namque renuncia-
tio nullius est roboris, nisi sit jurisjuriandi reli- 70
gione munita. *Seraphin. de Juram. privileg.73., clar. me. Card. de Luc. de Donat. disc.60. nu.20. & 21., Rocca disput. Jur. select. cap.10. num.45., & seqq.* Immò verò renunciari insinuationi non
posse etiam cum jurameoto, tradit *Galerat. de* 71
renunc. cent.1. renunc.90. n.1., & seqq. Rota in rec. decis.594. n.11. part.19. Quapropter, cum io nostra hypothesi nullum expressum Juramen-
tum legatur, nec tacitum quoquomodo elici 72
possit ex clausula illa = *Et in fide* = in calce donationis apposita, prout adeò abundè probarunt DD. Advocati *in cap. ult suæ allegat.*, ut irritus planè, ac supervacaneus esset labor aliud quidpiam addere; consequens est, ut ritè, ac rectè Hermannus donationem revocarit, utpotè
nullitatis vitio laborantem ex defectu Insinua- 73
tionis, *clar. me. Card. de Luca disc. 60. num.26., Rota decis.126. num.15. part.7.*

Dici verò nullâ ratione potest, donationem, de qua agitur, non esse puram, ac simplicem,
sed correspectivam, utpotè factam contempla- 74
tio-

tione certi, ac determinati matrimonii, quo
casu nulla prorsùs requiritur Insinuatio, ut
contrariam regulam limitando, tradunt passim
75 Doctores. Nam in apoca donationis nulla pe-
nitùs nedum certi, ac determinati matrimo-
nii mentio facta fuit, quà justâ ratione adfir-
mabimus, illam factam fuisse in præcisam cer-
ti, ac specifici matrimonii causam ? ut benè
ratiocinatur *Rota dec. 563. num. 5. parte 19.* At
enim id, inquiunt, Dorothea Mater Donatariæ,
76 ac D. Joannes Baptista Sponsi Vitricus; At ma-
trem à testimonio favore filiæ ferendo repelli
suprà probavimus in *§. Nam quod attinet*; Vi-
77 tricum verò testem esse vetat *Textus in Leg. Ju-*
lia ff. de Testib. Farinacc. de Testib. qu. 54. n. 169.
Conciol. in verb. Testis quoad personas resolut. 2.
num. 1.

Verùm enim verò, nè summo jure agere vel-
le videar, agedùm, Testium dicta reciten-
tur. D. Joannes Baptista ait, se dixisse Consan-
guineis Sponsi, quod D. Anna ultrà paternum
patrimonium habitura erat aliam insignem
quantitatem, absque eo quod, vel summam ex-
presserit, vel personam designarit, à qua illa
esset profectura, quibus auditis = *detti Signori*
(sunt verba examinis) *le dissero, che trattasse-*
ro detto matrimonio con facolta di conchiuderlo,
come seguì, e si fece la poliza matrimoniale = Do-
rothea verò inquit, quod, cum rem differri vi-
deret, significari curavit Consanguineis Sponsi,
Hermannum, confecto matrimonio, donaturum
fuisse libras 100000., subdens verba illa = *E det-*
ta offerta stimo sii quella, che dasse l'impulso alla
conclusione di detto matrimonio = Si igitur Spon-
78 sus, ejusque consanguinei nullam certam, ac
specificam scientiam vel rei donandæ, vel Per-
sonæ donaturæ habebant; si creditur, talem
spem futuræ donationis ad rem perficiendam
impulisse, nemo non videt, quod ad summum
79 donatio isthæc extitisse dici posset causa impul-
siva matrimonii, quæ quidem non sufficit ad
effectum illam eximendi ab insinuationis neces-
80 sitate, cum ad hunc effectum requiratur, quod
eadem sit prima, præcisa, ac principalis, fina-
lisque causa matrimonii, sicuti tradiderunt *Cra-*
vett. cons. 85. num. 3., Gabr. cons. 55. per tot. lib. 2.
Giovagnon. resp. 83. num. 46. lib. 1., Fenzon. ad Sta-
tut. Urb. cap. 149. num. 43., Gratian. discept. 984.
num. 26., Card. de Luc. de Donat. disc. 60. nu. 45.,
Monteren. dec. 10. num. 1., & 2. Et rectè quidem,
81 quia, tametsi obscura illa, dubia, & incerta spes
donationis occasionem præbere potuerit contra-
hendi matrimonii, non idcircò tamen sequitur,
istiusmodi actus dici inter se correspectivos, ità
quidèm, ut alioquin nec matrimonium sinè do-
natione, neque donatio sinè matrimonio sequu-
tura fuisset: *Ancharan. in cap. Accessorium n. 16.*
vers. Præterea isti duo actus de regul. Jur. in 6.,
Pacian. de probat. lib. 1. cap. 28. in addit. Litt. F.
Castald. consult. 145. num. 9., & seq., Rocc. di-
sput. Jur. select. cap. 105. num. 41., & seq., Rota
coram Carilla dec. 177. in fine, coram Bich. dec. 281.
num. 27., & decis. 406. num. 31., in rec. dec. 223.
num. 15. part. 17., & latè *R. P. D. Amadorius*
in suo Voto in Romana Nominationis 4. Martii
currentis anni §. 27.

Quæcumque verò dubietas, si adhuc aliqua
ea in re superesset, penitùs submoveretur ex li-
tera, ac tenore donationis, ex qua tantum
abest, quod conjici possit, Hermannum motum
ad donandum fuisse ob ullam matrimonii con-
templationem, ut potiùs apertè profiteatur se
donasse ex libera sui ipsius voluntate, quia sci- 82
licet de rebus suis ità disponere placuit, verbis
illis = *Perchè così mi è parso, e pare, m'è piaciu-*
to, e piace, obligando per l'adempimento di que-
sta mia voluntaria disposizione &c. = Quibus profe-
ctò verbis, & quidem non a Notario, sed ab
ipsomet Donante appositis excluditur omnis
quæcunque correspectivitas, evinciturque actus
puræ, & simplicis donationis requirentis pro-
indè insinuationem, ut optimè considerant *Ol-*
drad. cons. 5., Soccin. Jun. cons. 295. num. 9. in prin-
cip. lib. 2., ubi ait *Oldradum* in his terminis non
habere contradictorem. *Decian. resp. 32. nu. 59.*
lib. 3., Dec. cons. 366. num. 10., Ruin. cons. 38. nu. 3.
lib. 1., Surd. cons. 361. num. 17., Negusan. Jun.
quæst. 501. num. 13., Rota coram Buratt. dec. 924.
num. 5., & seqq. ibi = *Nam quod illa sit pura, &*
simplex ostendunt ipsius verba, nimirum illa = spon- 83
tè &c. = & alia = Ac titulo puræ, & irrevocabilis
Donationis, quæ fit, & fieri dicitur inter vivos =
& quia sic sibi facere, & donare placuit, & pla-
cet &c. = quæ verba sunt attendenda tamquam di-
spositiva &c. =, in rec. d. 20. num. 8. part. 5. ibi = *Et*
in Instrumento dicitur fieri dictam donotionem 84
spontè, & ob amorem, & benevolentiam, quæ
inter eos intercedebat, & ob puram, & meram li-
beralitatem, quæ verba excludunt, ipsum Donan-
tem aliâ ratione motum ad donandum, quàm ob
suam liberalitatem = & in Fulginaten. donationis
super reservatis 10. Januarii 1710. §. In aliquo
obesse coram R. P. D. Crispo ibi = *Nullo enim jure*
dici valet, quod præfata donotio verè sit repu- 85
tanda causativa, cum Donator in Instrumento di-
xerit dictam donationem facere titulo, & causà
meræ, liberæ, simplicis, & absolutæ donationis,
quia sic de bonis, & rebus suis disponere placuit,
& placet = Quæ si procedunt, etiamsi in proe- 86
mio donationis considerata fuisset conservatio,
& ampliatio familiæ Donatoris, contemplatio-
que matrimonii. *Staiban. Jun. in obser. ad resa-*
lut. 123. num. 22., & seqq., Conciol. alleg. 75. n. 25.,
Monteron. decis. 20. n. 10., Rota post Pic. ad Sta-
tut Urb. decis. 22. nu. 13., coram Cavaler. dec. 257.
num. 8., coram san. me. Alex. VIII. decis. 255.
num. 16., & seqq., coram Burott. d. decis. 924.
num. 7. ibi = *Et hæc procedunt, quamvis etiam di-*
catur, donationem fieri ob remunerationem meri-
torum, vel ex causa matrimonii, quia nihilomi-
nus præsumitur potiùs facta ex affectione, & pura
liberalitote, quàm ex meritorum, vel aliqua alia
urgenti causa = in rec. dec. 20. num. 10., & seqq.
part. 5., dec. 230. num. 6. part. 14., dec. 457. num. 5.
part. 19., & in d. Fulginaten. Donationis super
reservatis 10. Januarii 1710. §. In aliquo obesse
coram R. P. D. Crispo, quantò potiori jure lo-
cum sibi vindicabunt in casu nostro, in quo nul-
lius

lius matrimonii, nec in specie, nec in genere
mentio acta fuit?

Ex quibus promanant alia etiam validissima
argumenta, puram, simplicemque donationem
87 evincentia, nam, si inspectâ figurâ verborum,
quibus concepta donatio legitur, in dubium ve-
nire nequit, quin eadem effectum suum sortita
fuisset, tametsi Anna vel alias nuptias optas-
set, vel, mutato in meliùs consilio, Cœlesti spon-
so sese vovere animo proposuisset suo, vel de-
nique è vivis immaturâ morte fuisset erepta,
quonam colore, aut quâ justâ ratione dici po-
terit facta contemplatione certi, ac determi-
88 nati matrimonii, quando talis donatio, matri-
monio non sequuto, resolvitur? *Rota coram Bu-
ratt. decis.581. num.15., & in rec. decis.431. nu.
6. part.19.*, Rursus, si donatio, de qua agitur,
89 alligata fuit duabus conditionibus, quibus defi-
cientibus, illa corruisset, prout reverà corruit,
ex latissimè supra deductis, quomodo factam
dicemus correspectivè ad certum matrimo-
nium, quando hoc sinè illa remaneret? contra
90 naturam actuum correspectivorum, quorum
uno deficiente, alter quoque deficiat necesse est,
ut benè ad rem *Rota in Nucerino donationis 14.
Junii 1709., & 9. Maii 1710. utrobique sub §.
finali coram bon. mem. Caffarello, & 12. Decem-
bris ejusdem anni 1710. §. Constito igitur coram
R.P.D. Aldrovando*. Denique, si matrimonium
91 conclusum, constabilitumque fuit anno 1691.,
donatio verò facta legitur anno 1692., perspi-
cuum fit, illam contemplatione prædicti ma-
trimonii factam non fuisse, nec ejus causa in fi-
nalem extitisse, ut egregiè advertunt *Cravett.
cons.54. num.36., Spad. cons. 169. num. 2., & 3.
lib.3., Most. de contract. tit. de donat. num. 72.,
Tondut. resolut. civil.54. num.5. part.2., Card. de
Luc. de donat. disc.31., & disc. 32., utrobique
num.11., Rota coram Coccin. decis. 433. num 3.,
& decis.459. num.4., & 5., coram Card. Celso de-
cis. 40. num.13., in rec. decis. 200. num. 10. vers.
quia part.5., decis. 241. num. 2., & 3. part.7., decis.
230. num.6. part.14., & decis.563. num.6.*, ubi,
92 quod matrimonium ità conclusum ad summum
esse potest causa merè impulsiva *part 19., & in
dicta Fulginaten. donationis super reservatis 10.
Januarii 1710. §. finali* ibi = *quod tanto robu-
93 stiùs locum habere debet, quia donatio præfata
non fuit facta in ipso contractu matrimonii, sed ea-
dem executa habetur post jam contractum matri-
monium a Leonardo; hoc autem casu prorsùs ces-
sat omnis dubitandi ratio &c.* = *coram R. P. D.
Crispo*.

Reliquum nunc esset ostendere, nihil contra simplicis, & puræ donationis naturam elici posse ex testamento alioquin revocato Hermanni Donantis, in quo ille Annam heredem instituebat in recompensationem amoris, quem Antonius ejus Pater ergà se ipsum moriens ostenderat. Verùm, cum præclarissimi alii Jurisconsulti id abundè præstiterint, verbis abuti pluribus in re clara supersedeo; id unum animadvertendo, quod, tametsi expressio meritorum
94 facta in testamento postmodum revocato, repetita quoque legatur in apoca donationis; nihilominus tamen, cum ibidem adsint verba superiùs relata cum meram, & gratuitam donationem, tum liberam, absolutamque voluntatem præseferentia, nullum prorsùs effectum operaretur, nec puræ, ac simplicis donationis naturam alteraret, atque interverteret, prout solidè firmat *Castrens. cons. 146. num. 2. vers. secundò videtur obstare lib.1., Vegg. cons.52. num.27., Decian. cons.32. num.60., & seq. lib.3., Soccin. cons. 295. num.9. vers. sextus, & ultimus lib. 2., Cephol. cons.81. num.12., Surd. cons.361. num. 15., & duobus seqq., Rota coram Buratt. decis. 924. num.7.* ibi = *Et hæc procedunt quomvis etiam dicatur, donationem fieri ob remunerationem meritorum &c.; quia nihilominùs præsumitur potiùs factio ex affectione, & pura liberalitate, quàm ex causa meritorum*.

Donationis.

Eadem quæstionum capita, quæ in superiore Voto tractata fuerunt, ad examen hic revocantur. Conditio resolutiva donationi adjecta his verbis = *se si disigillasse, si mostrasse, e su parlasse* = disjunctim est intelligenda. Ab insinuationis lege exempta non est donatio conditionalis, uti neque illa donatio, quam occultam Donator esse voluit, nisi eam occultam ex probabili metu servare velle contestatus fuerit coram Notario, & Testibus. Geminationem actus pro excludenda insinuationis necessitate non efficiunt promissio donandi, Scriptura donationis, ejusdem subscriptio, ac subsecuta traditio. Donationem remuneratoriam non probat falsa meritorum expressio in testamento à Donante revocato, excludunt verò donationis verba liberam voluntatem importantia. Confessio alicujus quando dividua sit, vel individua?

VOTUM XXXVIII.

1 *Pœnam a conditione voluntas propriè separat.*
2 *Conditionem voluntas facit, non sermo.*
3 *Donatio ex quibus verbis conditionalis censeatur?*
4 *Dictiones = nondimeno, = se, = ed altro che = conditionem important*, & num. 5. 6., & 7.
8 *Donatio effectum habitura, nonnisi post conditionis implementum, per viam non pœnæ, sed conditionis dicitur concepta.*
9 *Pœna, & privatio præcedentem habitum supponunt.*
10 *Donatio si purè concepta sit, conditio illi adjecta post quæsitum emolumentum censetur adimplenda.*
Tamquam non conditionalem, sed modalem, ac pœnalem actum reddens ibid.
11 *Conditio in quocumque dispositionis parte sit adjecta, conditionalem illam efficit.*
12 *Conditionalis Legati ademptio dispositionem efficit conditionalem*, & num. 14.

13 *Con-*

13 Conditio donationi adjecta, ejus effectum, donec impleatur, suspendit.

15 Aretini Theorica in leg. Titia nu.33. ff. de verbor. oblig. quando nam procedat, declaratur.

16 Conditionalitas potiùs, quàm pœnalitas dispositionis ex quibus conjecturis arguatur? & num.17. ad 21.

17 Donatio conditionalis, non pœnalis arguitur, si conditio illi adjecta, Donantis, non Donatarii favorem respiciat.

18 Procedit, licèt adsint verba = sub pœna privationis =

19 Conditionalis itidem arguitur, si Donans poterat hoc pacto suum faciliùs finem assequi, & num. 21.

20 Conditio pœnalis a Jure est improbata, & num. 29.

Et per quàm rarò a pœna deest excusatio ibid.

22 Pœna esse nequit, ubi culpa non est.

23 Culpa deficit, ubi nulla præcessit nec inhibitio, nec præceptum.

24 Conditionis defectus ex facto alterius proveniens, non facit, quem ratione pœnæ exclusum dici, sed eum pro non vocato haberi.

25 Conditio potestativa a facto alterius dependens, quoad honoratum dicitur casualis.

26 Illiusque defectus vim omnem adimit dispositioni, ab eaque consensum removet, ac si facta non fuisset.

27 Ex facto alteriùs nemo hereditate privari debet.

28 Intellige, si agatur de vocatione pura, secus quando effectus vocationis pendet a facto Tertii.

29 Dispositio sub conditione pendente a facto Tertii, quoad ipsum conditionalis dicitur conditione merè potestativa, quo verò ad honoratum casualis.

Nec pœnalis est, licèt expressâ privationis pœnâ. ibid.

30 Donator æquè potest non donare, ac nullitatem donationis indicere ex facto alterius.

31 Quæ nullitas non ex facto ipsô, sed ex mente Donatoris censetur provenire.

32 Conditio si impersonaliter in dispositione adjecta sit, ad effectum dumtaxat, non ad personas respexisse dicitur.

33 Ex ejusque defectu corruit dispositio, non curato ex cujus culpa.

34 Confessio qualificata non debet scindi, sed cum sua qualitate accipienda est.

Intellige in non prohibitis, num.36.

35 Certa, specialisque demonstratio vice nominis fungitur.

37 Testimonium Matris valere pro filia ad amplam consequendam donationem, absurdum est, & num.54.

38 Testes transversales non admittuntur, nisi extra tertium consanguinitatis, vel affinitatis gradum sint.

39 Testes sese invicem collidentes fidem non merentur.

40 Nec, si concilientur, suspecti esse desinunt.

41 Testis contra Inducentem plenè probat.

42 Inverisimilia ipsa conferunt ad rectum judicium statuendum.

43 Conditiones plures copulativæ, si re ipsâ unum, idemque importent effectum, pro disjunctivis, ac alternativis habendæ sunt.

44 Disponentis menti verba debent famulari.

45 Conditionis inadimplementum non debet in cujuspiam præjudicium cedere sinè ejus facto, aut mandato.

46 Intellige, si in dispositione respectus ad personas habitus fuerit, non si ad effectum dumtaxet.

47 Donatio sub onere alicujus implementi, ex istius defectu resolvitur, non curato, an per viam modi, an conditionis injunctum illud fuerit.

48 Donatio non insinuata corruit in eo, quod 500= aureos excedit.

49 Donatio ab insinuatione validitatem, nomen, atque essentiam assumit.

50 Insinuatio in donatione eò spectat, ut medio inter illas tempore Donans deliberet, num sibi expediat in suo proposito perseverare.

51 Insinuatio requiritur, etiam in donatione per apocam privatam facta.

52 Immò, & eò magis, quum istiusmodi Scripturæ suspectæ sint.

Præsertim inter conjunctas personas. ibid.

53 Donatio emissa dici nequit intuitu certi Matrimonii, cujus nulla mentio in apoca facta sit.

55 Testimonium Vitrici recipiendum non est.

56 Donatio insinuationem non requirit, si in caussam certi Matrimonii fiat.

Intellige, id non procedere, si sit ipsius Matrimonii caussa non finalis, sed tantùm impulsiva. ibid.

57 Actuum correspectivitas inter se non inducitur ex eo tantùm, quod alter alteri occasionem præbuerit.

58 Donatio non alia ex caussa, quàm ex mera voluntate facta, tamquam pura, ac simplex, insinuationem requirit.

Ex quibus autem pura, ac simplex valeat dignosci? ibid. & num.59., & 60.

60 Donatio, licèt in ejus prohemio habita sit aut agnationis, aut Matrimonii contemplatio, adhuc ex mera liberalitate non ex eorum caussâ facta censetur.

61 Donatio effectum habitura etiam extra casum Matrimonii, hujus contemplatione facta dici nequit.

62 Donatio, non sequuto Matrimonio, cujus intuitu facta est, resolvitur.

63 Correspectivorum actuum uno deficiente, alter quoque debet deficere.

64 Donatio post Matrimonium facta, esse non potuit ejus finalis caussa.

65 Donationis caussa tantùm impulsiva fuisse dici potest Matrimonium jam conclusum.

66 Donationem inter, & Matrimonium correspectivitas ex eorum vicinitate non inducitur

tur contra voluntatem Donantis meram liberalitatem exprimentis.

67 *Donatio non censetur meritorum remuneratoria, si jam aliunde compensata fuerint.*

68 *Donatio merè gratuita, & voluntaria, talis esse non desinit ob adjectam remunerationis expressionem.*

69 *Donatio Secretò exarata ab insinuationis necessitate eximitur.*

70 *Intellige, si duo concurrant, metus illius evulgationis, atque hujusmet rei coram Notario, & Testibus facta contestatio.*

71 *Donatio conditionalis verè donatio est, atque insinuatione indiget.*

72 *Actuum geminatia in donatione supplens insinuationis defectum, non inducitur ex promissione donandi, ex confectione apocæ, subscriptione, ac traditione.*

73 *Actus plures ab una, eademque caussa procedentes, non plures, sed unus reputantur actus.*

74 *Contractus quilibet ratus dici posset ex geminatione actuum, si geminati ii putarentur actus, qui ex una, eademque caussâ proveniunt.*

75 *Donandi promissio, scriptio, ac subscriptio apocæ, ejusdemque traditionem subsequentes actus omnes sunt meræ præordinationes donationi, ipsiusque apocæ comprobationi.*

76 *Donatio nulla est, non sequutâ traditione apocæ illam continentis.*

77 *Donationis confirmationem alii actus non possunt inducere, nisi qui traditionem apocæ eam continentis sint subsequuti.*

78 *Renunciatio legibus insinuationem in donatione requirentibus, si juramento expresso destituta sit, non suppletur tacito desumpto ex clausula,* = & in leue =

DONATIONEM à Nobili Viro Equite Hermanno factam favore D. Annæ Neptis ex duplici capite in præteritis scriptis impugnabam; In universum quidem ob non servatas conditiones illi appositas; supra verò 500. aureos ob omissam insinuationis solemnitatem. Verumtamen Magnifica Rota Januensis, dissentiente præstantissimo Viro D. Jo: Baptista Blondino, die 5. & 12. Decembris anno 1714. prædictam donationem omninò validam esse respondit, ut videre est ex decisione latius desuper extensa, Cujus tamen fundamenta nullo pacto videntur subsistere.

Et sanè sustineri nullatenus posse videtur,
quod dispositio, de qua agitur, pœnalis sit,
quodque proinde Anna, quæ voluntatem Donatoris
contempsisse dici nequit, insons, &
ignara excludi minimè debeat à commodo Donationis
ob culpam Matris, Maritique, qui conditionibus
à Donatore appositis non paruisse arguuntur.
Etenim, si in subjecta materia ad Disponentis
voluntatem recurrendum est, ut dignosci
possit, pœna nè, an potiùs conditio sit?
1 quippè voluntas propriè conditionem à pœna
separat, atque distinguit, ut ait *Marcian. Jurisconsultus in leg. 2. ff. de his, quæ pœn. nom.* ibi = *Pœnam a conditione voluntas Testatoris separat, & an pœna, an conditio, an translatio sit, ex voluntate Defuncti apparet* = *Cujac. observ. lib. 14. cap. 25. tom. 2. oper. prior. lit. D. & E,* inquiens = *conditionem voluntas facit, non sermo* =, *Gabr. cons.* 2
105. num. 8. lib. 1., Simon. de Pret. de ult. volunt. interpret. lib. 4. interpret. 24. dub. 4. num. 15. & seq., Molin. de Primogen. Hispan. lib. 2. cap. 12. num. 33., Torr. de Primogen. Ital. part. 2. quæst. 50. num. 63., Rota coram Duran. decis. 339. nu. 50., & coram Dunoz. jun. decis. 882. num. 9. Profectò
in dubium venire nequit, quin in casu no- 3
stro donatio censenda sit conditionalis, prout perspicuum fit ex illis donationis verbis = *Intentendo nondimeno, che questo scritto debba tenersi sigillato con li due sigilli con Lacca, come da me sarà consegnato alla Signora Dorotea mia Cognata Madre della sudetta Signora Anna, e se prima della mia morte si disigillasse, si mostrasse, e se ne parlasse, voglio, e dichiaro, che non abbia vigore alcuno, come se non fosse fatta, volendo, che rimanga secreto &c, Con patto di più, che non si molestino per via di giustizia &c., e dato, che si facesse, tutto il sopradetto sia nullo, e vano &c.* = Di- 4
ctiones namque illæ = *nondimeno* = *se* = & = *dato, che* = procul dubio conditionem important, ut
de prima tradunt *Redenas. b. cons. 7. num. 10.,* 5
Mans. consult. 63. num. 14., Rot. in rec. dec. 107. num. 4. in fine part. 3., decis. 231. num. 4. part. 7., & coram R.P.D. Ansald. decis. 136. num. 33., ubi
plurimos refert concordantes; de secunda est 6
*Text. in leg. si quis fundum ff. de contrahend. empt., Bartol. in leg. quibus diebus §. Termilias num. 15. ff. de condit., & demonstrat., Barbos. axiom. 28. num. 2, Saminiat. contr. 71. num. 2., Rot. ad ornor. Card. de Luc. de fideicommis. decis. 53. num.
16., decis. 54. num. 2., & decis. 81. num. 7.;* & de 7
tertia observant *Riminald. jun. contr. 278. nu. 4., Menoch. cons. 1118. num. 14. & seqq.; Mans. consult. 531. num. 1. & 2., Gobb. consult. 129. num. 2., Saminiat. contr. 121. num. 4., Rota coram Vbald. decis. 341. num. 4., coram Zarat. decis. 43. num. 1., in rec. decis. 49. num. 7., decis. 88. nu. 14., & decis. 406. num. 4. part. 13., decis. 36. num. 9., & decis. 301. num. 5. part. 16., decis. 807. num. 4. part. 18., & decis. 232. num. 33. part. 19.*

Certòque certiùs, quia, cum donatio ex voluntate Donantis effectum suum sortiri non deberet, nisi post ipsius obitum, ibi = *Che debba aver solamente luogo, e effetto, seguito l'ultimo mio passaggio, e morte* = & conditiones illi 8
appositæ implendæ essent, ipso Donatore vivente, ibi = *e se prima della mia morte se ne parlasse* = ac per consequens antè quæsitum emolumentum, ex hoc, veluti ex necessario antecedenti sequitur, dispositionem conditionalem esse non pœnalem, quia pœna, & privatio, utpotè habitum præcedentem supponentes, locum sibi
vindicare nequeunt, nisi post quæsitum emolu- 9
mentum, & exclusio antè talem adquisitionem facta dicitur non jam per viam pœnæ, sed per viam conditionis, prout hanc circumstantiam tam-

tamquam prò regula statuerunt. *Bartol. in leg.
Titia in 4. opposit. ff. de verb. obligat., Paris. cons.
19. num. 152. lib. 2., Houded. cons. 58. num. 61.,
& 80. lib. 1., & cons. 68. num. 39. lib. 2., Spad.
cons. 327. num. 7., & 18. lib. 3., Peregrin. de
fideic. art. 11. num. 92., & num. 130., clar. mem.
Card. de Luc. de fideicom. disc. 154. num. 10., Rot.
in rec. decis. 62., & decis. 156. utrobique num. 1.,
& 2., & decis. 217. num. 5. part. 18., decis. 161.
num. 10. part. 19., in Cavallicen. Bonorum 3. Julii
1705. §. Quod autem coram bon. mem. Cassarel-
lo, confirmata 11. Februarii 1707. §. In presenti
coram Rmo Molines, & 30. Januarii 1708. §. Con-
ditionalitas coram R. P. D. Aldrovando, & in
Ariminen. hereditatis super aditione 18. Junii
1708. §. final. coram Emo de Polignac* ibi = *Qua-
propter, cum implementum præcedere debuisset
ejusdem hereditatis acquisitionem, patet, dispo-
sitionem fuisse conceptam per viam suspensivæ con-
ditionis, non autem modi, seu pœnæ* =.

Nec est, cur in contraria *Decisione* respondea-
10 tur, quod controversa donatio in sui initio purè
concepta legatur, sieque præceptum injunctum
diei debeat post quæsitum emolumentum, ideo-
que locum sibi vindicet in casu nostro theorica
Aretini in dicta leg. Titia num. 3. ff. de verb. oblig.,
cujus vigore in similibus circumstantiis non
conditionalitas, sed modalitas, ac pœnalitas
actus adstruitur; certi namque, exploratique
Juris est, quod conditio in quacumque disposi-
11 tionis parte adjecta, reddit illam conditiona-
lem, & quando conditionalis est ademptio,
conditionalis etiam efficitur dispositio, juxtà
*Text. express. in leg. quando ff. de condit., & de-
monstr.* ibi = *Ex diverso quoque purum datum le-
12 gatum conditionale videtur, veluti quando sub
conditione ademptum est, quia sub contraria con-
ditione datum intelligitur* = *leg. legata 14. in princ.
ff. de adimend. legat., leg. si post mortem 71. §. Si
purè ff. de legat. 1., leg. quod purè 6., leg. si penum
14. ff. quand. dies legat. ced., leg. quibus diebus
§. Quidam Titio ff. de condit. & demonstr., leg. si
testamentum penult. Cod. de instit. & substit.* ibi=
*Tunc videri ab initio conditionalem esse institutio-
nem, & sic omnia complecti, tamquam, si Testator
ipsas institutiones eisdem conditionibus complicas-
set, quæ infrà conscriptæ sunt* = *Zanch. in leg. he-
redes mei §. Cum ità in 4. part. num. 75. ff. ad Se-
nat. Consult. Trebell., Cephal. cons. 52. num. 7.,
Riminald. jun. cons. 116. num. 43. & seq., Me-
noch. cons. 78. num. 8., & seq., Spad. cons. 327.
num. 7. lib. 3., Duran. de condit., & demonstrat.
part. 3. cap. 9. num. 12., & 17. in fin., Molin. de
Primogen. Hispan. lib. 2. cap. 12. num. 20. cum
seq., Gobb. consult. 16. num. 33., & seq., Palm.
nep. alleg. 368. nu. 8., & 9., Rot. in rec. dec. 227.
num. 7. part. 18.*

13 Ita quidem, ut tàm donatio, quàm illius an-
nullatio maneat in suspenso, & adquisitionis ef-
fectus pendeat à conditionis implemento, *Gloss.
in leg. aliquando verb. intelligitur, ibique Albe-
ric. num. 1. ff. de condit., & demonstrat., Ruin.
cons. 150. num. 8. lib. 3.* ibi = *concluditur ergo,
quod dicta institutio originaliter, & ab initio di-
citur concepta sub conditione si aliquis ex eis non
molestabit Uxorem Testatoris in relicto sibi facto,
perindè ac si in ipsa institutione, & in actu insti-
tuendi fuisset dicta conditio expressa, & ex hoc
infertur, quod heres non potuit adire, & quod, me-
diante suà aditione, non est factus heres, quia dicta
condition, sub qua fuit institutus, non erat adhuc pu- 14
rificata, & idem, etiamsi ab initio non fuit hæc
institutio conditionalis, sed pura, & secuta es-
set ademptio sub conditione, quia facta intellige-
retur sub contraria conditione* = *Raudens. variar.
resol. cap. 32. num. 4., Torr. de Primogen. Ital.
part. 2. quæst. 50. num. 14., Rocca disput. jur. se-
lect. cap. 1. num. 67. & 73., Saminiat. contr. 44.
num. 40. & seq., Rota coram Duran decis. 339.
num. 58. & seq., coram Dunoz. jun. decis. 882. n. 3.
& 13., & coram Cerro decis. 579. num. 5., & plu-
rib. seqq.*, proindeque locus non est prædictæ
Aretini Theoricæ, quæ eo dumtaxat casu ad- 15
mittitur, quo dispositio sit pura, onusque im-
pleri debeat post quæsitum emolumentum, ac
demùm graviores non urgeant conjecturæ prò
conditionalitate, quàm prò pœnalitate disposi-
tionis, ut optimè respondet *Rota in Cavallicen.
Bonor. 11. Februarii 1707. §. Prout non urget co-
ram Rmo Molines.*

Quæ porrò omnia deficiunt in nostra hypo-
thesi; nam, ut de primis duobus requisitis ta-
ceamus, illa enim satis superque submota re- 16
manent ex proximè animadversis, quod atti-
net ad conjecturas, hæ sanè omnes eò pertinent,
ut conditionalitas unicè volita videatur; id
quod vel ex eo maximè intelligitur, quod pro-
hibitiones, conditionesque donationi appositæ
non respiciant favorem, & commodum Dona- 17
tariæ, sed ipsiusmet Donantis; ille enim consi-
derans, quod, si donatio in aspectum, lucemque
prolata fuisset, ii, qui ad ejus hereditatem aspi-
rabant, ipsum despectui, atque odio habere fa-
cilè cœpissent, ideircò, ut omnem contem-
ptus, odiique causam submoveret, illam dili-
gentissimè occultari voluit. Prout etiam, cum
ipse particulari aliquà affectione ferretur erga
Vassallos N., voluit hoc suæ, quousque vixisset,
charitatis in eos extare monumentum, ut nem-
pe nullis unquam molestiis inquietarentur, ne-
vè præcipuè in carceres detruderentur.

Quamobrem, cùm onus injunctum principa-
liter tendat in favorem Donantis, & in suæ vo-
luntatis implementum, in dubium revocari mi-
nimè posse videtur, quin dispositio ista sit merè
conditionalis, juxtà ea, quæ tradunt *Paris. cons.
59. num. 51. lib. 2., Spad. cons. 327. nu. 33. lib. 3.,
Peregrin. de fideic. art. 2. num. 125., Galganett.
de condit. part. 2. cap. 4. quæst. 9. num. 16., Stai-
ban. jun. resol. 88. num. 55., & 57., Urceol. con-
sult. 27. num. 10., & de transact. quæst. 100. n. 41.,
Rot. post eumdem decis. 43. num. 4., in rec. decis.
693. num. 4. part. 1.* ibi = *In secundo verò casu,
quando actus annullatur in favorem alicujus, res
videtur clara, quod non sit pœna, quia respectu il-
lius, in cujus favorem actus annullatur, nulla po-
test considerari pœna, & licèt tendat in præjudi-
cium alicujus Partis, id venit in consequentiam,*

& dispositio dicitur favorabilis, & non pœnalis,
quamvis alius inhabilitetur = Dec. in cap. cogno-
scentes num 17., & hoc procedit etiam quando
agatur de auferendo aliquod datum non purè, sed
sub certa conditione resolutiva in eventum contra-
ventionis ad favorem certæ personæ, quia nunquam
fuit simpliciter acquisitum, sed cum certa quali-
tate respiciente favorem tertiæ personæ = dec.365.
num.11. part.16., & coram Cerro decis.579. n.7.,
quo loci inquit, quod, licet Testator usus fuisset
18 verbis illis = *sub pœna privationis* =, nihilominus
dispositio erat conditionalis, eò quod conditio
adposita respiciebat favorem Tertii, *& in Ca-*
vallicen. Bonorum 11. Februarii 1707. §. Eòque
certiùs coram Rño Molines.

Quæ quidem interpretatio eò libentiùs se-
quenda, amplectendaque est in casu nostro,
quia, cum Donatoris maximè interesset, rem
19 alto silentio tegi, & homines N. non molestari,
faciliùs finem suum assequi poterat onera adji-
ciendo per viam conditionis, nihil aliud requi-
rentis, præter nudum, ac simplex inadimple-
mentum, quàm per viam pœnæ, ad quam infli-
20 gendam jura nostra cum tanta maturitate,
adeoque caute, ac circumspecte procedunt, ut
vix, ac ne vix quidem ullus dari possit casus, quo
quis ab ea non excusetur, ut simulem circum-
stantiam ponderando, egregiè dixit *Rota in Ca-*
vallicen. Bonorum 11. Februarii 1707. § Et por-
rò coram Rño Molines ibi = *Et porrò impercepti-*
bile est, quod Spiritus pater capiens ex toto animo,
ut filii post ejus obitum non reciperent molestias ju-
diciales à Patruo, quodque illi recuperassent
quamplurima Bona, quæ credebantur occupata ab
eodem Patruo, invento modo ad hunc finem asse-
21 *quendum, mediante substitutione facta favore*
ipsius Patrui cum onere faciendi dictum compro-
missum, deindè voluisset hanc substitutionem, &
privationem in casu non adimplementi facere non
per modum conditionis, nihil aliud requirentis,
nisi nudum, & simplex non adimplementum, sed
per viam pœnæ, ad quam incurrendam jura nostra
procedunt cum tanta benignitate, quantâ vix ullus
est casus, in quo non salvetur, & excusetur = his
demum addendo, quod colore nullo pœnalis
dici potest istiusmodi dispositio, quando Annæ
donatariæ neutra ex dictis conditionibus dete-
cta, & injuncta fuisse probatur; pœna enim lo-
22 cum ubi vindicare nequit, ubi non est culpa,
ubi non est delictum ad *Text. in leg. aliud fraus*
est 131. in princ. ff. de verb. signific., culpa au-
23 tem, & delictum ibi esse non potest ubi nulla
præcedit prohibitio, nullum præceptum, ut
tradit *Bald. relatus à Cyriac. contr.519. num.25.,*
& Rot. coram Bich. decis. 132. num. 4., & seqq.

Jam verò, constabilitâ donationis, de qua agi-
tur, conditionalitate, sublata remanet contra-
ria illa animadversio, quâ dicebatur, absur-
dum esse, quod Anna donataria insons, & igna-
ra plecti, atque puniri debeat facto, & culpâ
Matris, ac Mariti. In his namque terminis An-
na excludi non dicitur à commodo donationis
24 ratione pœnæ, sed ex defectu conditionis, ea-
demque in hoc casu non jam privata, sed non
considerata fuisse dicitur, prout unanimiter af-
firmant *Cusanat. cons.3. ferè per tot., Peregrin.*
de fideic. art. 11. num. 86., Roxas de incompat.
part. 3. cap. 5. num. 83., Mans. consult. 47. n. 8.,
& 9., & consult. 66. num. 16., & 17., clar. mem.
Card. de Luc. de fideic. disc. 155. num. 6., Torr.
de Primog. Ital. part.2. quæst. 50. num. 14., Rocc.
disput. jur. select. cap.1. num.73. ibi = *nullum pror-*
sus jus poterat dici quæsitum substitutis, nisi sub
dicta conditione, eorumque exclusio nullatenus pro-
venit immediatè ex delicto, sed potius ex defectu
conditionis, quasi sub conditione vocatis =, *& cap.13.*
num. 14., & 15., Saminiat. contr. 41. num. 40.,
& seq., Surd. decis. 101. num. 7., Tristany decis.
45. num. 28., Mart. Vet. Pisan. 28. num. 16. ib. =
nam, cum deficit conditio substitutionis, non dicitur
substitutus privari jure suo, sed habetur pro non
scripto &c =, *Laurent. decis. Avenion. 118. n.6.,*
& seqq., Rot. in rec. decis. 203. num. 25., & 26.
part.6., coram Duran. decis.339 num.59. ibi = *De-*
fectus autem conditionis non facit, quem privari,
cum nunquam habuerit, sed immò operatur, ut
habeatur pro non vocato =, *& coram Cerro dec.579.*
num. 10., coram bon. mem. Emerix jun. dec.1340.
num.5., post Balduc. ad Ramon. decis. 28. num. 2.
tom.2., in Cavallicen. Bonorum 11. Februarii 1707.
§. Quoniam objectum coram Rño Molines, in con-
firmatoria 30. Januarii 1708. §. Magisque præci-
sè, coram R. P. D. Aldrovando, in Carpentora-
ctən. fideicommissi 26. Junii 1709. §. Et præmissa
coram bon. mem. Caffarello, & in Ariminen. here-
ditatis super aditione 18. Junii 1708. §. Nec obstat
coram Eño D. Card. de Polignac.

Et jure quidem, meritoque, quia potestativa 25
conditio pendens à facto, vel non facto Matris,
ac Mariti quoad Annam dicitur, & est casualis,
ità quidem, ut hujus defectus adimat vim om-
nem dispositioni, ab eaque consensum remo-
veat, perindè ac si facta non fuisset, ad *Text. in* 26
leg. si ità fuerit ff. de manumiss. testam., Covaruv.
in cap. Raynald. §. 1. num. 7. de testam., Cephal.
cons. 52. num.5., Menoch. cons. 78. num.3., Ruin.
cons.122. num.9. lib.2., Peregr. de fideic. art. 11.
num. 86. ibi = *Potestativa conditio dependens à fa-*
cto Tertii, quoad honoratum casualis censetur, ac
ideo illius defectus cessare facit dispositionem = *Ro-*
xas de incompatib. part. 3. cap. 5. num. 84., Rocc.
disput. jur. select. cap. 1. num 8., optimè Rota in
rec. decis. 459. num. 22., & seqq. part. 9. tom.2.
ibi = *Nec obstat l. Paterfamilias ff. de hered. in-*
stit., in qua statuitur, quod nemo ex alterius facto 27
exheredari, vel hereditate privari convenit, quia
illius dispositio procedit in vocatione pura, cujus
privatio non potest induci conditione pendente à fa- 28
cto Tertii, secus quando effectus vocationis pendet à
facto alterius, itaut ante rem quæsitam factum
adimplendum sit per Tertium, tunc enim, dùm
Tertius non facit, idest Pater non acceptat, ces-
sat vocatio filiorum, per Text. in leg. si ità fuerit
ff. de manumiss. testam. &c., eâ ratione, quia po-
testativa conditio dependens à facto Tertii, quoad
heredem censetur casualis, & ideò illius defectus
facit cessare dispositionem = *coram Cerro dec. 579.*
num. 7., & seqq. ibi = *Nec subsistit, quod præfa-* 29
ta-

ta conditio sit pœnalis, ideoque improbetur a Jure, quia, cùm concernat favorem Tertii, dispositio non dicitur pœnalis, quamvis Testator usus fuerit verbis=sub pœna privationis=sed merè conditionalis conditione potestativà respectu Matris, & casuali respectu filiorum, quæ non est prohibita = Et in Carpentoracten. fideicommissi 26. Junii 1709. §. Et præmissa in fin. coram bon. mem. Caffarello ibi = *Eà evidenti ratione, quia potestativa conditio dependens a facto, vel non facto Heredis, quoad ulteriores substitutos casualis censetur, & ideo illius defectus cessare facit sequentes dispositiones, perindè, ac si factæ non essent* =.

Nec est, cur Anna conqueratur, quia, sicutì
30 D. Alexander poterat ei non donare, ità potuit
etiam donare ea sub conditione, ut donatio
nulla, & irrita redderetur facto Matris, vel alterius, cùm in hoc casu non spectetur primariò
31 factum, & culpa Matris, sed principaliter voluntas Hermanni sub ea tantum lege de re sua Disponentis, ut optimè advertunt *Simon. de Pret. de interpret. ultim. volunt. lib. 4. dub. 4. num. 14., Rot. coram Royas decis. 290. num. 4., in Fanen. Primogenituræ 5. Maii 1700. §. Nihilominus coram clar. mem. Card. Caprara, in Cavallicen. Bonorum 18. Februarii 1707. §. Eàque certiùs in fin. coram Rmo Molines, in Carpentoracten. Fideicommissi 26. Junii 1709. §. Et jure quidem, meritòque* ibi = *Filii, & Descendentes in isto casu exclusi non dicuntur primariò ex facto Patris, benè verò ex Disponentis voluntate, cui integrum est talem legem dispositioni, & Bonis suis dicere* = *coram bon. mem. Caffarello, confirmata quoad portionem Alexandri 19. Februarii 1712. §. Idque potissimùm coram Emo Card. Priolo, & in altera contemporanea decisione quoad portionem Petri §. Et quamvis in fin. coram eodem.*

Atque hæc quidem potiori jure procedunt in nostra hypothesi, quia Donator adjiciendo conditiones superiùs relatas, locutus semper fuit
32 impersonalitèr, nullâ videlicet habitâ relatione ad certam aliquam personam ibi = *E se prima della mia morte si dissigillasse, si mostresse, e si parlasse &c. Con patto di più, che non si molestino &c., e dato, che si facesse &c.* = Ex quibus sequitur, quod Donans unicè consideravit effectum, respexitque simplicitèr, & absolutè inadimplementum prædictarum conditionum, at non etiam personas, à quibus illæ non adimple-
33 rentur, proindeque, ut dispositio viribus suis, & effectu vacua remaneat, satis est, paritum non fuisse conditionibus, non curato, an unus potiùs, quàm alter non paruerit *Galganet. de condit. part. 2. cap. 5. quæst. 2. antè num. 3., Pantzchman. quæst. 19. num. 103. part. 1.* ibi = *Quando fit respectus ad effectum, sivè ad rem ipsam, non curatur a quo fiat* = & benè etiam *Rota in Romana, seù Ferentina Pecuniaria 22. Januarii 1714. §. Non obstante* ibi = *Cum Partes non posuerint sub conditione, nisi liberationem Bonorum* ibi = *ogni volta, che detti Beni venghino liberati dal patto redimendi* = *conditio dicenda erat adimpleta ubicumque haberetur intentus liberationis Bonorum, etiamsi ista non sequatur ex opera Venditoris, ubi enim consideratur, & in conditione ponitur effectus, tunc iste solùm venit in obligatione, non autem sua causa* = & §. *Minùs obstare* ibi = *Minus obstare visum fuit, quod non agatur de conditione apposita in ultima voluntate, sed in contractu, quia etiam in contractibus, ubi fuit considerata pura, & simplex libertas Bonorum ab onere pacti redimendi, non verò ulla causa, ex qua produceretur eadem liberatio, statim ac Bona acquirunt, dicitur purificata conditio, quia sufficit adimplementum libertatis Bonorum, non attento, an procedat ex una, vel alia causa* = *coram Emo D. Card. Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Agnoscens contraria *Decisio*, colore nullo, nullâque justâ ratione impugnari posse controversæ donationis conditionalitatem, contendit, impletas fuisse conditiones illi adpositas, & primò quidem, quod, attinet ad silentii præceptum, inquit, quod si non aliundè constat, illud Do-
rotheæ fuisse injunctum, quàm ex ipsius confes- 34
sione, hæc uti qualificata ab impertita facultate revelandi = *agl' interessati* = scindenda non est, sed cum sua qualitate est accipienda; Verùm discursus iste haudquaquam subsistit; falsum namque est, quod non aliundè constet, injunctum fuisse silentium Dorotheæ, quàm ex ipsius confessione, cum contrarium necessariò eliciatur ex ipsamet donatione; si enim Donator inquit, se traditurum Dorotheæ apocam donationis, deindè vetat, illam resignari, ostendi, de ea agi; nemo non videt, præceptum, ac prohibitionem directam principaliter esse in personam Dorotheæ, quæ penes se retinere debebat apocam, ità suadente certissimâ illâ Juris nostri regulâ, quâ edocemur, quod certa, specialis-
que demonstratio vice nominis fungitur ad *Text.* 35
in leg. demonstratio 17. ff. de condit., & demonstrat., leg. certum 6. ff. de reb. credit., leg. Cum falsa cod. de jur., & fact. ignor. §. Siquidem in nomine 29., ibique Arnold. Vinn. num. 4. Instit. tit. de legat., Paulut. dissert. 28. num. 74., & seq., Rot. coram Penting. dec. 490. num. 8., in rec. decis. 93. num. 18. part. 17., & decis. 48. num. 8., & 9. part. 19., proindeque, si Dorothea proculdu-
bio prohibita fuit patefacere controversam do- 36
nationem, ejus confessio attendenda quidem erit quoad primam partem, & non etiam quoad secundam, cum in prohibitis confessio scindatur, dividaturque, hoc est accipiatur, rejectâ qualitate, *Bald. in leg. 1. num. 21. cod. de confess., Alexand. cons. 99. num. 2. lib. 7., latè Conciol. resol. crimin. verb. confessio resol. 24. num. 1., & 14., Surd. dec. 258. num. 6., Rot. dec. 802. n. 3. part. 1. divers., coram Seraphin dec. 644. num. 2., coram san. mem. Gregor. XV. dec. 456. num. 3., coram Royas dec. 202. num. 1., & 2., in rec. dec. 525. num. 2. part. 2., decis. 97. num. 4. part. 6.*

Eòque magis scindenda est istiusmodi confessio in casu nostro, quia alioquin mater favore filiæ ferret testimonium, cujus vigore illi com-
pararetur jus assequendi amplam donationem, 37
quod quàm sit absurdum, benè observant *Bartol. in leg. Qui testamento §. Quæcumque num. 3., ibique Bald. colum. 2. in princ. vers. in ea ff. de testam.,*

Nelle

*Nell. de Testib. num.7., Campeg. eodem tract. re-
gul. 2. vers. tertio quia mater, Mascard. de pro-
bat. lib.3. conclus. 114. num.4., Farinacc. de Te-
stib. quæst.54. regul.3. num.149., Gabriel. varior.
conclus. tit. de Testib. conclus.17. num.4.*; Qua de
re in his causis nec etiam Transversales indiffe-
renter admittuntur ad testimonium ferendum
prò Consanguineo; iidem enim recipiuntur,
38 cum sunt extrà tertium consanguinitatis, vel
affinitatis gradum per *Text. in canon. Absens il
2. 3. quæst.9., Doctores in leg. etiam cod. de Testib.,
Alexand. cons. 132. num. 27. lib. 5., Gabriel. va-
riar. conclus. tit. de Testib. conclus.15. num.1., &
seqq., Forinacc. de Testib. quæst.54. num.1., & 2.,
Rot. post ejusdem cons. tom. 2. decis. 125. num. 1.,
coram Duran. decis. 427. num.3., coram Cels. de-
cis.166. num.6., coram bon. mem. Emerix Jun. de-
cis.253. num. 8., in rec. decis. 327. n.14. part. 12.,
decis.54. num.12. part.17., & ad ornat. clar. mem.
Card. de Luc. de Regular. decis. 17. num. 7.*; Et
sanè, si fides habenda esset simplici dicto Doro-
theæ matris, frustrà Donator silentium adeò
enixè præcepisset, ut in casu contraventionis ir-
ritam voluerit esse donationem, semper enim
Dorothea obtendere posset facultatem sibi ore-
tenus à Donatore tributam rem detegendi, ut
sensui patet.

Non omittendo etiam, quod Dorothea reji-
cienda quoque esset, quia vel est contraria aliis
Testibus à Parte adversa productis, vel iidem
invicem sè se collidunt, illa enim ait, concessam
39 sibi fuisse potestatem patefaciendi donationem
agl' interessati. Dominus verò Jo: Baptista Sponsi
Vitricus deponit, se id rescisse à Dorothea, quæ
sibi dumtaxat ex Donatoris voluntate significare
poterat, at non etiam aliis; Còntrà verò testis
alter affirmat, controversam donationem Lippis,
& Tonsoribus, ut diei solet, fuisse notissimam:
Discrepantia itaque ista non modicè lædit te-
stium fidem ad *Text. in leg. Eos qui diversa ff. ad
leg. Cornel. de fols.* adeo quidem, ut, etiamsi
ad evitandam contrarietatem conciliari posset,
40 semper tamen illos suspectos, & infirmos red-
deret, ut post *Jo. Andr., & Butr. in cap. in no-
stra de Testib., & in oddit. ad speculat. tit. de Te-
stib. §. De interrogatoriis* tradit *Bero quæst. 84.
num. 5. vers. & quamvis, Castald. consult. 29.
num. 5., Rot. in rec., decis.147. num.4. part.10.,
decis.266. num. 8. part.18., dec. 73. num.20, de-
cis.100. num.4. part.19., ad ornat. clar. mem. Card.
de Luc. de servit. decis.34. num.18., & in conflict.
leg. & ration. decis. 5. num. 6.*, immò verò, cum
depositio postremi testis conciliari nullo pacto
possit cum dicto Dorotheæ, ille utpotè ab An-
na inductus, contra ipsam constituit gradum per-
41 fectæ probationis *Rot. in Mantiss. ad clar. mem.
Card. de Luc. de Benefic., decis.6. num.10. de Ju-
repatron. decis.49. num.7., decis.72. num.16., &
decis.73. num. 6., de Regular. decis. 4. num. 20.,
cum aliis in Romano Redditionis rationis 1. Martii
1709. §. Justitio verò coram Eño D. Card. Prio-
lo*; Cujus quidem testis fides nullatenus minui
potest ex eo, quod non deponat, à quonam vox
vulgi profecta sit, cum ortum habere potuerit,
etiam ab ipsomet Donante; Iste enim, cum rem 42
tegi vellet ob illam adeò rationabilem causam,
ne scilicet invidia inter Consanguineos exarde-
sceret, & aliquorum ex ipsis odium contrà se
concitaretur, inverisimile prorsus est, quod ipse
postmodum pandere voluerit rem, quæ patefa-
cta, sibi, aliisque nocere potuisset, juxtà notata
per *Rot. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Te-
stam. decis.15. num.17.*

Ex eademque ratione frustrà evitari contendi-
tur donationis resolutio eo sub obtentu, quod,
cum Donator, illam nullam, irritamque esse
voluerit, si hæc copulativè concurrissent = *Se si
disigillasse, si mostrasse, e se ne parlasse* = non suffi- 43
ciat proinde, quod Dorothea de ea verba dum-
taxat fecerit, cum necessarium prætereà fuisset,
quod apocam benè obsignatam resignasset, ob-
tendissètque; Nam, si Donator finem à se omni-
nò volitum non assequebatur, tàm si apoca
prædicta fuisset ostensa, quàm si de ea actum
fuisset ab illam retinente, & tenorem minimè
ignorante, profectò in hisce circumstantiis ver-
ba conjunctiva, ac copulativa prò disjunctivis,
& alternativis accipienda sunt, ad *Text. in leg.
Conjunctionem 29., & leg. sæpè 53. ff. de verb.
signific.*; Ita enim verba semper interpretanda
sunt, ut menti Disponentis famulentur, juxtà 44
*Text. in leg. penult. ff. ad exhib., Rot. in rec. de-
cis. 32. num.16. part.16., & ad ornat. clar. mem.
Card. de Luc. de fideicom. decis. 79. num. 17.*

Hæc, quod attinet ad conditionem non ser-
vati silentii; quod verò respicit prohibitionem
inferendi molestias hominibus NN., inquit con-
traria *Decisio*, quod, licèt conjecti fuerint in 45
carcerem homines illi, cum tamen nullibi ap-
pareat de mandato Annæ, sed factum id unicè
fuerit vigore mandati generalis ad lites dati ab
ejus Viro, hinc præjudicium nullum obvenire
possit Annæ uxori, ex auctoritate *Giovagn. resp.
93. num. 17., & seq. lib. 1.*, sed facilis est, ac
prompta responsio promanans ex eo, quod, cum 46
Donator prohibendo molestias usus fuerit verbis
impersonalibus, non innuit, sed apertè ostendit,
quod consideravit effectum, non respexit ad
personas, à quibus molestiæ inferri potuissent,
ut, præter auctoritates allegatas in *§. Atque hæc
quidem*, est *Text. in leg. si moter cod. de instit., &
substit., leg. final. cod. de donat. quæ sub mod.,
Altolin. resol. 100. num.28., Mans. consult.227.
num.19., & seq.*

Fortiùs in casu nostro, quia Donator probè
noverat, nomina Debitorum data fuisse in do-
tem Viro; ideòque sivè molestiæ illatæ fuissent
ab Anna Donataria, sive à Viro, inspectâ Do-
nantis voluntate, æquè in utroque casu deficit
conditio à Donante apposita, ac per consequens
corruit donatio, non curato, an defectus condi-
tionis, seu adimplementi sit culposus; nec nè,
quia non culpa, non dolus, sed defectus volun-
tatis aufert emolumentum, ut, præter auctorita-
tes latè superioribus locis adductas, benè admo-
net *Rot. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de do-
nat. decis. 15. num. 8.* ibi = *Versamur in terminis
donationis habentis annexum onus correspectivum
ali-*

*aliquid dandi munitum, ut dictum est, cum clausulis
resolutivis, unde non est inspiciendum, an defectus
ejusdem adimplementi fuerit culposus, nec ne,
quia, cum jus d. Bartholomei Donatarii dependeat
à solutione d. annuæ præstationis, ex eo, quod defe-
cit in adimplenda, & actualiter non solvit, eo ipso
dicitur ademptus consensus Valerii Donantis ab
ipso actu donationis, & reversum dominium rei do-
natæ.* =

Quæ quidem *Decisio* vel sola sufficeret ad id,
quod propugno, constabiliendum; in ea nam-
que, pluribus adductis & *Doctorum*, & *Sacræ
Rotæ* auctoritatibus, responsum fuit, quod do-
47 natio sub alicujus implementi onere facta certò
certius resolvitur ex defectu talis implementi,
absque eo quod ulla facienda sit distinctio, an
implementum injunctum fuerit per viam modi,
an potius per viam conditionis, & an ante, an
verò post quæsitum emolumentum, ut videre
est *ibidem sub num.* 1., & 2. ibi = *Et sic Domini
noluerunt recedere ab expressa dispositione Textus
in leg. 1. cod. de donat. quæ sub mod., per quem com-
muniter tradunt Doctores, speciale esse in donatio-
nibus sub alicujus implementi onere factis, ut re-
solvantur ex defectu d. adimplementi, & quidem,
nullà adhibità distinctione, an adimplementum fue-
rit promissum per viam modi, sivè per viam condi-
tionis, & an à parte antè, seù à parte post quæsi-
tum emolumentum donationis* =

Hæc igitur cum ità se habeant, pluribusque
non levibus argumentis demonstrata fuerit om-
nimoda controversæ donationis resolutio, su-
perfluum videri posset alia in id cumulare. Ve-
rumtamen non recedendo ab huc usque firmatis,
48 censeo, controversam donationem alio quoque
nomine nullam, & irritam extitisse; cum enim
illa nec ab ipsomet Donante, nec ab alio id in
mandatis habente fuerit insinuata, nulla rema-
net, & inefficax in eo quod 500. aureos excedit,
ad *Text. express. in leg. hac sacratissima 30., leg.
Sancimus 34. juncta leg. Si quis 36. §. Cæteris cod.
de donat.*; donatio namque ab insinuatione,
49 tamquam ab actu perficiente, validitatem ex-
pectare, ab eaque nomen, & essentiam recipe-
re, ac mutuari dicitur *Menoch. cons. 292., n. 3.,
& 5., Castell. de donat. disc. 3. partic. 6. num. 14.,
Gratian. discept. 483. num. 24., clar. mem. Card. de
Luc. de donat. disc. 60. num. 17., Rot. in rec. de-
cis. 69. num. 15. part. 7., decis. 241., & decis. 294.
per tot. part. 13., decis. 642. num. 24. part. 18., &
decis. 594. num. 11. part. 19.*; Cumque eadem eò
50 pertineat, ut Donans secum ipse reputet, atque
deliberet, utrum expediat in eadem voluntate
persistere nec ne? ad tradita per *Molin. de Ju-
stit., & Jur. tract. 2. disput. 278. num. 5., Man-
tic. de tacit. lib. 3. tit. 34. num. 9., Fontanell. de
pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. Gloss. 29. num. 11.,
Castell. de donat. disc. 1. special. 4. num. 5., Advoc.
Constantin. ad Stat. Urb. tom. 2. de donat. insinuat.
annot. 43. num. 134., Rot. in rec. decis. 241. num. 1.
& 2. part. 13., decis. 321. num. 9. part. 14., in Nu-
cerina donationis 14. Junii 1709. §. Nilque tur-
bat coram bon. mem. Caffarello, confirmata 12. De-
cembris 1710. §. Ex altero quoque coram R. P. D.
Aldrovando*; Idcircò à tali solemnitate immu-
nem non esse in præteritis scriptis probavi etiam
donationem in apoca privata factam, ex *Text. in* 51
*leg. donatio 25., & in leg. lata 27. cod. de donat.,
Rot. decis. 242. num. 2. 3. 25., & 30. part. 18.*;
Immò verò magis præcise requiri insinuationem 52
in istiusmodi Scripturis, utpotè suspectis, præ-
sertim inter necessarias, conjunctasque personas
*per d. leg. donatio, & leg. lata cod. de donat., et
Rot. d. decis. 242. num. 27. par. 18.*

Quam porrò insinuationis necessitatem elu-
dere conatur contraria *Decisio* pluribus excep-
tionibus, quarum prima est, quod controver-
sa donatio facta dicitur contemplatione certi,
ac determinati Matrimonii; altera, quod res
sit de donatione remuneratoria; tertia, quod
donatio occulta, atque secreta esse debebat;
quarta, quod istiusmodi donatio ob incertum ali-
quem eventum obnoxia erat resolubilitati;
quinta resultare contenditur ex geminatione
actus, sexta denique profluere dicebatur ex ju-
rata renunciatione facta legibus dictæ insinua-
tionis solemnitatem requirentibus; sed frustra.
Ut enim rem ordiar à prima exceptione, hæc
nullius ponderis est; nam, si in apoca donatio-
nis nulla penitus nedum certi, ac determina-
ti Matrimonii mentio facta fuit, quanam justâ 53
ratione contraria *Decisio* contendit, illam fa-
ctam fuisse in præcisam certi, ac specifici Ma-
trimonii causam? ut benè ratiocinatur *Rot. de-
cis. 563. num. 5. part. 19. rec.* At enim id inquiunt
Dorothea Mater Donatariæ, ac Joannes Bapti-
sta Sponsi Vitricus. Verùm Matrem à testi- 54
monio favore filiæ ferendo repelli suprà proba-
vimus *in §. Eòque magis*; Vitricum verò Te-
stem esse vetat *Text. in leg. Julia ff. de Testibus* 55
*quæst. 54. nu. 169., Conciol. resol. crimin. in verb.
Testis quoad personas resol. 2. nu. 1.*

Verùm enim verò, nè summo Jure agere, ac
nimis ad vivum omnia resecare velle videar,
agedum Testes prædictos audiamus: Joannes Ba-
ptista Sponsi Vitricus ait, se dixisse Consangui-
neis Sponsi, quod Anna ultra paternum patri-
monium habitura erat aliam insignem pecuniæ
quantitatem, absque eo quod vel summam ex-
presserit, vel personam designarit, à qua illa
esset protectura, quibus auditis = *detti Signori
le dissera, che trattassero detto Matrimonio con
facoltà di conchiuderlo, come seguì, e si fece la
poliza matrimoniale* = sunt verba depositionis;
Dorothea verò inquit, quod, cum rem differ-
ri videret, significari curavit Consanguineis
Sponsi, Hermannum, confecto Matrimonio, do-
naturum fuisse libras centum milla, subdens ver-
ba illa = *e detta offerta stimo sii quella, che dasse
l'impulso alla conclusione di detto Matrimonio* = si
igitur Sponsus, ejusque Consanguinei nullam
certam, ac specificam scientiam, vel rei do-
nandæ, vel personæ donaturæ habebant, si
creditur, talem spem futuræ donationis ad rem 56
perficiendam impulisse, nemo non videt, quod
ad summum donatio isthæc extitisse dici posset
causa impulsiva Matrimonii, quæ quidem non
sufficit ad effectum illam eximendi ab insinua-
tio-

tionis necessitate, cum ad hunc effectum requi-
ratur, quod eadem sit prima, præcisa, ac prin-
cipalis, finalisque causa Matrimonii, sicuti tra-
diderunt *Cravetta consf. 85. num. 3., Giovagnon.*
resp. 83. num. 46. lib. 1., Fenzon. ad statut. Urb.
cap. 149. num. 43., Gratian. discept. 984. num. 26.,
Card. de Luc. de donat. disc. 60. num. 45., Monte-
vent. decis. 10. nu. 1., & 2. Et rectè quidem, quia,
tametsi obscura illa, dubia, & incerta spes do-
57 nationis occasionem præbere potuerit contra-
hendi Matrimonii, non idcircò tamen sequi-
tur, istiusmodi actus dici inter se posse corres-
pectivos, ità quidem ut alioquin nec Matrimo-
nium sinè donatione, neque donatio sinè Ma-
trimonio sequutura fuisset *Ancharan. in cap. ac-*
cessorium num. 16. vers. Prætereà isti duo actus de
regul. jur. in 6., Pacian. de probat. lib. 1. cap. 28.
in addit. lit. F., Roc. disput. jur. select. cap. 105.
num. 41. & seq., Rot. coram Carill. decis. 177. in
fin., coram Elcù. decis. 281. num. 27., & decis. 406.
num. 31., in rec. decis. 223. num. 15. part. 17., &
latè bon. mem. R.P.D. Amadorius in Voto edito
in Romana Nominationis 4 Martii 1714. §. 27.

Quamquam verò satis his exclusa videri pos-
sit mutua quælibet actuum connexio, atque cor-
respectivitas, quam contraria *Decisio* insubsi-
stentibus omninò probationibus adstruere cona-
tur, nihilominus tamen, si quæ adhuc dubie-
tas hac in re superesset, ea penitùs submovere-
tur ex litera, ac tenore donationis, ex qua tan-
tum abest, quod conjici possit, Hermannum
motum ad donandum fuisse ob ullam Matrimo-
nii contemplationem, ut potiùs apertè profitea-
tur se donasse sui ipsius voluntate, quia scilicet
de rebus suis ità disponere placuit verbis illis =
58 *Perchè così m' è parso, e pare, m'è piaciuto, e pia-*
ce, obligando per l' adempimento di questa mia vo-
lontaria disposizione &c. = Quibus profectò verbis,
& quidem non à Notario, sed ab ipsomet Donan-
te appositis, excluditur omnis quæcumque cor-
respectivitas, evinciturque actus puræ, ac sim-
plicis donationis, requirentis proindè insinuatio-
nem, ut optimè considerant *Oldrad. cons. 5. per*
tot., Soccin. jun. cons. 295. num. 9. in princip. lib.
2. inquiens *Oldradum*, in his terminis non habe-
re Contradictorem *Decian. resp. 32. nu. 59. lib. 3.,*
Dec. cons. 366. num. 10., Ruin. cons. 38. num. 3.
lib. 1., Surd. cons. 361. num. 17., Negusant. jun.
quæst. 501. num. 13., Rota coram Buratto decis.
924. num. 5., & seq. ibi, = *Nam, quod illa sit pu-*
59 *ra, & simplex, ostendunt ipsius verba, nimirum*
illa = sponte &c. = & alia = *ac titulo puræ, meræ,*
& irrevocabilis donationis, quæ fit, & fieri dici-
tur inter vivos = Et quia sic sibi facere, & donare
placuit, & placet &c. = quæ verba sunt attenden-
da tamquam dispositiva &c. = in rec. dec. 20. nu. 8.
part. 5. ibi = *Et in Instrumento dicitur fieri dictam*
donationem spontè, & ob amorem, & benevo-
lentiam, quæ inter eos intercedebat, & ob pu-
ram, & meram liberalitatem, quæ verba exclu-
dunt, ipsum Donantem aliâ ratione motum ad do-
nandum, quàm ob suam liberalitatem = & in Ful-
ginaten. donationis super reservatis 10. Januarii
1710. §. In aliquo obesse coram R.P.D. Crispo, ibi
= *nullo enim Jure dici valet, quod præfata dona-*
tio verè sit reputanda causativa, cum Donator in
Instrumento dixerit dictam donationem facere ti-
tulo, & causâ meræ, liberæ, simplicis, & abso-
lutæ donationis, quia sic de bonis, & rebus suis
disponere placuit, & placet =

Atque hæc si procedunt, licèt in proemio do-
nationis considerata fuisset conservatio, & am- 60
pliatio familiæ Donatoris, contemplatioque Ma-
trimonii, *Staiban. jun. in observat. ad resol. 123. n.*
21. & seqq., Conciol. alleg. 75. nu. 25., Monteren.
decis. 20. num. 10., Rota post Pic. ad statut. Urb.
decis. 22. num. 13., coram Cavaler. decis. 257. nu.
8., coram san. mem. Alexandro VIII. decis. 255.
num. 16. & seqq., coram Burat. dict. decis. 924.
num. 7. ibi = *Et hæc procedunt, quamvis etiam di-*
catur, donationem fieri ex causa Matrimonii, quia
nihilominus præsumitur potiùs facta ex affectione,
& pura liberalitate, quàm ex aliqua alia urgenti
causa =, in rec. decis. 20. num. 10., & seqq. part. 5.,
decis. 230. num. 6. part. 14., decis. 457. nu. 5. part.
19., & in dicta Fulginaten. donationis super re-
servatis dicto §. In aliquo coram R.P.D. Crispo
quanto potiori jure locum sibi vindicabunt in
casu nostro, in quo nullius Matrimonii, nec in
specie, nec in genere mentio facta fuit.

Ex quibus promanant alia etiam validissima
argumenta puram, simplicemque donationem
evincentia, nam, si, inspectâ figurâ verborum, 61
quibus concepta legitur donatio, in dubium ve-
nire nequit, quin eadem effectum suum sortitu-
ra fuisset, tametsi Anna vel alias nuptias op-
tasset, vel, mutato in meliùs consilio, Cœlesti
Sponso sese vovere animo proposuisset suo, vel
denique è vivis immaturâ morte fuisset erepta,
quonam colore, aut quâ justâ ratione dici po-
terit facta contemplatione certi, ac determina-
ti Matrimonii, quando talis donatio, Matri- 62
monio non secuto, suapte naturâ resolvitur *Conciol. allegat. 75. num. 30. & seq., Rota coram*
Burat. decis. 581. num. 15., & in rec. decis. 431.
num. 6. part. 19., rursus, si donatio, de qua agitur,
alligata fuit duabus conditionibus, quibus de-
ficientibus, illa corruisset, prout reverâ cor-
ruit, ex latissimè supra deductis, quomodo fa-
ctam dicemus correspectivè ad certum Matri-
monium, quando hoc sinè illa remaneret contra
tra naturam actuum correspectivorum, quo- 63
rum uno deficiente, alter quoque deficiat ne-
cesse est, ut benè ad rem nostram advertit *Ro-*
ta in Nucerina donationis 14. Junii 1709., & 9.
Maii 1710., utrobique sub §. final., coram bon. me.
Caffarella, & 12. Decembris ejusdem anni 1710.
§. Consstita igitur coram R. P. D. Aldrovando ;

Denique, si Matrimonium conclusum, con-
stabilitumque fuit anno 1691., donatio verò fa-
cta legitur anno 1692., perspicuum fit, illam 64
contemplatione prædicti Matrimonii factam
non fuisse, nec ejus finalem causam extitisse,
ut egregiè ratiocinantur *Cravet. cons. 54. num.*
36., Spad. cons. 169. num. 2. & 3. lib. 3., Mozz.
de contract. titul. de donat. num. 72., Tondut. re-
solut. civil. 54. num. 5. part. 2., Card. de Luca de
donat. disc. 31., & disc. 32. utrobique num. 11.,

Pau-

Paulut. differtat. 8. *num.35.*, *Rota coram Coccino decif.433. num.3.*, *& decif.469. num.4. & 5.*, *coram Card. Celfo decif.40. num.13.*, *in rec. dec. 200. num.10. verf. quia part.5.*, *decif.241. num. 2.*, *& 3. part.7.*, *decif.230. num.6. part.14.*, *decif. 563. num.6.*, inquiens, quod Matrimonium
65 jam conclufum ad fummum effe poteft caufa
merè impulfiva *part.19.*, *& in dicta Fulginaten. donationis fuper refervatis* 10.*Januarii* 1710. *§. final.* ibi = *Quod tantò robuftiùs locum habere debet*, *quia donatio præfata non fuit facta in ipfo contractu Matrimonii*, *fed eadem exarata habetur poft jam contractum Matrimonium a Leonordo*, *hoc autem cafu prorfus ceffat omnis dubitandi ratio* = *corom R.P.D. Crifpo*; Et licèt non multum temporis inter hofce duos actus interceffe-
66 rit, nulla tamen ex eorum vicinitate elici po-
teft correfpectivitas contrà Donantis voluntatem in apoca donationis luculentèr expreffam, optimè *Gratian. difcept.786. num. 19.* ibi = *Itaut inter iftos contractus non poffit confiderari aliqua correfpectivitas*, *quamvis enim eàdem die effent facta inftrumenta*, *cum adfit expreffio caufæ procedentis a mera liberalitate*, *quæ excludit omnem correfpectivitatem*, *quæ poffit oriri ex vicinitate temporis* = *Rota dec.34. num.6.*, *& 7. part.6.*

Sublatâ hac priori exceptione, progredior ad alteram, quæ in eo fita effe dicebatur, quod controverfa donatio fit remuneratoria. Verum, cum qualitas ifthæc non aliundè elicita, quàm ex priori teftamento Hermanni, in quo ipfe heredem inftituit = *la Signora Anna figlia del Signor Antonio fuo fratello in recognizione di quello*, *che hà fatto alla fua morte verfo di me* = funt verba dicti teftamenti, fubmota prorsùs rema-
67 net animadvertendo, quod Antonius fuæ mor-
tis tempore legavit quidem Hermanno fratri fex millia aureorum, fed profeffus fuit id egiffe, ut aliqua ex parte fatisfaceret obligationibus, quibus obftrictus reperiebatur ergà Hermannum fratrem Legatarium, ergo, fi vigore hujus Legati fatisfactum eft propriis ipfius Legantis obligationibus, nullum indè adquiri potuit meritum vel ipfi, vel ipfius filiæ, ad *Text. in leg. proximè 50. ff. de rit. nupt. L. fi fervo 84 ff. de hered. inftit.* Proindeque nil mirum, fi Hermannus teftamentum prædictum poftmodum revocavit, nullamque rationem habuit Annæ ex dicto Antonio fratre neptis, &, fi in apoca etiam donationis nullam meritorum expreffionem fecit.

Quæ tamen expreffio licèt apocæ prædictæ adjecta legeretur, nullo certè numero habenda
68 effet, quia cum adfint etiam verba fuperiori-
bus locis relata meram, gratuitamque donationem præfeferentia, & liberam, abfolutamque voluntatem importantia, nullum prorfus effectum operaretur, nec puræ, ac fimplicis donationis naturam alteraret, atque interverteret, prout folidè firmant *Caftrenf. conf.346. num. 2. verf. fecundo videtur obftare lib.1.*, *Vegg. conf. 52. num.27.*, *Decian. conf.32. num. 60.*, *& feq. lib.3.*, *Socciu. jun conf.295. num.9. verf. fextus*, *& ultimus lib.2.*, *Cephal. conf.81. num.12.*, *Surd. conf.361. num. 15.*, *& duobus feqq.*, *Andreol. contr.240. num.18.*, *Conci l. alleg.75. nu. 25. & 26.*, *Rota coram Buratt. decif.924. num.7.* ibi = *Et hæc procedunt*, *quamvis etiam dicatur*, *donationem fieri ob remunerationem meritorum &c. quia nihilominus præfumitur potiùs facta ex affectione*, *& pura liberalitate*, *quàm ex caufa meritorum* =

Minùs urget tertia exceptio, quæ defumi
contenditur ex eo, quod Donator donationem 69
fecretam, occultamque effe voluerit, hinc inferendo, quod locum fibi vindicare nequeat infinuatio, quæ rem patefeciffet, *ex doctrina Corrafii in arreft. cap. 40. verf. at verò juncto verf. Quibus tamen*, quem fequitur *Greveus ad Gail. obfervat.39. n.10. lib.2.* Nam, cum ad fenfum dictarum auctoritatum duo in hoc cafu requirao-
tur, quod nempè Donator probabili metu im- 70
peditus fuerit infinuare donationem, quodque ejufce rei coram Notario, & Teftibus facta fuerit conteftatio; profectò in noftra hypothefi, quidquid fit de primo, fecundum, hoc eft folemnis proteftio, conteftatioque metus defideratur.

Quarta fublata jam penitùs fuit particulari, ac feparato meo refponfo, in quo, infpectis ve-
rioribus Juris noftri regulis, latè oftendi, dona- 71
tionem conditionalem verè, ac propriè, donationem, ideoque obnoxiam effe infinuationi folemnitati.

Prout etiam ad evadendam infinuationis neceffitatem non officit quinta deducta ex gemi-
natione, hæc enim eum erui contendatur ex 72
promiffione donandi, ex confectione apocæ, ex ejufdem fubfcriptione, & ex illius traditione facta Dom. Dorotheæ, proculdubio, fi veritatem amamus, adeffe dici nequit in cafu noftro, quia cum quilibet ex actibus prædictis non fit perfectus, fed unus factus fuerit in confequentiam alterius, & omnes tendant ad perficiendum, complendumque contractum alioquin imperfectum, & incompletum, non dicuntur proindè inducere geminationem *Gallerat. de renunciat. lib.5. cap.5. num. 15.*, Prout generale eft, quod plures, plurefque actus ab
una caufa procedentes non plures, fed unicus 73
reputantur, ut, relatis concordantibus, firmat *Rota in Romana hereditatis de Rufpolis* 13. *Junii* 1704. *§.42. coram Rmo Molines* verbis illis = *Quapropter, fubductis iftis moleftiis*, *remanet tantùm difcutienda unica illata fuper confectione multiplici Rufpoli*, *quæ multiplicatur in plures rationc plurium actuum*, *& infpectionum fubalternarum*; *quas ad verificationem hujufmodi Judicii opus fuit excutere*, *fed re verâ*, *cum omnes procedant ab una caufa*, *reducenda funt ad unicam tantùm moleftiam* =

Et jure quidem, meritòque, quia alioquin
vix, ac ne vix quidem reperiretur ullus actus, 74
contractus ullus, in quem non caderet geminatio; omnem namque actum, contractumque præcedere folet tractatus, ac præmeditatio, ac fubfequi fcriptura fæpè fæpius manu ipfarum Partium confecta, atque fubfcripta. Itaque in noftra hypothefi promiffio donandi, fcriptio, atque fubfcriptio, aliique actus, fi qui præcef-

ferunt apocæ traditionem factam Dorotheæ, non sunt actus donationis, sed simplices præ-
75 ordinationes ad eamdem, & ad apocæ identitatem firmandam, atque probandam; sicut enim, non obstante confectione, ac legaliza-
76 tione dictæ apocæ, nulla unquam futura fuisset donatio in rerum natura, nisi apoca, in qua illa continebatur, tradita fuisset Dorotheæ, vel alteri personæ acceptanti prò Anna Donataria, ità nullus alius actus donationis considerari potest, nisi in ipsa traditione, postquam sane traditionem de nullo alio actu docetur, ex
77 quo Donator illam confirmare, vel ratam habere voluerit; immò verò ex postremo testamento constat de expressâ illius revocatione.

Denique nullo numero habenda est sexta, eademque postrema exceptio, quæ in contraria
78 *Decisione* elicitur ex jurata renunciatione tacita legibus insinuationem requirentibus; Frustrà enim, cum nullum expressum juramentum legatur in donatione, frustrà, inquam, tacitum desumi contenditur ex clausula illa = *r.t in fede* = in calce donationis apposita, prout plenè probare possem, nisi laborem hunc præoccupassent præstantissimi alii Advocati, ad quos libentissimè me refero, nè plus æquo mea crescat oratio.

Donationis.

Agitur de eadem donationis specie, ac luculenter ostenditur, conditionalem æque, ac puram donationem, verum ac proprium donationis nomen obtinere, ac propterea utramque insinuationis legibus subjici, nisi donatio vel tacita fuerit sub conditione ab ipso Donatario adimplenda in Donatoris utilitatem, seù commodum, vel solum jus eventuale, quod neque re, neque spe Donator habuit, complectatur.

VOTUM XXXIX.

1 *Donatio non insinuata revocari potest.*
2 *Donatio propriè dicitur, quæ fit ex liberalitatis causâ.*
3 *Donatio conditionalis propriè donatio est*, & nu.9. 10. & 46.
4 *Conditio substantiam actus non mutat, &* num.10.
5 *Donatio pendens a casu fortuito vera donatio est*, & num. 37., & 39.
6 *Donans sub conditione, non censetur ab ea moveri ad donandum.*
7 *Donatio dicitur simplex, licèt fiat sub conditione*, & num.11.
8 *Conditio donationi adjecta non excludit liberalitatem*, & num.12. & 45.
13 *Conditionalis donatio respectu Donatoris perfecta est.*
14 *Conditionalis donatio revocari nequit.*
15 *Donationis conditionalis revocatio pendet a conditionis eventu.*
16 *Donatio, existente conditione, perinde est, ac si ab initio pura fuisset.*
17 *Conditio ad contractus diem retrotrahitur*, & num.20.
18 *Retrotractio locum habet in contractibus, & distractibus conditionalibus.*
19 *Emptionis, & venditionis contractus, si post obitum Contrahentium conditio extiterit, heredes obligat.*
21 *Contrahentes sibi, & heredibus consulunt.*
22 *Debitor sub conditione, si ei accepto feratur, eâ postea existente, intelligitur jam olim liberatus.*
23 *Patri actio competit ex conditionali stipulatione filiifamilias, etiamsi, pendente conditione emancipetur.*
24 *Hypotheca ex contractu conditionali, existente conditione, retrotrahitur.*
25 *Donatio sub conditione, cum aliquid secutum fuerit, non propriè donatio est.*
26 *Intellige, si conditio pendeat a facto Donatarii, veluti, si aliquid dederit*, & num. 35. 38.
27 *Donans sub conditione, si aliquid dederit, a lucro, & emolumento moveri censetur*, & num 36.
28 *Donans sub conditione pendente a facto Tertii, vel a futuro eventu, ex sua liberalitate donat.*
29 *Donans sub conditione, & respectu illius, propriè donare non dicitur.*
30 *Mulier donans Titio, ut ea daret Marito, non propriè donat.*
31 *Donatio propter nuptias, propriè donatio non est.*
32 *Liberalitas est dare non intuitu conditionis.*
33 *Dare sub conditione, & intuitu illius, contractum efficit innominatum.*
34 *Donatio sub conditione, cujus intuitu non donetur, propria est.*
40 *Conditio adimplenda a Matre, & a Marito Donatariæ, quoad ipsam est casualis.*
41 *Conditio potestativa pendens a facto Tertii, quoad honoratum casualis est*, & num.44.
42 *Hereditate privari ex alterius facto neminem convenit.*
43 *Intellige, quando effectus vocationis non pendeat a facto alterius.*
47 *Donatio etiam conditionalis insinuanda est*, & num. 51.
48 *Donatio conditionalis, nisi insinuetur, non valet.*
49 *Procedit, etiamsi, eveniente conditione, insinuatio necessaria non esset.*
50 *Contractus tempus quoad obligationem, & solemnia inspicitur non existentis conditionis.*
52 *Insinuationis solemnitas adhibenda est, ne temere quis patrimonium suum exhauriat.*
53 *Donatio ex deliberata voluntate facienda est.*
54 *Donans sub conditione æque obligatur, ac ex alio titulo oneroso.*
55 *Et, adveniente conditione, æquè ledi potest, ac si donasset purè.*
56 *Insinuatione non indiget donatio juris incerti, & eventualis.*

57 In-

57 *Intellige, si jus illud, nec re, nec spe Donanti competat.*
58 *Spes fundata in alieno arbitrio, vana est.*
59 *Insinuatione indiget donatio, quæ, eveniente conditione, Donatoris patrimonium minuit.*
60 *Donatio juris, quod nec re, nec spe Donatori competit, ejus patrimonium non minuit.*
61 *Donatio juris futuri ex caussa præterita, & æstimationem, quæ summam non insinuandam excedat, recipientis, solemnitatem exigit.*
62 *Donatio, & translativa renunciatio idem important.*
63 *Renunciatio extinctiva, sivè abdicativa solemnitatem non postulat.*
64 *Donatario, pendente conditione, adquisitur jus considerabile.*
65 *Donatarius sub conditione præfertur alteri posteriori.*

PLURIBUS, iisdemque non levibus ar-
gumentis me hactenus constabilivisse pu-
1 to, donationem, de qua agitur, condi-
tionalem fuisse, Postmodum verò longiùs pro-
gressus ostendi, illam, utpotè insinuationis so-
lemnitate destitutam, potuisse à Donatore re-
vocari.

Quamquam verò postea opponeretur, dona-
tionem conditionalem non esse propriè donatio-
nem, proindeque obnoxiam dici minimè posse
insinuationis necessitati, id, quod potuit tandem
Judicibus alioquin doctissimis negotium facere,
ut videre est ex *decisione* edita; tamen, cum *de-
cisionis* fundamenta neutra ex parte subsistant,
ab ea non moveor sententia, quod donatio de-
claranda sit nulla, tum quia defecerunt condi-
tiones ei appositæ, tum etiam quia caret insi-
nuatione.

Sanè, cum ea propriè donatio sit, quam quis
2 ob nullam aliam causam facit, quàm ut libe-
ralitatem, & munificentiam exerceat, ut in-
quit *Julianus in leg. 1. in princip. ff. de donat.*, &
3 Papinian. *in leg. Donari 29. ff. eodem*, talis di-
cenda est etiam donatio conditionalis, quia
4 conditio non est qualitas, quæ mutet substan-
tiam actus, quæque liberalitatem, ac munifi-
centiam excludat ad *Text. in leg. 2. §. si pecu-
niam ff. de donat., gloss. in leg. 1. in princip. in verb.
sequutum ff. eodem*, & uno ore tradiderunt *Curt.
jun. in leg. 1. nu. 83. ff. si cert. petat., Dec. in leg.
Divus Pius 28. in 1. column. ff. de regul. jur., Paul.
de Castr. in leg. 1. num. 2. vers. si autem ff. de do-
nat.* ibi = *si autem, pendente mero casu fortuito, hoc
5 non facit, quo minus dicatur propriè donatio, ita ut,
etiamsi, pendente conditione, res tradatur, domi-
nium transferatur, leg. si sub conditione de solu-
tion., leg. dotis fructus supra de jur. dot., quia
6 non censetur moveri ad donandum contemplatione
illius casus, sed ex sua liberalitate = Aretin. cons.
17. colum. 5. vers. secundæ autem objectioni, De-
cian. resp. 3. num. 15. lib. 1., Corn. cons. 45. nu. 2.
vers. requiritur ergò lib. 4., Cravet. cons. 85. num.
2. ad med.* ibi = *donatio dicitur simplex, licèt fiat* 7
*sub conditione si navis ex Asia venerit, quia illa
conditio non excludit liberalitatem = & cons. 540.* 8
*nu. 6. Obrecb. in Æconom. donat. disput. 2. themat.
44., Clar. in §. Donatio quæst. 2. in princip.* ibi =
Quæro, an donatio conditionalis sit propriè dona- 9
*tio? resp. Gloss. in leg. 1. in princ. in verb. sequu-
tum ff. de donation. tenuit, quod dicatur propriè
donatio, & illam Glossam dicit esse communiter
approbatam Curt. jun. in leg. 1. num. 83. ff. si cert.
petat., Licèt aliqua dispositio habeat conditionem* 10
*annexam, illa conditio non est qualitas, quæ mu-
tat substantiam actus, ideo non desinit esse vera pro-
pria donatio = Viv. com. opin. verb. donatio sub
conditione,* ibi = *donatio sub conditione facta dicitur
propria & simplex donatio = Mantic. de tacit., &
ambig. lib. 13. tit. 4. num. 15.* ibi = *sed hoc loco du-
bitari contingit, an donatio facta sub conditione ca-
suali, veluti, si navis ex Asia venerit, sit pro-
priè donatio? Et quidem simplex donatio intelligi-* 11
*tur Gloss. &c. nam, licèt hujusmodi donatio hanc
habeat conditionem, tamen hæc qualitas, seu cau-
sa existentis conditionis non mutat substantiam, &
ideò non desinit esse vera, & propria donatio = &
infrà sub §. Ceterum in fin.* ibi = *nam simplex, &
pura dicitur donatio eo respectu, quod hujusmodi* 12
*conditio liberalitatem, & munificentiam non ex-
cludit &c. =*

Et, licèt contractus talis donationis quoad
exequutionem, ultimumque perfectionis gra-
dum vi conditionis suspendatur, nihilominus 13
respectu Donatoris perfectus est, quia ipsius vo-
luntate, ac pœnitentià revocari nullo pacto po- 14
test, etiam pendente conditione ob spem Do-
natario ex conditionali promissione quæsitam,
ut benè advertunt *Cuman. in leg. 2. §. Si pecu-
niam num. 1. ff. de donation.* ibi = *Bartol. dicit,
quod iste Text. loquitur in donatione simplici, &
propria, ubi non habet locum pœnitentia* = & infra
= *Et secundum hoc primò colligitur ex hoc, quod,
si iste Titius vivens vellet revocare illam donatio-
nem, non posset = Paul. de Castro in leg. 2. §. Si
pecuniam num. 1. ff. de donat.* ibi = *Contractus do-
nationis erat perfectus quantum ad eum, ut non
posset revocare, licèt conditio adhuc penderet = Co-
var. variar. resolut. lib. 1. cap. 14. num. 16. vers. &
si responderis, Antunez. de donat. reg. lib. 1. præ-
lud. 2. nu. 14.,* verbis illis omninò exscribendis = 15
*nec obstat, donationem conditionalem subjici im-
plemento, vel defectui conditionis, & sic non esse
irrevocabilem, quia respondetur, quod revocatio
pendet ex conditionis implemento, vel defectu, non
verò ex voluntate, aut pœnitentiâ Donatoris, qui,
etiam pendente conditione, pœnitere non potest, ne-
que donationem revocare &c. = Antonell. de tempor.
legal. lib. 1. cap. 34. num. 87., Merlin. de pignor.
lib. 4. quæst. 22. num. 56., Rota coram Seraphino de-
cis. 724. num. 11., in rec. dec. 174. nu. 8. & seqq.,
Rota Florent. apud Balducc. decis. ac rer. judicat.
tit. de dote decis. 13. nu. 10., & 11.* Quæ quidem
conditio promissioni adjecta si postmodum ex- 16
titerit, perindè est ac si ab initio purè donatum
fuisset, quia conditio retrotrahitur ad diem ce- 17
lebrati contractus, ut optimè ponderant *An-*

Antunez. loc. mox cit. num. 4. inquiens, quod, imple-
tâ conditione, donatio tamquam actus putus
producit omnes juris effectus, quos haberet, si à
principio purè facta fuisset, Antonell. de tempor.
legal. lib. 1. cap. 34. num. 88., Rot. in rec. dec. 174.
num. 25., & seq. part. 6.
Atque id quidem confirmari potest plurimis
juris nostri locis, quibus cautum reperitur, in
18 contractibus, ac distractibus conditionalibus
locum sibi vindicare retrotractionem, veluti =
19 si pendente conditione, emptor, vel venditor de-
cesserit, constat, si extiterit conditio, heredes
quoque obligatos esse, quasi jam contractá emptio-
ne in præteritum = sunt verba Jurisconsulti in leg.
necessariò 8. in princ. ff. de pericul. & commod. rei
20 vendit., ergò conditio existens retrotrahitur ad
tempus contractus, quo tempore Contrahentes
21 sibi, suisque heredibus consulunt, atque pros-
piciunt. Prout sub conditione debitor, si ei accepto
22 feratur, posteà conditione existente, intelligitur
jam olim liberatus = sic loquitur Text. in leg. sub
conditione 16. ff. de solut. ut etiam si filius famil.
23 sub conditione stipulatus, emancipatus fuerit, de-
indè extiterit conditio, Patri actio competit =, ut
inquit Jurisconsultus in leg. si filiusfamil. 78. ff. de
verbor. signific. ergò conditio existens retrotra-
hitur ad tempus initi contractus, alioquin nul-
lo pacto Patri competeret actio, sed filio eman-
cipato, & denique sexcentis aliis omissis = vi-
deamus, an idem dicendum sit, si sub conditione,
24 stipulatione factá, hypotheca data sit, quá penden-
te, alius purè credidit, & eamdem hypothecam
accepit, tunc deindè prioris stipulationis existat
conditio, ut potior sit, qui posteà credidit, sed
vereor, ne hic aliud sit dicendum, cum enim con-
ditio semel extitit, perindè habetur, ac si illo
tempore, quo stipulatio interposita est, sinè con-
ditione facta esset; quod & melius est = huc usque
Jurisconsultus in leg. potior. 11. §. 1. ff. qui potior.
in pign. hab., ergò in contractibus conditionalibus
conditio existens retrotrahi dicenda est ad tem-
pus initi contractus, alioquin potior esset Credi-
tor, qui posteà purè credidit, eamdemque hy-
pothecam accepit.
Neque verò ea, quæ hactenus dicta sunt, con-
velli, atque infirmari quoquo modo posse vi-
dentur censurâ, Textus in leg. 1. in princ. vers.
dat aliquis ff. de donat., quo loci Jurisconsultus
25 ait, quod = si dat aliquis, ut tunc demùm acci-
pientis fiat, cùm aliquid sequutum fuerit, ea non
propriè donatio appellabitur, sed totum hoc dona-
tio sub conditione est =. Etenim verissima, & à
26 gravissimis Doctoribus recepta prædictæ legis
interpretatio ea est, quod in illa agitur de dona-
tione pendente à facto Donatarii, veluti si ali-
27 quid dederit, quo casu Donans moveri cense-
tur non ex sua liberalitate, sed lucro, & emo-
lumento, quod sperat; at aliter res se habet in
28 conditione, quæ pendeat à facto Tertii, vel à
futuro eventu, cum tunc Donans motus censeri
nequeat ad donandum contemplatione illius ca-
sus, sed ex sua liberalitate, ut egregiè distin-
guendo, docent Cuman. in leg. 1. num. 6. ff. de
29 donat. ibi = Et sic donatio sub conditione intrinse-
ca tunc non propriè dicitur donatio, quandò respe-
ctu illius conditionis facta est, puta mulier donavit 30
centum Titio, ut ea daret Marito suo, vel in dona- 31
tione propter nuptias, quæ fit in recompensationem
dotis; secus si alterius extrinsecus =, & infra sub
num. 7. ibi = ad unum tamen nota istam glossam;
solet dubitari, numquid contractus sit nominatus
factus in vim conditionis in leg. final. supra de pact.,
leg. si quis cum Debitore de jurejur., & ista glossa
videtur velle, quod, si est conditio, cujus intuitu 32
non datur, dicitur mera liberalitas, si autem con-
ditio, cujus intuitu datur, tunc censetur contra- 33
ctus innominatus: ità determinat notabiliter ista
glossa = & interiùs = aliàs si sub conditione, cujus 34
intuitu non donatur, propria diceretur = idemque
Cuman. in leg. 2. §. Si pecuniam num. 1. ff. eodem,
sic inquiens = Bartolus dicit, quod iste Textus lo-
quitur in donatione simplici, & propria, ubi non
habet locum pœnitentia: &, si dicas: iste intelle-
ctus est contra l. 1., dicit ipse, quod erat conditio,
quæ non facit donationem impropriam, ut ibi di-
ctum fuit = Paul. de Castr. in d. leg. 1. num. 2. ff.
de donat. ibi = si autem incipit a promissione, requi-
ritur, quod agatur, ut statim acquiratur jus, &
actio ipsi Donatario, si ergò fiat sub conditione, cùm
non acquiratur statim jus, nec dominium, non vide-
tur propriè donatio, ut infrà in verb. dat. sed con-
trà de l. donatio C. eodem, & infra l. proxim. §. Si 35
pecuniam solv. quod supra dixi, procedit, quando
est talis conditio, quæ dependet ex facto Donatarii,
ut si aliquid dederit, quia tunc censetur moveri 36
non ex liberalitate, sed propter illud, quod spe-
rat, & ita debet intelligi vers. dat., si autem, pen-
dente mero casu fortuito, hoc non facit, quò minùs 37
dicatur propriè donatio &c. quia non censetur mo-
veri ad donandum contemplatione illius casus, sed
ex sua liberalitate, non tamen vult donare, nisi ca-
sus eveniat = Riminald. in princ. tit. instit. de do-
nat. num. 174., Vivius comm. opin. verb. donatio
sub conditione num. 2. ibi = Circa primum, quod
purè facienda sit donatio, sentit Aretin., quod do-
natio propria sub conditione fieri non possit: meritò
concludendum est, in hac re distinguendo; quod 38
quædam est donatio dependens ex facto Donatarii,
& commodum Donantis respiciens, puta si Dona-
tarius quid Donanti dederit, & ista non est vera
donatio; censetur enim Donans moveri non ex li-
beralitate, sed spe lucri, casus est in leg. hoc jure
§. 1. ff. de donat., & ità procedit sententia Are-
tini; altera verò est conditio non respiciens commo-
dum Donantis, sed futurum eventum, & ista non 39
impedit, quo minùs dicatur vera donatio, quia non
censetur moveri ad donandum contemplatione il-
lius casus, sed ex sua liberalitate, non tamen vult
donare, nisi casus eveniat &c., & totidem ferè
verbis Antunez de donat. reg. lib. 1. prælud. 2. §. 11.
num. 12. vers. verùm Riminaldus.
Porrò hypothesi nostræ non primam, sed se-
cundam distinctionis mox allatæ partem appli-
cari posse evidens, & apertum redditur ex eo,
quod Anna nihil Donatori præstare debuit, &
conditiones donationi appositæ respiciebant Ma-
trem, ac Maritum respectivè ipsius Annæ,
sicque, licèt quoad illos essent potestativæ, erant 40
ta-

tamen casuales, atque fortuitæ respectu Annæ,
ad *Text. in leg. si ità fuerit ff. de manumiss. testam.*,
Covarruv. in cap. Raynaldus §. 1. nu. 7. de testam.,
Cephal. cons. 52. num. 5., *Menoch. cons. 72. nu. 3.*,
Ruin. cons. 122. num. 9. lib. 2., *Peregr. de fidei-*
41 *com. art. 11. num. 86.* ibi = *Potestativa conditio de-*
pendens a facto Tertii, quoad honoratum casualis
censetur = *Roxas de incompatib. part 3. cap. 1. nu.*
84., *Roc. disput. jur. select. cap. 1. num. 8.*, opti-
mè *Rot. in rec. decis. 459. num. 22.*, *& seqq. part. 9.*
tom. 2. ibi = *Nec obstat lex Paterfamilias ff. de*
42 *hered. instit.*, *in qua statuitur, quod nemo ex alte-*
rius facto exheredari, vel hereditate privari con-
venit, quia illius dispositio procedit in vocatione
pura, cujus privatio non potest induci conditione
43 *pendente a facto Tertii; secus quando effectus do-*
nationis pendet a facto alterius, itaut antè rem
quæsitum factum adimplendum sit per Tertium &c.
tunc enim, dum Tertius non facit, idest Pater non
44 *acceptat, cessat vocatio filiorum, per Text. in leg.*
si ita fuerit ff. de manumiss. testam. &c. eâ ratione,
quia potestativa conditio dependens a facto Tertii
quoad heredem censetur casualis = *& coram Card.*
Cerro decis. 579 num. 7., *& seqq.*, *& in Carpen-*
toracten. fideicommissi 26. Junii 1709. §. Et præ-
missa in fin. coram bon. mem. Caffarello ibi = *Eà*
evidenti ratione, quia potestativa conditio depen-
dens a facto, vel non facto Heredis, quoad ulteriores
substitutos casualis censetur = Proindeque non
45 aliâ ratione Donans illi donare voluisse dicendus
est, quàm ut liberalitatem ergà ipsam exerce-
ret, existente tamen duplici conditione ab eo
expressè volitâ, ex auctoritatibus suprà in
§. præcedenti allegatis.

Hæc igitur cùm ità se habeant, & donatio
46 conditionalis ab omni improprietatis notâ vin-
dicata dici posse videatur, & conditio liberali-
47 tatem, munificentiamque non excludat, conse-
quens est, ut etiam in conditionali donatione
adhibenda sit insinuatio, prout promiscuè de
pura, ac de conditionali donatione loquitur
Text. in leg. donatio 25. Cod. de donat., verbis il-
lis = *Donatio sive directa sit, sivè mortis causâ in-*
stituta, sivè conditione faciendi, aut non faciendi
suspensa, sivè ex aliquo notato tempore promissa,
sivè animo Dantium, accipientiumque: sententiis
(quantum jus sinit) cognominata; sub hac fieri de-
bet observatione, ut quas leges indulgent, actio-
nes, conditiones, pactionesque contineat. Hisque
penitus cognitis, vel recipiantur si complacitæ
sunt, vel rejiciantur, si sunt molestæ. In conscri-
bendis autem donationibus nomen Donatoris jus, ac
rem notari oportet; neque id occultè, aut priva-
tim, sed aut tabulâ, aut quodcumque aliud mate-
riæ genus tempus dabit: actis etiam annectendis
quæ apud Judicem, vel Magistratus conficienda
sunt, ubi hoc leges expostulant =, *Cuman. in leg. 1.*
num. 7. ff. de Donat. ibi = *si quis autem quærat,*
numquid exigatur insinuatio? Dynus dicit, quod
sic =, *Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 40. de insinuat.*
48 *donat. definit. 1.*, quo loci testatur, declaratam
fuisse nullam donationem conditionalem ob de-
fectum insinuationis ab initio prætermissæ, li-
49 cèt evenientis conditionis tempore ex quadam
particulari facti circumstantiâ desierit necessa-
ria esse insinuatio ibi = *Placuit non eò minùs de-*
fectu insinuationis inutilem fuisse donationem, quod,
eveniente conditione, insinuatio necessaria non es-
set, quoniam in contractibus sive de obligationibus, 50
sive de solemnium jure quæreretur, contractus tem-
pus inspici deberet, non existentis conditionis =
Merend. contr. jur. lib. 1. cap. 16. num. 8. ibi =
Septimò ex dictis intelligi potest, an donatio rei 51
adquirendæ insinuatione indigeat, de qua post alios
agit Anton. Gabriel. tit. de donat. conclus. 1. a
num. 75., *intelligimus, inquam, eam desiderare*
insinuationem, quia re ipsà nihil aliud continet,
quàm rei alienæ donationem sub ea conditione fa-
ctam, si ad Donatorem pertinere cœperit; neque
enim conditio facit, quin donatio sit insinuanda, ut
legitur in d. leg. donatio Cod. de donat.

Et jure quidem meritòque, quia insinuatio-
nis solemnitas eà mente, eoque consilio intro- 52
ducta sit à jure nostro, ne quis temerè patrimo-
nium suum effusis largitionibus exhauriat, sed
ut Donans, quoniam agit de actu adeò præjudi-
ciali, qui nonnisi ex proposito, ac deliberatâ vo- 53
luntate geri debet, ante publicationem dona-
tionis apud acta, vel Judicem, secum ipse re-
putet, atque deliberet, utrum expediat in ea-
dem voluntate perseverare nec ne? ad tradita
per *Molin. de justit, & jur. tract. 2. disput. 278.*
num. 5., *Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 34. num. 9.*,
Fachin. contr. jur. lib. 3. cap. 83. vers. respondeo,
Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. gloss.
29. num. 11., *Cutell. de donat. disc. 1. special. 4.*
n. 5., *Arnold. Vinn. in instit. tit. de donat. §. Aliæ*
autem num. 3. vers. insinuari actis, *Perez instit.*
eodem tit. vers. & cum retrò, *Card. de Luca de*
donat. disc. 60. num. 6., *& 7.*, *bon. mem. Advo-*
cat. Constantin. ad stat. Urb. tom. 2. de donat. insi-
nuat. annot. 43. num. 134., *Rot. in rec. decis. 241.*
nu. 1., *& 2. part. 13.*, *decis. 321. num. 9. part. 14.*,
in Nucerina donationis 14. Junii 1709. §. Nilque
turbat coram bon. mem. Caffarello, confirmata 12.
Decembris 1710. §. Ex altera quoque coram R. P. D.
Aldrovando; profectò talis solemnitas justum
locum sibi vindicabat etiam in casu nostro, quia 54
Donans postquam donavit, ità remansit irretitus
hoc contractu, prout alio quocumque etiam ex
titulo oneroso, ut in hæc præcisa verba loquitur
Rot. in rec. decis. 174. num. 16. part. 6., ideoque,
adveniente conditione, lædi poterat eo prorsus 55
modo, quo, si statim ab initio facta purè donatio
fuisset, *Rip. in leg. si unquam num. 20.*, *& seq.*
Cod. de revoc. donation., *Jas. in leg. is potest n. 47.*
ff. de acquir. hered., *Bald. in leg. pactum quod do-*
tali in fin. Cod. de collat., *Tiraquell. de pact. con-*
nub. gloss. 5. num. 32., *Catan. cons. 7. num. 13.*,
& 14., *Rot. coram fan. mem. Gregor. XV. dec. 25.*
num. 4., *& 5.*, *in rec. decis. 723. num. 53. part. 2.*

Nec objiciatur, quod in renunciatione, seu 56
donatione juris futuri incerti, eventualis, ac
conditionalis necessaria minimè sit insinuatio,
juxtà theoricam *Bald. in leg. illud num. 12. Cod.*
de Sacros. Eccles, isthæc namque doctrina, Do- 57
ctoresque illam sequentes intelligendi sunt de
eo dumtaxat jure, quod nec re, nec spe compe-
tit,

tit, quod tametsi alicui donetur, Donantis ta-
58 men patrimonium non diminuit, & cujus spes
vana prorsus dici debet, utpotè fundata in alie-
59 no arbitrio, ac voluntate; at aliud certè Juris
statuendum est in donatione etsi conditionalitèr
facta, quæ, existente conditione, Donatoris Pa-
trimonium jam inde ab initio insigniter dimi-
nuisset, & conspicuam recipiendo æstimatio-
nem, emptorem invenire potuisset prò pretio
excedente summam actis non insinuandam, ut,
aliis omissis, benè distinguendo, monent *Gabriel.
comm. conclus. tit. de donat. conclus. 1. num. 77.,
Card. de Luc. de renunciat. disc. 6. num. 31., &
seqq., & de donat. disc. 60. num. 31., & 32.* ibi=
60 *Tertiò in donatione, vel remissione Juris quærendi,
cùm ità Donator patrimonium diminuere non dica-
tur; quod tamen intelligendum est de eo jure, quod
nec re, nec spe competat, adeout utraque pendeat
à caussa de futuro, quo casu Scribentes concordant;*
61 *secus autem, ubi agatur de jure futuro radicato in
re de præterito, adeout de tempore, quo fit dona-
tio, æstimationem recipiat, utque emptorem inve-
niret prò pretio excedente; tunc etenim, quoties*
62 *agatur de actu conceptu per viam donationis, vel
translativæ renunciationis, quæ idem importat,*
63 *probabilius videtur, solemnitatem requiri; secus
autem, si agatur de renunciatione extinctiva, sivè
abdicativa, per quam tollendo se de medio Renun-
ciatario locum aperiat, in quibus terminis loquun-
tur plerique agentes de donatione juris de futuro
trahentis caussam de præterito, atque hujus solem-
nitatis necessitatem negantes, ex quorum mala in-
telligentia sivè ad hujusmodi distinctionem non re-
flectendo, resultant modernorum Collectorum
æquivoca, negativam simplicitèr, ac indefinitè fir-
mando in Bonis, vel juribus quærendis.* =

Qualis certè dici potest donatio controversa
complectens libras 100000. Licet enim eadem
64 alligata reperiatur certis quibusdam conditio-
nibus, attamen hoc interim spatio, quo pendet
conditio, adquiritur Donatario jus, & quidem
considerabile, quo si privaretur, damno affici
diceretur, ut benè observant *Dec. in leg. in eo,
quod velis num. 1. ff. de regul. jur., Alex. cons. 89.
num. 13., & cons. 169. num. 14. lib. 2., Rot. de-
cis. 174. num. 15., &* 20. ibi = *nec interim privan-
dus est Donatarius illà spe, & alià, & in qua fuit
illi jus quæsitum, & quidem considerabile* = *& nu.*
65 23. ibi = *Donatarii primi quamvis sub conditione
non egent retrotractione ad hoc, ut præferantur po-
sterioribus Donatariis titulum nullum validum ha-
bentibus, quippè quod ob spem adquisitum, & il-
lius respectu donatio semper fuit pura, & simplex.* =

Donationis.

Donatio à Minore cum juramento facta, etiam sinè solemnitatibus, atque insinuatione sustinetur, dolo, aut falsà caussà cessante. Donationis ratificationem inducunt actus geminati, ipsamque supplent insinuationem. Insinuatio, aliæque solemnitates in donatione correspectiva non requiruntur; hæc autem quando irrita non dicatur ex æqualitatis defectu? Minor si tactus Major contra ejus donationem quinquennio non reclamavit, ratam habuisse dicitur. Restitutio in integrum, & jus dicendi de nullitate contractus Minori competens, personale est, nec ad heredes valet transmitti.

VOTUM XL.

1 *Minoris contractus absque solemnitatibus nullus est, atque irritus*, & num. 14.
2 *Solemnitates in contractibus Minorum semper, & quandocumque servandæ sunt.*
Et præsertim in contractu donationis num. 3.
3 *Donationis contractus suàpte naturà læsionem, damnumque præsefert.*
4 *Donare idem est, ac perdere.*
5 *In Minorum contractibus, inter ceteras solemnitates, insinuatio requiritur.*
6 *In donatione a Minore facta, insinuatio pro forma præscripta est.*
Ex ejusque defectu ipsa corruit donatio ibid.
7 *Insinuationis defectus in donatione Minoris non suppletur juramento.*
Istud enim dolo extortum reputatur ibid.
8 *Minores æquè facilè ad contrahendum, atque ad jurandum inducuntur.*
9 *Donatio a Minore facta, ultra solemnitates, justam requirit caussam.*
10 *Donatio Minoris corruit, sive desit justa caussa, sive inepta, vel præjudicialis existat.*
11 *Procedit, intercedente etiam Judicis Decreto.*
12 *Donatio a Minore facta sinè justa, legitimaque caussa, meram, ac damnosam importat liberalitatem.*
13 *Minori ipsius liberalitas nequit nocere.*
15 *Donans, ejusque heredes a Bonorum, & jurium donatorum successione repelluntur.*
16 *Donans de rebus donatis disponere omnino prohibetur.*
17 *Donans præsumitur in testamento disposuisse de Bonis tantum in donatione non comprehensis.*
18 *Testamentum Donantis sustinetur unicè, quoad Bona ad effectum testandi reservata.*
19 *Declaratio, sive confessio Donantis, ipsi nedum, sed ejus quoque obstat heredi, nisi insubsistens detegatur.*
20 *Et a neutro impugnari potest.*
21 *Solemnitatum defectus in donatione suppletur juramento.*
Licèt de Minori agatur num. 22.
22 *Juramentum contractibus Minorum validitatem tribuit*, & num. 23.
23 *Minor per juramentum efficitur, & repræsentatur Major.*
24 *Juramenti vis in donatione Minoris non eliditur ex doli præsumptione.*
Sed clarissimè demonstrandus dolus est, & Minoris circumventio num. 26.
25 *Doli præsumptio in contractibus Minorum, etiam jurejurando firmatis non a jure commu-
ni,*

ui, sed a peculiaribus quibusdam statutis inductu est.

27 *Insinuationis defectus concludenter ab Allegante debet probari.*

28 *Insinuatio potest separatim a donationis instrumento fieri.*

29 *Insinuata donatio præsumitur post lapsum 37. annorum, quibus fuit observatà.*

30 *Etiamsi de gravi agatur Tertii præjudicio.*

31 *Insinuationis defectus suppletur juramenta.*

32 *Insinuatio in donatione requiritur, ut constet de perseverantia in proposito donandi.*

33 *Perseverantiam in proposito donandi indicat subsequens actus æquipollens donationi.*
Hujus autem ratificatio inde resultat ibid.

34 *Donationis præcedentis subsequens ratificatio insinuationis defectum supplet.*

35 *Insinuationi æquipollet actuum geminatio.*

36 Statutum Avenionen. *in donationibus geminatis insinuationem non requirit.*

37 *Donationis veritas ac Donantis perseverantia ex geminato consensu rectè desumitur.*

38 *Omnisque excluditur error, læsio, ac simulatio.*

39 *Vitio vitium nequit sanari.*

40 *Actus posterior nullus nequit præcedentem confirmare, pariter nullum.*

41 *Juramentum sanat quemcumque solemnitatum defectum.*

42 *Donatio ob caussam insinuatione, aliisque solemnitatibus non indiget.*

43 *Donatio ob caussam species quædam est permutationis.*

44 *Donatio propriè non est, quod datur, ut vicissim aliquid rependatur.*

45 *Donatio correspectiva dici nequit, si, quod Donanti promittitur, ex alia caussa debeatur.*
Vel ratione inæqualitatis nulla est, si id rei donatæ non correspondeat ibid.

46 *Donatio, licèt res Donanti promissa in aliam debeatur caussam, potest adhuc correspectiva dici, & quomodo* ibid.

47 *Donatio correspectiva dicitur ex correspectivitate etiam tacitè resultante.*

48 *Donationis correspectivæ inæqualitas satis excluditur ex Donantis confessione, & quomodo* ibid.

49 *Donationis correspectivæ nullitatem ob inæqualitatem allegans, hanc tenetur probare concludenter.*

50 *Præsertim, si agatur de actu diu, & quoad vixerint, à Contrahentibus observatu.*

51 *Donationis factæ in minori ætate ratificatio quinquennio post majorem ætatem inducitur,* & num. 52.

53 *Minori non competit restitutio in integrum, si factus major intrà quadriennium non reclamaverit.*

54 *Et est communis opinio.*

55 *In minore post majorem ætatem ignorantia non præsumitur, nec attenditur.*

56 *Restitutio in integrum, & jus dicendi de nullitate contractus à Minore initi, personale est, ipsique tantùm minori competens.*

57 *Nec ad heredes potest transmitti.*

58 *Contra donationem à minore factam, ab eoque nunquam impugnatam, nequit ipsius heres de nullitate dicere.*

SIMEON in ultimo, cum quo decessit, testamento, scriptâ sibi *herede* universali Ulaliâ uxore suâ, respectu quatuor suorum filiorum ità disposuit = *Di più hà lasciato, e lascia a Marcella, Antonio, Vincenzo, ed Ambrogia suoi figliuoli naturali, e legitimi, e di Eulalia sua carissima moglie, ed a ciascheduno di loro per dritto d'istituzione particolare la somma di 3000. lire da pagarsi a ciascheduno di detti suoi figliuoli, allorchè essi averanno respettivamente l'età di venticinque anni compiti, e frà tanto vuole, ed ordina, che li detti figlioli siano nodriti, ed alimentati tanto essendo sani, quanto essendo ammalati, alle spese dell' eredità del d. Testatore, e il qual legato hà fatta a ciascheduno delli detti Marcello, Antonio, Vincenzo, ed Ambrogio per tutti, e singoli dritti di legitima, supplemento di quella parte, e porzione ereditaria &c.* =. Mortuo Simeone Testatore, primò diem suum clausit ab intestato Ambrosius, qui, turbato ordine naturæ, prædecessit Ulaliæ ejus matri, deindè Ulalia decedens, superstitibus Marcello, Antonio, & Vincentio filiis, universalem sibi scripsit heredem Marcellum, relinquendo reliquis duobus filiis, nempè Antonio, & Vincentio similem summam 3000. librarum pro quolibet prò omni, & toto eo, quod prætendere possent, etiam ratione legitimæ.

At Antonius anno 1667. per donationem inter vivos transtulit, cessitque omnia bona sua tàm præsentia, quàm futura Marcello, reservato tamen sibi, quoad viveret, illorum usufructu, & quàdam quantitate ad effectum testandi, biennio autem post, videlicet anno 1669. per actum omninò separatum, & independentem à primo donationis, amplam, & generalem quietantiam celebravit favore Marcelli, quâ declaravit ab illo recepisse quidquid sibi debebatur vigore tum Legati paterni, ac materni, atque intestatæ successionis Ambrosii fratris, tum etiam vigore quorumcumque jurium quomodolibet ipsi competentium. Vice autem versâ Marcellus correspectivâ obligatione promisit illi præstare annuam pensionem librarum centum, donec insimul convivèrent in domo paterna, in qua si Antonius nollet, vel non posset amplius cum ipso cohabitare, pensionem ad libras 300. auxit.

Religiosè hæc omnia servata fuerunt inter dictos fratres, nullo unquam ex eis reclamante; sed, cum anno 1702. decessisset Antonius, scripto sibi *herede* Vincentio fratre, Raymundus hujus filius petiit à Dorothea filia Marcelli tàm duplex Legatum, cujus supra meminimus, quàm portionem intestatæ successionis in bonis Ambrosii debitam Antonio, illo innixus fundamento, quod donatio, & subsequens quietatio ab Antonio facta favore Marcelli ex multiplici capite nulla, irrita, ac simulata sit; quamobrem ro-

rogatus egn, ut de his sententiam meam prò
veritate dicere velim, an nempè d. donatio, &
subsequens quictantia obstare queant nec ne
Raymundo, ne bona prædicta consequi queat?

Dici fortè posse videretur, tales contractus
tamquam factos à Minore sinè solemnitatibus à
1 Jure tum communi, tum municipali requisitis,
nullos, & irritos esse ad *Text. in leg. 1., & leg.
magis puto §. Non passim ff. de reb. eor., leg. Predia, Cod. de Præd. minor., Rot. decis. 76. nu. 30.,
coram R̃mo D. Ansaldo Decano*, quæ solemnita-
2 tes, si præscriptæ sunt in omnibus Minorum
contractibus, ut eorum imbecillitati succurra-
tur, potiori jure servandæ erant in contractu
3 donationis, qui suâpte naturà est læsivus, dam-
numque semper præsefert, *Alexand. cons. 125.
num. 2. vers. 4. lib. 1., Natt. cons. 166. num. 16.,
& 17., & cons. 137. num. 1., & seq., Capon. discept. 64. num. 3., & seqq., de Marin. resolut. quotid. lib. 1. cap. 144. num. 2., Rota coram Cavaler.
decis. 257. num. 7., coram Buratto decis. 924. n. 15.
& seqq., & coram R̃mo Ansaldo decis. 76. n. 31.,
decis. 306. num. 4., & seqq. part. 18. recent.*,
4 quippè donare idem est ac perdere *Gloss. in leg. 1.
in fin. princ. ff. de tutel., & ration. distraben., de
Marin. loc. mox citat. num. 3., Rota coram R̃mo
Ansaldo d. decis. 76. num. 31.*

5 Cumque inter ceteras solemnitates à Jure in
contractibus Minorum requiratur insinuatio,
& hæc deficiat, inde sequitur, donationem ab
6 Antonio factam absque dicta solemnitate prò
forma præscripta, nullam, & invalidam esse,
ut præcisè considerando defectum insinuatinnis,
dixit *Rot. decis. 28. num. 12., & seqq. post Torr.
de pact. futur. success., in rec. decis. 591. num. 12.,
decis. 610. num. 1. part. 4. tom. 3., decis. 323. n. 3.
part. 14., & in Æsina Successionis 11. Junii 1714.
§. Quoniam coram R. P. D. Cerro*. Cujus sanè
7 solemnitatis defectus suppleri nequit juramen-
to, eò quod illud in hisce Minorum contractibus
dolo extortum præsumatur; Minores siquidem
eâ facilitate, quâ trahuntur ad contrahendum,
8 inducuntur etiam ad jurandum *Rota decis. 294.
num. 12., & plurib. seqq. part. 6. rec., & decis.
361. num. 9., & 10. part. 13.*

Nullirati resultanti ex defectu solemnitatum
9 alia gravior nullitas promanat ex defectu justæ
causæ, quæ tamen, ultrà extrinsecas solemni-
tates, semper requiritur ad validitatem dona-
tionis factæ à Minore, ad tradita per *Fontanell.
de pact. nuptial. Gloss. 1. claus. 9. part. 1. num. 5.,
& seqq., Constantin. ad statut. Urb. annot. 44. art. 8.
num. 84., R. P. D. Fattinell. respons. 32. num. 8.
lib. 2., Rot. decis. 226. num. 12., & decis. 338.
num. 18., & seqq. part. 17., in Faventina fideicommissi, & Transactionis 5. Maii 1713. §. Defectus autem coram Emo D. Card. Scotto, & 19. Februarii 1714. §. Substitutio siquidem coram R. P.
D. meo Crispo*, ità quidem, ut, eà deficiente, si-
10 vè injustâ, atque ineptâ & Minori præjudiciali
existente, donatio veluti ex defectu consensus
11 corruat, tametsi Judicis decreto auctorizata
fuerit *Constantin. ad statut. Urb. d. annot. 44. art. 8.
n. 856., & seqq., Rot. decis. 226. num. 8. par. 17.,
coram Dunoz. Jun. decis. 805. num. 3., & ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. decis. 33. num. 1., &
2.*, cessante namque justâ, ac legitimâ causâ, 12
actus remanet in linea meræ, ac damnosæ libe-
ralitatis, quæ Minori nocere non potest *Rot. co- 13
ram bon. mem. Emerix Jun. decis. 1337. num. 13.,
in d. Faventino Fideicommissi, sivè Transactionis
19. Februarii 1714. §. Respectu verò coram R. P.
D. meo Crispo*. Quæ firmissimæ Juris nostræ re-
gulæ nemo non videt, quin locum sibi vindicent
in prædicta quoque confessione de recepto, sivè 14
quietantia facta ab eodem Antonio favore Mar-
celli.

Verùm enim verò, postbabitis hisce nullitati-
bus, crederem, Raymundo obstare d. donatio-
nem, & confessionem, sivè quietantiam ab An-
tonio factam favore Marcelli, ambigi enim ne-
quit, quin sub illis comprehendantur tum dd. le-
gata, tum cetera omnia jura præfato Antonio
quomodolibet competentia, proindeque id satis 15
est, ut Donans, ejusque heredes ab illorum suc-
cessione omninò repellantur, ad *Text. in leg.
quæritur §. Si venditor ff. de edilit. edict., leg.
quoties ab omnibus cod. de Fideicom., Rota decis.
108. num. 2. post Torr. de pact. futur. success., in
rec. decis. 175. num. 4. part. 8., in Forosempronien. Legatorum super reintegratione 27. Junii
1712. §. 15. coram R. P. D. Aldrovando*; quippè
Donans post perfectam donationem, de rebus 16
donatis disponere, easque in alium transferre,
vel alteri obligare prohibebatur ad *Text. in
leg. 2. cod. de revocand. donation., Aretin. in leg.
apud Julianum ff. de legat. 1., Gratian. discept.
924. num. 32., & seqq., Vivv. decis. 421. nu. 20.,
Pegner. decis. crimin. 48. num. 6., Rot. coram
Bich. decis. 235. num 8., coram Duran. decis. 84.
num. 17., ad ornat. clar. mem Card. de Luc. de
donation. lib. 7. decis. 4. num. 23. §. Quo vero ad
secundum*. Imò verò in testamento deinde facto 17
censetur disposuisse de bonis tantùm, quæ in do-
natione non comprehenduntur, illudque susti-
netur super bonis solummodò in donatione re-
servatis ad præcisum effectum testandi, & in ea 18
minimè comprehensis, prout ad rem tradit *Rot.
ad ornat. Card. de Luc. dict. decis. 4. num. 23.*,
Ut etiam Antonii Donantis heredi obstat decla-
ratio, & quietantia ab eodem facta favore Mar-
celli fratris, in qua professus fuit plenariè ab
illo satisfactum remansisse prò omni, & toto 19
eo, quod ei obvenire, ac competere posset tàm
ratione Legatorum, & intestatæ successionis
Ambrosii, quàm etiam ex quibuscumque aliis
juribus, quæ contrà ipsum oriri, ac exerceri
possent, cujus quietantiæ, ac confessionis de
recepto tàm effrænatæ, ac illimitatæ nemo non
videt, quanta sit vis, & efficacia, & donec ma-
nifestissimis probationibus doctum fuerit de ejus
insubsistentia, quantum urgeat contrà eumdem
Antonium, & causam ab eo habentem ad *Text.
in leg. Cum a matre Cod. de re judic., Rota coram
Bich. decis. 232. num. 7.* à neutrò enim illa impu-
gnari potest *Rota decis. 153. num. 3. coram Bu- 20
ratt., & decis. 232. num. 7. coram Bich., & ad
ornat. Cardin. de Luca decis. 12. num. 5. lib. 4.,
& decis.*

& decis.4. num.16. coram R̃mo Ansaldo, & alibi
passim.

Frustraque opponitur nullitas donationis de-
sumpta ex eo, quod careat solemnitatibus à ju-
re volitis, & præterea sit summopere læsiva,
21 nam, quod attinet ad solemnitates, illæ sup-
plentur religione Juramenti validitatis robur
tribuentis contractibus etiam Minoris per Text.
22 in Auth. Sacramenta puberum Cod. si adversus
venditionem ubi Guttierez. num.117., latè Cald.
in leg. si Curatorem verb. minor. num.7. & seqq.,
Cod. de in integr. restit., Alexand.cons.53.nu.15.
lib.3., Surd. cons.121. num.13. & seq., Gratian.
discept. forens. cap.233. num.25., Seraphin. de
Jurament. privileg. 83. num.24., & 25., Gomez.
variar. resolut. lib.2. tit. de restit. minor. cap. 14.
num.18., Card. de Luca de donation. disc. 33. nu.
17., & de alienation. disc.29. num. 13., Jov. de
solemnit. in contract. minor., Gloss. 25. §. 4. num.
108. & seq., Afflict.decis.322.nu.4. & 5., Posth.
decis. Banon. 82. num. 102., Rota post eumdem
Jovium de contract. minor. decis.7. num.1., & co-
ram R̃mo Ansaldo decis. 76. num.32.; per jura-
23 mentum namque Minorem effici, & repræsen-
tari Majorem, arguunt Mentic. de tacit. lib. 16.
tit.4.nu.final., & Adden. ad san.me.Gregor.XV.
decis.391. num.9. & 10.

Cujus quidem Juramenti virtus, & efficacia
elidi nequit præsumptione illâ, quod videlicet
24 dolo extortum præsumatur, quia talis præ-
sumptio minimè agnita à jure communi præci-
piente, donationes, & contractus Minorum
jurejurando firmatos esse observandos, ut mox
probatum est, inducta solùm fuit ex peculiari
25 quorumdam Statutorum dispositione, de qua
apud Ruin. cons.95. nu.8., Andreol.contr.239. n.
75., Rota coram Buratta decis. 422. num.18., co-
ram R̃mo Ansaldo dict. decis.76. num.33., & de-
cis.232. num.3. part.12. rec., quapropter omnis
quæstio cessare videtur in casu nostro cum ver-
semur in Civitate Avenionensi, ubi talem sta-
tutariam sanctionem vigere non credo, ut ju-
stè conjicere possum ex motivis ab ignoto Re-
quirente ad me transmissis, in quibus istiusmo-
di statuti mentio nulla fit, propterea idem ju-
26 vari nequit dictâ præsumptione, sed ut dona-
tio concidat, oportet, quod clarissimè de-
monstretur, metum, dolum, seù circumven-
tionem Minoris intervenisse, ut advertunt An-
gel. de confess. lib.2. quest.13. nu.34. & 35., Tho-
mat. decis. March. 28. num. 12., Rot. decis. 218.
num.13. part.2. rec.

Minusque obesse potest defectus insinuatio-
nis, nedum quia talis nullitas concludenter
probanda est ab eo, qui in illa intentionem suam
27 fundat leg. in exceptionibus ff. de probation., & in
nostris terminis insinuationis, Massin. de confis-
cat. quæst.48. nu.37., Rota in rec. decis. 121. nu.
8. & seq. part.4. tom.2., & decis.740. nu.2. part.
4. tom.3., post Gilian. ad statut. Perus. decis. 97.
num.6., & decis.1337. num. 10. coram bon. mem.
Emerix jun. Quæ sanè concludens probatio elici
28 nequit ex eo, quod illius negativa resultet ex
inspectione Instrumenti, cum insinuatio potue-
rit separatim fieri Thomat. decis. March. 13. num.
18., & decis.68. num.41., Rota apud Gilian. ad
statut. Perus. decis.22. num.13., & decis.121. nu.
9. & seq. part.4. tom.2. rec., & decis.62. num.15.,
coram Pamphil., decis.441. num.27. coram Cerro,
&, quod magis est, 37. annorum decursu, qui-
bus supervixit Aotonius, religiosè semper ob- 29
servando dictos contractus, & nunquam ad-
versus illos reclamando, solemnitas ista præsu-
mitur intervenisse, ut inquit, Card. de Luca de
donation. disc. 29. num. 12., &, respondit Rota
coram Puteo decis.132. num.1. lib.2., coram Peu-
tinger. decis. 365. num. 12., coram Merlino decis.
877. num.4., coram Card. Cerro decis. 441. num.
28., coram bon. mem. Emerix jun. decis.841. num.
20., & decis. 882. num.28., in rec. decis.160. nu.
13. & 14. part.10. rec., decis. 151. num. 7. part.
11., & decis. 50. num.9. part.18., Etiamsi aga-
tur de gravi præjudicio Tertii, Felin. in cap. 30
sicut colum. 15. vers. secundò advertè de re judi-
cat., Rota coram Puteo decis.132. num. supraci-
tat., Verùm, admisso etiam, quod verè defi- 31
ceret ista insinuationis solemnitas, eadem sup-
pleretur juramento, juxtà constantem Sacræ
Rotæ opinionem, ut in rec. decis.378. nu.2. part.
4., & decis.382. num.12. part.5., decis.58. part.
6., decis.528. num.10. part.18., coram Seraph. de-
cis.472. nu.14., & decis.740. num.6., decis.1184.
num.14., ubi dicitur, quod ità semper per Ro-
tam fuit decisum, coram Ludovis. decis.391. nu.
5., ibique Adden. num.9. & 10., ad ornat. Card.
de Luc. decis. 16. num.26. lib. 9. super mater. de
testament.

Confirmantur hæc omnia ex ratione, ob
quam requisita fuit hæc insinuationis solemni- 32
tas, quæ alia non est, quàm ut ex tali actu con-
stet de perseverantia Donantis in voluntate do-
nandi Joan.Andr. ad Speculator. de Instrum.edi-
tion. §. Porrò sub rubr. de forma donationis cau-
sà mortis, & inter vivos, Abb. cons.4. num.37.
lib.1., Gratian. discept. forens. cap.531. num. 30.
Quamobrem, cum biennio post Antonius in 33
illo secundo actu, cujus meminimus, conti-
nente æquipollentem donationem, hanc per-
severantiam confirmavit, inde oritur appro-
batio; & ratificatio præcedentis donationis sup-
pletiva defectus insinuationis, ad tradita per 34
Menoch. cons. 1. num. 269., Ofasch. decis. 179.
num. 11., Rota coram, Rembold. decis. 458.
num. 5., & ad ornat. Card. de Luc. decis.16. num.
27. lib. 9., talem namque actuum geminatio-
nem æquipollere insinuationi concludunt Ber- 35
traud. cons.30. num.1. lib.3. part.2., Gratian. dict.
cap.531. num.31., ubi reprobat Rebuff., testatur-
que de veriori, communiorique sententia Card.
de Luc. de donation. disc. 33. num. 9., Constantin.
ad statut. Urb. annot. 43. num.110. tom.2., decis.
640. num.8., coram Buratto decis. 226. num. 7.,
decis.247. num.13., & decis.332. num. 18. coram
Penting. Certiùs in casu nostro, quia adest sta-
tutum Avenionen. expressè mandans, insinua- 36
tionem non requiri in donationibus geminatis,
ut testatur Rota in duabus decisionibus Avenio-
nen. donationis 28. Junii 1680. §. Nullitas dona-

tionis, & §. Non refragante, confirmata 31. Januarii 1681. §. Quamvis coram bon. mem. Albergato, allegatis a Constantino dict. annot. 43. nu. 111. ibi = ubi loquitur de simili statuto, seu regulamento Avenionense mandante, donationes insinuari, quod non procedat in donatione geminata = augeturque vis, ac robur hujusmodi discursus,
37 non solum, quia ex isto geminato consensu benè arguitur veritas donationis, & perseverantia Donantis, sed etiam, quia omnis excludi-
38 tur error, simulatio, læsio, cum consensus dicatur roboratus, & confirmatus Castrens. consil. 336. in fine lib. 2., Aymon. cons. 54. columm. 7. num. 3., Gratian. loco mox citat. num. 31. in fin.

At fortè objicietur, vitio vitium sanari non
39 posse, propterea que, cum & secundus actus ab Antonio celebratus nullus sit, quia factus tempore minoris ætatis, confirmare idcircò ne-
40 queat præcedentem actum, si idem irritus sit; nam hic recurrit responsio desumpta ex efficacia, & religione juramenti, quod sanat defectum quemcumque solemnitatum, & tollit sus-
41 picionem omnem erroris, ut, præter allegatos superioribus locis, in terminis confessionis tradunt Angel. de confess. lib. 2. quæst. 13. Afflict. decis. 322. per tot., & decis. 393. pariter per tot., Rot. ad ornat. Card. de Luc. dict. decis. 16. a nu. 24. ad 26. lib. 9.

Eòque fortius hæc urgent, quia agitur non de donatione simplici, & gratuita, sed correspectiva, nam, ut supra innuimus, Marcellus efficaci obligatione promisit Antonio fratri suo quolibet anno persolvere libras centum, quoties secum convivere vellet, in casu verò contrario usque ad summam librarum 300. annuam ei præstandam se obligavit, prout semper observatum fuit tempore, quo vixit Antonius;
42 certi autem, exploratique juris est, non requiri in hujusce donationibus correspectivis, ac reciprocis insinuationem, aliasque solemnitates, ob onus namque solvendi annuam præstationem, tamquam facta ob causam non indiget solemnitatibus, Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 8. num. 18., Peregrin. de fideicommiss. artic. 51. num. 64., Carpan. ad statut. Mediolan. cap. 324. num. 6., Gratian. cap. 386. per tot., Constantin. ad statut. Urb. annot. 43. num. 94., Rota decis. 74. num. 16. part. 5. rec., decis. 292. num. 32. part. 6., decis. 7. nu. 7. coram Burat., decis. 203. num. 27. coram Bichio, decis. 433. num. 5. coram Coccin., decis. 170. num. 6. coram Royas, decis. 356. num. 9. coram Priol., post Torr. de pact. futur. success. decis. 48. num. 9. & 10., & coram bon. mem. Emerix jun. decis. 725. num. 2., rectè enim consideratur tam-
43 quam species quædam permutationis, ut tradit Constantin. loc. mox citat. num. 95., Rota coram Burat. decis. 7. num. 8., & proprie donatio non est, quod datur, ut vicissim aliquid rependatur
44 ad Text in leg. hoc jure 19. §. 1., & leg. Attilius 24. ff. de condit.

Nec prò evitanda correspectivitate urget, quod Antonio ex dispositione Parentum debe-
45 rentur alimenta, & idcircò promissio sæpedictæ pensionis immutare nequiverit naturam donationis, vel saltem, quod hæc annua pensio vix correspondeat fructibus Bonorum, & rerum
donatarum; prima namque hujus objectionis 46
pars urgere posset, si dicta alimenta fuissent perpetua, & ad vitam Antonii, sed cum essent temporaria, & ad ætatem 25. annorum restricta, ac limitata, & Antonius tempore, quo Marcellus frater se adstrinxit onere eumdem alendi, vel illi persolvendi dictas libras 300., esset plusquam proximus ætati 25. annorum, indè sequitur, dictam donationem aliter haberi, reputarique non posse, nisi prò onerosa, & cor-
respectiva; quamobrem, si in dubium venire ne- 47
quit, quin correspectivitas adesse dicatur uedum quando expresè donatio facta fuit ob aliquid vicissim datum, factum, vel promissum, sed etiam, quando eadem correspectivitas tacitè resultat ex donatione Constantin. ad stat. Urb. sæpecitat. annot. 43. num. 95. & 96., plenè Rota decis. 233. num. 6., & 13. coram Dunoz. jun., ex hoc necessariò sequitur, quod illa multò magis admitti debeat in casu nostro, in quo non tacitè, sed expresè constat, Antonium donasse correspectivè ad id, quod ipsi spopondit Marcellus.

Minùs urget secunda pars prædictæ objectio-
nis, pro illa namque submovenda satis esse pos- 48
set animadvertere, justâ ratione credi posse, quod Antonius in actu, quo generalem quietantiam celebravit favore Marcelli, se plenariè ab illo satisfactum fuisse, declarando, recepisse etiam aliquam summam correspectivè ad ejus jura, & actiones, de quibus per publicam confessionem se dixit, vocavitque satisfactum, quo certè multùm diminuebatur dicta donatio, & consequenter etiam ejus fructus, quod suffi-
cit ad firmandam æqualitatem in hac correspe- 49
ctiva, & reciproca donatione, & ad rejiciendam quamcumque nullitatem ex inæqualitate desumptam, nisi hæc perspicuis probationibus demonstretur, præsertim quando agitur de irritando actu à dictis fratribus, quoad vixerunt,
religiosè observato; Antonius namque spatio 50
37. annorum, quibus, ut alibi dictum est, supervixit, numquam dictam donationem impugnavit, sed recipiendo ea, quæ sibi correspectivè promissa fuerant, eamdem ratificasse censetur,
longè enim breviori tempore, quinquennio sci- 51
licet, talis ratificatio inducitur, juxtà leg. final. Cod. si major factus alienaverit, Menoch. cons. 242. num. 32., & in tract. de recuperand. possess. remed. 15. num. 179., Gabriel. cons. 20. num. 35. vol. 2., Rota in rec. decis. 81. num. 6. part. 6., decis. 306. num. 53. part. 7., coram san. mem. Alexand. VIII. decis. 110. num. 7., & decis. 112. num. 5. ibi = Ideò, cum Jacobus major factus, non reclamaverit, censetur post majorem ætatem prædictam dotis assignationem approbasse = & in Mantiss. ad Card. de Luc. decis. 19. num. 12. lib. 7. ibi = quæ omnia confirmantur ex quo Gregorius nec tempore minoris ætatis, nec factus major, umquam per 40. an-
nos, & ultra conquestus fuit, nec nullitatem 52
contractus allegavit, ex qua longa acquiescentia
præ-

præsumitur ratificatio, quæ inducitur ex lapsu quinquennii post majorem ætatem, leg. final. Cod. qui majer. fact. = & apud Palm. nepot. decis. Lucen. 123. num. 28. ibi = *præsertim cum, quousque vixit, per spatium 20. annorum numquam dict. obligationem impugnavit* =.

Et his consonat tum illa certa juris nostri regula, quâ edocemur, restitutionem in integrum
53 Minori non competere, quando Minor factus major intra quadriennium non reclamavit, nec conquestus fuit de nullitate contractus, ad *Text. in cap. 1. de restit. in integr., leg. fin. Cod. de tempor. de in integr. restit., Cancer. variar. resolut. cap. 1. de minor. 25. annor. num. 233.*, ubi de veriori, communiorique *lib. 2., Antonell. de tem-*
54 *por. legal. lib. 2. cap. 59. num. 1. & seqq., Guttierez. Canon. quæst. lib. 2. cap. 26. num. 20. lib. 4., Jevn. de solemnitat. in contract. minor. Gloss. 15. §. 4. num. 12., Rota coram Coccin. decis. 1358. nu. 19.* Cumque versemur in contractu ab ipsomet Minore facto, non potest allegari illius igno-
55 rantia, quæ post majorem ætatem non præsumitur, neque attenditur *leg. 2., leg. cum quis, & leg. penult. Cod. de jur. & fact. ignar., Rot. decis. 321., num. 9., & decis. 418. num. 16. part. 4. tom. 2., decis. 306. num. 54. part. 7. rec.*, tum etiam il-
56 la alia, quod restitutio in integrum, & jus dicendi de nullitate est privilegium personale competens tantùm ipsi Minori, absque eo quod
57 transmitti possit ad heredes, ut ad rem tradunt *Gratian. discept. forens. cap. 691. num. 13., Rocc. disput. jur. select. cap. 112. num. 30. & 31. tom. 2., Mans. consult. 33. num. 19. tom. 1., Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4., Glossa 9. part. 5. num. 181., & seq., Card. de Luc. de alienat. disc. 33. nu. 30., Rot. decis. 103. num. 28. apud Palm. nepot. decis. Lucen. tom. 2., & decis. 151. num. 8. post Constantin. ad statut. Urb., & in Romana annuæ præstationis 15. Decembris 1702. §. Prout coram Emo D. Card. Scotto*, ex quo sequitur, nullum jus
58 competere Raymundo prò irritanda dicta donatione, adversus quam Antonius numquam excepit de nullitate contractus *Rot. apud Palm. dict. decis. 103. num. 28.*

Romana prætensæ reportationis Pecuniarum.

Creditorem pro custodia, atque cultura Vineæ omnibus aliis præferendum Creditoribus, licèt hypothecariis anterioribus super ejus pretio concurrentibus, perspicuè ostenditur ob eam potissimùm rationem, quod custodia, atque cultura non fructuum dumtaxat perceptionem, sed perpetuam Vineæ conservationem respiciat.

VOTUM XLI.

1 *Prior in tempore, potior in Jure.*
2 *Merces Vinitori debita prò ejus laboribus respicientibus non vineæ conservationem, sed fructuum dumtaxat perceptionem, potioritatis non gaudet privilegio*, & num. 3., & 27.
3 *Textus* in leg. Interdum ff. qui potior. in pign. habean. *declaratur*.
4 *Creditori ex caussa rei conservatæ, nequit in sententia injungi cautio de restituendo prioribus, & potioribus.*
5 *Faber Murarius creditor ex caussa reparationis domus potior habendus est, &* num. 61.
Intellige, ut ei prælatio debeatur super ejusmodi dumtaxat domo refecta, num. 62.
6 *Merces debita pro rei custodia potioritate gaudet super re custodita adversùs alios Creditores, licèt anteriores.*
7 *Idem de salario debito ob custodiam fructuum.*
8 *Quod procedit, etiamsi super eadem re custodita concurrat dos, caussa funeraria, vel etiam Fiscus.*
Extenditur conclusio ista ad salarium debitum prò custodia sivè animalium num. 9., *Arcie* num. 10., *hereditatis jacentis* num. 11., *sivè cujuslibet alterius rei* num. 12., *sicut etiam ad mutuum factum pro rebus custodiendis* num. 13., *& ad salarium illi debitum, qui bona custodivit nedum, sed etiam coluit* n. 14.
15 *Pro impensis necessariis factis in bonis Debitoris competit super his hypotheca cum privilegio.*
16 *Etiam contra hypothecarios anteriores.*
17 *Procedit, de quocumque credito agatur.*
18 *Merces debita pro rei conservatione potiorem super eadem re hypothecam habet adversùs alios quoslibet Creditores, etiam hypothecarios anteriores.*
19 *Pro mercede custodiæ quantum solvendum est, tantò minus in rebus custoditis censetur esse.*
20 *Custos rem defendit, actionemque utilem Creditoribus conservat.*
21 *Custos pro suo tantum salario debet super re custodita omnibus aliis præferri Creditoribus*, & num. 25., *& ratio* num. 22.
23 *Prò mercede Custodi solvenda, qui pecuniam dedit, omnibus aliis Creditoribus præfertur super re custodita.*
24 *Præsertim, si Custos solutionem recipiens, ei proprio cesserit potioritatis jura.*
26 *Cessionarius nequit minus habere jus, quàm Cedens ipse.*
28 *Impensæ in re colenda, licèt fiant quærendorum fructuum caussâ, non tamen ad illorum dumtaxat perceptionem, sed ad ipsius rei conservationem pertinent.*
29 *Custodia, atque cultura vineæ respicit potius perpetuam istius conservationem, quàm temporaneam perceptionem fructuum*, & n. 31., & 51.
30 *Impensæ quærendorum fructuum caussà faciendæ quando meram ipsorum fructuum perceptionem, non etiam rei conservationem respicere dicantur?*
32 *Vinea, si cœli desinat, exiccatur, aut saltem fit deterior, non tantùm quoad fructus, sed etiam in proprietate*, & num. 33., 38., 44., 45., 46., 48., & 49.
Et quæ circa ejus culturam ratio adhibenda sit? num. 37., & 47.

34 *Prædiorum pretia diligenti culturà ampliantur; si secus, minuuntur.*

35 *Agri pinguiores efficiuntur, culturà eorum, intermissà; & quare?* ibid.

36 *Rustica opera suo quæque tempore debent fieri.*

39 *Colonus agrum non colens, eumque deteriorem quoad fructus reddens, nequit expelli.*
Idem de emphyteuta agrum non excolente, num.41.
Secus ubi de vinea agatur, num.40., 42., & 44.

43 *Usufructuarius quilibet est fructuum Dominus, & ad ipsum spectat damnum.*

50 *Vinea exigua colenda est, aliorum campi ingentes laudandi.*

51 *Merces debita pro vineæ cultura, potioritate gaudet contra quoscumque hypothecarios Creditores, etiam anteriores, super ejus pretio concurrentes.*

52 Bartoli, Mantic., & Pacion. *auctoritas declaratur.*

53 *Impensæ, quæ pro vitibus propagandis, & curandis arboribus fiunt, inter necessarias numerantur.*

54 *Impensæ pro agri, & vineæ cultura fieri solitæ, quando inter necessarias nequeant adscribi?* & num.55.

55 *Impensæ pro cultura vineæ dotalis erogatæ, quoad Virum non dicuntur necessariæ.*

56 *Et ab eo detrahi nequeunt, nisi excessivæ sint.*

57 *Consignatio in concursu Creditorum non aliter de stylo solet demandari, quàm sub cautione de restituendo potioribus.*

58 *Etiam in casibus, quibus dicta cautio posset omitti.*

59 *Procurator pro suis mercedibus, & honorariis habet hypothecam cum privilegio adversùs omnes quoscumque anteriores Creditores.*

60 *Et pecuniam liberè, nec sub cautione de restituendo potioribus debet recipere.*

SI amicorum temporibus nunquam deesse animo proposui meo, nunc quidem certè omne meum studium impendendum est desiderio honestissimi, amicissimique Viri Illmi D. Nicolai Jacobatii, qui in propria Causa sententiam meam exquirere voluit, motus eo, quod circumfertur = *adagio* = *in propria Causa Advocatum esse quærendum* =, non quia de sua penu meliora etiam promere, atque in medium proferre non posset; Cum enim ratione muneris nostri sæpius nos convenire, & librandis, definiendisque Causis unà simul præesse contingat, hisce auribus egomet audio, admirorque Virum hunc de quaque re altissimè, doctissimèque disserentem, & involutissimas quasque quæstiones mirà perspicuitate evolventem.

Injuncto itaque operi manum admovens majori, quà potero, brevitate perstringam facti seriem, quæ ita se habet. Canonicus Joannes Baptista Sabbatinus Gasparro possidebat extrà Portam Pincianam in loco, qui dicitur = *le Tre Madonne* = Vineam quamdam, pro cujus custodia, atque cultura conduxerat Franciscum Antonium Sabbatinum, convento salario scutorum quinque menstruorum, & sex annuorum cadorum vini. Hic verò, cum anno *1698.* prò sua mercede Creditor reperiretur scutorum 202. 50., prædictusque Canonicus pecuniam, quâ ei satisfaceret, non haberet, eam ad cambium limitatum scutorum quatuor prò centenario accepit à D. Jacobatio, eâ expressim dictà lege, ut pecuniæ statim erogarentur in satisfactionem prædicti Francisci Antonii, isque omnia jura anterioritatis, & potioritatis cedere deberet, prout re verâ in ipso actu celebrationis instrumenti soluta fuit pecunia Francisco Antonio Creditori, & cessa jura anterioritatis, & potioritatis, conventumque uno, eodemque tempore fuit, quod, si quando Canonicus Vineam distraxisset, cambium prædictum præferendum esset ceteris omnibus debitis, & ex Vineæ pretio restituenda in primis esset illius sors unà cum fructibus, quod quidem cambium D. Jacobatius paulò post cessit favore Eleonoræ Sabbatinæ famulæ suæ.

At verò, cum præfatus Canonicus ingenti ære alieno pressus reperiretur, hinc illius Creditores hastæ publicæ subjici obtinuerunt universa ejus bona, & præcipuè prædictam Vineam, quâ die 14. Februarii anni *1701.* deliberatà scutis 1100., pretium in Æde sacra depositum fuit favore, & commodo Creditorum, quos inter statim orta est quæstio, atque controversia super pecuniarum consignatione. Prodierunt namque coram R. P. D. Aldrovando tunc A.C. Locumtenente Jo: Bernardinus Carus, & Jacobus Pallotta, ille Creditor scutorum 250. vigore Cambii sibi à Pallotta adversùs d. Canonicum cessi; hic verò Creditor scutorum 72. 82. ob reparationem domus in Vinea existentis; prout etiam comparuerunt Eleonora Sabbatina Cessionaria d. D. Jacobatii, & Franciscus Antonius Sabbatinus Creditor salarii, atque mercedis sibi debitæ à die, quo Cambium mox relatum contractum fuit. Quamobrem, diligenter expensis, examinatisque Collitigantium juribus, placuit A. C. Aldrovando, postbabito Jo: Bernardino Caro, relaxare mandatum de consignando favore ceterorum Creditorum, favore nimirum d.Pallottæ pro scutis 72. 82., & favore Eleonoræ, ac Francisci Antonii Sabbatini pro scutis 235., mandavitque, præstari solitam cautionem de restituendo prioribus, & potioribus, quam prò utroque præstitit D. Jacobatius, eâque præstitâ, pecuniæ statim pro suà cuique ratà traditæ fuerunt.

Conquestus tunc minimè fuit Jo: Bernardinus Carus, sed, post diuturnum quatuordecim annorum spatium excitatus, adiit A.C.Ansideum, instruxitque coram eo judicium super reportatione pecuniarum adversùs D. Jacobatium fidejussorem, verùm, cum Causa ad exitum perduci minimè potuerit coram R.P.D. Ansideo ob ejus translationem ad Secretariam Congregationis interpretationi S. Concilii Tridentini præpo-

poſitæ , & coram R.P.D. de Gentilibus digniſſi-
mo ſucceſſore proſequenda ſit , pollicere mihi
poſſe arbitror , Sapientiſſimum Judicem non
aliter , quàm ipſius favore rem eſſe abſolutu-
rum . Ac, ne id temerè dicere , & Amicum in
falſam ſpem conjicere velle videar, afferam om-
nia argumenta, quæ in contrarium expendi poſ-
ſunt , exponam deindè fundamenta D. Requi-
renti faventia , hiſque invicem collatis , oſten-
dam , quàm infirma , quàm fragilia , quàm in-
ſubſiſtentia ſint illa Jo: Bernardini Cari .

Porrò , quod attinet ad jura Cari , illud eſt
maximè animadvertendum , quod Cambium ,
cujus vigore idem agit , creatum fuit menſe
Februario anni 1698. , illud verò à D. Jacobatio
ceſſum Eleonoræ contractum fuit eodem anno ,
ſed menſe Novembri ; qua de re favore Cari lo-
cum ſibi vindicare poſſe videtur notiſſima illa
Juris noſtri regula , quà traditur , potiorem in
a Jure eſſe , qui prior fuit in tempore ad *Text. in
leg. 2. ff. qui potior. in pignor. habean.*, *cap. prior de
regul. Jur. in 6.* , *latè Rot. in Melevitana Pecu-
niaria 19. Junii 1702. §. Aggrediendo itaque co-
ram Anſaldo* . Quæ ſanè potioritas ex temporis
prioritate reſultans , elidi minimè poſſe , con-
tenditur ex eo , quod ſcuta 245. ſoluta Franci-
ſco Antonio Vinitori , ejuſque Ceſſionariæ gau-
deant privilegio *leg. Interdum cum leg. ſeq. ff.
2 qui potior. in pign. hab.* , quia, cum labores Fran-
ciſci Antonii Vinitoris non perpetuam rei utili-
tatem , non vineæ conſervationem reſpiciant ,
ſed ad fructus dumtaxat percipiendos , colligen-
doſque pertineant *leg. Vel ſi vites ff. de impenſ.
in reb. dotal. fact.* , applicari nullo pacto poſſe
videtur diſpoſitio *Text. in d. leg. Interdum* ,
3 quæ loquitur de laboribus, impenſiſque factis ad
rem conſervandam , ſinè quibus res ſalva eſſe
nequiviſſet , at non etiam pro quærendis , ac
colligendis fructibus *Bartol. in addit. ad d. leg.
Vel ſi vites* , *Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 11. n. 16.* ,
Pacion. de locat. cap. 34. num. 54.

Et ſanè , ſi R.P.D. Aldrovandus creditum Vi-
nitoris , & illud Eleonoræ ex eodemmet fonte
profectum , crediſiſſet frui poſſe privilegio , ac
potioritate in *d. leg. Interdum* impartità , haud
equidem injunxiſſet , prout injungere nequibat ,
4 cautionem de reſtituendo prioribus , & potiori-
bus , dum iſtiuſmodi cautio procul dubio præ-
ſtanda non eſt à Creditoribus prædictæ legis pri-
vilegio gaudentibus , prout obſervant *Olea de
ceſſ. Jur. tit. 6. quæſt. 8. num. 32.* , *Zacch. de Sa-
lar. quæſt. 99. num. 3.* , *Pacion. de locat. & con-
duct. cap. 41. num. 22.*

Immò verò, ſi colore ullo, ullàque juſtâ ratio-
ne alicui competere dici poſſet privilegium *leg.
Interdum* , idem profectò competere dicendum
5 eſſet Jo: Bernardino Caro , cui ceſſum fuit Cam-
bium à Fabro Murario , qui Cappellam quam-
dam Debitoris refecerat , ob eamque cauſſam
certò certius Creditor erat cum potioritate vi-
gore *d. leg. Interdum* , ad tradita per *Salgad. in
Labyrint. Credit. part. 1. cap. 11. num. 64.* ; *Roc.
diſput. Jur. ſelect. cap. 138. num. 2.* , *Rot. coram
Celſo deciſ. 398. num. 2.* , *in rec. deciſ. 104. nu. 1.
part. 19.* , *in Romana Immiſſionis 27. Januarii
1713. §. Major coram R. P. D. Aldrovanda* , *in
Romana manutentionis , ſeù Aſſociationis 4. De-
cembris ejuſdem anni §. Nulla ſanè cum ſeqq. co-
ram Falconerio* , *& in Romana Immiſſionis 27.
Aprilis 1714. §. Conſtitit coram R.P.D. Cerro* .

Hæc ſunt momenta rationum , quibus Jo: Ber-
nardinus Cauſæ victoriam obtinere ſe poſſe ſpe-
rat . Verumtamen , licèt primo rei obtutu ſpe-
ciem aliquam boni juris habere videantur, nihi-
lominus tamen uſque adeò ſolidiora ſunt, atque
veriora ea , quæ prò D. Requirente militant , ut
contraria ſtatim corruant , atque evaneſcant .

Atque ut inde oratio noſtra proficiſcatur , un-
de hæc omnis cauſa ducitur , merces , & ſala-
rium , quod prò cuſtodia , & cura alicujus rei
ſolvitur , in dubium venire nequit , quin ſuper 6
re cuſtodita gaudeat privilegio , & potioritate
adverſus reliquos Creditores, tametſi anteriores
ad *Text. in leg. Interdum 5.* , *& leg. hujus enim 6.
in fin* ibi = *Tantundem dicetur , & ſi merces horreo-
rum , vel areæ , vel vecturæ jumentorum debetur ;
nam & hic potior erit* = *ff. qui potior in pign. hab.* ,
prout de ſalario debito ob cuſtodiam fructuum
advertunt *Gait. cap. 4. quæſt. 11. num. 1158.* ibi = 7
*Ac etiam , & fortiùs extenditur in Cuſtode fru-
ctuum , vel aliarum rerum prò ſua mercede , prò
qua etiam anterioribus quibuſvis præfertur* = *&
num. 2010.* ibi = *Creditores pro hac cauſa præfe-
runtur ſuper rebus cuſtoditis doti , cauſæ funera- 8
riæ , Fiſco , & omnibus aliis Creditoribus ſuper il-
la re concurrentibus* = *Carocc. de locat. tit. de dif-
formit. quæſt. 5. num. 2.* , *Zacch. de Salar. quæſt. 99.
num. 19.* , *Pacion. de locat. , & conduct. cap 41.
num. 11.* ibi = *Undè alius caſus erit , ſi adhibitus 9
fuerit Cuſtos , puta animalium , vel mobilium , aut
fructuum ; ejus enim operà ſalvata dicetur res ,
quam cuſtodivit , & proindè in ea d. hypothecam
cum prælatione habebit prò credita ſuæ mercedis* =
Borgnin. Cavalcan. deciſ. 44. num. 46. part. 3. in-
quiens , ità judicatum fuiſſe Volaterris ; De ſa-
lario debito ob cuſtodiam animalium , *Bartol. in
leg. Interdum num. 1. ff. qui potior. in pign. habean.*
ibi = *Nota iſtos caſus , & ſpecialiter , quod dicitur
de alimentis , & expenſis cuſtodiæ , quod eſt utile
prò eo , qui accepit equum pignori , quia in expenſis
Famuli , ſeù Ragatii cuſtodientis , & in penſione
Stabuli præfertur omnibus anterioribus* = , *Gait. de
Credit. d. cap. 4. quæſt. 11. num. 1158.* , *& num.
2010.* , *Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 12. num. 11.* ,
Merlin. de Pignor. lib. 3. tit. 1. quæſt. 5. num. 20. ,
Mart. Medic. deciſ. 19. num. 17. , ob cuſtodiam 10
arcis , *Merlin. loc. mox cit. num. 22.* , *Mart. Me-
dic. deciſ. 19. num. 17.* ; ob cuſtodiam heredita- 11
tis jacentis , *Merlin. d. lib. 3. quæſt. 5. num. 30.* ,
Mart. Medic. d. deciſ. 19. num. 5. , *& 6.* , & ge-
neratim de cujuſcumque rei cuſtodia , *Negu- 12
ſant. de Pignor. part. 5. membr. 2. num. 15.* ibi = *Vel
in mutuo facta prò cuſtodiendis rebus , vel prò ſol-
vendo naulo, vel &c. ; in omnibus enim iſtis caſibus po- 13
tior eſt , qui prò illis mutuavit , prioribus Credito-
ribus* = *Natt. conſ. 536. num. 10.* , *Merlin. de pign.
lib. 3. tit. 1. quæſt. 5. num. 11.* ibi = *Extenditur quin-
tò in pecunia credita prò cuſtodia rerum ; gaudet
enim*

enim eodem privilegio tacitæ hujusmodi hypothe-
cæ = Felician. de Solis in tract. de Censib. tom. 2.
lib. 3. cap. 5. num. 12., & infra vers. per quam cer-
tum est, Trentacinq. variar. resolut. lib. 3. tit. de
locat. resol. 5. num. 3., Salgad. in Laberynth. Cre-
dit. part. 3. cap. 9. num. 16., & 17., Mart. Medic.
d. decis. 19. num. 17. ibi = Et regulare est in omni-
bus, qui aliquo modo rem custodierunt, vel con-
servarunt, qui semper aliis præferri debent =. Et
14 denique de mercede debita ei, qui non custodi-
vit dumtaxat, sed & bona coluit, terramque
exercuit, tradunt Felician. de Solis in d. tract. de
Censib. loco mox allegat., Gait. de Credit. cap. 4.
quæst. 11. num. 1559., & num. 2012., Merlin. de
pignor. lib. 3. tit. 1. quæst. 5. num. 23., Borgnin. Ca-
valcan. decis. 44. num. 46., Sanfelic. decis. 113.
num. 4., & 5., loquiens, ità fuisse judicatum,
ibidemque Mucc. num. 1., qui sic ait = Decisum
reperimus præferri quemcumque prò salario illi de-
bito super deposito, quod provenit à re, propter
quam laboravit = & latè Constant. ad Statut. Urb.
annot. 30. art. 2. num. 274., & seqq.

Et rectè quidem, quia, cùm ob impensas ne-
15 cessarias in Bonis Debitoris factas competat hy-
potheca cum privilegio, ad Tex. express. in leg.
quod Privilegium 8. in fin. ff. depositi ibi = Planè
sumptus caussà, qui necessariò factus est, semper
præcedit, nam, deducto eo, Bonorum calculus sub-
duci solet = latè Gait. de credit. cap. 4. quæst. 11.
num. 1197., & seqq., Mantic. de tacit. lib. 11.
tit. 23. num. 19., Rodriguez de privileg. Credit.
part. 1. art. 7. num. 2., & part. 2. art. 2. nu. 16.,
Salgad. in labyrint. Credit. part. 1. cap. 11. n. 64.,
& seqq., Amat. variar. resol. cap. 3. num. 20., &
plurib. seqq., Castill. quotid. jur. contr. lib. 3. cap. 8.
num. 27.; talium namque expensarum ratio ha-
16 benda est, etiam contrà hypothecarios anterio-
res, teste Rodriguez de privileg. Credit. part. 2.
artic. 2. num. 16., Salgad. loc mox citat. num. 66.,
ità quidem, ut nullus incidere possit casus, qui
27 hoc genus deductionis impediat, ut loquit Ju-
lianus Jurisconsultus in leg. fundus 52. in fin. princ.
ff. famil. ercisc., & in proposito notat Rodriguez
loc. allegat. num. 16. in fin.; profectò eadem hy-
18 potheca cum privilegio competere dicenda est,
etiam prò mercedibus, & salario ad rei conser-
vationem necessario, Jason. in §. Item serviana
num. 60. instit. tit. de action., Mantic. de tacit.
lib. 11. tit. 23. num. 2., Rodriguez de privileg. Cre-
dit. part. 1. art. 7. num. 17., Gratian. discept. 733.
n. 1., Paschal. de virib. patr. potest part. 4. cap. 6.
num. 68., Mur. ad Constit. Panormitan. cap. 34.
num. 6., Salgad. in labyrint. Credit. part. 3. cap. 9.
num. 16., & seq.

Hinc verò non est, cur Creditores anteriores
conquerantur, si eis præferatur rerum Custos,
quia expensæ prò custodia usque adeò sunt re-
19 bus ipsis annexæ, atque cohærentes, ut tanto
minus in illis esse videatur, quantum prò mer-
cede, & salario solvendum sit, ut loquit Bartol.
in leg. interdum num. 4. ff. qui potior. in pign. ha-
beant., quem sequuntur Alexand. cons. 117. n. 2.
lib. 6., Gratian. discept. 257. num. 7. cum seq.,
Zacch. de salar. quæst. 99. num. 8. vers. hujusmo-
di, Mars. medic. decis. 19. num. 23., Rota coram
Duran. decis. 53. num. 7., & in Romana pecunia-
ria, & expensarum 26. Junii 1713. §. final. coram
Falconeria; & Jure quidem, meritòque, quia,
cum Custos vigilantiâ suâ, suàque diligentiâ
rem defendat à multis periculis, quæ illam vel 20
prorsus perdere, vel saltem deteriorem reddere
potuissent, sicque conservet Creditoribus actio-
nem utilem, atque efficacem, ei potius gratias
agere deberent, tametsi jura anterioritatis au- 21
ferat prò suo salario dumtaxat, ut egregiè ra-
tiocinatur Mart. Med. decis. 19. num. 7., & 8.,
quibus etiam accedit publici Boni ratio; nàm
non tàm facilè reperirentur homines, qui ope-
ras, laboresque suos in re quapiam impende- 22
rent, si sese excludi ab anterioribus Creditori-
bus vererentur, & difficiliùs pecunia credere-
tur, tametsi in necessarias impensas mercedis,
atque salarii eroganda esset, ut benè considerat
Gait. de Credit. cap. 4. quæst. 11. num. 2010. vers.
difficiliùs enim.

Quæ cùm ità sint, nullo nùmero habendæ
sunt contrariæ animadversiones, quarum pri-
ma desumitur ex eo, quod cambium Joannis
Bernardini Cari anterius sit illo D. Jacobatii;
nàm, cùm iste pecuniam suam dederit, ut indè
merces, salariumque Vinitori solveretur, pro- 23
culdubio super pretio Vineæ ab eo custoditæ,
atque cultæ potior est, quamvis sit posterior, ut,
præter firmata superioribus locis, de eo, qui pe-
cuniam credidit, ut naulum exolveretur, est
Textus in toties citata leg. interdum, & leg. seq.
ibi = Item, si quis crediderit, ut naulum exolvatur,
potior erit, licèt posterior sit, nam, & ipsum nau-
lum potentius est = ff. qui potior. in pign. habeant.,
Negusan. de pignor. part. 5. membr. 2. num. 15.
§. Et ultrà, Gait. de Credit. cap. 4. quæst. 11. nu.
1556., Cassan. in Cathalog. glor. Mund. part. 12.
considerat. 99. vers. tertiò paritèr limitatur fol. 391.
a terg., Merlin. de pignor. lib. 3. tit. 1. quæst. 5.
num. 12., fortiùs in casu nostro, quia Vinitor in
actu receptionis pecuniarum cessit favore D. Re- 24
quirentis privilegium omne potioritatis, quod
ipsi competere quoquomodo poterat, proinde-
que, sicut Vinitor prò sua mercede submovisset 25
quemcumque anteriorem Creditorem, ità eos-
dem repellere, atque excludere poterit D. Ja- 26
cobatius cessionarius, qui minus jus habere ne-
quit, quàm ipse Cedens per Text. in leg. 2. §. Non
solùm ff. de heredit., & action. vendit., Surd.
cons. 22. num. 16., & seqq., cons. 82. num. 13., &
decis. Mantuan. 308. num. 1., Ansald. de com-
merc. disc. 40. num. 27., & disc. 94. num. 13.,
Rot. post Zacch. de obligat. Cameral. decis. 187.
num. 10., & seqq., coram Merlin. decis. 310. n. 2.,
& seqq., coram Bichio decis. 58. num. 26., & co-
ram Priol. decis. 463. num. 3., ad ornat. Card. de
Luc. de usur. decis. 8. num. 7., & de dot. dec. 50.
num. 35.

Prout etiam non officit altera, & quidem spe-
ciosior objectio, quâ dicebatur, quod custodia,
atque cultura vineæ non respiciat ipsius vineæ 27
conservationem, sed fructuum dumtaxat per-
ceptionem, ideòque creditum eo nomine con-
tra-

tractum frui minimè possit potioritate leg. interdum ff. qui potior. in pign. habean.: satis nam-
28 que esset respondere, quod = impensæ quærendorum fructuum causâ fiunt, ideoque non solùm ad
percipiendos fructus, sed etiam ad conservandam ipsam rem, speciemque ejus necessariæ sunt = ut
inquit J. C. Neratius in leg. final. ff. de impens. in reb. dotal. fact., verùm prætereà dicimus, con-
29 stanterque substinemus, quod custodia, atque cultura Vineæ pertinet potius ad ipsius rei substantiam, & ad perpetuam Vineæ conservationem, quàm ad temporariam fructuum perceptionem, ut benè observant Bald. in Auth. qui rem num. 3. post med. Cod. de Sacrosf. Eccles., Trentaciuq. variar. resol. lib. 3. tit. de locat., & conduct. resol. 4. num. 10. ad med., Pacion. de locat., & conduct. cap. 34. §. 1. num. 47. ibi = Et licèt omittere dictas impensas videatur resultare in damnum ipsius tantum, ex quo ipse percipere de-
30 bet fructus rei locatæ, indeque dici posse, eum teneri ad illas tantùm causativè, quatenus videlicet fructus percipere velit, non autem compelli a Locatore, tamen hoc procedit quoad illas, quæ meram tantùm perceptionem fructuum sui temporis respiciant, at quia sunt quædam, ex quarum omis-
31 sione resultat damnum rei, seù etiam fructuum diminutio in annis futuris, in quibus fortè non durat amplius locatio, prout est amputatio capitum vitium, seù, ut vulgò dicitur = potare = ad eas faciendas poterit compelli pro suo interesse a Locatore =.
32 Si enim Vinea putari desinat, exiccatur, peritque, aut saltem longè deterior efficitur Jas. in leg. 2. n. 98. Cod. de jur. emphyt. rubr. de privat. ob rem incul. num. 5., Girib. ad consuetud. Messan. cap. 15. gloss. 4. num. 20., Suchs. de vit., & vin. lib. 1. cap. 3. num. 8. vers. putationem, & in Appendic. ad d. cap. 3. num. 18. fol. mihi 15., Rendell. de Vinea part. 2. de cultura, & cura Vineæ cap. 2. §. Præmissorum ibi = Præmissorum evidens est ratio, quoniam vites si coli desinant, desiccantur, ac deteriores in perpetuum fiunt non tantùm respectu
33 fructuum, sed etiam in proprietate =, & cap. 5. in fin. ibi = addo his vitem laboris esse hieroglyphicum, siquidem arbor nulla majori studio indiget, & operâ, qua detractâ, aut perit, aut in labruscam degenerat =, Pacion. de locat., & conduct. cap. 29. num. 73. ibi = Et quidem si ver. gr. Conductor Vineæ omiserit eam cedere, seù, ut vulgò dicitur, potare, Vinea siccatur, aut saltem valdè deterioratur = R. P. D. Zaul. ad statut. Favent. in observat. ad rubr. 17. lib. 5. num. 38. tom. 2., & in observat. ad rubr. 39. lib. 5. num. 10. eodem tom. 2. ibi = Prò conservatione verò Vinearum præcipuè requiritur quolibet anno vitium putatio = Coruazzan. dec. 65. num. 8., idque usu venire solet non solum si longo, verùm etiam si modico tempore Vinea negligatur, Petr. de Ubald. cons. 1. post tract. de Collect. num. 3. inter tract. magn. tom. 12. fol. 99., Gratian. discept. 546. num. 22. ibi = Cùm etiam sufficeret in Vineis modico tempore illas non coli, quæ exsiccantur, & in perpetuum deteriorantur, nec ampliùs Vineæ possunt dici =.

Et profectò quamvis = pretia Prædiorum dili-
34 genti culturâ amplientur, si negligentiùs habita sint, minui ea necesse sit =, ut monet Callistratus in leg. non intelligitur 3. §. Sed, & ex aliis in fin. ff. de jur. Fisc., attamen, si res sit de Agro, fortasse
pinguior etiam efficietur cessando, nam uber- 35
tate nimiâ prioris temporis defatigatum, & effectum solum, nequit pristinâ benignitate præbere mortalibus alimenta. At aliter res se habet in Vinea, circa quam maxima debet, & nunquàm intermissa Vinitoris cura versari, testè Rendell. de Vin. cap. 1. per tot. part. 1., etsi antè
omnia curandum est, ut opera rustica suo quæ- 36
que tempore fiant, ne intempestivâ culturâ deteriorem fundum Colonus faciat, ut inquit Cajus Jurisconsultus in leg. si merces 27. §. Conductor ff. locat., potiori certe jure id servandum est in Vinea, quæ singulis annis, & suo quoque
tempore putanda est, pastinanda, purganda, 37
propaganda, palis, & pedamentis fulcienda, circumsepienda, assiduo denique studio, assiduoque labore sustentanda, ut admonet Rendell. de Vin. part. 2. cap. 2. §. Speculator., & §. Certè inter plantas; alioquin culturæ omissio non solùm nocet quoad fructus tantùm, sed etiam perpetuum affert præjudicium Domino
quoad substantiam, & conservationem ipsius 38
Vineæ, ut, distinguendo, optimè tradunt Rendell. de Vin. part. 2. cap. 2. §. Hinc est ad fin. ibi = Hinc utilitèr Doctores adnotant, quod, etsi Colo-
nus non colens Agrum, eò quod deterior efficitur 39
quoad fructus, expelli non possit, fallit in Vineis,
quæ perpetuò ob spretam culturam deteriorantur =, 40
Pacion. de locat. cap. 34. §. 1. num. 47., Cappell.
Tholosan. decis. 354. num. 4., & 5. ibi = Et ideò 41
quamvis sollicitè emphyteuta non excolat Agrum, & ager efficiatur deterior respectu fructuum, non
potest expelli; secùs tamen est in Vinea, quia, si 42
non putantur, siccantur, & in perpetuum deteriorantur = Ludovic. decis. Perus. 22. num. 22., & 23. ibi = ideoque, si emphyteuta, aut Conductor, seù quilibet alius usufructuarius non colit sollicitè Agrum, adeoquod deterior efficiatur, quoad fructuum perceptionem, propter hoc expelli non pote-
rit, quia ipse est Dominus fructuum, & ad ipsum 43
spectat damnum; secus tamen esset in Vinea, quia,
si Vineæ non putarentur, desiccarentur, & in per- 44
petuum deteriorarentur =, ut post Bald = tradit Jason. in d. leg. 2. num. 98. =, & ideo non est mirum, si emphyteuta ad longum tempus potest expelli ob non culturam, vel ob non putationem Vineæ, ut dicebat Jason. ubi supra, quia hujusmodi dete-
rioratio non tantùm præjudicat emphyteutæ, quoad 45
fructus, verùm etiam affert perpetuum præjudicium Domino directo =.

Neque verò necessitatem hanc improbi laboris culturæ non interquiescentis, & assiduæ diligentiæ ad Vineam conservandam agnoverunt dumtaxat Doctores mox allegati, sed antè ipsos agnovit etiam, testatamque reliquit eruditissi-
mus quisque, qui rei rusticæ peritus de vitibus 46
verba fecerit; Cicero namque lib. 5. de finib. Bonor., & malor. inquit, vites extrinseco egere auxilio, cum careant vi, ut per se stare possint, si nulla cultura adhibeatur, & de senect., ait, vitem, quæ naturâ caduca est, & nisi fulta sit,
ad

ad terram fertur, serpentem multiplici lapsu,
& erratico, amputandam, coercendamque esse
arte Agricolarum, ne silvescat sarmentis; *Co-
lumnella* etiam *de re rustic. lib. 4. cap. 3.*, testa-
tur, quod = *Vinea res est tenera, infirma, inju-
riæ maximè impatiens, quæ plerumque nimio la-
bore, & ubertate consumitur, peritque, si modum
non adhibeas, fœcunditate suâ. Novella verò, dum
adolescit, nisi omnia justa perceperit, ad ultimam
redigitur maciem, & sic intabescit, ut nullis dein-
ceps impensis recreari possit* - *M. Cato de re rustic.
cap. 31.*, enumerat plurima laborum genera ad
Vineam curandam, conservandamque necessa-
47 ria, inter quæ principem locum obtinet puta-
tio, & pastinatio, id quod docet, etiam *Plin.
natural. histor. lib. 17. cap. 27.*, & *Jo. Victorius
Soderinus in elegantissimo tractatu etruscè conscri-
pto=della coltivazione delle viti al fogl. 11. al §. Può
adunque* ibi = *Di quì viene certificatissimo il Pro-
verbio = Chi semina, e non custode, assai tribola,
e poco gode, e ciò tanto più avviene alle viti, che
48 trascurate, si conducono a perdizione per la loro fra-
gilità, e debolezza, ne si reggendo da per loro, han-
no tanto più di bisogno d'ajuto, e governo, che non
l'altre piante. Dal dì adunque, che in terra elle si
pongono, hanno di mestiere di continua cura, vi-
gilanza, e riguardo* = *è fogl. 41. ad fin.* ibi = *Dal
potar bene le viti, e a tempo, e dal modo del legar
bene i capi, e poi i tralci depende tutto il frutto, e
mantenimento loro* =, & *fogl. 49. sub initium* ibi=
*mà in tutti i lati quanto più è zappata, vangata, e
raspata la vite, tanto è meglio, è più utile a farle
far frutto, e mantenerla*=.

Jam verò post auctoritatem tot clarissimo-
rum Virorum, qui solutâ oratione rem rusti-
cam pertractarunt, fas nobis sit, & summi Poe-
tarum auctoritatem afferre, qui *lib. 2. Georgic.*
49 tot confercit, aggeratque de vitibus curandis
præcepta, tot laborum genera describit, tan-
tam in Vinitore diligentiam desiderat, ut ma-
nifestè ostendat, ad Vineam conservandam ni-
hil laboris exantlati, toleratique satis unquam
50 esse, ità quidem ut, cum adeò difficilem Vi-
nearum tractationem agnoscat, rem absolvat
admonendo, exiguam Vineam colendam esse,
cui sufficere vires possint, ingentes, latosque
aliorum agros laudandos.

Est etiam ille labor curandis vitibus alter,
Cui nunquam exhausti satis est; namque omne quotannis
Terque, quaterque solum scindendum, glebaque versis
Æternum frangenda bidentibus: omne levandum
Fronde nemus: redit Agricolis labor actus in orbem,
Atque in se sua per vestigia volvitur annus.
Et jam olim seras posuit cum Vinea frondes,
Frigidus, & Sylvis Aquilo decussit honorem,
Jam tum acer curas venientem extendit in annum
Rusticus, & curvo Saturni dente relictam
Persequitur vitem attondens, fingitque putando.
Primus humum fodito, primus devecta cremato
Sarmenta, & vallos primus sub tecta referto.
Postremus metito. Bis vitibus ingruit umbra,
Bis segetem densis obducunt sentibus herbæ.
Durus uterque labor, laudato ingentia rura,
Exiguum colito.

Hæc igitur cum ità se habeant, & ex tot locu-
pletissimis Doctorum, & rei rusticæ Auctorum
testimoniis in dubium revocari nullo pacto pos-
sit, quin custodia, & cultura Vineæ respiciat 51
ipsius conservationem, proculdubio favore Vi-
nitoris justum locum sibi vindicat dispositio
*Textus in leg. interdum cum leg. seq. ff. qui potior.
in pign. habean.*, proindeque non officit auctori- 52
tas *Bartoli*, *Manticæ*, & *Pacioni* in contrarium
allegatorum, quia Doctores isti non loquuntur
de impensis ad Vineæ custodiam, culturamque
factis, sed de illis in quolibet alio agro factis ad
solam fructuum perceptionem, *Textus verò in
leg. vel si vites 3. ff. de impens. in reb. dotal. fact.*,
tantum abest, quod sententiæ nostræ quoquo
modo adversetur, ut ei potius valdè faveat,
nàm impensas prò vitibus propagandis, & cu- 53
randis arboribus factas necessariis impensis ad-
scribit, ibi = *vel si vites propagaverit, vel arbores
curaverit, vel seminaria pro utilitate agri fece-
rit, necessarias impensas fecisse videbitur*=. Et, li-
cèt postmodum Jurisconsultus distinguat, an 54
impensa ad perpetuam utilitatem, an ad præ-
sentis temporis fructum pertineat, id tamen sin-
gulari jure receptum est favore Uxoris, at non
idcirco sequitur, quod impensæ in Vinea factæ
non respiciant etiam ipsius Vineæ conservatio-
nem, sed quia Maritus *tueri res dotales suo sum-
ptu debet*, ut ait *Neratius in leg. quod dicitur 15.
ff. de impens. in reb. dotal.*, ideò annua impensa
prò Agri, & Vineæ cultura non connumeratur 55
inter expensas necessarias respectu Mariti, qui
eam deducere nequit, nisi justum modum ex- 56
cedat; at alitèr res se habet, si non agatur de
Marito, sed de alio quocumque, qui alterius Vi-
neam coluerit, ut bene distinguit *Paulus in leg.
omnino 12. ff. de impens. in reb. dotal. fact.* ibi =
*Omninò, & in ædificandis ædibus, & in reponen-
dis, propagandisque Vineis, & in valetudine man-
cipiorum modicas impensas non debet Arbiter cura-
re, alioquin negociorum gestorum potius, quàm de
dote judicium videbitur* = & ibi = *Accurs. in verb.
modicas, & in verb. alioquin.*

Progredimur modò ad tertiam contrariam
animadversionem, quâ dicebatur, quod, si cre-
ditum salarii prò custodia, & cura Vineæ frue-
retur privilegio *leg. interdum*, *R. P. D. Aldro-
vandus* præstari minimè præcepisset cautionem
de restituendo prioribus, & potioribus; verùm
levissimum est argumentum, quod hinc elici
contenditur; quis enim non videt, Judicem
cautè, circumspectèque procedentem satisface-
re voluisse Bullæ san. mem. *Pauli V.* super re-
formatione Tribunalium Urbis, & communi 57
Romanæ Curiæ praxi, quâ jam receptum est,
non alitèr in concursu Creditorum pecuniam
consignari, quàm sub dicta cautione, ut testa-
tur *Rot. in Avenionen. Concursus 23. Februa-
rii*

rii 1711. *§. Atque hinc coram Molines, & in Romana Census, seù Locorum Montium 5. Decembris* 1712. *§. Minimè coram Crispo*. Neque enim Judices accuratè, subtiliterque inquirere volunt, an re verà talis cautio præstanda sit, nec ne, sed, ut sibi, ac Creditoribus tutiùs provisum, consultumque sit, eam præstari mandant iis,
58 etiam casibus, in quibus omitti posset, ut vide-
re est apud *Card. de Luc. de Feud. disc. 97. per tot.*, & ut recentiùs etiam afferatur exemplum, anno superiori die 17. Junii D. Virgilius de Virgiliis coactus fuit a Judice concursus super Bonis hereditariis Marchionis Baldinotti accipere sub eadem cautione pecunias sibi debitas ratione defensionis dictorum Bonorum, cùm tamen certi juris sit, quod Procurator prò suis mercedi-
59 bus, & honorariis habet hypothecam cum pri-
vilegio adversus omnes quoscumque anteriores Creditores vigore *leg. interdum*, ideoque pecu-
60 niam liberè accipere debet, non jam sub dicta
cautione, ut novissimè firmavit *Sacra Rota in una Romana pecuniaria, & expensarum 26. Junii 1713. §. final. coram Falconerio*.

Superest denique quartum contrarium argumentum ex eo desumptum, quod Jo. Bernardino Caro cessum fuit cambium à Pallotta Fa-
61 bromurario, qui Cappellam quamdam commu-
nis Debitoris reparaverat, proindeque gaudere debeat privilegio *leg. interdum*; sed prompta, ac facilis occurrit responsio, quod nempè Privile-
62 gium prædictum sibi locum vindicat super re
dumtaxat refecta, ac reparata, at non etiam super alia re Debitoris, super qua præferuntur alii Creditores, qui ad ipsam conservandam aut pecuniam, aut operam suam contulerunt. Quamobrem intactum nobis relinquat Carus pretium Vineæ, & actionem suam, suamque privilegiariam hypothecam exerceat super pretio Domus, in qua reparata fuit Cappella, super qua dumtaxat ei jura nostra potioritatem impartiuntur, prout animadvertunt *Surd. de aliment. tit. 8. privil. 62. num. 17., Guttierez pract. quæst. Canonic. lib. 2. quæst. 8. num. 57., Carocc. de locat. part. 5. tit. de difform. circ. prælat. quæst. 5., Salgad. in labyrint. Credit. part. 1. cap. 24. num. 101., Ansald. de commerc., & mercat. disc. 83. num. 30., & Rot. in Romana Immissionis 27. Aprilis 1714. §. A credita coram R. P. D. Cerro*.

Terracinen. Pecuniaria.

Donatio per anteapocam à filia favore Patris de istius consensu, bonàque fide, cum Judicis Decreto, aliisque necessariis celebrata solemnitatibus, valida censenda. Quomodo autem de bona fide valeat constare? Læsio ultra medietatem dotis in donatione considerari nequit, si ejus effectus, nonnisi post obitum filiæ sinè filiis, fuerit collatus.

VOTUM XLII.

1 *Juribus dotalibus anterioribus sibi cessis uti potest Emptor pro consequenda evictionis passæ emendatione.*

2 *Jurium dotalium præcedens translatio in alium facta impedit subsequentem eorum obligationem*, & num. 14.

3 *Donatio inter Patrem, & filium nequit consistere*, & num. 16.

4 *Dotis donatio Patri per anteapocam facta a filia, tamquam suspecta reprobatur.*

5 *Dos ex* Statuto Urbis cap. 141. lib. 1. *succedit loco legitimæ.*

6 *Doti loco legitimæ succedenti nequit a Patre apponi pactum reversivum.*

7 *Legitima gravamen ullum nequit recipere.*

8 *Dotis donatio facta præcedenter a filia favore Patris, revocata censetur per posteriorem dotis constitutionem ab eodem Patre factam.*

9 *Dotibus præjudicialia pacta non sustinentur. Intellige, ut* num. 50.

10 *Obligatio Mulieris, quâ læsa remaneat ultra dotis medietatem, nulla est.*

11 *Procedit, licèt ejus effectus collatus reperiatur post solutum Matrimonium.*

12 *Nullitas obligationis Mulieris læsæ ultra dotis medietatem, opponi potest, etiam a Tertio.*

13 *Præsertim excipiendo.*

15 *Donatio omnis lege confecta, debet firma remanere.*

17 *Donatio Patri facta a filia, de jure canonico sustinetur, si concurrat juramentum*, & num. 18.

19 *Obligatio inter Patrem, & filium cum juramento, de Jure Canonico servanda est*, & num. 21.

20 *Donatio inter Patrem, & filium cum juramento facta, valet de Jure Canonico. Amplia, ut* num. 22.

22 *Filius familias, etiam sinè juramento, potest de jure civili, tam inter vivos, quàm mortis causâ donare, consensu Patris accedente*, & n. 28.

23 *Donatio facta a filio de consensu Patris, valet favore cujuslibet extranei.*

24 *Proindeque ad favorem etiam Patris*, & num. 27.

25 *Actum in suam utilitatem authorari nemo potest.*

26 *In donatione a filio facta Patri, istius consensus non requiritur ad integrandam personam filii, sed solùm ad prospiciendum interesse, & præjudicio, quod in Bonis filii Pater posset habere.*

27 *Donatio a filio facta Patri de istius consensu, etiam sinè juramento subsistit.*

29 *Hæcque communis est sententia.*

30 *Donatio ad favorem Patris facta a filia cum Judicis Decreto, aliisque necessariis solemnitatibus, palam, & bonâ fide censetur facta.*

31 *Valet autem, si Pater bonâ fide suum consensum præstitit*, & num. 32., 43., & 47.

33 *Donatio dotis ad favorem Patris facta a filia per anteapocam, invalida non est, si dolo vacat, nec præjudicium filiæ, ejusque liberis valet inferre.*

34 *Quæstio hæc est potiùs facti, quàm Juris.*

35 *Dolus autem, vel mala fides elicitur, ex damno, quod filiæ, ejusque liberis possit evenire.*

36 *Dolus non præsumitur, nisi concludenter probetur.*

37 *Minùsque in eo præsumi valet, qui facit actum de jure permissum.*

38 *In donatione Patri facta a filia nequit læsio considerari, si illius effectus collatus appareat post ipsius filiæ obitum, sinè filiis, & ratio* ibid., & num. 39.

39 *Filiæ sinè prole obeunti Pater succedit.*

40 *Doti loca legitimæ succedenti pactum reversivum a Patre adpositum, quid differat a donatione ipsius dotis, seu legitimæ facta a filia favore Patris?* & num. 41., & 42.

44 *Dotis loco legitimæ succedentis donatio facta a filia favore Patris non excludit, immò supponit liberam in filia facultatem de eadem dote, seu legitima disponendi.*

45 *Donatio censeri nequit facta in fraudem Legis, quum istius ratio, ac finis cessat.*

46 *Doti loco legitimæ succedenti pactum reversivum adpositum de consensu Patris, & filiæ acceptatione, sustinetur.*

48 *Dotem Pater filiæ constituens, nequit dici revocasse dotis donationem sibi a filia præcedenter factam, & ratio* ibid.

49 Decis. 65. num.9. part. 10. rec. *declaratur.*

50 *Dotibus præjudicialia pacta eatenus prohibentur, quatenus Mulier iteratò volens nubere, non debet indotata remanere.*

51 *At, si collata sint post ejus obitum, quia talis cessat ratio, sustinentur*, & num. 53.

52 *Obligatio ultra medietatem dotis facta a Muliere, invalida non est, si post ejusdem obitum fuerit collata.*

53 *Secus, si post obitum Viri.*

Et ratio differentiæ ibid.

54 *In donatione universali facta a filia favore Patris non comprehenditur summa reservata ad effectum testandi.*

55 *Tametsi de ea Donatrix speciatim non disposuerit.*

56 *Donatione universali expletà a filia favore Patris, obligare eadem se potest pro summa ad effectum testandi reservata.*

57 *Atque ejus juribus potest quis uti tum agendo, tum excipiendo.*

58 *Per donationem universalem factam a filia favore Patris censetur in hunc translatum quartum etiam dotale, si filia certam dumtaxat sibi summam ad testandam reservavit.*

59 *Possessori longissimo spatio temporis coadjuvato, pro sui tuitione sat est, Actoris intentionem quoquomodo dubiam reddere.*

REVERENDI Patres Societatis Jesu Ven. Collegii Setinæ Civitatis prò recuperanda possessione tertiæ partis cujusdam Prædii nuncupati *la Selce*, seù *Bocca di fiume*, super qua anno 1663. associationem obtinuerunt DD. de Herrera ex causa census eorum favore impositi à Gaspare Garzonio, & Jo: Baptista ejus filio, obtendunt Jura dotalia Isabellæ Glorieræ Uxoris dicti Jo: Baptistæ Garzonii, quæ unà cum Viro anno 1636. vendidit Collegio præfato tertiam partem Prædii, de quo agitur, illamque liberam esse, & talem semper manutenere promisit, sese, suaque bona, & heredes in omnem eventum de evictione obligando *Summ.num.1.*

Et sanè, quod attinet anterioritatem Jurium dotalium dictæ Isabellæ, quæstio nulla esse potest, eò quod census impositus fuit anno 1616. *Summ.nu.2.*, Dos autem Isabellæ constituta reperitur usque ab anno 1607. *Summ. num. 5.* 1

Ut etiam ambigi nequit, quin, attentâ obligatione Isabellæ conceptâ eo modo, quo supra dictum est, Ven. Collegium juribus prædictis uti possit prò consequenda emendatione evictionis 2
passæ, juxtà firmata per *Rotam decis. 352. num. 5., & seqq. part.19. rec.*, ideoque Causæ momentum omne redigitur ad donationem præcedenter ab Isabella factam favore Equitis Julii Glorierii ejus Patris, & in censu, de quo agitur, obligati; quæ donatio cum universalis sit, & integram dotem comprehendat, exceptâ summâ scutorum quingentorum reservatâ ad effectum testandi, eâ proindè subsistente, jura dotalia mulieris in alium præcedenter translata, minimè profutura esse dicuntur Collegio; dominii namque translatio præcedens impedit obligationem subsequentem, per *Text. in leg. siquidem 13. Cod. de donation. inter Vir., & Uxor.*

Rogatus itaque sum, ut prò veritate dicere velim, num dicta donatio obesse possit Collegio dictam tertiam partem Prædii recuperare contendenti ex dictis juribus dotalibus Isabellæ procul dubio anterioribus censu DD. de Herrera, ità quidem, ut, præviâ restitutione in integrum à Signatura Justitiæ obtinenda adversus antiquum Judicatum A.C. concedens associationem prætatis DD. de Herrera, idem Collegium in gradu appellationis sperare valeat dicti Judicati revocationem. Id autem si, ut dictum est, unicè pendet à validitate, vel invaliditate donationis, hujus idcirco examen assumendo, priùs referam ea, quæ contra donationem urgere possunt, deindè expendam, an illa subsistant, nec ne?

Urget primo loco contrà donationem, quod illa sit facta à filia favore Patris, inter quos donatio de jure consistere nequit ratione patriæ 3
potestatis, ob quam censentur una, & eadem persona *leg. donationes, quas parentes 25. Cod. de donat. inter Vir. & Uxor.*, *& alii apud Thabor. axiom. jur. lib.4. cap.55. axiom.7.*, *Rot. decis.65. num.8. part.10. rec.*

Rursus urget etiam, quod illa præcessit ipsam dotis constitutionem, nam hæc facta apparet die 9. Februarii anni 1607. *Summ.num.5.*, & donatio stipulata legitur die 19. Januarii ejusdem anni, & sic viginti, & uno diebus antè dotis constitutionem: undè subsistere non 4
posse videtur, vel quia similes actus per anteapocam celebrati, tamquam suàpte naturâ suspecti, reprobantur, ex plenè firmatis per *Rocc. disput. jur. select. cap.20. num.1. & seqq.*, *& cap. 108. num. 27. & seqq.*, *Fontanell. de pact. nupt. claus.*

clauf.4., Gloff.1. num.18. & feqq., & num.71. ad 79., & clauf.5. gloff.8. part.12. num.56. & feqq., & clauf.9. gloff.3. part.12. nu.57., & duob.feqq., Ann. Robert. rer. judic. lib.11. cap. 2. pag. 13. in fin., Paul. Chriftin. decifion. Belgic. tom.3., decif. 118. num.4., & tradit etiam decif. 127. num. 3. tom.3., & decif.157. pariter num.3. tom.4., Adden. ad Buratt. decif. 861. lit. A., Rota coram Merlin. decif.515., & in Melevitana retrodonationis 9. Maii 1698. coram Cardin. de la Tremoille.

Vel quia, cum dos Ifabellæ vigore *ftatuti Ur-*
5 *bis cap.141. lib.1.* fuccederet loco legitimæ, *Conftantin. ad idem ftatut. annotat. 35. artic. 2. num. 58., & feqq., Rot. decif.158. num.5. part.15., & decif.100. num.8., & 9. part. 16. rec.*, ficuti Pater eidem fui favore apponere minimè poterat
6 pactum reverfivum, *Altograd. conf.17. num.1., & 2. lib.2., Rota coram Seraphin. decif. 815. nu. 2.*, ità multò minùs à filia obtinere potuiffe vi-
7 debatur præventivam donationem integræ dotis, ne fic per indirectum fraus fieret tum generalibus legibus, tum ftatuto prohibentibus, onus nullum legitimæ apponi, ad tradita per *Pafchal. de patr. poteft. part.1. cap.4. num.22., & feqq.*

His additur, quod eadem donatio revocata cenferi debuit per pofteriorem dotis conftitutio-
8 nem à Patre factam Ifabellæ filiæ, ut dixit *Rota decif.65. n.9. part.10. rec.* ibi = *& in omnem cafum illa cenferi debet revocata de confenfu ejufdem Felicis, dum eidem de anno 1663. fuit conftituta alia dos, cujus in eam quoque fuit translatum dominium* =

Nec denique omittendum generale illud axioma, quo admonemur, pacta quævis dotibus
9 detrimentum inferentia minimè fuftineri, veluti contraria publicæ utilitati, *leg. 2., & leg. licinm ff. de pact. dotal., Bald. novell. de dot. quæft. 7. privileg. 11., Rot. decif.98. num.14. part. 15.*, proptereaque irritam effe quamcumque obliga-
10 tionem, feù contractum, quo mulier læfa remaneat ultra medietatem dotis, *Rocc. difp. jur. felect. cap.112. n.14., Salgad. in Labyr. credit. part.2. cap.4. n.68. & feqq., Conftantin. ad ftat. Urb. annot. 46. art.2. num.186., Rot. decif.136. num.17. part. 18. rec., & decif.7. num.4. in Mantif. ad Card. de Luc. de dot., in Romana dotis 15. Aprilis 1709. §. Hinc coram bon. mem. Lancetta, & in Cefenaten. Spolii 27. Januarii 1712. §. Fertiùs cor. Anfaldo.*

Idque locum obtinet, tametfi effectus collatus
11 reperiatur poft folutum matrimonium, nam adhuc obligatio eft nulla tamquam derivans à principio infecto, ut docet *Surd. conf. 112. nu.35., Merlin. de pignor. lib.2. tit.1. quæft. 18. num. 49. & 53.*, ubi ait, quod, cum *lex refiftat initia propter fragilitatem confilii mulieris, non fufficit collatio in tempus licitum, & propterea, interim conftante Matrimonio ob vinculum, dicitur caufa dotis aliquo modo facta deterior = Gratian. in addit. ad decif.47. nu.2.* Quinimò hanc nullitatem
12 tanti valere, ut etiam à muliere non oppofita, opponi poffit à Tertio creditore ipfius mulieris,

præfertim excipiendo, tradit *Tondut. quæft. 45.* 13
num.1. & feqq., ex quibus idcircò omnibus concludi poffe videbatur, donationem minimè obeffe, quominùs Ven. Collegium experiri valeat jura dotalia Ifabellæ ejus favore obligatæ, illifque juvari ad effectum obtinendi revocationem Judicati A. C., & fe tuendi in poffeffione tertiæ partis Prædii emptæ à conjugibus de Garzoniis.

Verùmtamen, re fedulò perpensâ, in contrariam potiùs fententiam abirem; nimirum, donationem obftare Collegio, idemque uti non poffe juribus dotalibus Ifabellæ, utpotè præcedenter vigore donationis validè translatis in ip- 14
fius Patrem obligatum pro cenfu, de quo agitur; nam *omnes donationes lege confectas, firmas, illibatafque manere* jubet generaliter *Tex-* 15
tus in leg. fin. Cod. de revoc. donation., in legem autem peccare dici nequit donatio, de qua agitur, eo quia facta fit à filia favore Patris; licèt enim de jure civili fimiles donationes mi- 16
nimè fubfiftant ob impedimentum patriæ poteftatis, ceffat tamen impedimentum hujufmodi, quoties concurrit juramentum, quia tunc 17
ob jurisjurandi religionem non attenditur amplius jus civile, fed Canonicum, juxtà quod Sacramenti vinculum potentius eft illo patriæ 18
poteftatis *cap. fi annum quartum decimum de Judic. in 6.*, & ideò, fpectatâ difpofitione Juris Canonici, ex juramento rectè oritur obligatio 19
etiam inter Patrem, & filium, eademque fervari debet *Cap. quamvis pactum de pact. in 6.*, quod ita loquitur = *quamvis pactum Patri factum à filia, dum nuptui tradebatur, ut dote contenta, nullum ad bona paterna regreffum haberet, improbet lex Civilis: fi tamen juramento non vi, nec dolo præftito firmatum fuerit, ab eadem omninò fervari debebit: cum non vergat in æternæ falutis difpendium, nec redundet in alterius detrimentum* = pari itaque ratione valet, & fervanda eft donatio quoque inter Patrem, & filium, fi jura- 20
mento munita reperiatur, ut optimè docent *Alciat. in cap. cum contingat de jurejur. nu.307., Guttierez. de jurament. confirmat. part. 1. cap. 4. num.9., Gratian. difcept. forenf. cap.82. num.7. & 10.*, ubi, quod inter Patrem, & filium oritur, naturalis obligatio, quæ redditur efficax per 21
juramentum, & alii apud *Antunez. de donat. lib.1. prælud.2. §.5. num.27., Rot. decif. 103. nu. 4. part.3. rec.* ibi = *Poftremò fuit refponfum, donationem fuftineri, etiamfi tenderet in favorem Patris, non tantùm propter juramentum, quod validat donationem, & quemlibet alium contractum inter Patrem, & filium &c.* =

Imò verò talis donatio, tametfi non jurata, valet, etiam infpecto mero jure civili, cum certum, & exploratum fit, quod filius familias, non obftante patriâ poteftate, rectè poteft 22
tàm inter vivos, quàm mortis causâ donare, accedente Patris confenfu, *leg. filiusfamilias 10. §. Pari autem ff. de donation., & leg. tàm is §. 1. ff. de donat. cauf. mort., Covaruv. in rubric. de teftament. part.3. num.8., & feqq., Antunez. de donat. lib.1., prælud.2. §.5. num.48. & 49.*, pro-

23 indeque, si donatio facta à filio familias de consensu Patris valet favore cujuslibet Extranei *leg. final. §. filiis autem Cod. de bon. quæ liber.*, non est, cur etiam valere non debeat favore,
24 ipsius Patris, ut argumentatur *Corn. in Authent. Sacramenta puberum quæst.17.*, *Alciat. in dict. cap. cum contingat de jur. jur. num. 307.*, *Cardin. de Luca de donat. disc. 39. num. 3. & 6.*

Nilque turbat responsio, quod nemo potest
25 in suam utilitatem actum authorare, juxtà *Text. in leg. fin. ff. de auctorit. Tutor.*, quia consensus Patris tali casu non requiritur per viam aucto-
26 ritatis ad integrandam personam filii, sed solum ad prospiciendum interesse, & præjudicio, quod ipse Pater habere posset in bonis filii, *Alciat. in dict. cap. cum contingat de Jurejur. num. 309.*, ubi rejiciens *Bald.* contrarium sententem, ità loquitur = *Baldus tamen cons. 113. vol. 2. sentit, quod immò lex requirens consensum, seu parabolam Patris, intelligatur de auctoritate; sed puto, eum non benè dixisse, quia, ut etiam dixit Raphael in dict. cap. Quæsitum, cum filius, cujus ætatis, & prudentiæ sit, debeat habere talem consensum Patris, non potest dici, illum requiri ad integrandam ejus personam, quod etiam satis voluerunt Bartol., & Doctores in leg. final. §. De necessitate Cod. de bon. quæ liber.* = & docuerunt etiam *Gabriel. cons. 2. num. 20. lib. 1.*, *Cephal. cons.488. num.24.*, *& cons.531. num.12. & seq.*, *Torr. de pact. futur. succession. lib.3. cap.12. nu.173.*, *Fachin. contr. lib.5. cap.24. per tot.*, *Card. de Luc. de donation. disc. 39. per tot. in summ. de donat. nu.19. in fin.*, & alii relati per *Rotam in Lauretana assecurationis 8. Aprilis 1707. §. Duo enim coram bon. mem. Molines*, ubi declarantur etiam nonnullæ *Decisiones Sacræ Rotæ*, quæ contrarium tradere videntur.

Recte itaque Pater consensum tali casu præstare valuit donationi ejus favore celebratæ à fi-
27 lia familias, juxta superius firmata per *Cephal. dict. cons. 488. num.31.*, *Gabriel. cons.2. num. 22. lib.1.*, *Mibelor. de fratribus part.1. cap.10. num. 17. & 18.*, *Fachin. lib.1., controv. jur. cap.26. per tot.*, *Card. de Luca de donat. disc.39. per tot.*, ea-
28 demque donatio, etiam sinè juramento subsistit, ex *Corneo* supra allegato, & aliis, quos refert *Alciat.*, *& Guttierez* loco alibi allegato, dicen., secundum *Menoc. de successione creat. §.29.*
29 *num.15. cap.21.*, hanc esse communem sententiam.

Idque potiori jure, locum obtinet in præ-
30 senti donatione, quia munita est Decreto Judicis, omnibusque aliis necessariis solemnitatibus, hoc namque casu, cum donatio palam, & bonâ fide facta censeatur, *Lambert. de contract. mul gloss.8. num.10.*, *Paschal. de patr. potest. part.1. cap.4. num.14.*, *Rot. decis.103. num. 4. part.3. rec.*, recipienda propterea videtur distinctio *Baldi*, & aliorum relata per *Tiraquell. de legib. Connubial. Gloss.8. num.124.*, quod scilicet valeat donatio facta etiam favore Patris, quando Pater palam, & bonâ fide consensit,
31 quam distinctionem sequitur *Card. Tusch. lit. A. conclus.565. num. 27. & 52.*, *& Rot. decis. 103. num.4. part.3. rec.*, & validitatem ejusmodi donationis factæ Patri de ipsius consensu, interveniente tamen Judicis auctoritate, agnovit 32
etiam *Antunez. de donat. lib.1. prælud.2. §.5. nu. 40.*, cum aliis ibi allegatis, *Rocca disp. jur. select. cap.28. num.57.*, *Constantin. ad statut. Urb. annot.45. artic.1. num.63.*, *Marta de successione legal. part.4. quæst.26. artic.1. num.8. & seqq.*, *& firmavit Rota dict. decis. 103. num. 4. part. 3. recent.*

Quamvis autem certò affirmare nequeam; Juramentum, & Judicis Decretum intervenisse in nostra hypothesi, quia Instrumentum donationis mihi exhibitum non fuit: attamen, quia in informatione facti asseritur, donationem celebratam fuisse cum omnibus solemnitatibus, facilè indè suasum mihi est, utrumque intervenisse, & certè ambigi nequit, fuisse extensam, ut moris est, cum obligatione Camerali continente Juramentum.

Progrediendo igitur ad aliud nullitatis caput ex eo deductum, quod donatio facta sit per anteapocam, priusquam dos Isabellæ constituta fuisset; profectò id prò nullitate ejusdem donationis tunc urgere posse crederem, quando ip- 33
sa donatio tali modo facta, dolosa, & fraudolenta reputari posset, ac tenderet in præjudicium Mulieris, & Liberorum, in quibus terminis loquuntur auctoritates in contrarium adductæ; at viceversâ, si dolo, & fraude seclusis, procul absit omne præjudicium tum mulieris, tum liberorum, itaut donatio bonâ fide, & justo consilio celebrata videatur, nihil est, quod illius validitati, & subsistentiæ obesse possit, ut distinguendo casum à casu, communiter tradunt *Sanchez. de matrimon. lib. 6. disput. 32. nu. 6.*, *Giurb. ad consuetudin. Messan. cap. 1. gloss. 8. num.84.*, *Capyc. latr. consult. 54. num. 39.*, *Crivell. decis. Dolan. 48. sub num.5.*, *& seqq.*, *Dexart. decis. Sardin.7. nu.1. & seqq.*, *Rota in Imolen. donationis 12. Maii 1702. §. Quantum verò & seq. coram Caprara inter ejus impress. la 601.*, quæ loquitur in difficiliori casu.

Quamobrem, ut benè ad rem admonet *Card. de Luc. de donation. disc. 3. in fin.*; hæc dicitur esse quæstio potiùs facti, quàm Juris, prò facti 34
videlicet qualitate, ac singulorum casuum circumstantiis bonam, vel malam fidem præseferentibus decidenda, subdens, manifestum Pragmaticorum errorem esse, procedere in sola litera *Decisionum*, ac auctoritatum, quas desuper habemus; ideoque hoc unum in nostra hypothesi inquirendum erit; an videlicet anteapoca, de qua est quæstio, bonâ, vel malâ fide celebrata dici queat; quoniam verò mala fides, & collusio elicitur ex præjudicio, & damno, 35
quod mulieri, & filiis obvenire posset ab executione dictæ anteapocæ, juxtà notata per *Fontanell. de pact. nuptial. clausf.4. Gloss.1. num.72.*, *& seqq.*, *& num.78.*, *Rota in Melevitana retrodonationis 9. Maii 1698. §. Quia agitur coram. Card. de la Tremoille.* Hinc sequitur, quod illa omninò valida, & exequenda sit in casu nostro,

quia

quia dolus nullus, nullaque fraus intercessit,
ex quo procul abest omne præjudicium.
Et sanè, si dolus numquam præsumitur, nisi
35 concludenter probetur, eòque minùs præsumi
potest in eo, qui facit actum de jure permissum,
37 ut in his terminis advertit *Crivell. dict. dec. Dolan.48. num.9.*, *& benè etiam Dexart. citat. dec.
Sardin. 7. sub num.18.*, cessat profectò in hypo-
thesi quæcumque doli, & fraudis suspicio, cum
filia Patri donando, & hic ab illa recipiendo,
in circumstantiis, de quibus agitur, actum fe-
cisse videantur ipsis de jure permissum, ut de-
monstratum est in superioribus locis; nec dolus
argui potest sub obtentu præjudicii mulieri, &
38 filiis obventuri; quia cum donationis effectus
in eum dumtaxat casum collatus appareat, sci-
licet post obitum ipsius mulieris, & quando ip-
sa sinè filiis objisset; indè satis liquet, contro-
versam donationem nullum filiis allaturam
fuisse præjudicium, si in casu dumtaxat illo-
rum deficientiæ sortiri debebat effectum, ut ad
rem benè considerant *Molphes. conf.11.num.37., & pluribus seqq.*, *Giurb. ad consuetud. Messan.
cap.1., Gloss.8. num. 84. ergà fin.*, *Sanchez. de Matrimon.lib.6.disp.32.num.6.*, *Rocca disput.jur.
select. cap. 112. num.42. in fine*.
Immò verò potiùs indè apparet, quod non
imprudenter dicta donatio celebrata fuit inter
Patrem, & filiam, dum hæc prius sibi consu-
lendo, quousque viveret, deindè filiis, si genuis-
set, Patri demùm prospexit in eventum, quo
nec filios reliquisset, nec ipsa in humanis am-
pliùs esset; à justa autem, & æqua ratione non
aberrabat, quod, cessante præjudicio, & inte-
resse mulieris, ac filiorum, bona reverterentur
undè profecta fuerant, ad Patrem nempè, in-
39 spectâ quoque dispositione Juris communis, filiæ
sinè prole obeunti alioquin successurum, *Authent. Defuncto Cod. ad Tertul. Crass. in §. Successio ab intestato quæst.22. num.1.*, *Barry. de successión.intest. lib. 18. tit.2. num.1.*
Neque verò per ejuscemodi donationem fraus
ulla fieri dicitur legi prohibenti, onus adjici le-
gitimæ, quasi videlicet Pater, qui vigore *Statuti Urbis 141. lib. 1.* doti succedenti loco legi-
timæ prohibebatur apponere sui favore pactum
reversivum, etiam in casu obitus filiæ sinè fi-
liis, prohibitus quoque videretur recipere à filia
donationem, per quam elusa remaneret prohi-
bitio pacti reversivi; aliud enim est pactum re-
versivum à Patre appositum doti succedenti lo-
40 co legitimæ, aliud est donatio ipsius dotis, seù
legitimæ facta à filia favore Patris. Primum
tamquam onus in radice vitians initium actus,
41 ipso jure à legitima rejicitur, *leg. omnimodo 30., leg. 32., & leg. 36. Cod. de inoffic. testament.* se-
cundum verò tamquam superveniens post actum
legitime perfectum, prohibitum non est, immò
42 permissum filiæ, siquidem, ut suprà probatum
est, eidem licet donare Patri, accedente ipsius
43 consensu, quoties palam, bonâ fide, cum so-
lemnitatibus, & auctoritate Judicis donatio
celebratur, nec indè elusa remanet mens, &
intentio legis, quæ est, ut legitima liberè tran-
seat in filium, nam donatio potiùs hanc liber- 44
tatem supponit, ideoque, cessante fine, & ra-
tione legis, donatio in fraudem illius facta cen-
seri nequit, *Glossa in leg. si constante Cod. de donation. inter Vir. & Uxor.*, *Paschal. de patr. potest. part.1. cap.4. num. 23.* Quinimò, sicuti su- 45
stinetur onus, & pactum reversivum, etiam 46
super dote succedente loco legitimæ, interve-
niente consensu, & acceptatione filiæ, *Constantin. ad Statut. Urb. tom.1. annot.32. nu. 98.*, *Rota decis.63. num.32., & seq. coram Arguell.*, *in rec. decis.49. num.4. part.18.*, *& decis.77. num.
11. & 12. part. 19.*, ità & multò magis vale-
re debet donatio pleno consensu, & maturà de- 47
liberatione à filia facta favore Patris.
Colore verò nullo obtendi potest, illam de
consensu Patris Donatarii revocatam fuisse per
actum posteriorem constitutionis dotis ab eo fa-
ctum favore filiæ; si enim donatio specificè com-
prehendit dotem, quæ tempore donationis con-
stituta non erat, oportet dicere, filiam donan-
tem, & Patrem donatarium nil aliud nomine
dotis in donationem venire intellexisse, quàm 48
ipsam dotem in posterum constituendam, &
per consequens per actum successivum consti-
tutionis dotis Pater videri nequit à donatione
recessisse, & consensum præstitisse illius revo-
cationi, cum recto sensui repugnet, ut quis ca-
piat donationem rei per semetipsum tradendæ
Donanti, & quod per actum ipsum traditionis
omninò necessarium prò effectu donationis, il-
lam respuisse dicatur, à quo sanè casu longè
diversi sunt termini *Decisionis 65. nu. 9. part. 10.
rec.* suprà in contrarium allegatæ, quia ibi age- 49
batur de donatione facta à Patre filiæ in causam
dotis usque ab anno 1623., undè eum, dilatis
posteà per decennium nuptiis, nempè usque ad
annum 1633., tunc alia dos à Patre filiæ con-
stituta fuisset, rectè dictum fuit, per hanc se-
cundam dotis constitutionem revocatam censeri
debuisse primam illam donationem ex causa
dotis similiter factam, ut patet ex lectura ejus-
dem *decisionis*.
Suppositâ igitur validitate, & subsistentiâ
donationis, qua talis est, scilicet in linea dona-
tionis, eadem multò minùs irrita dici poterit, si
consideretur tamquam pactum doti præjudicia-
le, quoniam, eatenus pacta dotibus detrimen- 50
tum inferentia prohibentur à Jure, quatenus pri-
vant mulierem dote eo tempore, quo eadem
opus habet ad iteratò nubendum, cum hoc sit
contra publicam utilitatem *leg.2. ff. de pact. dotal. leg.3. Cod. de pact. convent. super dot.*, *leg.1.
ff. de dot. prælegat.*, *Fontanell. de pact. nuptial.
tom.1. claus. 4. Gloss.9. part.5. nu.181., & 185., & alii apud Roccam disput. jur. select. cap. 112.
num.30. & 41. in fin.*, quâ proindè ratione pu-
blicæ utilitatis sublatâ in casu, quo pactum col-
latum sit, ut in hypothesi, post mortem mu-
lieris; indè fit, quod tali casu pactum rectè
subsistit, & à jure prohibitum non est, immò 51
permissum, ut per *Text. in leg. si Pater 12. ff. de
pact. dotal.*, *Altograd. conf.19. num.3. & 17., & & seqq. lib.2.*, *Rocc.*, *& Fontanell. locis mox citatis*,

tatis, *Card. de Luc. de dot. disc.* 155. *nu.* 28., *Capyc. latr. decis.* 98. *nu.* 43. *lib.* 1.

Ob quam rationem nihil turbat id, quod dicitur de nullitate contractus, seù obligationis excedentis medietatem dotis à muliere factæ, nam, præterquamquod donatio, de qua agitur, non potest considerari in tali linea, alioquin nullæ unquam donationes mulierem, ex tali capite sustinerentur, respondetur, cessare nullita-
52 tem prædictam, quando contractus, & obligationes lædentes mulierem ultrà medietatem dotis, effectum habituræ non sunt, nisi post obitum ipsius mulieris, quo casu, cessante favore dotis & præjudicio mulieris, cessat etiam privilegium; & jus dicendi de nullitate ejusdem obligationis indultum ipsi mulieri favore dotis, *Rocca disput. Jur selectar. cap.* 112. *n.* 30., *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 4. *Gloss.* 9. *quæst.* 5. *num.* 188., *Card. de Luc. de dot. disc.* 20. *n.* 10., *Balduc. decis.*, *& rer. judicat. tit.* 4. *decis.* 18. *num.* 38., *Rot. in Romana Census* 5. *Decembris* 1695. *§. Demum*, *& seqq. coram Card. Scotto*, quæ est *decis.* 8. *num.* 19., *& seqq. inter impres. ad ornat. cl. mem. Card de Luc. de dot.*

Nec contrarium firmant auctoritates supra in oppositum allegatæ, quia loquuntur, & procedunt in terminis, in quibus effectus obligationis collatus fuerit post solutum matrimo-
53 nium per obitum Viri, non autem per obitum Uxoris, inter quos casus longè dispar est ratio; nam, soluto matrimonio per obitum Viri, adhuc viget favor mulieris, & ratio publicæ utilitatis, nè ultrà medietatem dotis læsa remancat, ut novas nuptias, si velit, rursus contrhaere possit; at, soluto matrimonio per obitum Uxoris, id omne cessat; & ideò nil mirum, si tali casu sustinetur obligatio etiam ultrà medietatem dotis, ut optimè declarat *Rocca d. cap.* 112. *num.* 39., *&* 41., *& seq.*, & alii omnes supra citati.

Et hinc opus non est examinare quæstionem illam inter Doctores non parùm controversam, an scilicet nullitas obligationis nunquam à muliere opposita, opponi possit ab aliis, & præsertim à Tertio per modum saltem exceptionis, & ad effectum retinendi, quia, si, ut dictum est, nullitas in præsenti non adest, corruit propterea fundamentum, cui talis quæstio inniti queat; & ità, exclusâ nullitate donationis ab Isabella factæ favore Patris, eâdemque firmâ, & immotâ manente; Jura Collegii parùm firma censerem, nisi tamen spes aliqua superesset recuperandi possessionem prò rata scutorum 500. sibi in donatione reservata à muliere ad effe-
54 ctum testandi, quia cum illa in donatione quantumvis universali non comprehendatur, tametsi Donatrix de ea specialiter non disposue-
55 rit, juxtà veriorem, magisque receptam opinionem, à qua recedendum non esse tradit *Cancer. var. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 116., *& cap.* 8. *num.* 79., *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 4. *gloss.* 23. *n.* 14. *in fin.*, *Mantic. de conject. lib.* 7. *tit.* 7. *num.* 14., *Olea de cess. Jur. lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 37., & alii plenè congesti per *Antunez. de donat. lib.* 1. *præclud.* 2. *§.* 7. *num.* 74., latissimè *Amat. resol.* 76. *num.* 23., *& plurib. seqq.*, inde sequitur, prò
d. rata scutorum 500., existente in libero patri- 56
monio mulieris rectè ipsam se obligare valuisse favore Collegii, ità ut idem Collegium mo- 57
dò utendo juribus ipsius mulieris sui favore obligatæ, jura illa experiri possit prò dicta rata scutorum 500., ad effectum recuperandi possessionem Prædii, de quo agitur, & se in illa tuendi adversùs Creditorem posteriorem, quales erant D. D. de Herrera ad illud associati prò Censu imposito anno 1616.

An autem pro eodem effectu Ven. Collegium allegare possit retentionem ob quartum dotale à muliere superlucratum, ajendo, illud quoque in ejus patrimonio remansisse, dijudicare nequeo, quia non vidi instrumentum donationis, ex cujus tenore dignosci valeat, quid in illa verè comprehensum fuerit, cum alioquin ex
sola reservatione scutorum 500. ad effectum te- 58
standi conjici possit, cetera omnia in Donatarium translata fuisse.

Denique, antequam Ven. Collegium Judicii aleam experiri deliberet, ac statuat, idem admonendum esse censeo, non omittendum, quod præsens Causa instaurari tentatur prò irrita, & invalida declaranda tàm donatione centum viginti abhinc annis celebrata, quàm etiam associatione sexaginta quatuor abhinc annis ritè, & rectè, jurisque ordine servato concessa Creditoribus, qui hodie reperiuntur in possessione controversorum bonorum. In his autem circumstantiis, tàm ex Juris ratione, quàm
etiam quotidianâ experientiâ edocemur, quan- 59
tum favendum sit Possessori coadjuvato longissimi temporis beneficio; adeo quidem, ut, juxtà notas regulas, illi satis sit quoquo modo dubiam reddere intentionem, & actionem Actoris.

Ariminen. Renunciationis.

Renunciatio à Muliere Minori de consensu Patris dotem constituentis facta, ex defectu sivè præsentiæ Curatoris, sivè insinuationis, sivè etiam justæ caussæ, licet juramento, aliisque necessariis munita solemnitatibus, non sustinetur. Renunciatio à Muliere minori facta, etiam de consensu Patris, si, præter istius voluntatem restrictam ad paterna dumtaxat bona, comprehendat bona quoque Collateralium, quoad hæc insinuatione indiget. Justa itidem caussa dictæ renunciationis quoad bona Collateralium nequit, ex his, dici Patris voluntas, minusque dos eidem filiæ constituta, quæ solitum Familiæ non excesserit, similiterque nec agnationis contemplatio, quæ vel non expressa, vel merè voluntaria, vel finalis non fuerit ipsius renunciationis caussa. Et ex quibus caussa finalis renunciationis valeat dignosci?

***

VOTUM XLIII.

1 *Renuncians ad Bona expressim in renunciatione comprehensa nequit succedere.*

2 *Renunciationi per Mulierem factæ quando opponi nequeat nullitatis exceptio desumpta sive ex defectu solemnitatum, sivè ex capite læsionis*, & num.3. ad 17.

3 *Judicis Decretum in renunciatione Mulieris defectum supplet solemnitatum.*

4 *Ac pariter insinuationis.*

5 *Insinuationis defectus in renunciatione Mulieris suppletur juramento.*

6 *Renunciatio in adimplementum paternæ dispositionis facta à Muliere ob dotem sibi promissam, atque agnationis conservandæ intuitu, insinuationem non requirit, & ratio* num.7.

8 *Nec ejus omissio contractum inficit*, & num. 9., & 10.

11 *In renunciatione Mulieris, comprehendente jura dumtaxat de futuro, solemnitates non requiruntur.*

12 *Præsertim, si fuerit juramento confirmata.*

13 *In renunciatione Mulieris læsio excluditur, stante Judicis decreto.*

14 *Excluditur itidem, quum inita est agnationis conservandæ caussà, & ratio* ibid.

Præterea excluditur ob dotem congruam receptam, num.15.

Atque ubi renunciatum fuerit juribus dumtaxat futuris, num.16.

15 *Mulier ob dotem congruam receptam valet ex consuetudine Arimini quibuscumque renunciare, etiam opulentis hereditatibus, læsionis exceptione non admissâ.*

16 *In renunciatione facta juribus futuris, atque incertis, nulla potest læsio considerari.*

17 *Renunciatio quoad Bona etiam Collateralium facta à Muliere, tamquam ex justa caussa, sustinetur, si hæc fuerit vel dos recepta, vel agnationis contemplatio.*

18 *In renunciatione facta à Muliere Minori Ariminensi solemnitates nedum statutariæ, sed & aliæ requiruntur ab Ægidiana præscriptæ.*

Earum verò præcipuæ quænam sint? num.19. & 20.

19 *Renunciatio Mulieris Minoris Ariminensis corruit, si in ea Curatoris desit authoritas, vel insinuationis solemnitas*, & num.20.

20 *Insinuatio quomodo necessaria dicenda sit in renunciatione Mulieris, licèt sit facta juri futuro, ex voluntate Patris, caussà dotis, atque agnationis intuitu, aliisque præterea sit munita solemnitatibus?* & num.21. ad 47.

21 *Spes succedendi in bonis renunciatis est quoad Mulierem renunciantem pretio æstimabilis.*

22 *Præsertim, si à proximo pendeat eventu, & propè certa.*

23 *Renunciatio à Muliere minore si fiat juri futuro, proximo, & propè certa, Mulier lædi posse existimatur.*

24 *Proindeque insinuatio ad eum actum necessaria est.*

26 *Renunciatio Mulieris tunc dici valet in executionem paterni præcepti necessariò facta, nullisque ob id solemnitatibus indiguisse, cum intra spheram ejusmodi præcepti se continuerit.*

27 *Secus ubi amplior ea fuerit, quàm Pater demandaverit.*

28 *Insinuationis necessitas in renunciatione Mulieris non excluditur ex dote ab ipsa recepta, si illius æstimatio bonorum renunciatorum valorem non adæquet, & ratio*, num.29.

30 *Renunciatio Mulieris ob dotem facta, in eo, quod jura renunciata dotem ipsam excedunt, pura remanet donatio.*

31 *Ob idque est necessariò insinuanda.*

32 *Insinuatio requiritur prò ea summa, quæ, si Creditor Debitori creditum remittat, ipsum creditum excedat.*

33 *Insinuationis necessitatem in renunciatione Mulieris non excludit agnationis contemplatio, & quare?* num. 33.

34 *Agnationis contemplatio in renunciatione Mulieris dotem recipientis, censetur adjecta ad colorandam potiùs renunciationem, quàm ad inducendam veram illius caussam correspectivam.*

35 *In renunciatione Mulieris ob caussam, quod solemnitates non requirantur, procedit ubi Mulier sit major, secus, si minor sit.*

36 *In renunciatione Mulieris ob caussam, insinuatio omninò requiritur, quando ea appareat à Contrahentibus expressè volita.*

37 *Procedit, quamvis insinuatio in eo casu de Jure communi, vel municipali non esset necessaria*

38 *In renunciatione Mulieris Minoris copulativè requiruntur Proximiorum consensus, Judicis præsentia, juramentum, atque insinuatio.*

39 *Neque insinuationi satisfactum remanet ex aliarum solemnitatum concursu*, & nu. 40., & 41.

42 *In contractibus Minorum aliquâ cum desit ex necessariis solemnitatibus non suppletur juramento, licèt geminato, & ratio* num.43.

43 *In contractibus Minorum aliquâ deficiente ex requisitis solemnitatibus, dolus, & fraus præsumitur intervenisse.*

44 *In contractibus Minorum licitum Partibus non est solemnitates prætermittere, vel per æquipollens adimplere.*

45 *In renunciatione, vel donatione facta à Muliere Minori, ultra extrinsecas solemnitates, justa, & rationabilis requiritur caussa.*

46 *Eâ autem deficiente, vel ineptâ existente, aut præjudiciali, corruit renunciatio.*

47 *Simulque interpositum Judicis Decretum.*

48 *Renunciatio Mulieris Minoris, justâ cessante causâ, remanet actus meræ liberalitatis, ei præjudicium non valens adferre.*

49 *Renunciationi Bonis etiam Collateralium factæ à Muliere, nequit dici justam præbuisse caussam paternum præceptum, si istud ad Bo-*

Bona paterna dumtaxat fuerat restrictum, & num. 51.

50 Idem de promissione facta in capitulis matrimonialibus, si hæc restricta fuerat ad Bona tantùm paterna, atque materna, & num. 52.

52 Renunciatio à Muliere emissa in sequelam capitulorum matrimonialium, plus, quàm fuerit in iis conventum, nequit operari.

53 Et ad illorum normam dici debet expleta.

54 Renunciatio emissa in sequelam capitulorum matrimonialium, in ea parte corruit, quâ, ultra eorum formam, fuerit ampliata.

55 Non attentis quibuscumque solemnitatibus in eo actu adhibitis.

56 In renunciatione Mulieris facta in sequelam capitulorum matrimonialium quidquid fuerit, ultra eorum formam, superadditum, censetur, præter Mulieris voluntatem, adpositum.

57 Et de stylo Notariorum.

58 Præsertim, si nullibi in instrumento cautum fuerit de actu novo explendo, atque ab eisdem capitulis independenti.

59 Renunciationem Mulieris consentaneam fuisse capitulis matrimonialibus, resultat ex verbis=E volendo ora detta Signora &c. adempire la promessa suddetta inserta nel predetto Chirografo=.

60 Renunciationis factæ in sequelam capitulorum matrimonialium verba hæc = E d'avantaggio per maggior dichiarazione &c= præseferunt, quamcumque additionem in tali renunciatione faciendam, intelligi debere ad majorem declarationem conventorum in ipsis capitulis.

61 Non verò ad comprehendenda bona in iisdem non contenta.

62 Declaratio non est, sed potiùs alteratio, & difformitas, cum quid in declaratione comprehenditur non contentum in actu declarato.

63 Dotem tenetur Pater juxtà patrimonii vires constituere.

64 In dote juxta patrimonii vires constituta, nulla valet considerari Patris liberalitas.

65 Ob dotem solitum Familiæ non excedentem, renunciatio nequit reportari, nisi restricta ad paterna tantùm bona.

66 Vel ad conventa in capitulis matrimonialibus.

67 Dotis receptæ caussa, ultra conventa in capitulis matrimonialibus, efficax non est.

68 Nisi in instrumento major dos constituatur.

69 Renunciatio ob dotem, nullâ urgente novâ causâ, dicenda est ipsi tantùm doti correspondens.

70 Procedit maximè quoad fratrem Renunciatarium, qui nil de proprio in donationem contulit.

71 Ut quæ ex ipsius Renunciantis substantia sit expleta.

72 Dos constituta ex legato in eam caussam relicta à Patre, dicitur ex propriis filiæ bonis constituta.

73 Nec legitima censetur renunciandi caussa.

74 Dotem à Patre legatam frater de proprio solvens, censetur id facere ex substantia Patris, si illius heres sit.

75 Renunciatio ob dotem nequit dici facta agnationis intuitu, si caussa ishæc nullibi fuerit in instrumento expressa.

76 In renunciatione facta à Muliere, ad illius validitatem non sufficit caussa reticita, sed requiritur expressa.

77 Renunciationis verba = Ma anco per rendersi grata al suddetto &c. suo fratello per mantenimento della sua casa = agnationis contemplationem non important.

78 Sed fratris dumtaxat utilitatem respiciunt, & num. 79., & 81.

80 Renunciare ob commodam domus manutentionem aliud est, aliud agnationis conservandæ causâ.

82 In renunciatione, si pars ejus dispositiva repugnet agnationis contemplationi, eò minùs censetur contemplata agnatio.

De tali autem repugnantia constat, quoties comprehensi in ea fuerint heredes, etiam extranei, num. 83., 84., & 87.

83 In renunciatione facta prò heredibus quibuscumque, etiam extranei comprehensi reputantur.

85 Agnationis contemplatio non aliter expressa in renunciatione Mulieris, quàm per heredum quorumcumque comprehensionem, censetur adjecta ad colorandam renunciationem ipsam.

86 Nec habetur pro legitima renunciandi caussa.

88 Renunciationi factæ à Muliere quando non censeatur legitimam præbuisse caussam agnationis contemplatio? & num. 89. ad 98.

89 Renunciatio Mulieris non sustinetur ex habita in ea agnationis contemplatione, quando hæc non caussa finalis, sed impulsiva tantùm fuerit.

90 Et ex quibus eadem potiùs causâ impulsiva, quàm finalis dicenda sit? & num. 92.

91 Renunciationis caussa finalis ea dicitur, quæ principaliter ab Agente consideratur.

92 Impulsiva verò, quæ secundariò tantùm inspicitur.

93 Dictio ma anco est ampliativa.

94 Renunciatio voluntariè tantùm facta à Muliere majori, nullum inde commodum retrahente, non sustinetur.

95 Licèt sit facta ad favorem agnationis.

96 Donandi legitima caussa ea non dicitur, quæ nullam in se necessitatem continet, vel commodum Donantis.

97 Renunciationi mulieris quod justam caussam præbeat agnationis contemplatio, procedit, quando familia, & agnatio ipsius Mulieris contemplatur.

98 Secus, si aliena Familia, puta fratris.

99 Renunciatio Mulieris enormissimè læsiva, nullo pacto sustinetur.

100 Quomodo autem læsiva dignoscatur? & num. 108.

101 Le-

101 *Læsio enormissima in renunciatione Mulieris judicari potest ex futuro eventu.*

102 *In renunciatione jurium etiam eventualium facta a Muliere cadere potest læsio enormissima.*

103 *Præsertim, quando in illorum compensationem nihil receperit.*

104 *Jura de futuro duplicis sunt speciei, alia nimirum habentia caussam prorsus de futuro; alia de præterito.*

105 *In renunciatione Mulieris facta juribus habentibus caussam prorsus de futuro, difficiliùs læsio potest considerari.*

106 *In renunciatione Mulieris facta juribus habentibus caussam de præterito, læsio semper consideratur.*

107 *Intellige, eadem jura prò læsione statuenda pluris æstimari, si proximiora, minùs verò, si remotiora sint, & à pluribus eventibus dependentia.*

109 *Renunciatio Mulieris enormissimè læsiva, non sustinetur, licèt sit facta dotis caussà, & agnationis favore, Decreto etiam Judicis accedente*, & num. 110. ad 114.

110 *Judicis Decretum absque legitima caussa in renunciatione Mulieris appositum, attendendum non est.*

Et habetur, ac si non fuisset interpositum ibid.

111 *Judicis Decretum in renunciatione Mulieris præsumptionem dumtaxat inducit læsionis exclusivam.*

112 *Quæ præsumptio cessat, dum læsio est manifesta.*

113 *Læsionem in renunciatione Mulieris non excludunt caussa dotis, & agnationis contemplatio.*

114 *Læsio datur in renunciatione Mulieris etiam reciproca, & ob caussam, quoties hæc renunciationi non correspondeat.*

115 *Renunciatia Mulieris certioris non factæ de juribus sibi competentibus, nulla est.*

116 *Renuncians Mulier debet esse certa de suo quolibet jure, licèt incerto, & dubitabili.*

117 *Ejusque certioratio non probatur ex clausula illa instrumenti* = certiorata = &c. =

118 *Clausula* = certiorata = &c. *in renunciatione Mulieris quid importet?*

119 *Renunciatio facta ad favorem certę personę est personalis, ob ejusque deficientiam resolvitur.*

120 *Et Renuncianti competie regressus ad bona renunciata*, & num. 127., & 128.

121 *Renunciationem realem non efficit heredum facta mentio in parte non dativa, sed in parte solùm acceptativa.*

122 *Renunciatio Mulieris intelligi debet facta pro personis, ad quas fuerit directa, non pro quibus Renunciatarius acceptare senserit*, & num. 129.

123 *Præsertim, si de Muliere minori agatur, & in sæculo nubente*, & num. 124. 125., & 130.

124 *Renunciatio Mulieris nubentis in seculo strictiùs debet interpretari, quàm altera Religionem ingredientis*, & num. 131.

125 *Ut, quò minùs fieri potest, Renuncianti præjudicet*, & num. 132.

126 *Renunciatio Mulieris nubentis in seculo licèt facta agnationis intuitu, resolvitur ob defectum personæ, ad quam directa sit.*

PEr obitum Juliæ Franciscæ ultimæ de domo Antonisia pars Bonorum hereditariorum Comitis Antonisii fideicommittentis pervenire debebat ad D. Theresiam de Carminatis tamquam unam ex proximioribus d. Juliæ Franciscæ à Testatore vocatis; verùm, quia præfata D. Theresia usque ab anno 1680. occasione dotis à Cajetano de Carminatis fratre receptæ, illius favore, & omnium suorum heredum, & successorum amplissimè renunciaverat Bonis omnibus, quæ sibi à quocumque obvenire possent, portio isthæc Bonorum ipsi obtingens occupata fuit a DD. de Carminatis descendentibus d. Cajetani Renunciatarii; At Dominus Comes Franciscus Perla ex persona d. Theresiæ Renunciantis Judicium Immissionis ad d. Bona instituit coram R.P.D. Aldrovando, dum A. C. Locumtenentis munere fungeretur, quod an bonum, vel malum exitum habuerit, me latet, abindè tamen citrà Causa siluit; Idem verò meditans illud modò prosequi, antequam ulteriorem Judicii aleam experiatur, me rogavit, ut, libratis rationum momentis, quæ super d. renunciatione ex utraque parte deduci possunt, sententiam meam prò veritate dicere velim, an nempè illa obstare queat nec ne memoratæ D. Theresiæ ad effectum consequendi Bona prædicta?

Injuncto itaque mihi muneri manum admoventi primo obtutu videbatur, d. renunciationem obstare D. Theresiæ, quominus ipsa consequi possit portionem Bonorum ab hereditate Comitis Antonisii sibi obvenientium; Etenim in dubium revocari minimè potest, quin ea sub d. renunciatione expressè comprehendantur, ut demonstrant instrumenti verba *Sum. n. 3.*, pro-
indeque hoc satis est, ut Renuncians ab illorum 1
successione omninò repellatur, ad *Text. in leg. quæritur §. Si Venditor ff. de edilit. edict., leg. quoties ab omnibus cod. de fideicomm., Rot. decis. 108. num. 2. post Torr. de pact. futur. success., in rec. decis. 175. num. 4. part. 8., in Forosemproniea. Legatorum super reintegratione 27. Junii 1712. §. 15. coram Rmo Aldrovanda.*

Eademque juvari nequit nullitate, & insubsistentiâ d. renunciationis desumptâ ex eo, quod
illa careat solemnitatibus à statuto, & Ægidia- 2
na requisitis, & prætereà fuerit summoperè læsiva; Nam, quod attinet ad solemnitates, non
benè ex illarum defectu validitas renunciationis 3
impugnari videtur, dum ex ipso instrumento apparet, nedum Judicis Decretum, quod cæteroquin supplet defectum omnium solemnitatum, *Rot. decis. 27. num. 2. post Torr. de pact. futur. success.*, sed præterea consensum etiam Proximiorum, & Sponsi cum juramento intervenisse, ut in puncto respondit *Rota decis. 108. num. 12*

num.12. apud Torr. de pact. futur. success., &
in rec. decis. 224. num.10., & seqq. part.13.
Nec officit defectus insinuationis, sivè quia
4 illam supplevit tum præsentia, & auctoritas
Judicis, quæ vim habet insinuationis Rota co-
ram fau.mem. Gregor.XV. decis. 391. num. 8., in
5 rec. decis. 582. num. 5. part.4., tum etiam Juris-
jurandi religio, Adden. ad Gregor. d. decis.391.
num.10., sivè etiam, quod magis valet, quia
6 agitur de renunciatione emissa in executionem,
& adimplementum præcepti paterni correspe-
ctivè ad dotem promissam, & ad conservatio-
7 nem agnationis, & familiæ, quo casu, cum
procul absit quælibet deceptionis, aut collu-
sionis suspicio, solemnitas insinuationis minimè
8 requiritur, illiusque omissio nequaquam inficit
contractum, ut de actu facto in obsequium, &
sequelam paternæ dispositionis dixit Rota coram
Burat. decis. 408. num. 8. in fin.; de renuncia-
9 tione, sive donatione prò conservatione agna-
tionis, & familiæ, Michelor. de fratrib. part. 3.
cap. 10. num. 44., Fontanell. de pact. nuptial.
claus. 4. Gloss. 29. num. 1., Rot. coram Dunoz.
Jun. decis.953. num.8., coram fau.mem. Alexan-
dro VIII. decis. 182. num. 17., & in Avenionen.
Concursus super reservatis 23. Junii 1713. §. At-
que ex his, & seqq. coram Ansoldo, & in specie
renunciationis celebratæ correspectivè ad do-
tem, Rot. decis. 110. num. 8. post Torr. de pact.
futur. success., in rec. decis.145. num.8. part.15.,
in Forosempronien. Legatorum super reintegratio-
ne 27. Junii 1712. §.15. coram Rmo Aldrovando,
in Firmana Transactionis 5. Februarii 1714. §. In-
sinuatio coram Lancetta, & in terminis utriusque
10 simul renunciationis, nempè correspectivè tàm
ad dotem, quàm ad conservationem familiæ,
& agnationis, dixit novissimè eadem Rota in
Firmana Beneficiorum 23. Martii 1716. §. Insi-
nuationis autem coram eodem Lancetta; non
omittendo denique, d. renunciationem com-
11 prehendere solùm jura de futuro, & quærenda,
quo casu solemnitates non requiri, tradit Rota
post Cutell. de donat. decis.22. num.9., in rec. de-
cis.149. num.5. part.12., maximè, quando con-
12 tractus, prout hic, solemni juramento firma-
tus, & roboratus fuit Rot. decis. 428. num. 10.
part. 18., & decis.624. num.13. part. 19. rec.
Non absimili responsione submovetur altera
nullitas fundata in eo, quod, cum in capitulis
matrimonialibus promissa fuerit renunciatio
Bonis paternis, & maternis tantùm, illius ex-
tensio in actu renunciationis facta, ad quæcum-
que Bona etiam à Collateralibus provenientia,
13 tamquam merè voluntaria, & absque ulla cau-
sa, & compensatione emissa, D. Theresiæ sum-
moperè præjudicialis, & læsiva extiterit, ideò-
que nulla, & invalida. Læsio namque isthæc
excluditur tum ex præsumptione militante prò
Decreto Judicis, ad tradita per Hoaded. cons.34.
num.61. lib.2., Rot. decis.134. num.17. post Zacch.
de oblig. cameral., tum ex qualitate actus, qui
gerebatur, renunciatione nimirùm favore fra-
tris prò conservatione agnationis, & familiæ,
14 quæ cum sit actus pius, & laudabilis, læsionis
exceptionem minimè admittit Rot. coram Ot-
thobon. decis.182. num.24., & 26.; Ut etiam il-
lam allegari non finit congrua dos à muliere re-
cepta, ob quam, juxta consuetudinem Regionis, 15
licitè renunciari valet quibuscumque etiam
opulentis hereditatibus, absque eo quod talis
renunciatio de læsione redargui possit, ut testa-
tur Constantin. ad Statut. Urb. annot.46. nu.156.,
Rot. decis.274. num.5., & 6. coram Merlin., de-
cis. 150. num.13. part.11., decis.271. num.9., &
decis.354. num.12. part. 13., & decis. 338. n.25.
part.17. rec., & denique quamcumque læsionem
prorsus removet natura rei in renunciatione 16
comprehensæ, quæ præcipuè versatur circà Jura
futura, & consequenter quærenda, eventualia,
& incerta, in quibus nulla potest considerari
læsio, ex notatis per Castill. contr. Jur. lib 3. cap.
2. num.65., & 68., Rot. d. decis. 182. num.25.,
coram Otthobon., & post Torr. de pact. futur. suc-
cess. decis.110. num.11.
His consequenter frustrà etiam dicitur, quod
d. renunciatio quoad Bona Collateralium facta
fuerit sinè causa, dum ex lectura instrumenti
statim perspicuum sit, illam factam fuisse tàm 17
ratione dotis sibi à fratre traditæ, quàm ex cau-
sa conservationis familiæ, & agnationis, qua-
rum unaquæque per se spectata sufficiens à Do-
ctoribus reputatur ad sustinendam renunciatio-
nem, ut de prima tradit Conciol. alleg.31. n. 10.
& alleg. 32. num.9., Rot. coram Bich. decis.580.
num.12., in rec. decis. 316. num.14. part.13., in
Romana Immissionis 22. Junii 1707. §. Accedente
coram Lancetta, & in Fulginaten. Successionis
quoad Coriolanum 1. Julii 1709. §. Demum coram
Molines, & de secunda Card. de Luc. de renunc.
disc.13. num.13., Rot. post Torr. de pact. futur.
success. decis. 109. num. 10., & 11., in rec. de-
cis.23. num.34. part.11., & de utraque Rota in d.
Firmana Beneficiorum 23. Martii 1716. §. Et de-
nique coram R.P.D. Lancetta; & consequenter
concludendum videbatur, renunciationem su-
stineri, & obstare D. Theresiæ ad effectum con-
sequendi Bona, de quibus agitur.
Verùm enim verò, & si hæc prò sustinenda
renunciatione, etiam quoad Bona, de quibus
agitur, primo oculorum conjectu gravia videan-
tur, illis tamen sedulò, ac maturè perpensis,
firmiora esse censerem ea, quæ pro illius nulli-
tate, & insubsistentia in contrarium urgent,
ideòque ulteriorem Judicii aleam D. Requiren-
tem non temerè experturum. Agitur enim de
renunciatione facta a muliere minori, prò cujus
validitate, ultra solemnitates à statuto munici-
pali præscriptas, requirebatur etiam illa Con- 18
stitutionis Ægidianæ, ut in terminis renuncia-
tionis factæ à Muliere Ariminensi pluriès re-
spondit Rota, & præsertim decis.591. num. 12.,
& seqq., & decis.610. num.5. part.4. rec. tom.3.,
decis.361. num. 3., & 7., & seqq part. 13., de-
cis.323. num.3., & seqq. part.14., decis.91. n.12.,
& decis.239. num.16., & 17. part.15.
Cum autem inter ceteras solemnitates à sta-
tuto, & Ægidiana in contractibus Minorum, re-
quisita sit authoritas Curatoris, & insinuatio, 19
ut

ut de Curatore ex statuto Civitatis Arimini,
Rot. decis. 108. *num.* 12. *post Torr. de pact. futur.*
success., & de insinuatione ex *Ægidiana Con-*
stantin. ad Statut. Urb. annot. 44. *art.* 8. *num.* 784.
& seqq., & alii passim; Utraque verò deficiat
in casu nostro, hinc sequitur, renunciationem
emissam à D. Theresia absque dictis solemnita-
tibus prò forma præscriptis nullam, & invali-
dam esse, ut disponitur in dicta Constitutione
Marchiæ *lib.* 5. *cap.* 25., & præcisè considerando
defectum insinuationis in simili renunciatione
dixit *Rot. decis.* 28. *num.* 2., *& seq.*, *post Torr. de*
pact. futur. success., *in rec. decis.* 591. *num.* 12.
& seq., *& decis.* 610. *num.* 1. *part.* 4. *tom.* 3., *de-*
cis. 323. *num.* 3. *part.* 14., cum concordantibus
relatis *in Æsina Successionis* 11. *Junii* 1714.
§. Quoniam coram Cerro, *& in Firmana Benefi-*
ciorum 11. *Januarii* 1713. *§. Tolis profectò co-*
ram Lancetta.

Nec urget responsio illa, quod vel insinuatio
necessaria non esset in renunciatione Juris futu-
20 ri, & quærendi facta in sequelam præcepti pa-
terni favore agnationis, & ex causa dotis rece-
ptæ, vel saltem, quod illius defectus suppleri
potuerit ex aliis solemnitatibus, consensu nem-
pè Proximiorum, præsentiâ Judicis, & jura-
mento. Prima namque hujus responsionis pars
facilè diluitur examinando singulas causas,
quibus d. renunciatio ab hujusmodi solemnitate
immunis, & exempta reddi prætenditur. Nam,
21 quod attinet ad primam, quod nimirum age-
retur de renunciatione Juris quærendi, & incer-
ti, & propterea nulla requireretur insinua-
tio, animadvertere oportet, quod, licèt in-
certa fuisset spes, quam D. Theresia habere po-
terat, succedendi in Bonis, de quibus agitur,
nihilominus, cum talis spes dubio procul capax
esset alicujus æstimationis, teste *Capon. de pact.*,
& stipulat. quæst. 49. *nu.* 9., *Card. de Luc. de re-*
nunciat. disc. 6. *num.* 34., *Mans. consult.* 642. *nu.*
24., *Rota decis* 241. *num.* 20. *part.* 15. *rec.*, *&*
inter impress. ad ornat. ejusdem Card. de Luca de
fideicommiss. decis. 89. *nu.* 19., *& in Romana Pe-*
cuniaria 28. *Junii* 1706. *§. final. coram Scotto*;
22 Præsertim, quia purificatio fideicommissi, à qua
illa pendebat, proxima erat, & ferè certa, ideo-
23 que Dom. Theresia in hac æstimatione lædi po-
terat, prout eventus reverâ demonstravit fuis-
se non modicè læsam, ex infrà deducendis, uti-
24 que etiam in renunciatione Juris de futuro, &
quærendi servari debebant solemnitates ab Æ-
gidiana Constitutione præscriptæ prò incolumi
præstanda imbecillitate mulieris ab omni præ-
judicio, ut, benè distinguendo, monet *Card.*
de Luc. de donat. disc. 60. *num.* 31. = ibi = *Tertiò*
in donatione, vel remissione juris quærendi, cum
ità Donator patrimonium diminuere non dicatur,
quod tamen intelligendum est in eo jure, quod nec
re, nec spe competat, adeout utraque pendeat a
causa de futuro, quo casu Scribentes concordant;
secus autem, ubi agatur de jure futuro radicato
in re de præterito, adeout de tempore, quo fit
donatio, æstimationem recipiat, atque emptorem
inveniret pro pretio excedente; tunc etenim, quo-
ties agatur de actu concepto per viam donationis,
vel translativæ renunciationis, quæ idem impor-
tat, probabilius videtur, solemnitatem requiri =, &
post alios allegatos, simili objecto occurren-
do, præcisè dictum fuit *in Ariminen. Bonorum,*
quæ est decis. 29. *num.* 3. *post Torr. de pact. futur.*
success., *& in Asculana successionis impress. ad*
ornat. Card. de Luc. de donat. decis. 30. *nu.* 18. *&*
19., *in rec. decis.* 361. *num.* 4., *& seqq. part.* 13.,
ubi distinguendo inter renunciationem à Mi-
nori, & alteram à Majori factam dicitur, quod,
etsi in casu renunciationis factæ à Majori hujus-
modi solemnitates necessariæ non sint, illæ ta- 25
men omninò requiruntur in renunciatione juris
futuri, & quærendi facta à Minore.

Minùsque urget alia ratio prò sustinenda di-
cta renunciatione desumpta ex præcepto pater-
no, quasi quod, cum eadem in illius sequelam,
& executionem fieri debuerit, veluti necessa-
ria, nullis solemnitatibus indigeret; Discursus 26
namque iste urgere posset in casu, quo renun-
ciatio intrà spheram paternæ dispositionis om-
ninò se contineret, & ultrà non progrederetur;
at cum in casu nostro plus renunciatum fuerit, 27
quàm Pater mandaverit, ipse enim voluit, Fi-
lias esse contentas, & nihil aliud petere posse
super Bonis dumtaxat, & hereditate sua, re-
nunciatio verò amplissima est, & extenditur
etiam ad Bona Collateralium, & alia quomodo-
cumque Renuncianti obvenientia, ea profectò
sine solemnitatibus minimè sustinetur, quia de-
ficit illa ratio necessitatis promanans ex præcep-
to Patris, ut in præcisis terminis tradit *Con-*
stantin. ad statut. Urb. annot. 43. *num.* 71., & fir-
mavit *Rota in Ariminen. Bonorum post Torr. de*
pact. futur. success. decis. 28. *num.* 15., *& duobus*
seqq., *& decis.* 29. *num.* 7. *&* 8.

Ut etiam inefficax ad evitandam solemnita-
tem insinuationis est causa dotis à Renunciante 28
receptæ, quia ista non solùm non fuit æquiva-
lentis valoris, & æstimationis cum Bonis renun-
ciatis, adeout in eis verificari posset justa illa 29
causa, & titulus correspectivitatis, quem sup-
ponunt authoritates in contrarium allegatæ,
quinimò Bona renunciata longè excedunt illius
quantitatem, proindeque, cùm non agatur de
dote constituta ultrà solitum Familiæ, & vires
Dotantis, renunciatio saltem in excessu jurium 30
renunciatorum remanebat pura donatio, & per
consequens erat necessariò insinuanda, ut in 31
puncto prosequitur *Torr. de pact. futur. success.*
lib. 20. *cap.* 171. *num.* 7., *&* 8., *Rot. decis.* 155.
num. 14. *coram Duran.*, *decis.* 574 *num.* 4. *coram*
Rembold., *decis.* 22. *num.* 7., *& decis.* 49. *n.* 10.
post Pich. ad stat. Urb., *decis.* 97. *num.* 9. *post Gi-*
lian. ad statut. Perus., *& decis.* 30. *num.* 14., *&*
duob. seqq. inter impress. ad ornat. Card. de Luc. de
donat. Non absimili exemplo Creditoris, qui si 32
Debitori suo creditum remiserit, vel pactum
de non petendo fuerit, & liberatio, ac renun-
ciatio summam crediti excedat, requiritur, in-
sinuatio in excessu, ad *Text. in l. in ædibus* 9. *ff.*
de donat., *Covaruv. variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 4.
num. 8., *Gallerat. de renunciat. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 11.,

& 12., Cancer. variar. reſolut. lib. 1. cap. 8. n. 4.,
Gratian. diſcept. 409. num. 19., Torr. de pact. fu-
tur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 31. num. 5.

Et denique, quod attinet ad cauſam conſer-
vandæ agnationis, & Familiæ, omiſſo, quod
eadem non ſubſiſtit, cum in nulla renunciatio-
nis parte mentio de ea facta legatur, ut infrà
demonſtrabitur; prætereà reſpondetur, quod,
tametſi eàdem aliquo modo expreſſa videri poſ-
ſet, nihilominus non ſufficeret prò remittenda
33 ſolemnitate inſinuationis, quia cenſeretur po-
tiùs appoſita ad colorandam renunciationem,
34 quàm ad inducendam veram illius cauſam cor-
reſpectivam, ut optimè obſervat Rot. dec. 118.
num. 7. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. ibi = aliæ
verò cauſæ prò decore, & conſervatione Familiæ
cenſentur potiùs appoſitæ ad colorandam donatio-
nem, quàm ad conſtituendam donationem ob cau-
ſam, ac proindè donatio remanet pura, in qua ſo-
lemnitates Statuti omnino requiruntur = deciſ. 22.
num. 13. poſt Pich. ad Statut. Urb., coram Cava-
ler. deciſ. 277. num. 8., in rec. deciſ. 230. num. 6.,
& 7., & deciſ. 380. num. 8., & ſeq. part. 14., &
deciſ. 57. num. 6., & 7. part. 15.

Non omittendo etiam generaliter ani-
madvertere, quod authoritates firmantes, in
renunciatione ob cauſam ſolemnitates non re-
35 quiri, loquuntur in terminis renunciationis fa-
ctæ à Majori, & idcircò non applicantur caſui
noſtro, in quo agitur de renunciatione facta à
Minore, quæ licet ob cauſam, nunquam tamen
abſque ſolemnitatibus ſuſtinetur, ut benè de-
clarat Rot. in d. deciſ. 118. num. 8. poſt Torr. de
pact. futur. ſucceſſ., & deciſ. 380. num. 9., & ſeq.
part. 14., quod eò certiùs procedit in hypotheſi,
36 de qua res eſt, quia ſolemnitas inſinuationis ex-
preſſe volita, & requiſita fuit à Contrahentibus
impoſito onere illam explendi ipſimet Cajetano
renunciatario, ut in Summ. num. 3. lit. D., in
37 quibus terminis inſinuationem ad contractus va-
liditatem omninò requiri, quamvis de jure
communi, vel municipali neceſſaria non eſſet,
docuerunt Cancer. variar. reſolut. part. 1. cap. 8.
num. 6. in fin., Rocc. diſput. jur. ſelect. cap. 10.
num. 50., Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 43.
num. 17., Maſcar. deciſ. Florent. 65. num. 64.,
& ſeq., & firmavit Rot. in Nucerina donationis
14. Junii 1709. §. penult. in fin., & 9. Maii 1710.
§. Pariterque coram bon. mem. Caffarello, & in
Æſina ſucceſſionis 11. Junii 1714. §. Quoniam co-
ram Cerro ibi = Potiſſimè cum illius adhibendæ ne-
ceſſitas rectè agnita etiam fuerit ab ipſis Contrahen-
tibus, qui unus dictam inſinuationem explendi com-
miſerunt eidem Marco Antonio renunciatario: in
quibus terminis adeò indiſpenſabilitèr requiritur,
ut ejus defectus influat in nullitatem contractus,
tametſi ex diſpoſitione juris communis, vel munici-
palis in ea ſpecie contractus minimè fuiſſet neceſ-
ſaria =.

Multò verò minùs vitium reſultans ex defe-
ctu inſinuationis ſanari poteſt ex adhibitione
38 aliarum ſolemnitatum, conſenſu nempè Proxi-
miorum, præſentia Judicis, & juramento; quia
Conſtitutio Ægidiana, præter dd. ſolemnitates,
copulativè requirit etiam inſinuationem, cui
proindè ſatisfactum minimè dici poteſt ex alia- 39
rum ſolemnitatum concurſu, ut communiter
tradunt Mareſcot. variar. reſolut. lib. 2. cap. 28.
num. 13., Altograd. jun. contr. 69. num. 117., Jov.
de ſolemn. in contract. min. gloſſ. 20. §. 2. num. 21.,
Conſtantin. ad Statut. Urb. annotat. 44. art. 8. num.
820., ubi de juramento, num. 821., ubi de Judi- 40
cis Decreto, & num. 822., & plurib. ſeqq., ubi, 41
quod Ægidiana infringit juramentum, etiamſi
geminatum eſſet ratione fraudis, & doli, qui, 42
deficiente aliquâ ex ſolemnitatibus ab ea præ-
ſcriptis in Minorum contractibus interveniſſe 43
præſumitur, Rot. deciſ. 294. num. 12., & plurib.
ſeqq. part. 6. rec., & deciſ. 361. num. 9., 10., &
ſeqq. part. 13., inquiens prætereà, quod, cùm
dicta Conſtitutio procedat annullando contra- 44
ctus carentes hujuſmodi ſolemnitatibus, non eſt
in poteſtate Partium illas prætermittere, vel
per æquipollens implere deciſ. 162. ſub num. 14.
poſt Zacch. de oblig. Cameral., & deciſ. 63. n. 26.
poſt Salgad. in labyrint. Credit., & ad ornat. Card.
de Luc. de donat. deciſ. 30. num. 21.

Nullitati profluenti ex defectu ſolemnitatum
alia urgentior adſtipulatur ex defectu juſtæ, & 45
rationabilis cauſæ, quæ tamen, ultrà extrinſecas
ſolemnitates, ſemper requiritur ad validitatem
donationis, vel renunciationis factæ à Muliere
minori, ad tradita per Fontanell. de pact. nuptial.
clauſ. 9. gloſſ. 1. part. 1. num. 5., & ſeqq., Con-
ſtantin. ad Statut. Urb. annot. 44. art. 8. n. 854.,
Fattinell. reſponſ. 32. num. 8. lib. 2., Rot. dec. 226.
num. 12., & deciſ. 338. num. 18., & ſeqq. part. 17.
rec., in Firmana immiſſionis 16. Martii 1703. §. Nec
petitam coram Priolo, in Auximana Prædii 20.
Martii 1705. §. Nullitati, & §. Nec tandem co-
ram bon. mem. Omenna, in Sutrina dotis 11. Ju-
nii 1708. §. Siquidem coram Rmo Molines ibi = In
hujuſmodi donationibus factis per mulieres, ultrà
ſolemnitates literaliter a Statuto præſcriptas, con-
currere etiam debet cauſa honeſta, juſta, & ratio-
nabilis, & quæ peculiaritèr reſpiciat commodum,
& intereſſe ipſius Mulieris donantis, non autem Do-
natarii, ſeu alterius extranei = in Camerinen. im-
miſſionis 27. Junii 1710. §. Quandoquidem coram
Lancetta, & in Faventina Fideicommiſſi, & tran-
ſactionis 5. Maii 1713. §. Defectus autem coram
Scotta, 19. Februarii 1714. §. Subſtitutio ſiqui-
dem coram R.P.D. Criſpo, & iterum 2. Julii 1714.
§. Et quidem coram Card. Scotta, adeut, eà defi-
ciente, ſivè injuſtâ, atque ineptâ exiſtente, & 46
Mulieri, vel Minori præjudiciali, veluti ex de-
fectu conſenſus, corruat unà cum Decreto Judi- 47
cis deſuper interpoſito, Antonell. conſ. 77. n. 3.,
& plurib. ſeqq., Conſtantin. ad Statut. Urb. d. an-
not. 44. art. 8. num. 856., & ſeqq., Rot deciſ. 226.
num. 8. part. 17. rec., coram Dunoz. jun. dec. 805.
num. 3., ad ornat. Card. de Luc. de donat. deciſ. 33.
num. 1., & 2., deciſ. 34. num. 1., & in Mantiſſ.
ad eamdem de conflict. legal. deciſ. 11. num. 7., &
præcisè in noſtris terminis Rot. deciſ. 107. nu. 3.,
& duob. ſeqq. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ.,
& conſonat eadem Rota in Romana renunciatio-
nis 3. Junii 1711. §. Siquidem coram Rmo Aldro-
van-

vanda, & in Firmana Beneficiorum 11. Januarii
1715. §. Tales profectò coram Lancetta; cessante
48 enim legitimâ causâ, actus remanet in lineà
meræ, ac damnosæ liberalitatis, quæ non potest
Mulieri præjudicare, Rot. coram bon.mem. Eme-
rix jun. decis. 1337. num. 13., in d. Faventina fi-
deicommissi, seu transactionis 19. Februarii 1714.
§. Respectu verò dotis cum trib. seqq. coram Crispo,
& 2. Julii ejusdem anni §. Et quidem, & seq. co-
ram Scotto, & recenter in Spoletana immissionis
10. Januarii 1716. §. Eòque libentiùs coram R.P.D.
Alsbann., & novissimè in Interamnen. immissionis
5. Junii 1716. §. final. coram eodem.

Neque verò justa, ac legitima causa renun-
ciandi Bonis, de quibus agitur, desumi potest
ex præcepto, & dispositione Patris, ac promis-
sione in ejus sequelam facta in capitulis Matri-
49 monialibus, & in proemio renunciationis ex-
pressa; primum namque restrictum est ad Bona
ipsius Patris, ut patet ex Summ. num. 1.; altera
50 verò non comprehendit, nisi Bona Paterna, &
Materna, ut in Summ. num. 2., proindeque neu-
trum legitimam causam præbere potuit renun-
51 ciandi Bonis Collateralium, ut in terminis præ-
cepti Paterni simili modo restricti, & limitati,
dixit Rota decis. 107. num. 6. post Torr. de pact. fu-
tur. success., quæ licèt deindè fuerit revocata,
motivum tamen illam revocandi, & renunciatio-
nem sustinendi non fuit causa dicti præcepti, sed
quia aliæ concurrebant causæ finales, quæ prò
dicta renunciatione sustinenda sufficientes re-
putatæ fuerunt, ut patet ex sequenti Decisione
108., & aliis post eumdem Torr. de pact. futur.
52 success., & de renunciatione emissa in sequelam
obligationis assumptæ in capitulis Matrimonia-
libus, quod non sit operativa ultrà conventa in
eisdem capitulis, benè Rot. coram Merlin. decis.
608. num. 16., 17., & seqq., in rec. decis. 34. n. 30.,
31., & seqq., & decis. 402. num. 5., & 6. part. 12.,
in Romana renunciationis 9. Maii 1710. §. De fa-
cili cum seqq. coram Emo Priolo, & præsertim
§. Responsione non attentâ, ubi, quod post con-
53 scripta capitula Matrimonialia renunciatio ad
normam illorum dici debet expleta, aliàs in ea
54 parte, quæ continet majorem extensionem, &
ampliationem, corruit ex defectu consensus, non
55 attentis quibuslibet solemnitatibus in ea adhi-
bitis, & 3. Julii 1711. §. Haud subsistente, & seq.
coram Rmo Aldrovando, & nuperrimè in d. Inte-
ramnen. immissionis 5. Junii 1716. §. Posthabitis
coram R. P. D. Alsbann ibi = Quippe quia, cum
in capitulis Matrimonialibus idem Marchio Pater
sibi tantùm præservaverit jura reportandi à dictis
ejus filiabus renunciationem omnium prætensionum
illis competentium in Bonis præsentibus, & futu-
ris ejusdem March. Jo. Baptistæ Patris, eo pror-
sus modo, quo illa sibi reservavit in capitulis Ma-
trimonialibus Cleriæ Matris ejusdem Comitis, li-
cet posteà ipsæ amplissimam emiserit renunciatio-
nem favore eorum Patris, nihilominus hujusmodi
renunciatio non censetur operativa ultrà Bona pa-
terna, quibus dumtaxat conventum fuerat in capi-
tulis Matrimonialibus renunciandum esse, absque
ulla facultate ampliandi, vel alterandi eamdem
renunciationem ibi conventam, atque propterea
sub illa venire non possunt Bona fideicommissaria,
neque aliæ successiones favore dictarum filiarum
apertæ post obitum Patris, de quibus minimè fuit
cogitatum in actu assignationis prædictæ dotis, &
subscriptionis eorumdem capitulorum.

Et rectè quidem, nam, quidquid ultra formam
capitulorum superadditum fuit in instrumento, 56
censetur appositum præter voluntatem Mulie- 57
ris, & adscribendum venit consuetæ formulæ
Notariorum, ut benè prosequitur Rot. in d. In-
teramnen. immissionis 5. Junii 1716. §. Quandoqui-
dem coram Altbann; quod comprobatur in casu
nostro eà peculiari animadversione, quod nimi-
rum in toto instrumento renunciationis num-
quam legitur, Mulierem explere voluisse
actum omninò novum, & independentem à 58
capitulis Matrimonialibus, quinimo illis sem-
per adhæsisse videtur, dùm ea expressè appro-
bavit, & renunciationem emittere declaravit
in executionem eorumdem, ibi = e volendo ora
detta Signora Teresa adempire la promessa sudet- 59
ta inserta nel prefato Chirografo, che &c. =, & si
aliqua addere voluit, ea solum majoris decla-
rationis gratiâ adjicere professa fuit, ibi = e
d'avantaggio per maggior dichiarazione =, quo fit, 60
ut, si quæ additio facienda erat vigore dictorum
verborum, ea esset intelligenda respectu formæ
ipsius renunciationis, & majoris declarationis
eorum, quæ conventa fuerant in capitulis, num-
quam verò respectu Bonorum in eisdem capi- 61
tulis non contentorum, ista namque non esset
major expressio, & declaratio, sed alteratio,
& difformitas pugnans cum natura actus, & re-
lationis expressè habitæ ad contenta in capitu- 62
lis, ut totidem ferè verbis explicat Rota in dicta
Romana renunciationis 9. Maii 1710. §. Nec con-
trarium coram Emo Priolo.

Majoris ponderis non est causa dotis à Mulie-
re receptæ, cùm enim hæc conspicua non fuerit,
sed à Patre constituta juxtà vires patrimonii 63
Paterni, prout de jure tenebatur, per Text. in
leg. final. Cod. de dot. promiss., itaut nulla Patris
liberalitas in ejus assignatione considerari pos- 64
sit, eâ sanè cessante, nulla respectu dictæ dotis
non excedentis modum, & solitum Familiæ re-
portari poterat renunciatio ultra Bona paterna, 65
ut appositè considerat Rota decis. 1337. num. 13.
coram bon.mem. Emerix jun., decis. 226. num. 13.
part. 17. rec., in Spoletana Immissionis 10. Januarii
1716. §. Eòque libentiùs, & in dicta Interamnen.
immissionis 5. Junii ejusdem anni §. final. coram
R. P. D. Altbann, vel saltem nonnisi restricta, 66
& limitata ad conventa in capitulis Matrimo-
nialibus, ultra quæ dicta causa prorsus inepta, 67
& incongrua erat, neque enim in instrumento
plus dotis Mulieri constituebatur, quàm conti- 68
neretur in capitulis, ideoque, cùm nulla urgeret
nova causa ampliandi promissam renunciatio- 69
nem tantum præjudicium ipsi Mulieri, ejusque
proli suscipiendæ allaturam, eadem dicenda est
limitata, & correspondens dictæ simplici dota-
tioni, ex animadversis per Rot. in Romana renun-
ciationis 3. Julii 1711. §. Siquidem, & seqq., &
16. Ja-

16. Januarii 1713. §. Hisque non obstantibus co-
ram Rño Aldrovando, & in Æsina successionis 11.
Junii 1714. §. Absque eo quod coram R.P.D.Cer-
ro. Præsertim verò, quia Frater renunciatarius
70 nihil de proprio contulit in dotatione Sororis,
sed ea unicè expleta fuit ex ipsiusmet Renun-
ciantis substantia, ex legato nempè scutorum
71 quatuor mille eidem in hanc causam à Hierony-
mo Patre relicto, in quibus terminis constitutio
dotis, veluti facta de propriis Bonis Mulieris,
dici minimè potest legitima causa renunciandi,
72 ut pluries dixit *Rota*, & præcipuè *in Firmana*
immissionis 8. Martii 1703. §. Nec petitam in fin.
cum seq., & *in confirmatoria 27. Junii ejusdem*
anni §. Ratio ità decidendi coram Priolo, & in
specie renunciationis factæ Fratri à sorore intui-
tu dotis ei à Patre relictæ, & constitutæ, dictum
fuit in *Cameriaen. immissionis 27. Junii 1710.*
§. Quandoquidem coram Lancetta, & priùs in Su-
trina dotis 11. Junii 1708. §. Tales autem coram
Rño Molinet Decano, in Faventina fideicommissi,
& transactionis 19. Februarii 1714. §. Respectu
verò dotis, & seqq., & §. Nullatenus juvante;
ubi, quod nulla authoritas in contrarium afferri
73 potest, quæ validam dicat renunciationem à
Muliere minori non alia ex causa emissam,
quàm intuitu dotis de Bonis propriis ipsiusmet
Renunciantis constitutæ, *& §. Replicatione non*
attenta, ubi respondet objectioni illi, quod, licet
74 dos à Patre legata fuerit, nihilominus à Fratre
de proprio fuerit soluta, quia, cum ipse esset Pa-
tris legantis heres, ejusmodi solutio ad pater-
nam, & non ad propriam substantiam est refe-
renda, *coram R. P. D. Crispo, & 2. Julii 1714.*
§. Et quidem coram Scotto.

Causa demùm conservandæ agnationis, &
Familiæ, à qua unicè pendere videtur validitas
dictæ renunciationis, non subsistit, in toto nam-
75 que renunciationis instrumento nulla unquam
mentio de ea facta legitur, ideoque affirmari
nequit, eamdem renunciationem prodiisse intui-
tu conservandæ agnationis, cùm ad istum effe-
76 ctum non attendatur causa à Partibus reticita,
sed solùm causa expressa, & quæ Judici exposita
fuit, ad firmata per *Constantin. ad Stat. Urb an-*
not. 44. num. 182., Rot. decis. 190. num. 12., &
decis. 331. num. 19., & 20. part. 17. rec., & in
Romana renunciationis 3. Julii 1711. §. Siquidem
coram Rño Aldravando.

Frustraque illa desumi prætenditur ex eo,
77 quod in dicto instrumento renunciationis di-
ctum etiam fuerit = *e tutta ciò non solo in riguar-*
do alla detta disposizione testamentaria del detta
Signor Girolamo sua Padre, ma anco per rendersi
grata al sudetto Signor Gaetano suo fratello per
mantenimenta della sua Casa = Nàm tantum
abest, quod hujusmodi expressione agnatio con-
templata, sive renunciatio facta dici queat ex
causa conservandæ agnationis, ut potius ex ejus-
dem litera perspicuè pateat, non intuitu conser-
vandi Bona, in familia, & agnatione, sed prin-
78 cipaliter intuitu, & respectu Fratris Renuncia-
tarii emissam fuisse, ut nempe Renuncians illi
se gratam redderet ibi = *mà anco per rendersi gra-*
ta al sudetto Signor Gaetano suo fratello =, & sic
renunciatio solam ejus personalem utilitatem
respicit, *Theodor. allegat. 36. num. 9., & 35,*
Altograd. jun. controv. 27. num. 7. in fin., Pani-
moll. decis. 7. annot. 2. num. 31., Rot. decis. 17.
num. 11. versic. & dum omnia, reliqua verò ver-
ba = *per mantenimenta dello sua Casa* = nil aliud
significant, quàm effectum ipsius renunciatio- 79
nis, ut scilicet Frater renunciatarius domum
sustinere posset; aliud enim est renunciare ad
hoc ut Bona conserventur in Familia, vel agna-
tione, seu propter amorem, & dilectionem
propriæ agnationis, in quibus terminis proce- 80
dunt authoritates omnes, quot quot in contra-
rium allegari possunt, aliud verò, & longè di-
versum est renunciare Patri, vel fratri ad hoc
ut domum sustinere possit, hoc enim casu nullo
pacto censeri potest renunciatum Patri, vel fra-
tri propter conservandam agnationem, seu Fa-
miliam, sed intuitu solius Patris, vel fratris re-
nunciatio emissa præsumitur, & expressio ma-
nutentionis domus propter ipsum Patrem, vel 81
fratrem, ad quem spectabat onus manutenen-
di, & substentandi propriam domum, facta cen-
setur, ut egregiè unum casum ab alio distin-
guendo tradit *Rot. decis. 586. num. 14. coram Bi-*
chio ibi = *In ipsa prohemio non fuit contemplata*
absolutè conservatio in familia, sed solùm, quod
fratres possent conservare familiam, & sic satis est
id effectum habuisse in persona fratrum =

Quæ quidem interpretatio eò certiùs sequen-
da videtur in casu nostro, quia verba renuucia-
tionis, quæ leguntur in parte dispositiva, pror- 82
sus repugnant contemplationi agnationis, ne-
dum enim, ut suprà dictum est, in toto Instru-
mento nec unum quidem verbum habetur de
agnatione, verùm etiam positivè, & expressim
admittuntur heredes, & successores quicumque, 83
& sic etiam extranei, qui sub amplitudine dicto-
rum verborum procul dubio comprehenduntur,
ut testatur *Rota in celebri Romana hereditatis de*
Lauuviis coram bon. mem. de Hervault apud Palm.
Nepot. allegat. 295. num. 17. & seqq., ubi con-
cordantes, & quod huic opinioni firmiter ad-
hæret Sacrum Tribunal, ideoque præsumi non 84
potest, renunciationem factam fuisse favore
agnationis, ut prosequitur *Rot. in dict. decis. lo-*
co mox citato; coram Dunoz. jun. decis. 676. num.
27., post Torr. de pact. futur. success. decis. 107. nu.
8. & 9., vel saltem, quod illius contemplatio
tali modo expressa, utpotè dolosè adjecta, ad 85
colorandam nempè renunciationem, dici ne-
quit legitima causa renunciandi *Rot. coram Eme-* 86
rix sen. decis. 153. nu. 1., coram bon. mem. Emerix
jun. decis. 1337. num. 11., in rec. dec. 230. num. 6.
& 7. part. 14., decis. 57. num. 6. & seq. part. 15.,
& meliùs decis. 338. num. 16., & 17. part. 17., ubi
post firmatam nullitatem renunciationis ex de-
fectu causæ, ità conservationem agnationis ex-
cludit = *secus autem est, quotiescumque ratio re-*
nunciandi non est agnationis conservatio, sed id
solùm apponitur ad colorandam sub honorabili hoc
titulo renunciationem, prout in casu, in quo Pa-
ter stipulatus fuit prò heredibus, & successoribus
qui-

quibuscumque, & sic etiam extraneis &c., quia
87 tunc dicitur destructa, non conservata agnatio, cau-
samque hanc dolosè appositam judicantes veluti
fraudis participem respuunt ad terminos cons. 5.,
Oldradi, cum quo transit Rot.&c., = & in dicta
Sutrina dotis 11. Junii 1708. §. Talis autem co-
ram Molines = his verbis = Cum enim donatio non
fuerit facta intuitu conservandi Bona in familia,
& agnatione, sed liberè favore fratris, ejusque
heredum, etiam extraneorum, talis causa cense-
tur potiùs adjecta ad colorandum contractum =
Immò verò, tametsi absolutè admitteretur,
renunciationem, de qua agitur, factam fuisse
88 intuitu conservandæ agnationis, nihilominus
hæc prò illa sustinenda minimè sufficeret ob du-
plicem validissimam rationem, tum scilicet,
quia contemplatio agnationis non fuit causa fi-
89 nalis dictæ renunciationis, sed merè impulsivâ,
cum in proemio Instrumenti primariò, & princi-
palitèr narrata fuerit obligatio assumpta in ca-
90 pitulis matrimonialibus, & præceptum pater-
num, secundariò autem minùs principaliter, &
ad exuberantiam expressa manutentio domus,
ut etiam manifestè demonstrant verba illa = e
tutto ciò non solo in riguardo della detta disposizio-
ne testamentaria del detto Signor Girolamo suo
Padre, ma anco per rendersi grata al detto Signor
Gaetano suo fratello per mantenimento della sua
Casa = Unde, si illa solùm dicitur causa finalis,
91 quæ principaliter ab Agente consideratur, Rot.
in dicta Romana renunciationis 9. Maii 1710. §.
Cetera verò coram Emo Priolo, dicendum om-
ninò, est causam finalem dictæ renunciationis
fuisse dispositionem Patris, & promissionem
ejus vigore factam in capitulis matrimoniali-
bus, quæ in proemio renunciationis expressa,
& principalitèr à Renunciante contemplata fue-
rant; manutentionem verò domus utpotè se-
92 cundariò, & ferè ad exuberantiam designatam
dictione illâ ampliativâ = ma anco =, fuisse causam
93 merè impulsivam, quæ sola actum sustinere
non potest, ad tradita per Altograd. cons. 36.
num. 14., & pluribus seqq. lib. 2., Mell. in addit.
ad Castill. de aliment. cap. 36. §. 9. nu. 32. & seqq.,
Rota coram Dunoz. jun. decis. 676. nu. 31., & alibi
frequentissimè.
Tum etiam quia (& hæc est altera potissima
ratio) tametsi conservatio agnationis fuisset
causa finalis dictæ renunciationis, nihilominus
tamen semper verum est, ipsam fuisse causam
94 merè voluntariam, dum nulla suberat necessi-
tas emittendi renunciationem adeò amplam, &
effrænatam, nullumque commodum exindè Re-
nuncianti obveniebat, quo casu receptum est, re-
nunciationem factam à muliere majori, tametsi
95 favore agnationis, nullo pacto subsistere, ut,
post cons. 5. Oldrad. punctualissimè firmat Rota
decis. 120. nu. 19. coram Buratt. ibi = secunda ra-
tio ob conservationem agnationis nec erat sufficiens,
nec concludebat necessitatem renunciandi =, post
Pich. ad Statut. Urb. decis. 22. num. 8., & quatuor
seqq., ubi, quod non dicitur legitima causa do-
96 nandi ea, quæ nullam in se habet necessitatem,
vel non continet commodum Donantis, & num.
13. benè ad rem nostram sic ait = Non obstant
causæ honoris Familiæ, & aliæ ab Informantibus
ponderatæ, quia non sunt sufficientes ad effectum,
ut donatio dicatur ob causam, cum non sint pro-
portionatæ, ut constituant causam æquivalentem
donationi, prout esse debet, & videntur potiùs
appositæ ad colorandam donationem = & optimè
coram Cavaler. decis. 257. nu. 8. ibi = Insuper ne-
que causa allegata, & expressa in donatione visa
fuit justa, & sufficiens, cur Pandulphus donare
deberet, ut scilicet Persianus faciliùs, & commo-
diùs posset sustentare familiam, & filios natos,
& nascituros, imò potiùs donatio visa fuit pura,
& simplex, tunc enim dicitur donatio ob causam,
quando subest necessitas, ob quam quis donare te-
neatur &c., & quando continet tale commodum Do-
nantis, quod liberalitatem excludat = & conferunt
firmata in decis. 792. num. 13., & 18. coram Du-
noz. jun., coram Priol. decis. 224. nu. 2. & seqq.,
& in dicta Sutrina dotis 11. Junii 1708. §. siqui-
dem, & seq. coram Molines.
Authoritates verò in contrarium allegatæ,
firmantes, causam conservandæ agnationis per
se satis esse ad sustinendam renunciationem à
muliere factam, procedunt, quando contem-
plata fuit familia, & agnatio ipsius mulieris, quę 97
consideratur in filiis, & Descendentibus ab ea,
tunc enim hujusmodi causa justa, & honesta di-
citur prò sustinenda renunciatione; At alitèr
res se habet, quando, prout in casu nostro,
mulier renunciando, non propriam, sed alie-
nam familiam, & agnationem consideravit, ut 98
est illa fratris, quæ cum ad ipsam nihil omninò
pertineat, proindeque apposita censeatur ad co-
lorandam renunciationem, inepta prorsus, &
insufficiens ad illam sustinendam reputatur, ut
benè distinguendo explicat Rot. coram Burat. de-
cis. 924. num. 9., in rec. decis. 241. num. 7. part. 13.,
& in Romana donationis 17. Martii 1692. §. Prò
sufficienti verò & seq. coram Emo Priolo, quæ re-
peritur impressa in Mantiss. ad Card. de Luc. de
constit. legal. decis. 11. num. 8., & seqq.
His accedit altera nullitas, & quidem maxi-
ma, ab enormissima mulieris læsione proma-
nans, ex qua magis, quàm ex defectu solem- 99
nitatum, & justæ causæ, renunciatio inficitur,
& irrita redditur Rota in Firmana Beneficiorum
11. Januarii 1715. §. Tales profectò coram Lan-
cetta; cum enim Dom. Theresia, receptâ con-
gruâ, & minimè excessivâ dote scutorum qua- 100
tuor mille sibi à Patre legatâ, nullâque alia ex
supradictis urgente legitimâ causâ, renuncia-
verit Bonis omnibus nedum Paternis, & mater-
nis, verùm etiam fraternis, & aliis quibuscum-
que favore fratris, à quo nullam compensatio-
nem accepit, proculdubio dici debet enormissi-
mè læsa, ut præcisè docent Faber in Cod. lib. 5. tit.
5. de dot. promiss. definit. 7. n. nu. 13., Fontanell. de
pact. nupt. claus. 9., Gloss. unic. part. 1. num. 5. &
seqq., Altograd. jun. contr. 23. num. 6. & seq., &
num. 23., & contr. 24. ferè per tot., & præcipuè
num. 3. & seqq., Boss. de dot. cap. 5. num. 66., Ca-
still. contr. jur. lib. 3. cap. 2. num. 85., Gallerat. de
renunc. lib. 3. cap. 2. num. 52., & seqq., Donad. eo-
dem

dem tract.cap.10. nu.1.& seqq., *Rota decis.* 1234.
*num.*12. & 13. *coram Emerix jun.*, *decis.*226.*num.*
26. *& seq.*, *& decis.*336. *nu.*24. *part.*17., *& in*
Firmana Immissionis 16. *Martii* 1703. *§. Nec pe-*
titam & seq., *confirmat.* 27. *Junii ejusdem anni*
§. Ratio ità decidendi coram Priolo, *in Romana re-*
nunciationis 6. *Maii* 1709. *§. Quodque renuncia-*
tiones, *& seq. coram Scotto*, ubi etiam ſubdi-
101 tur, læſionem bujuſmodi dijudicari poſſe ex
futuro eventu, poſtquam delatæ fuerunt Renun-
cianti hereditates ſub renunciatione compre-
henſæ, idemque pariter repetit altera *Deciſio*
confirmatoria diei 10. *Martii* 1710. *§. Pari jure*,
& seq., *coram Criſpo*, & rurſus alia *diei* 26. *Ju-*
nii 1711. *§. Fortiùs quia coram Rmo Aldrovan-*
do, *& in Bononien. renunciationis ſuper admiſſio-*
ne probationum 26. *Junii ejuſdem anni §. Confra-*
ternitati, *& seq. coram Molines*, *& in dicta Fir-*
mana Beneficiorum 11. *Januarii* 1715. *§. Tales*
profectò coram Lancetta.

Neque verò hujuſmodi læſio excluſa dici po-
teſt ex qualitate Jurium renunciatorum, quæ
102 erant futura, eventualia, & incerta, ſatis enim
eſſet reſponſio, quod etiam in renunciatione
dictorum Jurium, quæ, tametſi eventualia, pre-
tio tamen æſtimabilia ſunt, ut, præter ſuprà ci-
tatos, tradit optimè *Rota in dicta Faventina fi-*
deicommiſſi, *& tranſactionis* 19. *Februarii* 1714.
§. Et ex his coram Criſpo, læſionem cadere com-
muniter ſtatuunt Doctores in ſuperiori *§.* alle-
gati, & præcipuè *Rota in dicta Romana renun-*
ciationis, *& coram Burat. decis.*120. *num.* 25. *&*
103 *seqq.*, præſertim quando, prout contingit in ca-
ſu noſtro, nihil in compenſationem illorum ac-
ceptum fuit, ut proſequitur *Rota in dicta Fa-*
ventina fideicommiſſi, *& tranſactionis loco mox ci-*
tato; Verum præterea, propiùs accedendo ad
rem noſtram, dicimus, Jura de futuro eſſe du-
104 plicis ſpeciei, alia nimirum habentia cauſam
prorſus de futuro, alia de præterito; in primis,
105 quia difficilior eſt læſionis menſura, procedere
poſſunt ea, quæ in contrarium afferuntur, At
verò in ſecundis, in quibus Jus ſuccedendi eſt
106 radicatum, & expectatur ſolùm purificatio pen-
dens à futuro eventu, læſio ſemper conſidera-
tur, cum hac tamen differentia, quod, ſi ca-
ſus ſuccedendi eſt magis proximus, & probabi-
107 lis, jura pluris æſtimantur, minùs verò, ſi re-
motior, & ſub complicatione plurium even-
tuum, ut advertit *Card. de Luca de feud. diſc.*
68. *ſub num.*9. *verſ. neque agebatur*, *& de donat.*
*diſc.*60. *poſt num.*31. *verſ. ſecus autem*, *Rota poſt*
Torr. de pact. futur. ſucceſſ. decis. 160. *poſt num.*
23., *in rec. decis.*110. *num.*28. *part.*8. Cum ita-
que in caſu noſtro purificatio ſubſtitutionis in
Bonis, de quibus agitur, favore Dom. There-
ſiæ penderet ab obitu Juliæ Franciſcæ, quæ tem-
pore renunciationis erat quinquaginta anno-
rum, & prole carebat, in dubium venire ne-
quit, quin hujuſmodi ſpes ſuccedendi, quam il-
la habebat, utpotè ferè certa, maximam reci-
108 peret eſtimationem, in cujus propterea com-
penſationem dum nihil accepit, læſa per con-
ſequens enormiſſimè dicitur, ut benè proſequi-
tur *Cardin. de Luca de regal. diſc.* 30. *num.* 14.

Poſito autem ex mox dictis, renunciationem
verè læſivam fuiſſe, parvi refert, quod facta
fuerit ob cauſam dotis, & favore agnationis,
quodque Judicis Decretum intervenerit; iſtud 109
enim interpoſitum fuit abſque ulla juſta, & le-
gitima cauſa, ut patet ex ſupradictis, ideoque
attendendum non eſt, & perindè habetur, ac ſi 110
interpoſitum non fuiſſet *Simoncell. de Decret. lib.*
1. *tit.*2. *num.*1. *& seqq*, *Rota coram Burat. dec.*
120. *num.*17., *& decis.* 924. *num.* 11., *& in dicta*
Romana donationis 17. *Martii* 1692. *§. reſultat.*
coram Priolo. Et rurſus, cum illud nihil aliud
agat, quàm inducere præſumptionem excluſi- 111
vam læſionis, nemo non videt, quod præſump-
tio iſthæc locum habere non poteſt in caſu no-
ſtro in quo læſio, ex ſupradictis, eſt manifeſta 112
*Alciat. de præſumpt. regul.*3. *præſumpt.*10. *num.*
11., *Rota coram Dunoz. jun. decis.*805. *num.*4. *&*
seqq.; Cauſæ verò dotis, agnationis, & aliæ,
vel non ſubſiſtunt, vel ſatis non erant ad ſuſti-
nendam renunciationem, ex ſupra firmatis, ideo-
que nec læſionem excludere poſſunt, quæ datur 113
etiam in renunciatione reciproca, & ob cau-
ſam, quoties cauſa talis non eſt, quæ renuncia- 114
tioni correſpondeat, ex notatis *per Torr. de pact.*
futur. ſucceſſ. lib. 2. *cap.*26. *num.* 159. *& seqq.*,
Rota in dicta Romana donationis 17. *Martii* 1692.
§. Non urget in fin. coram Emo Priolo.

Poſtremò nulla quoque dicenda videtur præ-
fata renunciatio, quia mulier certior facta non 115
fuit de juribus ſibi competentibus, prout omni-
nò debebat, etiamſi ageretur de Jure non certo 116
ſed dubitabili, ut in ſpecie firmavit *Rota decis.*
120. *nu.*20., *& duobus seqq. coram Burat.*, quæ
præterea benè ad rem inquit, certiorationem
non probari per illa verba Inſtrumenti = *certio-*
rata &c. = quia illa clauſula eſt reſtricta tantùm 117
ad beneficia Minorum, & mulierum in genere,
& nihil dictum fuit de aliis juribus ipſi mulieri 118
competentibus.

Quamquam verò his omnibus plenè conſta-
bilita videri poſſit nullitas, & inſubſiſtentia re-
nunciationis emiſſæ à Dom. Thereſia, ſaltem
quoad Bona, de quibus agitur, nihilominus,
tametſi per malam hypotheſim ea valida, &
ſubſiſtens dicenda eſſet, modò reſoluta omninò
videretur, adeout liber regreſſus ad Bona, &
jura renunciata ipſi Renuncianti competeret,
cum defecerit Cajetanus frater, cujus dumta-
xat contemplatione, & favore prodiit ipſa re-
nunciatio, ut patet ex ejus Inſtrumento, quod
per ſingulas partes conſideratum, non præſe-
fert, niſi meram perſonalem renunciationem 119
favore dicti Cajetani fratris, ideoque, eo de-
functo, tamquàm ceſſante causà, Renuncians 120
admittenda eſt ad ſuccedendum, ac ſi num-
quam renunciaſſet, juxtà notas in ſubjecta mate-
ria regulas.

Licet enim mentio in illa fiat etiam heredum,
& ſucceſſorum, ea tamen nequaquam fit in par-
te dativa, ſed in parte acceptativa ibi = *Che ac-* 121
cetta, *e ſtipola per ſe*, *e ſuoi Eredi*, *e ſucceſſo-*
ri qualunque = quamobrem rectè locum ſibi vin-
dicat

dicat communis illa Doctorum opinio, quâ tra-
ditur, ad dignoscendum, quarumnam persona-
rum intuitu, & beneficio mulier se ipsam Bo-
122 nis suis privare senserit, spectandum tantum-
modo esse, in quas personas actum donationis il-
la direxerit, non autem, prò quibus personis
ultra voluntatem Dantis acceptare renuncia-
tionem senserit Renunciatarius, quæ quidem
opinio eò magis sequenda videtur in casu no-
123 stro, quia agitur de renunciatione facta à mu-
liere minore, & in seculo nubente, quæ ad dif-
ferentiam alterius emissæ ab ingrediente Reli-
124 gionem, strictè semper interprætanda est, ut,
quò minùs fieri possit, Renuncianti præjudicet,
ut, omissis generalibus, in nostris præcisis ter-
125 minis benè hæc omnia considerando, dixit no-
vissimè *Rota in Spoletana Immissionis 10. Janua-
rii 1716. §. Constitu itaque, & duobus seqq. coram
R. P. D. Althann., cujus particulam damus in
Calce*.

Idque procederet, etiamsi renunciatio facta
diceretur intuitu, & contemplatione agnatio-
126 nis, quia cum Renuncians, ex supradictis, non
perpetuam, & successivam, sed limitatam dum-
taxat desideraverit conservationem Bonorum in
familia, nempè in persona fratris, satis est, in
eo suum habuisse effectum, absque eo quod ul-
tra progredi debeat, ut in puncto firmavit *Ro-
ta coram Merlin. decis. 126. num. 70. & seqq.*, &
decis 218. num. 14. & 15.

R. P. D. Althann.
Spoletana Immissionis
Ven. 10. Januarii 1716.

Freta duplici fideicommissi titulo &c.

Constito itaque ex his de purificatione utrius-
que fideicommissi favore Annæ, haudquaquam
ei obesse potuit allegata renunciatio per ipsam
facta Ignatio, & Jordano fratribus occasione
dotis illorum contemplatione ei traditæ per cla-
ram communem Aviam, quia, inspectâ tàm
parte proemiali, quàm dispositivà, & signan-
tèr declarativà expletà per hæc præcisa verba =
*Hanc autem renunciationem facit, & facere di-
xit, & declaravit ergo dictos suos fratres, eò
quia vocavit, & dixit se esse satisfactam de dote* =
127 illicò in compertum reddebatur, eamdem re-
nunciationem esse merè personalem, ultraque
fratres non protendi, adeout, illis vitâ functis,
pristina reviviscere debebant jura ergà Renun-
ciantem, ac si numquam renunciatio exarata
fuisset, juxtâ theoricam *Baldi in leg. pactum sub
num. 9. Cod. de collat.*, *Rota coram Merlin. decis.
62. num. 24.*, *decis. 330. ex num. 1. part. 14.*, *decis.
23. num. 4. part. 15.*, *in Romana renunciationis 17.
Junii 1709. §. Quia agitur coram Emo D. Cardin.
Priolo, confirmata 3. Julii 1711. §. resultat coram
R.P.D. meo Aldrovando, in Camerinen. Immissio-
nis 27. Junii 1710. §. secundò moti coram R.P.D.
meo Lancetta, & in confirmatoria 23. Januarii
1711. §. Respectu coram eodem*, & in præcisis
terminis, quod, defunctis personis in renun-

De Contract.

ciatione contemplatis, admittatur Renuncians 128
ad successiones fideicommissarias ex motivo
cessantis causæ, connotarunt *Spad. cons. 316.
num. 14. lib. 3.*, *Franc. de Petr. cons. 51. num. 14.*,
Prat. discept. 39. num. 15. tom. 2., *Marcian. dis-
put. 8. num. 10. tom. 1. apud de Luc. de feud. de-
cis. Sicil. sub num. 129. vers. & in omnem even-
tum, & num. 141.*, *Sanminiat. contr. 100. num. 23.
& seq.*

Minimè refragante acceptatione facta ab iis-
dem fratribus in parte dispositiva pro se ipsis,
eorumque heredibus, & successoribus quibus-
cumque; illa namque fortasse perstringeret,
si de Renunciantis voluntate non constaret, se-
cus verò dicendum est, quando, prout in casu,
Renuncians antè, & post eamdem acceptatio-
nem tantummodò Fratrum personas expressè
designavit, nullâ factâ mentione de heredibus, 129
& successoribus, in his enim terminis voluntas
Renunciantis, non autem Renunciatarii, ver-
borum latitudo, & prò quibus iste acquirere
voluerit, attendi debet, ut monet *Textus in leg.
qui mihi donatum, ff. de donat*, & animavertunt
*Molphes. ad consuetud. neapol. tit. de renunciat.
quæst. 3. num. 7.*, *Mans. consult 296. num. 53.*,
Pacion. allegat. 14. num. 7., *Sanminiat. dict. contr.
100. num. 10. & 14.*, *Tartagl de reservat. statut.
art. 44. num. 52.*, *Rot. post Merlin. de legit. decis.
48. sub num. 26. vers. etiamsi*, & distinguendo ca-
sum à casu, optimè eadem *Rota coram Bich.
decis. 632. num. 1. cum pluribus seqq., & præcipuè
num. 13., & in Forosempronien. Legatorum super
reintegratione 27. Junii 1712. §. Præscindendo
coram R.P.D. meo Aldrovando, & 19. Januarii
1714. §. 37., & 55. coram R. P. D. meo An-
saldo*.

Eòque libentiùs hæc omnia admittenda
erant in præsenti hypothesi, ex quo agebatur 130
de renunciatione emissa à Puella in minori æta-
te constituta, & in seculo nubente, quæ, juxtà 131
suam indolem, non solùm ita strictè interpretari
debet, ut quævis extensio ultrà verba expressa
prorsus exclusa remaneat, ad tradita per *Card.
de Luc. de renunc. disc. 3. num. 10.*, & *Rota co-
ram R.P.D. meo Ansaldo decis. 57. num. 8. juxtà
Roman. impress.*, *in dict. Camerinen. Immissionis
21. Junii 1710. §. 2. coram R.P.D. meo Lancet-
ta, & in Romana renunciationis 11. Januarii
1712. §. 36. coram R. P. D. meo Ansaldo*, sed,
etiamsi illius verba detorqueri deberent, ut es-
sent Renuncianti minùs præjudicialia, talis intel- 132
lectus proculdubio amplectendus esset, ut in
his terminis tradunt *Capyc. latr. consult. 76. num.
64. in fin.*, *de Luc. de renunciat. disc. 1. sub num.
7.*, & *Rota in Romana renunciationis 23. Janua-
rii 1705. §. Ratio, & seq.*, & *15. Junii ejus-
dem anni §. In his itaque coram Scotto*, & *in alia
Romana renunciationis 16. Januarii 1713. §.
Absque eo, quod coram R. P. D. meo Ansal-
do &c.*

Remissionis Lucri dotalis.

Lucrum dotale à Filio in præjudicium Patris remitti potest, ubi vigeat consuetudo, quæ Patrem excludat ab usufructu in Bonis adventitiis filii, Filiumque à patria potestate liberet. Stipulatio lucri dotalis quomodo, ad excludendam actionem Patris, istius nomine non dicatur facta, licèt impersonalia adhibita sint verba?

VOTUM XLIV.

1 *Lucrum dotis in præjudicium Creditorum potest remitti.*

Et præsertim in præjudicium Patris nu.3.

2 *Creditor non fraudatur, quam Debitor lucrum repudiat.*

3 *Pater quoad lucrum dotale nullum habet interesse.*

4 *Lucrum dotale est adventitium.*

Et non ad Patrem, sed ad filiam pertinet, ibid. & num.6.

Intellige quoad proprietatem tantùm num.8.

5 *Lucrum dotale ex Matrimonio, non ex Patre quæritur.*

6 *Lucrum dotale profectitium dici nequit.*

7 *Donatio, vel hereditas Sponsæ relicta, isti, quæritur, non Patri.*

8 *Usumfructum Pater adquirit in Bonis adventitiis filii.*

9 *Ususfructus lucri dotalis Patri debetur.*

Procedit, stante etiam conjugio, quando per illud patria non solvitur potestas, ibid.

10 *Patris interesse in lucro dotali ex caussa sibi debiti ususfructus, quando cesset?* & nu. 11. ad 21.

11 *Ususfructus Bonorum adventitiorum Patri non adquiritur ex Galliæ consuetudine.*

12 *Patria potestas ex consuetudine Galliæ per Matrimonium tollitur.*

13 *Patria potestas per statutum, & consuetudinem tolli potest.*

14 *Patria potestas semel extincta, non reviviscit amplius.*

15 *Filia nupta semel ex consuetudine exempta a patria potestate, in illam non revertitur post mortem viri.*

16 *Usumfructum Bonorum adventitiorum, durante patriâ potestate, filio quæsitorum, an, eâ sublatâ, Pater amittat, disputant Doctores.*

17 *Ususfructus Bonorum, sublatâ patriâ potestate, filio quæsitorum non pertinet ad Patrem.*

18 *Bona post cessatam patriam potestatem filiis adquiruntur liberè.*

19 *Pater usumfructum non habens in Bonis adventitiis filii, habet in illis commoditatem quamdam.*

20 *Quæ tamen eorum alienationem nihil impedit.*

21 *Filius Bona adventitia alienare tunc prohibetur, cum Patri jus competit ad usumfructum.*

22 *Interesse Patris in lucro dotali nequit ex eo deduci, quod filiæ valeat succedere.*

23 *Remotum namque, & valde incertum est interesse hujusmodi.*

Filiis præsertim existentibus, num. 24.

24 *In lucris dotalibus, filiorum est prima succedendi caussa.*

25 *Filius in Bonis adventitiis heredem dicitur habere.*

26 *Stipulatio a Patre nomine sui ipsius facta de lucro dotali sibi non competenti nulla est.*

Et potiùs nomine filiæ facta censetur num. 28. *sed vid.* num.30., & seq.

27 *Stipulationes eò spectant, ut, quod sua interest, cuique adquiri debeat.*

29 *Pater in iis tantùm rebus utiliter filio stipulatur, quæ sibi quæri possunt.*

30 *Patri pro se stipulanti lucrum dotale, statim jus ad illud quæritur.*

Procedit, licèt ad ipsum non pertineat.

31 *Solutio in eum stipulationis, cui non debeatur, facta, non liberat solventem.*

32 *Solutum tamen illi adquiritur.*

33 *Stipulatio ratione materiæ, seù rei vitiari nequit, nisi hæc prohibita de se, vel de jure sit.*

34 *Legatum rei alienæ sustinetur.*

35 *Stipulatio super re aliena potest subsistere.*

36 *Inefficax tamen est, si sinè ulla, vel ex injusta fiat caussa.*

37 *Stipulatio, & pactum non trahitur ad personam non expressam.*

38 *Obligatio servandi contenta in Instrumento debet intelligi, singula singulis congrue referendo.*

39 *Ad Stipulatoris personam refertur lucri dotalis conventio impersonaliter stipulata.*

40 *Stipulatoris persona in contractu dotis filia, non Pater est.*

41 *In contractu dotis impersonaliter per Patrem stipulato persona filiæ subintelligitur.*

Eique communis sit actio ex stipulatu.

42 *Actio ex stipulatu ubi communis est, ut uni tantùm adquiratur, debet alter scire, vel de toto carere.*

Cum quæritur, an lucrum dotale possit ad invicem inter Conjuges remitti, etiam in præjudicium Patris, qui illud sibi stipulatus fuisse supponitur, affirmativè respondendum videtur; nam, si remitti posse in 1
præjudicium Creditorum, magis communiter censent *Roland. de dot. quæst. 39., & 40., Gratian. discept. 271. nu. 29., & per tot., & dec. Marchiæ 17. num. 5., Phanucc. de lucr. dot. gloss. 8. num. 16. ad 22.,* & alii apud *Oleam de cess. jur. tit. 2. quæst. 3. num. 22., & seqq.,* eà ratione, quia non fraudantur Creditores, quando debitor lucrum non facit, sed illud repudiat *l. qui au-* 2
tem

tem ff. de his quæ in fraud. Credit., *Phannec. ubi*
3 *supra num.* 20., & alii omnes suprà citati; multò magis in præjudicium Patris, qui nullum habet interesse quoad hujusmodi lucra, ea enim
4 sunt adventitia, ideoque pertinent ad filium, & non ad Patrem, ut, contrariâ opinione reprobatâ, de communi, testatur *Phannec. de lucr. dotal. d. gloss.*8. *num.*24., *&* 25., *& plurib. seqq.*, apud quem alii, & præcipuè *Bald. novell. de dot. privil.* 37. *num.* 4. *per tot.*, ubi id præsertim probat ratione desumptâ ex textu *in l. cum quis circà med. ff. de dot. prælegat.*, dum dicit = *quia Ma-*
5 *trimonii causâ lucratus est, non ex Patris judicia* = Unde infertur, causam finalem, & proximam dicti lucri esse propriè ipsum Matrimonium, ac conjugalem societatem, & fœdus, ac per con-
6 sequens, cum à Patre non proveniat, profectitium dici non posse, sed adventitium, quod filio quæritur, & non Patri, sunt etiam textus expressi *in l.* 1. ibi = *Ut quidquid vel Uxor Marito non emancipato, vel Maritus Uxori in potestate positæ, quocumque titulo, vel jure contulerit, sivè transmiserit, hoc Patri nullatenus acquiratur, atque ideò in ejus tantùm, cui delatum est, jure durabit* = *&* *l.* 2., 3., 4., *&* 5. ibi = *quâ ra-*
7 *tione tam sponsalitiam donationem, quàm hereditatem, quam memoratus Sponsus suam Sponsam lucrari voluit, non acquiri Patri, sed ad eam pervenire benignius esse perspicimus* = *C. de bon. quæ liber.*, *Roland. de dot. quæst.*110., *Viv. com. opin.* 815. *num.* 12., *Caball. cons. decis.* 147. *num.* 1., *& seqq. lib.*1., & latè *Michalor. de fratrib. part.*1. *cap.*8. *num.*7., *& per tot.*, ubi refert varias Doctorum opiniones, & hanc uti veriorem, & communiorem amplectitur.

Quæ quidem jura, & opinio communiter re-
8 cepta, quamvis ità intelligenda sint, ut filiis quidem adscribant proprietatem hujusmodi lucrorum, non autem usumfructum, qui, cum agitur de Bonis adventitiis filiorum, Patri regu-
9 lariter acquiritur, juxtà *Text. in l. cum oportet* 6. *ff. de bon. quæ liber.*, *Bartol. in leg. contra §. quotiès num.* 2. *ff. rer. amot.*, *Michalor. de fratr. part.*1. *cap.*3. *num.*23., *Christin. decis. belgic.* 75. *num.*1., *& decis.*76. *vol.*4., etiamsi filius, vel filia sint conjugati, quando per Matrimonium non dissolvitur patria potestas *Boer. quæst.* 195. *num.* 33., *& seqq.*, *Michalor. de fratr. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 11., ideoque interesse Patris non at-
10 tentâ qualitate adventitia hujusmodi lucrorum, subsistere adhuc videatur; nihilominus duplici ratione assertum interesse cessat in subjecta hy-
11 pothesi, tum scilicet, quia apud Gallos usus invaluit, ut Bonorum adventitiorum Pater usumfructum non habeat, juxtà firmata per *Michalor. de fratrib. part.*1. *cap.*3. *num.*30., tum etiam
12 quia ex generali consuetudine ejusdem Regni, de quâ testatur *Boer. d. quæst.* 195., quem sequitur *Michalor. d. cap.* 3. *num.* 11., per Matrimonium tollitur patria potestas, quam etiam
13 per statutum, & consuetudinem tolli posse, inquit *Bartol. in l. si Maritus §. Legis Juliæ ff. de*
14 *adult.*, & alii apud dictum *Boer.*, & semel extincta, ampliùs non reviviscit, adeout, stante

hujusmodi consuetudine, etiam mortuo Marito, filia in patriam potestatem amplius non re- 15
vertatur, ex Doctoribus allegatis, per *Boer.*, *&*
Michelor. locis supra citatis; sublata verò patria 16
potestate, etsi Doctores non conveniant in eo, an scilicet Pater amittat usumfructum quæsito-
rum, illa durante, in iis tamen, quæ, ipsâ jam 17
solutâ, acquisita fuerunt, veriùs esse videtur, usumfructum Patri non quæri, quia, cum non adsit amplius patria potestas, nec respectu Bonorum post ipsam acquisitorum possit conside-
rari aliquis effectus jam in esse deductus, sequi- 18
tur, illa Bona libera acquirentis esse debere, per *Text. in auth. sed Episcopalis C. de Episc.*, *& Cleric.*, *Michalor. de fratr. part.*1. *cap.*3. *num.* 11., *ad* 14.

Verum quidem est, quod etiam in iis casibus,
in quibus Pater usumfructum non habet, secun- 19
dùm aliquos, semper habet commoditatem quamdam in Bonis adventitiis filiorum, ad *Text. in l. plenam §. Quamquam*, *& in l. filio ff. de usufruct.*, *Aretin. in §. Igit. inst. per quas person. nob. acquir.*, sed hæc commoditas tanti non est, ut
filio impediat liberam disponendi potestatem, 20
cum solùm consideretur dum filius peculium retinet, non autem impedire valet, quominus alienet, ut probari videtur, ex *Text. in §.* 1. *auth. ut licet Matrim.*, *& in l. fin. §. Filiis autem C. de Bonis quæ liber.*, ubi dicitur, filiis prohibi-
tam esse alienationem in illis dumtaxat casibus, 21
in quibus Patri quæritur ususfructus, *Paris. cons.* 157. *num.*17., *&* 42. *lib.* 4., *Michalor. de fratr. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 52. *ad* 55.

Cessante autem interesse ex causa ususfru-
ctus, qui, ex supradictis, Patri in subjecta hypo- 22
thesi nullatenus quærebatur, illud desumi non valet ex eo, quod ipse filiæ succedere posset,
cum istud interesse sit valde remotum, eventua- 23
le, & incertum, nec propterea ad istum effectum considerari mereatur, ad tradita per *de Comit. decis. Flor.* 12. *num.*35., *Rot. cor. Coccin. decis.* 1564. *num.*24., *& seqq*, *& decis.*320. *n.*18., *& seqq. part.* 6., præsertim quoties, prout hic,
adsunt filii, quorum præcipuè in hujusmodi lu- 24
cris nuptialibus est prima causa succedendi, *l.* 3., *&* 4. *Cod. de Bon. quæ liber.*, *Michalor. de fratrib.*
*part.*1. *cap.* 3. *num.*3., ubi, quod filiusfamilias in 25
Bonis adventitiis dicitur habere heredem.

His verò positis, sublatoque interesse Pa-
tris quoad hujusmodi lucra, non est cur ob- 26
tendatur stipulatio illorum, quam Pater suo nomine, & pro suo interesse fecisse dicitur, quia cum istud nullum sit, stipulatio quoque inutilis
est, quippe illæ inventæ sunt, ad hoc ut unus- 27
quisque acquirat, quod sua interest, *Text. in §. Alteri stipulari instit. de inutil. stipul*, *l. stipulatio* 38. *§. Alteri ff. de verb. oblig.*, ubi scribentes passim, ideoque potiùs dicta stipulatio intelli-
genda esset nomine filiæ, ad quam lucrum per- 28
tinet, per ea, quæ tradit *Phannec. de lucro dot. gloss.* 8. *num.* 31., *& seqq.*, *Michalor. de fratr. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 14., sed etiam tali casu inutilis remaneret, cum cadat super peculio adventitio, quod Patri nullo modo quæritur, ex supra

29 firmatis, & Pater in iis tantùm rebus utiliter fi-
lio ſtipuletur, quæ ſibi acquiri poſſunt, per *Text.
in §. Si quis alii inſt. de inutil. ſtipul.*, benè *Vinn. in
comment. ad d. §. verſ. vox tua tamquam filii er-
ga ſit.*

At, ſi veritatem amamus, intereſſe Patris
30 naſci videtur ex ipſa ſtipulatione, ſuppoſito
enim, quod ipſe compræhenſus ſit in ſtipulatio-
ne hujuſmodi lucrorum, ſtatim ipſi queſitum fuit
jus, & actio ad illa, etiamſi ad ipſum non perti-
31 neret, hoc enim efficit quidem, quod Promiſ-
ſor ſolvendo Patri, non liberetur, quin etiam fi-
32 liæ præſtare teneatur, cui de jure debetur, ſed
non impedit acquiſitionem Patri, cui promiſſio
33 facta fuit, eum nunquam ſtipulatio vitietur, &
inutilis reddatur ratione materiæ, ſive rei in ſti-
pulationem deductæ, niſi hæc aut naturà, aut
jure dari prohibeantur, ut ſunt res illæ, quæ non
ſunt in rerum natura, nec eſſe poſſunt, quæ non
ſunt in commercio, & quæ ſtipulantis ſunt pro-
priæ, ceterum, præter has, nulla alia inveni-
tur, quæ ſtipulationem inutilem reddat, ut in
§. At ſi quis rem inſtit. de inutil. ſtipul., ubi ſcri-
bentes, & præcipue *Vinn. in comment. num. 1.*;
34 & ſanè, ſicuti valet legatum rei alienæ *l. cum
ſervus 39. §. Conſt. ff. de legat. 1.*, ità ſtipulatio-
nem ſuper re aliena ſubſiſtere poſſe nil prohi-
35 bet; ſolumque tali caſu, ſi vel ſinè cauſà, vel ex
cauſà injuſtà ſtipulatio interpoſita ſit, quamvis
36 ex eà naſcatur actio, inefficax tamen reddi po-
teſt, oppoſità doli mali exceptione, *l. 2. §. 3.
ubi gloſſ., & Bartol. ff. de dol. mal. l. ſi quis 36. ff.
de verb. oblig., Vinn. in expoſit. hujus tit. inſtit.
de verb. oblig. num. 5., Gomez var. reſol. 11. n. 3.
tom. 2.*

Difficultas verò ceſſat in hypotheſi ex facto,
quia reverà nulla Patris ſtipulatio prò iſtiuſmo-
di lucro interpoſita videtur, eum illud ſoli filiæ
37 promiſſum fuerit, ut in *cap. 7.*, & ſtipulatio vel
pactum non trahitur ad perſonam non expreſ-
ſam *l. ſi unus §. Ante omnia ff. de pact.*, *& l. ſi pro
dote C. de dot. promiſſ.*, *Bald. novell. de dot. par. 6.
privil. 37. ſub num. 4.*

Fruſtraque ſtipulatio deſumitur ex eo, quod
38 Pater ſe obligaverit prò obſervantia omnium in
capitulis contentorum: etenim obligatio hu-
juſmodi intelligi debet, ſingula ſingulis congruè
referendo, ita quidem, ut unuſquiſque obligatus
cenſeatur ad ea dumtaxat, quæ ex parte ſua
promiſit, non quæ ab alio ſtipulata fuerunt,
prout ipſimet Contrahentes pluries proteſtati
fuerunt in Inſtrumento dotali, & habetur ex *Text.
in l. quoties C. famil. erciſcun.*, *& l. ſi idem §. fi-
nal ff. de juriſd.*, *Rot. cor. Corr. deciſ. 34. nu. 2.*, *in
Viterbien. pecuniaria 7. Febr. 1715. §. Tum &
magis cor. R̃mo Scotto, & optimè in Firmona
immiſſionis 9. Decembris 1712. §. Quibus ità* ibi =
*Nil penitus officit, quod in fine illius prò omnium
obſervantia Emilia unà cum Viro, & filiis in ſoli-
dum, & in forma Cameræ ſe obligaverit, quia ta-
lis obligatio eſt ſomulatoria ad præcedentem ſtipu-
lationem, ſivè obligationem, quam confirmat qui-
dem, ſed non ampliat ad ea, quæ ſuperiùs in in-
ſtrumento a Muliere promiſſa non fuerunt* = *coram
R̃mo Aldrovando.*

Et hinc ceſſat etiam id, quod dicitur de con-
ceſſione hujuſmodi lucrorum imperſonaliter fa- 39
cta, quia, ſi verba imperſonalia referantur ad
perſonam ſtipulatoris, hæc fuit filia, & non Pa- 40
ter, ut liquet, ex *cap. 7.*, & probatur ex *Text. in
l. ſtipulatio iſta §. Si quis ita, & l. ſi ità ſtipulatus 126.
§. Griſogonus verſ. ſequens ſtipulatio ff. de verb.
oblig.*, *Bald. novell. de dot. part. 6. privil. 30.,
& ſeq.*, ubi, quod, etiamſi Pater imperſonaliter
ſtipulatus eſſet, adhuc favore dotis perſona mu- 41
lieris, & filiæ ſubintelligitur, & actio ex ſtipu-
latu communis eſt etiam ei; cum autem actio
eſt communis, oportet, Patrem probare, filiam 42
ſcire, vel de rato cavere *l. 2. in fin. ff. ſolut. Ma-
trimon.*, *Campeg. de dot. part. 3. quæſt. 144. erga
finem.*

Jurium Dotalium.

Dotale inſtrumentum Italico idiomate cum Vi-
ro Italo ſtipulatum ſi quoad Mulieris do-
tem, ejuſque Bona pactum contineat in hæc
verba conceptum = *reſteranno, ed apparterran-
no ad eſſi figliuoli come Beni proprj Materni* =
eadem dos, ac Bona, juxta eorum verborum
intelligentiam deſumendam ex Legibus, &
conſuetudinibus in domicilio Viri, ſicque in
Italia vigentibus, cenſeri debent ad filios uti
filios, non uti Matris heredes eſſe deferenda.
Verba autem prædicta = *reſteranno*, ed *appar-
terranno* =, nec non dictio illa = *come* =, atque al-
tera = *proprj* = quid ſecundùm ejuſmodi intelli-
gentiam, ac etiam de jure valeant impor-
tare?

VOTUM XLV.

1 *Dos Matri cum eo pacto conſtituta, ut ad fi-
lios poſt ejus obitum pertineat, iis non con-
templatis uti Matris heredibus ex propria
perſona debet adquiri*, & num. 8.
2 *Contrahentes non dicuntur nominatis in con-
tractu tamquam heredibus conſuluiſſe, niſi
hereditariam expreſſerint qualitatem*, &
num. 17.
3 *Contrahentes ſi nominatis in contractu, tam-
quam heredibus conſuluerunt, diſpoſitio lo-
cum habet in alio etiam non nominato, qui he-
res poſtmodum exiſtat*, & num. 34., & 48.
4 Filii, & heredis *mentio ubi facta eſt, non ſuf-
ficit, quem eſſe filium, niſi heres etiam ſit.*
5 Heredis *nomen prævalet nomini* filiorum, &
ratio num. 6.
7 Heredis, *vel* filiorum *nomen ſuam ex juris
auctoritate ſignificationem recipit.*
9 *De dote ad filios ex pacto perventura, Mu-
lier in eorum præjudicium nequit diſponere.*
10 *Procedit etiam quoad extraneos, eum pro eis
pactum ſit.*
11 *Verbum* = remanere =, *ubi de Bonis agitur ad
quempiam deferendis, ſignificat, ea apud
ipſum perſiſtere, continuare, & perſeverare
debere.*
12 *Idem de verbo* pertinere.
13 *Verbum* = reſtare = *convertitur cum verbo* = re-
manere =.

14 *Ver-*

14 *Verbum*=appartenere=*latinè vertitur*= pertinere =, *&* spectare =

15 *Pactorum dotalium verba intelligenda sunt in illa significatione, quam apud nos habent.*

16 *Verba semper in sensu illius idiomatis, quo sunt expressa, debent intelligi.*

18 *Verba*=remanere, *&* pertinere=*quoad maternam dotem filiis deferendam adhibita in contractu connubiali, significant, jus ad illam filiis competere uti filiis, non uti Matris heredibus.*

19 *Et Matrem prohiberi in eorum præjudicium de dote ejusmodi disponere*, & nu. 20., & 21.

20 *Dos ex consuetudine, vel statuta disponente per verba*=remaneat=, *vel*=pertineat=, *aut similia, ad filios uti filios defertur, non uti heredes Matris*, & num. 21., & 22.

23 *A statuto ad pactum, & viceversà valet argumentum.*

24 *Statutum dicitur esse quoddam latum pactum.*

25 *Verba quo sensu accipi debeant, solet ex adjuncto intelligi*, & num. 42.

26 *Dotalia Bona si ad filios ex pacto deferenda sint*= come Beni proprj materni=, *iidem videntur non posse ad ea succedere uti filii, sed tamquam Matris heredes.*

27 *Dotalia Bona quum ad filios uti filios, ex verbis*=resteranno=, *ed*=apparterranno=, *debeant deferri, alia subjuncta verba* = come Beni proprj materni= *non efficiunt, ea titulo Matris hereditario deferenda esse.*

28 *Verba hæc nil aliud demonstrare censentur, quàm ejusmodi Bonorum derivationem, scilicet a Matre.*

Quæ demonstratio derivationis non excludit jus filiis, uti filiis adquisitum num. 30.

29 *Dictio*=come=*subjuncta habens hæc alia verba*= Beni proprj materni=, *Bona ipsa ostendit esse a Matre derivantia.*

30 *Idem de dictione illa*= proprj=, *& num.* 31.

Et ratio num. 32.

32 *Dos proprium dicitur Matris patrimonium.*

33 *Contrahentes ex designata dumtaxat Bonorum cuipiam destinatorum origine, ac derivatione non censentur ei tamquam heredi consulere voluisse, nisi id expresserint*, & n. 34.

35 *Dotis contractus id suapte naturâ peculiare habet, ut judicandus sit juxta leges, & consuetudines vigentes non in loco, ubi fuit celebratus, sed ubi extat Viri domicilium, &* num. 39.

Regula hæc est receptissima, ibid.

Diciturque non ipsa jus constituens, sed ex jure constituta ibid.

36 *Matrimonium ex sui natura efficit, ut ibi ex destinatione Mulieris contractum videatur, ubi Viri est domicilium*, & num. 38.

37 *Contractus uno in loco reverà factus non repugnat, quod alibi videatur initus.*

40 *Matrimonio extra Patriam inito a Muliere, hæc juri municipali, nec non consuetudini ejus Patriæ censetur renunciasse.*

41 *Præsertim, si ejusmodi renunciationem ipsemet præseferat contextus dotalis instrumenti*, & num. 42., 43., 44.

42 *Dotalis Instrumenti Italico idiomate stipulati verba in eo sensu a Contrahentibus accepta reputantur, quem in tali habent idiomate.*

Iique præsumuntur Italiæ moribus, ac legibus sese accomodare voluisse ibid., & nu. 61.

43 *Ubi præsertim ad peculiares leges, & consuetudines loci Mulieris relationem non habuerint*, & num. 60.

44 *Instrumenti verba* = resteranno, ed apparteranno=, *adjecta in duabus Instrumenti partibus, censentur in utrisque eodem sensu adhibita.*

46 *Dispositionis una pars alteram declarat.*

47 *In dotali Instrumento Mulier quoad Virum, filiosque iisdem usa verbis, non censetur, Virum melioris conditionis, quàm filios, esse voluisse.*

49 *Filiorum favore benignior semper interpretatio sumenda est.*

50 *Statuto vigenti in Patria, & domicilio Viri Contrahentes præsumuntur sese conformare voluisse in contractu connubiali.*

Nisi de contraria constet eorum voluntate, ibid.

51 *Statutum, vel consuetudo loci Viri formam dotali contractui dare censentur*, & num. 62.

52 *Dotalia pacta in dubio interpretari debent juxta statutum, & consuetudinem loci Viri.*

53 *Ex pacto* = resteranno, ed apparteranno ad essi figliuoli, come Beni proprj materni=, *si dotalia Bona censerentur ad filios deferenda non uti filios, sed uti Matris heredes, idem pactum superfluum non remaneret.*

Et quomodo? num. 54. & 55.

56 *Dos, & Bona materna, si Mater intestata decesserit, pertinent ad filios, pacto etiam deficiente.*

57 *Pactum, quod dos, Bonaque materna ad filios pertinere debeant, superfluum, & inutile non debet esse.*

58 *Atque ita intelligendum est, ut ea ad filios pertineant uti filios, non tamquam heredes Matris.*

59 *Procedit, etiamsi ejusmodi interpretatione esset a proprio verborum sensu recedendum.*

63 *Verba connubialis contractus in eo sensu accipienda sunt, quo magis conformia redduntur statuto loci Viri.*

64 *Mater, juxta municipales locorum Italiæ leges vel non potest omnino, filiis extantibus, de suis Bonis disponere, vel ejus ad id potestas magna ex parte cohibetur.*

EST responsum examinandum, probandumque mihi propositum, tamquam multâ elaboratum doctrinâ, alio sive rationum, sive auctoritatum, quibus confirmetur, non egeat adminiculo; veris namque, ac solidis Juris nostri præceptis, & regulis innixum est:

est: ideòque, solâ meâ subscriptione planè illud approbasse libentissimè declararem: nihilominus obsequens Viro tum dignitate præclaro, tum etiam sapientiâ, & doctrinâ longè præstantissimo, injunctum mihi munus exequar: non quidem nova in eamdem sententiam allaturus argumenta; id enim jam ex nostris alios Juris Consultiores præstitisse audivi; sed ut demonstrem, quod, quantum prò temporis, meique muneris, & officii ratione mihi licuit, tractatam in d. responso quæstionem perpendens, ità senserim, vi rationum, & veritatis adductus, non ut Requirenti morem geram.

Cum itaque quæratur, an verba illa, quibus in nuptiali contractu, de quo agitur, constitutum fuit, quod tum dos data Marito in quantitate scutorum triginta millium, tum etiam alia Bona, quæ ad uxorem pervenire aliundè poterant, ad filios ex eo matrimonio nascituros pertinere deberent, id explicando verbis illis = *resteranno, ed apparterranno ad essi figlioli, come Beni proprj materni* =. Cum, inquam, quæratur, an stipulatio conceptione istâ verborum celebrata, efficiat, an filii in hisce Bonis ex propria persona, & uti filii, an verò uti heredes matris succedere debeant nec ne? Profectò, si ageretur de connubiali contractu inito inter Italos, aut Sponsos, in quorum Regione viveretur Jure Civili Romanorum, respondendum videretur favore filiorum, quos nimirum Mater onerare nequivisset Legatis, aut relictis ullis, quippe que detrahi non possent ex Bonis vigore istiusmodi contractus post illius mortem pleno jure ad eosdem pertinentibus.

At in nostra hypothesi negotium facessere videbatur, quod versemur in Matrimonio inito inter prænobiles Sponsos, Italum nempè, & exteram Puellam. In hujus autem Patria cum vigeant societates conjugales, dicebatur, stipulationem superius relatâ, aut aliâ simili figurâ verborum conceptam adhiberi consuevisse, ut illius vigore adeò præservetur filiis legalis, & intestata successio in Bonis Matris, ut Pater, superstite altero ejusdem matrimonii filio, submotus penitus censeatur à portione etiam hereditatis maternæ delatæ filio jam prædefuncto. Quapropter, licèt d. stipulatio inutilis esset prò tollenda conjugali ista societate, ejusque effectibus impediendis; utpotè quæ cum Sponso extero, minimè subjecto consuetudini, seu legi municipali Sponsæ contrahi minimè poterat, ut etiam, licèt, ut dictum est, excluso Patre in concursu filiorum, his eadem, summoperè profutura esset, prò integrè retinenda legali successione in Bonis maternis; nihilominùs tamen usque adeò Matri noxia, & præjudicialis reputari non debeat, ut operetur, quod, ademptâ eidem omni penitus facultate disponendi in casu etiam, quo illa testamentum conderet, filii uti filii, & ex jure, & persona propria, non autem tamquam heredes matris ejus hereditatem, & Bona capientes, repudiare possint onera in materno testamento ipsis imposita, nisi in hoc peculiari nostro casu probetur, superiùs relata verba, juxta ipsorum germanam, ac legalem significationem, quam suâpte naturâ habent apud Italos, usurpari consuevisse, ut filii tamquam filii, & non tamquam heredes Matri succedere valeant.

Cum itaque Causæ hujus momentum vertatur in assequenda vera d. clausulæ, & verborum intelligentia, facilè demonstrari posse arbitror, quod eadem apud nos adhibita censeri debeant, ad filiorum vocationem jure proprio à matre factam designandam: ità quidem suadente illorum significatione, desumptâ tum ex auctoritate Juris communis, magis verò municipalis, quod viget in Patria Sponsi, tum ex proprietate, & usu verborum apud nos recepto, tum denique ex natura ipsa actus, & contractus, qui celebrabatur.

Rem autem ordientes à prima nostri assumpti parte: in d. responso supponi videtur, quod, si propria dd. verborum significatio accipienda esset ex Romani, quo vivimus, Juris auctoritate, eadem certè, nonnisi favore filiorum intelligenda forent: quod nempè iidem uti filii, & jure proprio, non autem uti matris heredes vocati censerentur. Et optimâ saoè, prævalidâque ratione: quia nimirum in superiùs relato nuptialium pactorum loco dictum minimè fuit, quod Bona in dotem data, aut ad Sponsam perventura = *resteranno, ed apparteranno ad essi figlioli eredi della madre* = vel = *come Beni erditarj della Madre* = aut alia similia adhibita non fuerunt verba, & clausulæ, quæ ad istiusmodi hereditarium titulum referri possent: quo sanè titulo, aut cum qualitate stipulationem conceptam fuisse oportebat, ut Bona materna, filiis tamquam matris heredibus quæsita dicenda essent, ex notabili sententia Papiniani relata in 1
leg. tale pactum 40. *§. final. ff. de pact.*, ubi loquitur his verbis = *Pater, qui dotem promisit, pactus est, ut post mortem suam in matrimonio sinè Liberis, defunctâ filiâ, portio dotis apud heredem suum fratrem remaneret. Ea conventio Liberis à Sacero posteà susceptis, & heredibus testamento relictis per exceptionem doli proderit: cum inter Contrahentes id actum sit, ut heredibus consulatur* = quam sententiam benè explicat *Cujac. tom. 1. oper. post. in lib. 1. respons. Papin. fol. 12. lit. B.* dicens = *At Papinianus eleganter respondet, Liberos, petente Genero, dotem ex stipulatione, per exceptionem pacti, sivè doli mali, quæ semper subsidio exceptioni pacti, partem dimidiam dotis retinere posse, quia Pater fratri pactus est, non tamquam fratri, alioqnin inutile pactum esset, sed tamquam heredi, quia dixit, ut remaneret apud heredem suum fratrem, & heredes hodie sunt Liberi, quos Pater præter spem sustulit, non frater* = & ibi etiam *Faber. in pandect. tom. 1. fol. mihi* 231. ad verba illa *per exceptionem doli*, & 2
priùs ibidem docuerunt *Bartol., Bald., Castrens., Angel., Jason.*, aliique communiter docentes, quod, ut Contrahentes Nominatis in contractu, nonnisi tamquam heredibus, consuluisse dicantur, requiratur, quod nominentur cum qualitate hereditaria, ut ità dispositio cum tali quali-

3 litate collata in Nominatum vindicet sibi lo-
cum in persona etiam alterius, quàm Nomina-
ti, in quem transierit ista qualitas, ut benè apud
Castrens. d. §. final. num. 4., quem ibi sequitur
Jason. num. 2.

At non ita sanè in casu nostro concepta legitur
stipulatio, in illa enim simpliciter dispositum re-
peritur, quod dicta Bona = Resteranno, ed ap-
parteranno ad essi figlioli come Beni proprj mater-
terni = quamobrem, licèt (ut dd. Juris Inter-
pretum auctoritate edocemur (ubi facta est men-
4 tio filii, & heredis, non sufficiat, quem esse fi-
lium, nisi sit etiam heres, quia nomen appella-
5 tivum heredis, prævalet nomini filioram, cum
primum demonstret, cui Contrahentes dispo-
6 sitivè consultum vellent, secundum verò innuat,
in quem stipulationis tempore, destinativè ta-
men dumtaxat, cogitaretur supremum judi-
cium esse conferendum: attamen, cum in su-
periùs relatis verbis nulla facta fuerit mentio ti-
tuli, seu qualitatis hereditariæ, inde sequitur,
quod, si propria illorum significatio sumenda
7 sit ex auctoritate Juris, ut faciendum est ex
Bartol. in leg. omnes Populi 9. num. 59. ff. de justit.
& jur., Bald. in leg. fin. num. 45. cod. de bered.
institnen., Abb. lib. 2. cons. 2. sub num. 3. aatè
med., ex eodem Bartolo loc. citato dicens, quod=
propria verbi significatio sumitur ex auctoritate
Juris, ut si in aliqua Juris parte reperiatur illud
vocabulum declaratum = Tusch. practic. concl.
lit. V. concl. 91. num. 28.: ambigi certè nequibit,
quod, dum mater, omissâ prorsùs mentione
beredum, io stipulatione promisit, quod Bona
= Resteranno, ed apparteranno ad essi figlioli =
8 heredes tamen minimè nominatos, non heredi-
bus, quorum nullo pacto meminit, sed solis fi-
liis, quos in stipulatione expressè vocavit, con-
suluisse censenda sit: propereaque Bona adeo
illis destinata, & applicata intelligenda erunt,
9 ut nullâ contrariâ dispositione auferri eisdem
possint, ad Text. in leg. Cum Maritus 29. §. fin. ff.
de pact. dotal., Cagnol. in leg. final. num. 100. cod.
de pact., Mandell. Alb. cons. 50. num. 1., Roland.
à Valle de lucr. dot. quæst. 82. num. 8., Osasch.
decis. Pedemont.. 20. num. 6., Sac. Rot. coram
Millin. decis. 177. n. 5., post Torr. de pact. futur.
success. decis. 12. num. 2., & decis. 223. num. 5.,
& tradit Borgiu ad Fabr. investig. Jur. civil. lib.
13. cap. 3. num. 8. sic loquens = Etsi aliàs mulier
possit de dotibus suis disponere, attamen, si ob pa-
ctum, ut hic, fuerint dotes ad alium perventuræ,
non poterit, obstante pacto, & conventione = &
cap. 4. num. 3.. Cujus sanè destinationis, sivè ap-
10 plicationis vis si tanta est, ut prosit cuicum-
que, tametsi Extraneo, quantò magis juvabit
filios, quorum causa, & favor in hisce stipula-
tionibus tantò potior est, ad quos enim Bona,
de quibus agitur, ex pacto expresso post obitum
matris perventura dicantur: nullâ idcirco ra-
tione de eis disponere, aut gravameo ullum fi-
liis super eisdem imponere illa potuit.

Ut autem clariùs adhuc id elucescat, non
pigebit singillatim expendere verba, quibus sti-
pulatio concepta legitur: perspicuum enim in-
dè fiet, eadem adhibita fuisse ad significandum,
Bona omninò perventura, & spectatura fore ad
filios, ad quos, omissâ prorsus mentione he-
redum, dicta verba relata, & quorum respe-
ctu prolata fuerunt, ut de verbo remanere, quod
nimirum significet, Bona relinquenda esse, ea- 11
demque persistere, continuare, & perseverare
debere apud eos, penes quos Contrahentes illa
remanere voluerunt, est Text. in dictu leg. tale
pactum 40. §. fin. ff. de pact., & tradunt Doctores
allegati in §. Rem autem ordientes, quibus addo
Rebuff. de verbor. signif. ad leg. 67. fol. mihi 459.
in verb manere, permanere, & remanere. Et de 12
verbo pertinere est alter Text. in leg. verbum il-
lud 181. ff. de verbor. significat., ubi pariter
Rebuff. fol. mihi 821., & seqq., Cuiac. oper po-
sthum. tom. 4. part. 2. fol. 660. lit. E., & latiùs apud
Brisson. Calvin., aliosque omnes, qui Juris Lexi-
con conscripserunt. Quamobrem similia verba si
significant, rem dominio nostro esse subjectam,
vel iis quoque rebus petendis apta sunt, quæ do-
minii nostri sint, aut illis etiam, quæ jure aliquo,
aut justâ actione nobis debentur, quamvis non-
dum sint nostri dominii; inde fit, quod, si ex pa-
cto, & lege constituta in tabulis nuptialibus, dicta
Bona remanere, & permanere debebant ad filios,
eadem nulli amplius contrariæ dispositioni ob-
noxia esse valeant, ut jam jam dicetur; & præ-
validè confirmabimus, dum eadem verba ad
mentem Juris municipalis suis locis expende-
mus.

Significationi similium verborum sumptæ ex
auctoritate Juris consonat etiam (ut proposui-
mus in altera nostri assumpti parte) illa, quam
habent Italico idiomate reddita: verbum enim
restare convertitur cum verbo remanere, ut in
nostro Vocabulario degl' Accademici della Crusca 13
in verb. = RESTARE =, e RIMANERE =, & apud
Pufferatium pariter in verb. = REMANEO =, & =
RESTO =; & verbum = APPARTENERE = latinè 14
vertitur = PERTINERE, & SPECTARE, ut ex
eodem Vocabulario in verb. = APPARTENERE =, &
ex Pufferatio in verb. = PERTINEO =. Quapropter,
si in ejusemodi pactis dotalibus verba intelli-
genda sunt in illa significatione, quam apud 15
nos habent, ut admonet Card. de Luca de fidei-
commiss. disc. 42., regulare siquidem est, verba,
semper prolata censeri, atque intelligenda esse
in sensu illo, quem habent in ea Regione, in 16
cujus idiomate sunt expressa, idem Card. de Lu-
ca de fideicommiss. disc. 34. num. 12., Rota coram
Card. Celso decis. 229., & decis. 257. utrobique
num. 2., & seqq., & num. 10. & seqq, ac decis.
266. num. 8., in Romana Primogenituræ de Sal-
viatis super Jocalibus, & Tabulis pictis 28. Junii
1706. §. 10. coram bon. mem. Molines, & in Ca-
vallicen. Immissionis 21. Junii 1720. § Nec alter-
nativa coram R.P.D. Rovault de Gamaches; di-
cendum sanè erit, quod, dum Contrahentes,
omissis heredibus, caverunt, quod Bona = re- 17
steranno, ed apparteranno ad essi figliuoli = id sanè
egerint, ut filiis, non autem, ut heredibus con-
suluerent.

Rectè igitur nostri sequentes intelligentiam,
quam

quam similia verba habent, tum ex juris inter-
pretatione, tum ex propria sigoificatione; cen-
sent, eadem, quum adhibentur in contractibus
18 connubialibus, significare jus illud præcipuum
filiis competens uti filiis, non autem tamquam
19 heredibus, ideoque prohiberi Matrem, ne in
earum præjudicium de Bonis disponere possit, ut
de ejuscemodi pacto concepto per verbum = *re-*
20 *maneat* =, innuunt Doctores allegati *in §. Rem*
autem ordientes, & benè etiam *Marta de success.*
legal. part.1. quæst.4. art.1., ubi, quod consue-
tudo Martini deferat dotem filiis uti filiis, non
uti heredibus, quia loquitur per verbum = *rema-*
neat =. Et de verb. = *pertineat* = *Ruin. cons.8.n.1.*
21 *in fin. & num.6.*, & meliùs *cons.132. num.8., &*
seqq. lib.2. ibi = *nam ex quo statutum vult, quod*
dos pertineat ad filios Uxore decedente in Matri-
monio, defertur dos filiis ex dispositione statuti
tamquam filiis, & non tamquam heredibus ex te-
stamento, vel ab intestato. Et de aliis similibus
22 verbis *Alexand. cons.150. lib.2.*, *Mandell. Alba*
cons.50. num.1., & seqq., *Surd. cons.81. nu.13.,*
& 21. vers. finem, *Roland. de lucr. dot quæst.82.*
num.4. & seqq., *Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1.*
quæst.24. num.17. in princ., *Osasch. decis.20. nu.*
6., *Thesaur. dec.106. in princ.*, qui etsi loquan-
tur de statuto, rectè tamen locum sibi vindicant
in casu nostro; quia à statuto ad pactum, & vi-
23 ceversà valet argumentum *Bald. cons.289. pro-*
pè fin. vers. sed statuto lib.2., *Ruin. cons.109. nu.*
19. lib.4., *Mandell. Alba cons.50. num.1. in fin.*,
Menoch. cons.335. num.34., *Gratian. discept.348.*
num.28., *Mastrill. decis.246. num.99. Vivn. dec.*
255. num.8. lib.2., *Rota coram Ludovis. dec. 204.*
num.23. Statutum enim dicitur esse quoddam
24 tacitum pactum, argumento *legis. Item quia ff.*
de pact. leg. nam nec ex prætorio ff. de reg. jur., leg.
non impossibile Cod. de Decret. Decurion. lib. 10.,
Capra cons.74. num. 10., *Rota in Romana dotis,*
& testamenti 12. Januarii 1714. §. Ceterum co-
ram Cerro.

Et quamvis verba quo sensu accipienda sint,
persæpè ex adjuncto intelligi soleat, ut apud
25 *Thabor. axiom. jur. lib.19. cap. 9. axiom.1.* frustrà
tamen in casu nostro contenderetur, quod filii
in Bonis maternis succedere deberent, non qui-
dem tamquam filii, & ex propria persona, sed
tamquam Matris heredes, eò quod in sæpiùs
memorato pacto dictum fuerit, Bona perventu-
ra, & spectatura quidem esse ad filios, sed tam-
quam Bona materna = *resteranno, ed apparte-*
ranno ad essi figliuoli, come Beni proprj materni =
26 quasi Contrahentes his postremis verbis innuis-
se voluerint, quod filii in eisdem Bonis, non
nisi uti Matris heredes successuri essent. Intel-
ligentia namque isthæc nedum aberrat à pro-
pria, & legali significatione verborum, verùm
etiam consentanea minimè est menti Contra-
hentium, & naturæ actus, qui gerebatur.

Aberrare sanè videtur à propria, & legali
verborum significatione, quia, ut dictum fuit,
27 ex verbis illis = *resteranno, ed apparteranno* = ad
mentem juris, & in suo vero sensu intellectis
si resultat necessitas relinquendi Bona filiis; il-
la alia immediatè subjuncta verba = *come Beni*
proprj materni = efficere minimè possunt, quod
talia Bona eisdem debita dicenda sint, non qui-
dem vigore peculiaris stipulationis, sed jure,
& titulo hereditario deferenda, ad tradita per
Torr. de pact. futur. success. lib.2. cap.38. nu.133.
vers. nec est facienda: ad quem profectò titulum,
violentâ nimis, & extraneâ prorsùs interpreta-
tione detorquerentur dicta verba = *come Beni*
proprj materni = quando, inspectâ propriâ eo-
rumdem significatione, adhibita reverâ appa- 28
rent prò demonstranda dumtaxat eorum deriva-
tione, & undè illa perventura essent ad filios,
à matre videlicet, prout in hoc sensu similia
verba accipienda esse constat ex toto *titulo Cod.*
de Bon. matern., & ibi, præter alios, notant
Doctores collecti per *Giurb. ad consuetud. Messa-*
nen. cap.12. Gloss.4. ad verbum = a qua provene-
runt = num. 1., & seqq. Quam pariter derivatio-
nem demonstrat dictio illa = *come* = quia, ut no- 29
tat *Rebuff. ad leg.58. ff. de verb. signific. fol. mihi*
418. vers. item Gloss., cum filius materna Bona
vocare possit sua, demonstratio talis derivatio- 30
nis non excludit dominium, & proprietatem,
aut saltem jus prò illis consequendis ex stipu-
latione filiis quæsitum, quod Contrahentes ta-
li dictione exprimere voluisse videntur, ad tra-
dita per *Barbos. dict.403. num.2., & dict.439. nu.*
10. Ut etiam illud aliud verbum = *proprj* =, non 31
nisi ad istiusmodi Bonorum derivationem refe-
rendum est, quia nempè proveniebant à Ma-
tre, cujus proprium patrimonium dos diceba- 32
tur per *Text. in leg.3. §. Sed utrum in fin. ff. de*
minor., & jure proprio ad illam pertinebant *leg.*
Pater filiam 14. ff. ad leg. falcid.

Nemo autem non videt, quod, etsi dicta Bona
tamquam proprium patrimonium pertinerent
ad Matrem, dum viveret, & ex stipulatione
facta in contractu dotali post illius obitum ad fi-
lios perventura essent; nihilominus tamen,
non indè sequitur, quod ad eosdem, nonnisi
tamquam Matris heredes pertinere deberent:
ut enim ex simili stipulatione inferri posset,
quod tale pactum consisteret in persona here- 33
dis, non in persona filii, satis non erat designas-
se derivationem Bonorum, sed demonstrare
oportebat, Contrahentes filiis in contractu no-
minatis consulere voluisse uti heredibus, juxtà
Papiniani sententiam relatam *in §. Rem autem*
ordientes, atque uberrimè explicatam à *Cuja-*
cio, cujus verba repetere, fusiùsque hic reas-
sumere abs re non erit: ità autem ille loquitur =
ergò liberis danda est retentio partis dimidiæ: quia
in paciscendo fratris appellatio demonstrabat tan-
tùm, quem sibi heredem destinaret eo tempore,
quo desperabat se habiturum liberos: fratris ap-
pellatio demonstrabat, in quem esset collaturus
supremum judicium suum. At heredis appellatio
demonstrabat, cui consultum vellet. Summa igi-
tur sententiæ hæc est: pactum fratri ut heredi,
quem scilicet animo destinarat facere heredem, nec-
dum faciebat heredem, prodesse cuicumque alii
heredi, si frater heres non fuerit: tantùm filio, 34
quem posteà suscepit, sed etiam extraneo, quem
posteà,

*posteà, pœnitentia ductus, fecit heredem, nullo
suscepto filio. Hæc est mens Papiniani, undè ma-
lè ex hoc §. colligunt Interpretes, donationem,
quam orbus contulit in extraneum, revocari posteà,
adnascentibus liberis, quæ est sententia legis si
unquam Cod. de revoc. donationibus, non hujus
§. ultimi, quia in specie, ejus nulla sit revoca-
tio: sed pactum fratri, ut heredi consistit in per-
sona cujuscumque heredis, non in persona fratris,
qui non extitit heres; ergò & in persona heredis
extranei, nedum in persona filii heredis instituti =*
Si igitur verba illa = *come Beni proprj materni* =
ut sensui patet, veluti designantia solam origi-
nem, & derivationem Bonorum, adhibita di-
ci nequeunt, ut demonstraretur qualitas, titu-
lus videlicet hereditarius, sub qua filiis in con-
tractu nominatis Mater consulere destinave-
rat: iidem propterea vocati dici minimè pote-
runt tamquam Matris heredes, sed contempla-
ti tamquam filii venientes ex propria persona:
præsertim verò, ità efflagitante naturâ actus, qui
celebrabatur.

Nam, si, ut in superioribus locis satis proba-
tum esse reor, inspectâ significatione, quam
verba illa = *resteranno, e apparteranno a detti fi-
gliuoli* = accipiunt tum ex juris Romanorum
auctoritate, tum ex eorum proprietate, & usu
in Italia vigente, nullo pacto referri possunt ad
35 titulum hereditarium, sed intelligenda omni-
nò sunt de jure illo, quod ex stipulatione velu-
ti præcipuum, & ex propria persona in dote,
aliisque Bonis Matris quæsitum filiis dicendum
esset, talis interpretatio sequenda omninò est
in casu nostro, tametsi agatur de contractu ce-
lebrato extra Italiam, in Regione nempè mini-
mè agnoscente Jus Romanorum, & in qua præ-
tereà dicta verba habere dicerentur aliam pro-
priam significationem à nostra diversam; con-
tractus namque dotis ad differentiam aliorum
contractuum id suàpte naturà peculiare ha-
bet, ut non locus, ubi contractus celebratur,
quod plerumque fit in domicilio ipsius Uxoris,
sed spectare oporteat personam Mariti, ejusque
domicilium, ad quod illa, ità exigentibus con-
nubialibus legibus, migratura est, juxtà dispo-
sitionem famigerati *Textus in leg. exigere 65. ff.
de judic. ubi Bartol., Cujac. ad dictam legem in
tit. 1. lib. 5. ff. tom. 4. oper. posth. part. 1. fol. 171. lit.
E., & fol. seq.*, & communiter Doctores, *Bald.
in leg. final. ff. si non a comp. judic., Faber. in pan-
dect. tom. 2. part. 1. ad dict. leg. exigere fol. mihi 79.
§. Ratio decidendi, Abb., & Butr. in Capit. 1. de
Sponsal., Gulielm. de Benedictis in Cap. Raynu-
tius de testam. verb. & Uxorem nomine Adelasiam
num. 223., Burgund. ad consuetud. Flandr. tract.
2. num. 12., Christin. decis. Belgic. 78. num. 2., &
3. vol. 4., Card. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 14. nu.
10., Antonell. de loc. legal. lib. 2. cap. 17. quæst. 7.
num. 71., & seqq & nu. 78., Thesaur. decis. 106.
num. 3., & alii apud Rub. singul. tom. 2. part. 6.
observ. 2. §. 3.*

Quæ verissima, ac receptissima juris regula,
utpotè non ipsa jus constituens, sed ex jure,
quod priùs ipsâ est, constituta *leg. 1. ff. de re-
gul. jur., ubi Gloss., & Bartol. Thob. Paurmei-
ster. de Jurisdict. lib. 1. cap. 6. num. 16. in fin., &
num. 17., Thabor. axiom. jur. lib. 16. cap. 30. axiom.
4.*, sumpta est ex conditione, & peculiari natura 36
Matrimonii, quæ efficit, ut ex Mulieris quo-
que voto, & destinatione, ibi contractum fuis-
se videatur, ubi Vir habet domicilium, ipsi quo-
que commune, ac perpetuum futurum. Immò
verò si in jure nostro novum non est, ut in
uno loco reverâ contractum sit, & in alio tamen 37
contractum fuisse videatur ad *Text. in leg.* con-
traxisse *21. ff. de oblig. & action., & leg. heres ab-
sens 19. §. ultim. ff. de Judic, ubi Faber. in fin. ad
pandect. tom. 2. part. 1. fol. mihi 33.*, potiori cer-
tè ratione ob ejus peculiarem naturam id lo-
cum obtinebit in contractu Matrimonii, optimè
Faber. ad Text. in dict. leg. exigere dict. tom. 2. part. 38
1. fol. mihi 79. §. Ratio decidendi, ubi versus
finem ità loquitur = *nam nec aliâ ratione puto in-
spici locum domicilii, quod Maritus tempore con-
tractus habuit, quàm quia, ut jam dixi, in eo ipso
loco, & contractum fuisse Matrimonium, & do-
tale Instrumentum conscriptum esse videntur; il-
lud planè singulare est ob naturam, & conditionem
Matrimonii, ut videatur contraxisse Mulier in
domicilio Mariti, quamvis nec solutionem dotis,
nec tale aliud quidquam in id domicilium contule-
rit: nempè, quia plus facit, quæ vitam ipsam,
omnesque & suas spes, & liberorum, quos ex Ma-
trimonio sperat, in Maritum, maritique domici-
lium, ubicumque tandem futurum sit, confert =
Burgund. ad consuetud. Flandr. dict. tract. 2. num.
12., aliique superiùs allegati.*

Cum igitur contractus, de quo res est, eo-
dem jure, quo contractus celebratus in Italia,
ubi Vir domicilium habet, censendus sit, mi- 39
rum profectò non est, quod juxtà leges, & con-
suetudines in Italia vigentes judicandus videa-
tur, *Dec. in leg. semper in stipulationibus num. 12.
ff. de reg. jur., Alexand. cons. 37. num. 7., & 9.
lib. 2., & cons. 9. num. 1. & seq., ibique Adden.
lib. 5., & cons. 8. nu. 4. lib. 6., Mascard. ad statut.
conclus. 7. num. 3., Afflict. decis. 226. nu. 2., Cen-
sal. decis. Lucen. 9. num. 13., & decis. 15. num. 81.,
Rota coram Card. Cavalerio decis. 555. per tot., in
rec. decis. 102. num. 5. part. 8., & decis. 39. num.
24. part. 18.* Quapropter, quemadmodum, si
contractus reverâ celebratus fuisset in Italia,
Contrahentes superiùs relatis verbis consuluis-
se dicerentur filiis, non heredibus, ut superiùs
dictum est, ità quoque eisdem uti filiis prospe-
xisse censeri debent, tametsi contractus perfe-
ctus fuerit extrà Italiam, quinimò in Patria
Uxoris, ubi verba illa diversimodè accipiun-
tur, quippè renunciatum videtur consuetdini,
seù municipali Juri Patriæ mulieris, à quibus 40
veluti quàdam tacità conventione illa absces-
sisse præsumitur, sese submittendo legibus vi-
gentibus in Patria Viri, *ad Gloss. in leg. cum fu-
riosus 39. ff. de Judic., & ibi Cujac. in lib. 3. quæ-
stion. Papinian. oper. posth. tom. 1. col. 73. lit. D.,
Capyc. Galeot. contr. 30. num. 59., & seqq. lib. 2.,*

Capyc. latr. decis.98. num.8. lib.1., Rota in Romana dotis, seù testamenti 12. Januarii 1714. §. Ceterum coram Cerro.

At, quod magis est, non ex sola, ac mera
41 legis præsumptione, sed ex toto connubialis
contractus contextu, mulier Patriis legibus renunciasse
censenda est in casu nostro: omisso
42 enim, quod ille italico idiomate stipulatus legitur,
ex quo argui benè posset, quod Contrahentes
accipiendo verba in ea significatione,
quam habent in suo idiomate, Italiæ moribus,
& legibus sese accommodare voluerint, præser-
43 tim verò, quia nulla mentio facta, aut habita
fuit relatio ad peculiarem consuetudinem Patriæ
mulieris, ex quo *Rota in dictu Romana dotis, seù testamenti loco mox citato* elicit præsumptam
renunciationem beneficio similis consuetudinis,
magis profectò urget animadversio
44 illa, quod nimirum ea verba = *resteranno*, *ad apparteranno* =, quibus usi in stipulatione, seù
vocatione facta favore filiorum, adhibita etiam
fuerunt in conventione vicissitudinarii lucri
dotalis inter Sponsos inita, quod Viro ità deferendum
esse constitutum fuit, ut sivè Uxor intestata,
sivè testata decessisset, de eo disponere
nullo pacto posset in præjudicium Viri, ut similem,
ac promiscuum usum verborum expendendo,
latè ad rem nostram probat *Roland. a Valle de lucr. dot. quæst.82. per tot.* In eadem
itaque significatione, qua in delatione lucri do-
45 talis, hæc metipsa verba = *restare*, & *appartenere*
adhibita censenda erunt in illa alia instrumenti
parte, quâ disponitur, quod post obitum
Uxoris dos *remaneat*, & *pertineat* ad filios,
ut, præter *Rolandum*, sic arguit *Mandell. Alb. cons.50. num.3. & seqq.*, similique pariter argumento
respectu verbi = *pertineat* = utitur *Ruin. cons.132.nu.8.& seq. & nu.11. lib.2.*, idque confirmatur
generali illâ regulâ, quâ edocemur,
46 unam dispositionis partem ex alia justam, &
bonam interpretationem accipere, ut in casu
omninò simili rectè argumentatur *Torr. de pact. futur. success. lib.2. cap. 38. num. 134. & seqq.*

Cui interpretationi eò libentius inhærendum
est in nostro casu, ne alioquin sequatur,
quod mulier licèt usa eàdem formulâ, & figurâ
47 verborum, eis tamen voluerit meliorem conditionem
facere Viro in lucro dotis, quàm filiis
in universa dote, quippè ille liberam, & ab omni
onere immunem portionem suam consequeretur,
hi verò, tametsi vocati eisdem verbis,
subire tenerentur quæcumque onera ipsis à
Matre imposita, quod absonum esse considerant
Ruin. dicta cons.132. num.9. lib.2., *& Card. de Luc. de dot. disc.108. sub num. 10. §. Ponderabam*.
At longè quidem magis absona censenda
esset interpretatio illa, quâ intelligeretur, in
stipulatione pactum fuisse filiis non uti filiis,
sed uti heredibus, quos scilicet tunc Mater animo
destinarat facere heredes, necdum tamen
ea faciebat heredes: ità enim stipulatio prodesse
potuisset cuicumque alii heredi etiam extraneo,
48 si filii heredes non fuissent: pactum namque factum
filiis uti heredibus consisteret in persona
cujuscumque heredis, non in persona filiorum,
qui non extiterunt heredes, ut explicat *Cujacius*
verbis alibi exscriptis, id autem cum repugnet
naturali charitati, quâ Parentes in similibus
contractibus filiis prospexisse præsumuntur:
juris propterea ratio præcipit, ut eorum favore
benignior semper interpretatio sumenda sit, 49
ad notas regulas, quibus in similibus Cautis utimur.

Quamquàm verò ità sentiendum videretur in
casu etiam, quo Causa, de qua agitur, decidenda
esset ex Juris communis censura, quantò
sanè potiori jure, huic sententiæ inhærendum
erit in casu nostro, in quo, in Patria, & domicilio
Viri, adest statutum prohibens Uxori, sivè
inter vivos, sivè per ultimam voluntatem
disponere de dote in præjudicium filiorum: cui 50
quidem statuto semper Contrahentes se conformare
voluisse censentur, quoties de contraria
ipsorum voluntate non constat *Bald. in dictu leg. exigere in fine vers. sed tunc quæra ff. de Judic.*,
Alexand. cons.100. num.8., & seqq. lib.3., *Burgund. ad consuetud. Flandr. tract.2.num.15.*, *Cardin. Mantic. de tacit. lib.3. tit.14.nu.8., & seqq.*,
Antonell. de loc. leg. lib.2. cap.17.quæst.7. nu.72. & 77., *Christin. dec. Belgic. vol.4. dec.79.n.2.*, *Rot. in rec. decis.355. ex num.5. ad fin. part. 5. tom. 1.*
Quapropter, cum contractui dotis, de quo agitur,
nullum adpositum legatur pactum dissonans
legi municipali vigenti in Patria Viri,
idem juxtà illam interpretandus est: quippè
Contrahentes diversimodè non paciscendo, contractum
tali legi subjecisse præsumuntur. Et
sanè, sicuti, cum deficiunt pacta dotalia, re- 51
currendum est ad statutum, & consuetudinem
loci Mariti, quæ formam contractui dare censentur
Christin. decis. Belgic. vol.4. decis.78. num. 2. & seqq., ità etiam si pacta dotalia dubia sint, 52
& ambigua, juxtà idem statutum, & consuetudinem
interpretanda erunt *Bartol. in leg. ut jurisjurandi §. Si liberi vers. sed ista casu ff. de oper. libertar.*, *& in leg. heredes mei §. Cum ità ff. ad Trebell.*, *Bertacchin. in repertor. part. 5. lit. V. pag. mihi 296. col. 1.*, *Burgund. ad consuetud. Flandr. tract.2. num.13.*, *Christin. decis. Belgic. vol.4. decis.79. num.2.*

Ex quibus sublata videtur animadversio illa,
quâ dicitur, dictum pactum, etiamsi profutu- 53
rum esset filiis non uti filiis, sed dumtaxat filiis
uti heredibus, superfluum minimè remansu- 54
rum: tum quia eodem intelligebatur, dotem
pervenire, ac pertinere debere ad filios, sivè
mulier ab intestato, sivè decederet, condito te-
stamento, quo dotem filiis relinqueret: tum 55
etiam quia, cum in Patria Uxoris similia verba,
& pactum adhiberi soleant nedum ad effectum
excludendi societatem conjugalem, sed etiam
integrè reservandi filiis successionem hereditariam
in Bonis Matris, excluso penitus Patre,
trahi idcirco non debeant ad illum alium effectum
Matri adeò præjudicialem, adimendi
nempè eidem facultatem disponendi de dote,
boniſ-

bonisque suis, subdendo, quod eò certiùs hæc
procederent; quando superiùs relata verba,
nec ex jure Romanorum, nec ex communi loquendi
usu peculiarem apud nos significationem
haberent. Neutra enim hujus discursus
pars subsistit.

Cùm enim Jus commune, etiam sinè tali
Contrahentium provisione consuluerit filiis,
56 ut scilicet materna dos, & Bona, si Mater intestata
decesserit, ad illos pertineant, *leg. unic.
sub initium Cod. de rei uxor act., & leg. final. Cod.
solut. matrimon.*, ut etiam ad eos deferantur,
57 si illa à Matre eisdem relinquantur, propterea,
nè tale pactum superfluum, ac inutile reddatur,
sed aliquid operetur, ut præcipitur *in leg.
si stipulatus 4. ff. de usur., leg. si quando 109. in
princip. ff. de legat. 1., leg. Insulam 6. ff. de præ-
58 script., verb. cap. si Papa 10. de privileg. in 6.,
cum aliis apud Thabor. axiom. Jur. lib. 14. cap. 1.
axiom. 2.*, ità sanè intelligendum est, ut dos
pertineat ad filios tamquam filios, & non tamquam
heredes Matris *Ruin. cons. 132. sub nu. 11.
lib. 2.*, inquiens, id locum sibi vindicare, etiamsi
59 hujusmodi interpretatione recedendum esset à
significatione illa, quam verba alioquin habent
ex Jure.

Cujus idcircò pacti superfluitas, aut incongruentia,
certè alioquin resultans ex contraria
interpretatione, minimè evitatur, illud referendo
ad excludendam conjugalem societatem,
vel saltem ad præservandam filiis integram successionem
in concursu Patris. Nam, cum superioribus
locis demonstraverimus intelligentiam,
quam illud habet ex Romanorum Juris
auctoritate, atque ex censura legis municipalis,
quâ vivitur in Patria Viri, quibus non dissentit
significatio, quam verba ex usu loquendi
apud nos sortiuntur: frustrà quæritur, quo sen-
60 su illa intelligenda sint, eisdem obtrudendo interpretationem,
quam habere possunt in Regione
Uxoris, quæ vel penitus ignota Viro esse poterat,
vel si eidem nota supponenda esset, juxtà
alibi notata, oportuisset, quod expressè Contrahentes
declarassent, se in stipulatione Capitulorum
nuptialium sequi velle interpretationem,
quam verba recipiebant, ex moribus, &
significatione, quam habent in Patria Uxoris,
ex certa illa Juris regula, quâ alibi probavimus,
quod, nisi contrarium perspicuè, & evidenter
appareat, dotalia pacta intelligenda semper
sint ex jure, & consuetudine, quæ servatur in
Patria Viri, ad quorum propterea normam si
illa intelligenda erant, tantum abest, quod adposita
censeri possint ad effectum excludendi
peculiarem aliquam consuetudinem vigentem
61 in Patria Uxoris, ut potiùs adhibita præsumi
debeant, ut Contrahentes, se conformare voluisse
declararent dispositioni legis municipalis,
cui Vir subjiciebatur, quæque normam præbe-
62 re debebat contractui, qui gerebatur, in quo
propterea locum habere nequibant exteri mores,
& consuetudines penitùs ignotæ dicti municipali
legi, à qua talis contractus interpretationem
recipere debebat, ut alibi notavimus.

De Contract.

Rem itaque perstringendo, aut, juxtà ea, quæ
hactenus deduximus, verba illa = *resteranno, ed
apparteranno ad essi figliuoli, come Beni proprj
materni* = differentia sunt, & ex Romanorum
Jure, aut ex usu loquendi habent in Italia propriam,
& peculiarem significationem, quâ filii
uti filii, non uti heredes Matris invitati censentur,
& hoc casu res illorum favore plana sanè
videbitur, aut verò eadem verba, utpotè peculiari
significatione carentia, indifferentia sunt, &
trahi possunt ad significandam etiam vocationem
filiorum jure hereditario Matris, & hoc
casu favebit filiis illa alia certa regula, quâ præ- 63
cipitur, verba accipienda esse in eo sensu, quo
conformia redduntur dispositioni statuti, cui
Vir subjectus est, & à quo connubialis contractus
interpretationem recipit, præsertim verò
in casu nostro, in quo filiis adjumento est, tum
voluntas Contrahentium elicita nedum ex sensu,
in quo illos eadem verba adhibuisse, notavimus;
verùm etiam ex eo, quod expressè
(ut ex parte aliqua ex adverso etiam admittitur)
recedentes à consuetudine, & moribus Patriæ
Uxoris in nulla ejusdem parte, ut oportuisset,
illam præservare velle declararunt: tum
etiam gratia, & favor filiorum, quibus apud
nos frequenter statuta, & leges municipales 64
consuluerunt, extantibus videlicet filiis, vel
penitùs Matri adimendo, vel justo modo cohibendo
ejusdem potestatem disponendi in illorum
præjudicium. Inhærendo itaque responso
superiùs memorato, sententiam in illo firmatam
veriorem existimo, illique libenter subscribo.

Perusina multiplici.

Multiplici ordinatio pro iis ab Ascendente facta,
qui Lauream doctoralem consequantur,
etiamsi plures sint, quomodo, & ex quibus
conjecturis intelligi debeat de plurium admissione
non simultaneè, sed tantùm successivè?
Heres an, & quando gravamen super
re sua à Testatore impositura nequeat impugnare?

VOTUM XLVI.

1 *Vocatio plurium non simultanea, sed successiva censetur, cum de Ascendentis dispositione agitur*, & nu. 3.

2 *Secus est in dispositione Transversalis, vel Extranei.*

4 *Vocatio plurium an simultanea, vel successiva sit, quærendum est ex Disponentis mente.*

5 *Hæc autem satis elicitur ex conjecturis, & ex quibus?* nu. 6., ad 19.

6 *Vocatio plurium non simultanea, sed successiva arguitur, si directa ad personas incognitas, ac possibiliter tantùm extituras.*

7 *Procedit sivè in dispositione Ascendentis, sivè etiam extranei*, & num. 8.

9 *Vocatio plurium, qui nonnisi ordine successi-*

vo possint existere, intelligitur de successiva tantùm illorum admissione.

10 *Idem, si collata in tempus remotissimum.*

11 *Vocatio plurium pro bonore familiæ ad participationem capitalis ceteraquin exigui, simultanea non intelligitur, sed successiva*, & n. 12.

13 *Vocatio simultanea repugnans Disponentis menti rejicienda est.*

14 *Interpretatio ea fugienda est, quà inutilis reddatur dispositio.*

15 *Vocatio plurium Doctorum, de familia intelligitur simultanea de iis, qui ejusdem gradus, eodemque tempore Doctores existant.*

16 *Non de iis etiam, qui remotiores, vel postea Doctoratum sint adepti.*

17 *Multiplici adepti parte quem privari a postea natis, absurdum est.*

18 *Disponentis voluntas optimè arguitur ex facto heredis.*

19 *Observantia declarativa voluntatis Disponentis ex heredis facto elicita multùm attendenda est.*

20 *Testator potest, heredi emolumento adaucto, de ipsius re disponere gravamen imponendo.*

21 *Heres gravamen ab ipso acceptatum nequit impugnare.*

Et nec etiam ejus filii, & heredes num. 22.

22 *Pater gravamen acceptando, filiis, & heredibus suis præjudicare potest.*

23 *Præsertim, si acceptatio sub pœna erat injucta.*

Quantitatem scutorum mille Olimpia in donatione omnium bonorum facta Cæsari filio sibi reservaverat ad effectum testandi=*pro bonore familiæ*=, sunt verba alterius donationis ab eadem deinde factæ, = *& ad boc, ut filii tam nati, quàm nascituri ex Domino Cæsare ejus filio, ac suis filiis, Nepotibus, & Descendentibus in infinitum incumbant literis, & perveniant ad gradum Doctoratus, & in eo se condecenter manutenere possint, decrevit devenire ad celebrationem præsentis donationis in bunc modum, & formam, videlicet sponte &c., titulo, & causà donationis irrevocabilis &c. dedit, donavit &c. filio masculo prædicti Domini Cesaris, & ejus filiorum, Nepotum, & Descendentium in infinitum, qui realiter, & cum effectu pervenerit ad gradum Doctoratus, Bona stabilia ascendentia ad valorem scutorum mille, juxta declarationem, & terminationem faciendam per prædictum Dominum Cæsarem filium suum, ex quibus bonis &c.*= eademque Donatrix prævidens contingere posse, quod eodem tempore = *essent plures Doctores de eadem Familia, & Descendentia prædicta, mandavit boc casu, quod fructus bujusmodi bonorum donatorum debeant inter eos dividi æqualiter* =

Mortuà Donatrice, Cæsar uberiùs adimplendo illius voluntatem solemni instrumento, in quo retulit dictam dispositionem, in eam causam assignavit bona stabilia valoris scutorum trium millium circiter. Deinde verò, cum idem condiderit testamentum, in quo heredes pro virili scripsit Octavium, & Claudium filios suos susceptos post obitum Donatricis, prævià protestatione, quâ professus fuit nihil disponere, quod adversaretur optimæ voluntati quondam Olimpiæ matris suæ, sed augere potiùs, quàm minuere velle multiplicum ab ea ordinatum favore Doctorandorum de Familia, declaravit cupere tantummodò occurrere dissidiis, & æmulationibus, quæ inter heredes suos, aliosque ab ea vocatos oriri poterant super admissione ad dictum multiplicum, ideòque modum, ordinemque in eo succedendi præscripsit=, *& ne inter suos beredes oriatur æmulatio aliqua, nominavit dictus Testator, & nominare voluit pro primo Doctorando, cui spectare debeant, & spectent bona dicti multiplici, Dominum Octavium suum filium, & post ejus mortem primum ex ipsius Octavii filiis, qui fuerit doctoratus, & casu, quo dictus Octavius non pervenirat ad gradum Doctoratus, debeant bona multiplicari, donec unus ex illius filiis Doctor evadat, quibus filiis non existentibus, spectet idem multiplicum ad filios Domini Claudii*. Et denique cupiens, ut universa sua dispositio plenum exitum haberet, perfectèque à suis heredibus adimpleretur, eisdem his verbis injunxit onus illum acceptandi = *Et ut præsens testamentum ex quolibet ejus capite, & dispositione plenum sortiatur effectum, voluit, & jussit, ut dicti sui heredes, eorumque filii, & Descendentes teneantur, & debeant per publicum instrumentum acceptare boc præsens testamentum infra duos menses à die mortis Domini Testatoris, & non acceptantes incidant in pœnam scutorum quingentorum observantibus liberè applicandorum* =

Mortuo Cæsare, Claudius, & Octavius obsequentes paterno præcepto, solemniter acceptarunt dictum testamentum à Notario eisdem lectum, & sub strictissima forma obligationis Cameralis promiserunt undequaque illud adimplere, omni exceptione, & cavillatione remotâ, & Octavius in executionem voluntatis tum Olimpiæ donatricis, tum etiam Cæsaris Patris anno 1690. Doctoratus Laureâ decoratus, nactus fuit possessionem bonorum prædicto multiplico à Patre assignatorum, quibus dum pacificè à pluribus annis fruebatur, insurrexit Sigismundus, qui anno 1697. promotus ad gradum Doctoratus ad illius participationem admitti postulavit intentionem suam fundans in illis superiùs relatis verbis donationis, quibus Olimpia voluit, quod, pluribus existentibus Doctoribus, multiplici fructus inter eos æqualiter dividerentur; Quamobrem, cum fuerim requisitus, ut inquirere, ac prò veritate sententiam meam declarare velim, an justâ ullâ ratione Sigismundus ad illius participationem aspirare queat.

Crederem tum inspectis regulis Juris, tum etiam attentâ voluntate Donatricis, tum demum perpensis aliis facti circumstantiis, veriùs esse, Sigismundum exclusum videri ab Octavio; huic enim favet elementaris illa regula, quâ statuitur, quod in dispositionibus factis ab Ascendentibus plures collectivè vocantibus, horum vocatio non simultaneè, sed ordine suc- 1
ces-

ceſſivo volita cenſeatur, juxtà communem tra-
ditionem Doctorum in *leg. Gallus §. Quidèm re-
ctè ff. de liberis, & poſth.*, hunc caſum diſtinguen-
2 tium ab alio, in quo agatur de diſpoſitione colla-
tiva à Tranſverſali, aut alio quovis extraneo or-
dinata; *Mantica de conjectur. lib. 4. tit. 9. num. 17.,
& ſeqq., clar. mem. Card. de Luc. de donation.
diſcurſ. 47. num. 1., add. ad Pamphil. deciſ. 706. n.*
11., & in terminis diſpoſitionis conditæ à Matre
3 tradiderunt *Decius conſ. 384. num. 4., Peregrin.
de fideicomm. artic. 17. num. 12., Fuſar. de ſubſtit.
quæſt. 476. num. 9., & per tot.*

Conſonat huic Juris regulæ mens, & volun-
tas Olimpiæ donantis, quæ cum in aliis, tum
4 præcipuè in ſubjecta materia inſpicienda eſt,
*clar. mem. Card. de Luca de donation. diſcurſ. 47.
num. 3., Rota coram Cæſare de Graſſis deciſ. 2.
num. 3. de teſtamentis, deciſ. 97. num. 10. part. 4. rec.*,
5 ſatiſque eſſe, ut ea eliciatur ex conjecturis,
tradit *Rota coram Bichio dec. 174. nu. 14., & ſeqq.*

Plura autem in noſtra hypotheſi concurrunt
argumenta, quibus apertiſſimè demonſtratur,
Olimpiam voluiſſe ordine ſucceſſivo juxtà gra-
dus prærogativam multiplicum deferri ad Pro-
ximiores, rejectâ ſimultaneâ Remotiorum ad-
6 miſſione; tempore enim, quo ipſe illud ordina-
vit, nulli aderant filii Cæſaris, multòque mi-
nùs nepotes, aut pronepotes, quorum favore
moveri potuerit ad optandam ſimultaneam il-
lorum admiſſionem, fundatam in prædilectio-
ne Diſponentis, cui cogniti eſſent, ut ponde-
rant *Bellon. de Jur. accreſcen. cap. 5. quæſt. 16.
num. 340., & ſeqq.*, cum aliis, quos plenâ manu
cumulat *Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap. 19. n. 9.*
Eadem idcircò expreſsè diſpoſitionem ſuam re-
tulit ad perſonas prorsùs incognitas, Deſcen-
dentes nempe à Cæſare naſcituros, qui, nonniſi
7 ordine ſucceſſivo vocati cenſeri poterant, *Re-
denaſch. conſ. 10. num. 1., Bellon. Jun. conſ. 26.
num. 10., & de Jur. accreſc. d. quæſt. 26. nu. 343.,
& ſeqq., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 476. num. 48.,
Rocc. diſput. Jur. ſelectar. d. cap. 19. num. 10.,
& ſeqq.*, ubi conciliat contraria, *Menoch. de
præſumpt. lib. 4. præſumpt. 70. num. 12., Rota de-
ciſ. 117. num. 11. part. 6. rec., Rota coram Coccino
deciſ. 1990. num. finali*; tantaque eſt vis hujus
8 conjecturæ, ut ordinem ſucceſſivum inducat
etiam in vocatione plurium nomine collectivo
facta ab Extraneo, *Soccin. Jun. conſ. 40. num. 1.
in fin. cum ſeqq. lib. 4., Decius conſ. 251. in fine,
Menoch. conſ. 1030. num. 1., & ſeqq., Fuſar. conſ.
77. num. 5., Mantica de conjecturis lib. 4. tit. 8.
num. 17., Barzius deciſ. 9. num. 3., Surd. deciſ.
346. num. 16., Rota coram Seraphin. deciſ. 934.
num. 3., deciſ. 579. num. 8. part. 1. diverſ., & di-
cta deciſ. 117. in fine part. 6. rec.*

Imò verò non ſolùm diſpoſitio Olimpiæ dire-
cta legitur ad filios à Cæſare naſcituros; verùm
prætereà eadem expreſsè probata fuit ſub illa
comprehendere velle filios nepotes, & Deſcen-
dentes omnes Cæſaris *in infinitum*, qui ad gra-
dum Doctoratus perventuri eſſent. Ideoque, cum
vocatio facta fuerit ſub nomine collectivo plu-
9 rium perſonarum, & graduum; quos impoſſi-
bile erat ſimul exiſtere, neceſſariò intelligen-
dum eſt, eorum admiſſionem volitam fuiſſe or-
dine ſucceſſivo, non autem ſimultaneè ad *Text.
in leg. peto §. In fideicomm. ff. de legatis 2., &
leg. final. cod. de impuberum, & aliis ſubſtit.,
Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 476. num. 56., Rocca d.
cap. 26. n. 5., Rota dec. 239. n. 11., & ſeqq. part. 13.*

Fortiùs verò hæc urgent in caſu noſtro, quia
Teſtator non ſimpliciter vocavit perſonas inco-
gnitas, ac diverſorum graduum, tempore factæ
diſpoſitionis nondum in lucem editas, ſed di- 10
ſpoſitionem ſuam porrexit, ac diſtulit in tem-
pus remotiſſimum, atque infinitum, ibi = *Cæ-
ſaris, & ejus filiorum, nepotum, & Deſcenden-
tium in infinitum* =, in ſpecie autem vocationis
reſpicientis tempus remotiſſimum, & conceptæ
cum clauſula illa = *in infinitum* = certi juris eſt,
vocatorum admiſſionem faciendam ſemper eſſe
ordine ſucceſſivo, *Rocca diſput. Jur. ſelect. d.
cap. 29. num. 12., & 13.*

Augeſcit demum harum omnium conjectura-
rum vis, & efficacia, inſpectâ vi, & quantitate
d. multiplici, & ratione, ob quam à Donatrice
ordinatum fuit, illud enim in ſui origine tenue
erat, & capitalis ſcutorum mille dumtaxat, 11
quod, nonniſi exiguos fructus reddere poterat;
vice autem verſâ Olimpia idem ordinaverat
pro *honore Familiæ*, & ut pervenientes ad gra-
dum Doctoratus = *in eo ſe condecenter manutenere
poſſent* = Huic autem Teſtatricis voto, & fini
nihil magis repugnat, quàm ſimultanea admiſ-
ſio ad illius participationem Doctorum omnium
cujuſcumque gradus eſſent, qui ex deſcenden-
tia Cæſaris, a quo plures, pluresque lineæ pro- 12
dire poterant, futuris temporibus Doctoratus
laurea inſigniti reperirentur; hac enim ratio-
ne fructus multiplici dividi in minutas particu-
las, ideòque nullo uſui fuiſſent vocatis, nec ad
eorum magis honorificam, & ſplendidam ſu-
ſtentationem a Donatrice tantoperè optatam
conferre potuiſſent, per ea, quæ ponderat *clar.
mem. Card. de Luca de donat. d. diſc. 47. n. 4. verſ.
2. quia*, ideoque, poſitâ admiſſione ſimultaneâ ex 13
adverſo volita, inutile redderetur multiplicum,
concludendum eſt, eamdem rejiciendam eſſe uti
repugnantem menti Teſtatricis, cum ſemper
fugienda ſit interpretatio, quâ illius diſpoſitio 14
fruſtratoria redditur, idem *Card. de Luc. de
fideicomm. diſcurſ. 59. num. 4.*

Ex quibus omnibus reſultat congrua interpre-
tatio illorùm verborum, ex quibus Sigiſmundus
elicit ſuam admiſſionem, nam ex eo, quod Do-
natrix voluerit in caſu, quo adeſſent plures
Doctores de familia, & deſcendentia Cæſaris, 15
fructus multiplici inter eos æqualiter dividi de-
bere, neceſſariò non ſequitur, quod contrà
regulas Juris, & contra non dubiam Donatricis
mentem tot argumentis confirmatam induci
debeat ſimultanea admiſſio perſonarum om-
nium diſparis gradus, ſed Donatrix ità diſpo-
nendo occurrere dumtaxat voluit controverſiis,
quæ exoriri poterant inter plures Doctores ejuſ- 16
dem gradus, quorum alter Doctoratus lauream
priùs aſſequendo, multiplicum præoccupaſſet,
ideò-

ideòque ceteros, qui post eum ad hunc honoris
gradum promoti fuissent, excludere contende-
ret, ad tradita per *Rotam decis. 103. part. 15.*,
17 quasi absurdum videretur, eum, qui totum
multiplicum adeptus fuerat, idem amittere,
& in ea parte, quam alii postea nati avocarent,
desinere quodammodo esse heredem, per ea, quæ
notarunt *Alex. cons. 13. num. 4. vers. sed præmis-
sis, & seqq. lib. 4., Soccin. Sen. cons. 113. nu. 5.
lib. 1., Decius cons. 253. num. 45., Fusar. cons. 77.
num. 5., & de substit. quæst. 476. num. 48., &
seqq., Surd. cons. 439. num. 2., & 3., Peregr. de
fideicomm. art. 17. num. 16., Surd. decis. 346. nu.
16., Rota coram Seraphin. decis. 934. num. 3., &
decis. 458. sub num. 2. vers. & tunc temporis par. 4.
divers.*

Verùm enim verò, si quæ adhuc dubietas su-
peresse posset, illam penitus submovisset Cæsar,
qui postquam protestatus fuerat, nihil dispone-
re contrà optimam voluntatem Olimpiæ matris
suæ, sed illam uberiùs adimplere cupere, ex-
pressis verbis declaravit, in successione servan-
dum esse ordinem, quo proximior præferretur
18 remotiori, exclusâ simultaneâ admissione per-
sonarum disparis gradus; quinimò ad dictum
multiplicum priùs vocavit Octavium, ejusque
filios, his verò non existentibus, voluit illo frui
posse filios Claudii, hujusmodi autem dispo-
sitio Cæsaris plurimùm urget, tum quia, cum ille
fuerit immediatus heres Olimpiæ, ideòque præ-
sumatur optimè informatus de ejus mente, &
voluntate, quam religiosè servare professus
19 fuit, ex ejus facto promanat observantia decla-
rativa voluntatis Disponentis, quam in his ter-
minis magni faciendam esse dixit *Rota coram
Bichio decis. 274. in fine*.

Tum etiam, quia, cum Cæsar, ut diximus,
d. multiplicum de suo auxerit ultra medieta-
tem, & præceperit, ut ad unguem servarentur
20 omnia ab eo disposita in suo testamento, ex hoc
sequitur, eumdem heredes suos gravare potuis-
se ad observandum ordinem succedendi ab ipso
præscriptum, quia emolumentum, quod ab
ipso consequebatur, longè excedebat grava-
men, ad *Text. in leg. Imperator 70. §. Sicentum,
& §. Cum quidam leg. cum Pater 77. §. Titio
fratr. ff. de legatis 2., leg. quod bonis 15. §. Quod
Avus ff. ad leg. falcid., §. Potest autem instit. de
singul. rebus, §. Testamentum relictis, gloss. in leg.
coheredi 41., §. Cum filiæ verb. tenebuntur ff. de
vulgari, & pupillari, & in celebri Ferrarien. fi-
deicommissi de Turchis inter decisiones bon. memor.
Emerix decis. 795. num. 11., & seqq., & 796. nu.
17., & seqq., cujus votum confirmatum fuit die
30. Augusti 1688. §. Receptum enim habebant
cum seqq. coram Rmo D. Hervavult. Archiep.
Turonen., & Rota passim in pluribus decis.*, quæ
cumulari possent. Atque etiam, quia hujusmodi
21 gravamen uti solemniter acceptatum à filiis, &
heredibus Cæsaris, nec ab ipsis amplius impugna-
ri nequit, *clar. mem. Card. de Luca de fideicommissis
disc. 134. nu. 15., in Ilerden. hereditatis de Comar.
15. Maii 1699. coram R.P.D Caprara*, neque
22 ab acceptantium filiis, & heredibus, quibus
Pater præjudicare potest, *Rota in Romana, seu
Verulana fideicommissi 21. Junii 1697. §. Nec re-
levat, & 21. Februarii 1648. §. Quibus denique
omnibus coram Caprara, confirmata 12. Januarii
1699. §. Nec obstat coram R.P.D. Pio, in Avenio-
nen. fideicommissi 19. Januarii 1699. §. Et quidem
debito in fine coram R. P. D. Muto*. Certiùs ob
pœnam a Testatore adversùs contravenientem 23
indictam, *Rota in Firmana fideicommissi 28. Junii
1688. §. secundò, data coram Rmo d'Hervavult*.

Savonen. dotis.

Dos ex Statutu Savonæ debet à fratre de Bonis Patris, vel Avi paterni filiæ constitui, si ab eorum oemine fuerit dotata. Dotem si filia receperit à Persona, etiam sanguine conjuncta, ostenditur, quod, consentaneè ad ejusmodi Statutum exclusivum fœminarum propter dotem, non propter masculos, ab hereditate solius Dotantis, non aliorum, qui non dotarunt, exclusa censeatur. Et ex quibus arguatur, tale Statutum fœminas propter dotem, non propter masculos excludere! Monialis eidem Statuto, utpote laicali, non subjicitur.

VOTUM XLVII.

1 *Dotare filias Pater tenetur.*
2 *Renunciatario omnia jura competunt, quæ Renuncianti competiissent.*
3 *Renunciatarii favore agnita a Renunciante censetur actio ad dotem renunciatam, illique statim juris fictione retrocessa.*
4 *Statutum Savonæ disponit, quod filiæ nec a Patre, nec ab Avo paterno dotatæ, frater dotem ex illorum Bonis teneatur constituere.*
5 *Filiæ indotatæ dotem tenetur frater de jure communi constituere ex Bonis Patris.*
6 *Dos pro filia ex Bonis liberis Patris est detrahenda, iisque non extantibus, ex Bonis fideicommissariis.*
7 *Dotis causâ, ac pro exonerando Patre, vel Avo ab onere dotandi, legatum quid mulieri censetur a Persona sanguine conjuncta.*
8 *Statutum Savonæ mandat, quod mulier dotata, sive dotanda ab ejus Avo, Patre, Matre, vel ab aliis quibuscumque Consanguineis nequeat quidquam sibi juris in eorum hereditate vindicare.*
9 *Mulieri quidquid donatur pro dote a Persona, etiam conjuncta, non tamen ad dotandum obligata, merum dicitur mulieris peculium adventitium.*
10 *Nec Patrem, aut Avum eximit ab onere dotandi*, & num. 19.
11 *Dotare filiam Pater tenetur, licèt dives illa, vel provisa aliunde sit.*
12 *Statuto Laicali, fœminarum exclusiva Monialis non subjicitur.*
13 *Eidemque unà cum masculis est successio deferenda.*
14 *Statutum Laicale fœminarum exclusivum de* can-

consuetudine Neapolitana non ligat Personam Ecclesiasticam.

15 *Statutum excludens fœminas dotatas, eas regulariter excludere censetur solùm ab hereditate Dotantis, non aliorum, qui non dotarunt.*

16 *Statuta excludentia fœminas dotatas sunt disjunctivè intelligenda, itaut Dotata a Patre, Matre, vel fratre, ab horum hereditate excludatur, non verò aliorum non Dotantium.*

17 *Statuta in dubio, etsi verba multùm repugnarent, censenda sunt Dotatas excludere ab hereditate Dotantis tantùm.*

18 *Statuta debent consentaneè ad jus commune interpretari.*

20 *Statutum disponens, quod mulier ob dotem ab uno receptam, ab aliorum non Dotantium successione excludatur, iniquissimum dicitur.*

21 *Superfluitas ut in Statutis evitetur, quælibet interpretatio capienda est.*

22 *Statutum fœminarum exclusivum si disponat, quod filia ex hereditate paterna, vel Avita debeat dotari, filiæ exclusio correspectiva esse intelligitur doti consequendæ a Patris, vel Avi hereditate.*

23 Statutum Urbis cap. 145. = *fœminas excludit a successione Patris, jubetque dotibus pro eis datis, contentas esse.*

24 *Si tamen filia fuerit ab extraneo dotata, eam ab hereditate Patris non excludit.*

25 *Statutum si corrigit in una parte jus commune, interpretari ita nequit, ut in duabus corrigat.*

26 *Statutum Savonense fœminas non propter masculos, & contemplatione agnationis, sed propter dotem excludit.*

27 *Caussa autem finalis earum exclusionis propter dotem desumitur ex dispositione ejusdem Statuti a dotatione incipientis.*

Paritérque ex facta in eo legitimæ mentione num. 34.

28 *Statutum si fœminas propter dotem excludat, earum exclusio locum habere censenda est quoad hereditatem Dotantis, non alterius, qui non dotavit.*

29 *Secus est, si propter masculos, & propter agnationem.*

30 *Dos quum loco legitimæ succedit, fœmina dotata censetur exclusa ab hereditate Dotantis tantùm, & non aliorum, qui non dotarunt.*

31 *Dos legitimæ loco succedit, quum ejus taxatio post Patris obitum remissa est arbitrio non fratrum, sed Proximiorum.*

32 *Qui dotem legitimà minorem nequeunt arbitrari.*

33 *Dos ex dispositione Statuturia mentionem faciente de legitima, loco legitimæ succedit.*

35 *Ad Statutum Jannense, ex particulari Savonæ Decreto, Savonenses solent recurrere.*

Intellige in Caussis dumtaxat, in quibus Statuta Savonæ deficiant num. 38.

36 *Statutum Civitatis dominantis vim, & auctoritatem Juris communis obtinet in tota subjecta Ditione.*

Intellige, in subsidium, quando scilicet in loco subjecto peculiare desit Statutum num. 39., & 40.

37 *Statuti Jannensis de fœminarum dotatione agentis, verba referuntur.*

40 *Statutum Savonense fœminis non probibet, immò permittit de earum dote, Bonisque omnibus disponere, adhibitis tamen solemnitatibus in eo præscriptis.*

41 *Bona mulieris utplurimùm in dote consistunt.*

42 *Hæcque illius patrimonium dicitur.*

43 *Statutum Civitatis dominantis quando diversum, atque etiam incompatibile est cum Statuto loci subjecti, istud venit attendendum.*

44 *Statutum Savonæ disponens, quod fœminæ tàm vivæ, quàm mortuæ indifferenter debeant dotari, quid in hoc differat a Jannæ Statuto?*

45 *Statuti ejusmodi Savonensis verba.*

CONTENDIT Sor. Joanna Francisca Palazzola, sivè potiùs ex illius persona D. Jacobus Antonius Palazzolus ejus frater, & Renunciatarius, solvi sibi dotem, quæ à vivo Patre tradita illi numquam fuit, eamque eidem deberi censeo, sive juris communis censuram spectemus, sivè legis municipalis sanctionem attendamus.

Quod attinet ad jus commune, in dubium revocari nequit officium, atque onus, quod lex
Parentibus imponit, dotandi filias, *per text. in* 1
l. final. C. de dot. promiss., l. Qui liberos ff. de rit. nupt., Caball. cons. 43. num. 1. lib. 1., Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 15. num. 1., & seqq., & lib. 4. præsumpt. 189. num. 68., Mantic. de Tacit., & ambig. lib. 10. tit. 19. num. 1., & seqq., Card. de Luc. de Dot. disc. 142. num. 2., Rot. cor. Coccin. dec. 21. n. 4., & cor. Emer. Jun. dec. 475. num. 9., dec. 916. num. 11., & dec. 1337. n. 13., & in rec. dec. 417. num. 22. par. 14., & dec. 39. num. 10. par. 18.; Quamobrem, cum Dominicus Pater decesserit, nullâ prius factâ dotis assignatione Sor. Joannæ Franciscæ filiæ, eadem
procul dubio dicenda est creditrix suæ dotis, 2
quam modò justè petit D. Jacobus Antonius, cui vigore renunciationis omnia jura competunt, quæ Sorori Renuncianti competiissent, ad tradita per *Bald. in l. Emptor num. 1. C. de Hered., vel Act. vendit., Becc. cons. 105. n. 17., Surd. cons. 22. num. 16., Peregrin. de fideicom. artic. 28. n. 83., Argel. de legit. contrad. quæst. 7. artic. 2. num. 39., & seq., Capyc. Latr. consult. 63. num. 3., Olea de cess. Jur. tit. 3. quæst. 8. nu. 11., & seqq., & tit. 6. quæst. 5. num. 19., Rot. cor. Dunozet. Jun. dec. 711. num. 5., cor. Emer. Jun. dec. 1162. num. 1., & dec. 1323. num. 3., & in rec. dec. 88. num. 11., & seqq. par. 6., dec. 172. num. 7., & 8. par. 18., & ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Fideicom. dec. 9. num. 29.,* ob eam videlicet rationem, quòd statim, ac actio

ad

ad dictam dotem per Patris mortem nata est
Joannæ renuncianti, censetur per ipsam agni-
ta, & quâdam juris fictione statim retrocessa,
3 atque translata in D. Jacobum ejus fratrem,
atque Renunciatarium, ut ait *Rot. in Romana
Renunciationis* 8. *Junii* 1705. *§. Sicut cor. Reve-
rendissimo Molines, confirmata* 25. *Junii sequentis
anni cor. eod.*

Si verò jus municipale inspiciatur, clarus, &
apertus est tenor, ac litera Statuti disponentis,
quòd, si Pater, vel Avus Paternus nec in vitâ,
nec in morte filiam, aut neptem dotaverint,
4 eædem de bonis eorumdem dotandæ sint per
fratres, ibi = *Et si dicta mulier dotata non fuerit ab
ejus Patre, vel Avo Paterno in alterius eorum
ultimâ voluntate, vel ante ultimi eorum deceden-
tis obitum, tunc detetur de bonis eorum per fra-
tres masculos ipsius mulieris* = Porrò istiusmodi
Sanctio statutaria tantum abest, ut intentio-
nem D. Jacobi excludat, ut eam potius vehe-
menter adstruat, atque confirmet, dum ad
normam Juris communis mandat, ut filiabus
5 indotatis dos dari debeat à fratre ex bonis Pa-
tris, juxtà *text. in l. Qui liberos ff. de Rit. nu-
pt. l. Obligamur §. 1. ff. de Act., & Oblig., Al-
tograd. Sen. cons. 97. num. 67. lib. 1., Palm. nep.
allegat. 24. num. 3., & 44., Rot. dec. 749. num.
final. part. 1. divers., & cor. Coccin. dec. 1837.
num. 14., & cor. Bich. dec. 350. num. 47., & in
rec. dec. 28. nu. 2., & 3., & dec. 58. nu. 1. part. 5.*

Cum igitur dos, de quâ agitur, omni jure de-
bita esse videatur, detrahenda primùm erit ex
bonis liberis Patris, si quæ reliquit, ex auctori-
6 tatibus suprà allegatis, at, si non extent, de-
trahi etiam poterit ex bonis fideicommissariis
Jacobi Avi vigore *Authen. Res quæ C. commu-
nia de legat.* ut concorditer tradunt *Redenasch.
cons. 72. num. 32., Fusar. cons. 7. num. 17., & de
Substit. quæst. 531. num. 58., & 71., Mart. Me-
dic. int. dec. Senen. examin. 3. num. 95. versic. Et
licèt, Card. de Luc. de Dot. disc. 145. num. 2., &
per tot., Rot. in rec. dec. 312. n. 6. part. 6., dec. 260.
num. 1., & seq. part. 15., dec. 591. n. 4. part. 18.,
dec. 220. num. 8. part. 19., cum aliis in Tudertinâ
Pecuniaria 2. Julii 1700. §. Frustra demum cor.
R. P. D. Ansald., in Maceraten. Dotis 2. Mar-
tii 1705. §. Quo verò cor. Lancetta, in Forolivien.
Fideicommissi de Terellis super reservatis 27.
Aprilis 1703. §. Respectu, confirmata 20. Mar-
tii 1705. §. Decisio itaquè cor. Muto, in Romana Im-
missionis 13. Novembris 1709. §. Quatenus verò
cor. R. P. D. Aldrovando, & in Romana Salvia-
ni, seu Canonum 1. Decembris 1710. §. Minusque
refragari cor. Priolo.*

Frustràque prò impedienda d. dotis detractio-
ne recurritur tum ad jus commune, quo di-
7 sponi dicitur, quod, cum quispiam sanguinis ju-
re conjunctus aliquid Puellæ legat, legasse in-
telligatur in causam dotis pro exonerando Pa-
tre, vel Avo ab obligatione dotandi, quod fe-
cisse in nostra hypothesi videntur Antonius Cer-
ri Joannæ Franciscæ Patruus, qui eidem scuta
500. reliquit, & Joannes Franciscus Pepoli pro-
pinquus, eò quod Joanna Francisca vocetur ad
quoddam dotale subsidium ab illo institutum;
tum ad dispositionem Juris municipalis deman-
dantis sub *§. Et indignum censentes*, quòd Mu-
lier dotata, sivè dotanda ab ejus Avo, Patre,
Matre, Fratribus, vel ab aliis quibuscumque 8
ejus consanguineis, vel propinquis, nequeat
quidquam sibi juris vindicare in hereditate Pa-
terna, Materna, fraterna, seu aliorum quo-
rumlibet ex prædictis; ex quâ Statuti lege ex-
cludi videtur Sor. Joanna Francisca, utpotè do-
tata tàm ab Antonio Cerri Patruo, quàm ex
subsidio dotali à Joanne Francisco Pepoli pro-
pinquo. Neutra enim hujus objectionis pars
subsistit.

Non quidem prima, quia immò quidquid à
persona aliqua quantumvis propinqua, ad do-
tandum tamen non obligata constituitur, do- 9
naturque prò dote, id omne merum peculium
adventitium Puellæ dotatæ reputatur, nec Pa-
trem, vel Avum eximit ab onere dotationis, 10
ex communiter approbata Theorica *Soccini Jun.
in l. In quartam num. 138. ff. ad leg. Falcid., Man-
gil. de Imput. quæst. 18. num. 29., & 35., Merlin.
de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 13., Torr. de Pact. fu-
tur. success. lib. 2. cap. 24. num. 188., Thesaur.
dec. 237. num. 13., Rot. in rec. dec. 311. num. 11.,
& plurib. seqq., & cor. Merlin. decis. 433. n. 14.
cum trib. seqq., & cor. Cardin. Cerr. dec. 352. n. 5.
cum seqq., & cor. Ansald. dec. 49. num. 34. inter
ejus hactenus Romæ impress.* Et rectè quidem, 11
quià certi, exploratique juris est, quod Pater,
non eò minùs dotare teneretur filiam, si ea di-
ves sit, aut aliundè provisa, ex traditis per
*Barbos. in l. 1. part. 4. num. 17., & seqq. ff. solut.
Matrim., Mantic. de Tacit. lib. 12. tit. 8. num. 15.,
Sanchez de Matrim. lib. 4. disput. 26. num. 5., Bos.
eod. tractat. cap. 11. num. 175., & seq., & n. 193.,
& de dot. cap. 4. num. 24., & seqq., Fontanell.
de Pact. nuptial. claus. 5. Glos. 1. part. 1. nu. 110.,
& seqq., latè Giurb. ad Consuet. Messan. Glos. 3.
cap. 3. num. 3., Adden ad dec. 460. n. 152. par. 4.
tom. 2. rec., Card. de Luc. de dot. disc. 37. n. 11.,
disc. 48. num. 5., disc. 142. num. 25., & de do-
nat. disc. 17. num. 8., & de legat. disc. 60. num. 2.,
Rot. cor. Coccin. dec. 143. num. 9., & in rec. dec.
252. nu. 15. part. 11., & inter recollect. per Bal-
ducc. decis., ac rer. judicat. tit. de Dot. dec. 29.
num. 24.*

Non etiam obstat secunda pars objectionis
desumpta ex lege municipali Savonensi fœminas
undecumque dotatas excludente; illa enim du-
plici responsione submovetur, quarum prima
vim omnem, omnemque efficaciam adimit di-
cto Statuto; altera verò, etsi d. Statutum non
infringit, justam tamen ipsi tribuit interpreta-
tionem, ejusdemque dispositionem casui no-
stro applicari minimè posse convincit. Remque
ordiendo à prima, dicimus, quod, cum Sor. Jo-
anna Francisca solemnem professionem in Mo-
nasterio emiserit, tamquam persona Religiosa 12
& Ecclesiastica, haud obnoxia dici potest laicali
constitutioni; quæ ex defectu potestatis jurisdi-
ctionem suam ad istiusmodi personas sibi non
subditas porrigere nequit, ut est constans Sa-

cræ

cræ Rotæ opinio in hac quotidiana materiâ Statutorum fæminas à succeſſionibus excludentium, ex cumulatis per *Conſtant. ad Stat. Vrb. annot. 39. num. 117., & Tartagl. de Reſervat. Stat. artic. 30. num. 75., Rot. poſt Cenſal. ad Peregrin. dec. 34. nu. 15., & cor. Bich. dec. 625. n. 16., & cor. Card. Celſ. dec. 258. num. 11., & in rec. dec. 256. num. 13., & ſeqq. part. 11., & dec. 728. num. 6. part. 18., & apud Vrceol. in ſecund. appendic. ad cap. 50. §. Et licet, & in Romana, ſeu Firmana Succeſſionis 28. Februarii 1695. §. Nec allegari cor. Rño Molines, confirmata cor. Anſald., quæ eſt inter ejus Romæ impreſs. dec. 67., repetit. in Mantiſs. ad clar. mem. Card. de Luc. de Statut. ſucceſs. dec. 8. utrobique nu. 15., & Conſtant. ad Stat. Vrb. dec. 68. num. 17.*, & in ſpecie cujuſdam Statuti *Januen.* mentionem facientis de *Clericis*, dixit eadem *Rot. cor. ſan. mem. Alexan. VIII. dec. 216. num. 11., & trib. ſeqq.*, & in terminis præciſis Monialis ad ſucceſſionem una
13 cum maſculis admiſſæ, non obſtante diſpoſitione Statuti laicalis eamdem excludentis, *Rot. in Romana Succeſſionis de Vitalibus 25. Junii 1700. §. Nec excluſionem cor. Eño Card. de la Tremoille, & in Romana Immiſſionis 27. Junii 1710. §. Abſque eo quod cor. R. P. D. Aldrovando*, & in terminis pariter *Monialis* firmat latè D. *Præſes Torr. inter deciſ. recollect. per Palm. nep. dec. 299. n. 56.*
14 *& ſeqq.*, & de conſuetudine Neapolitana quod non liget perſonas Eccleſiaſticas, tenet *Franch. dec. 411. num. 1., & ſeq., ibique Carol. Anton. de Luc. num. 1., Rovit. conſ. 44. nu. 11. lib. 1. Napodan. in Conſuetud. Si quis, vel Si qua num. 248., Anton. de Marin. lib. 1. reſolut. 55. num. 18., & reſol. 56. n. 1. lib. 2.*, & ità pariter judicatum fuiſſe per Conſilium Neapolitanum refert *Franch. dec. 667. Altimar. ad Rovit. d. conſ. 44. n. 9. lib. 1., Anton. de Marin. d. reſol. 55. num. 19. lib. 1., ibique Carol. Anton. de Luc. in melioram. num. 7.*

Progrediendo autem ad alteram reſponſio-
15 nem, ea eſt, quod in terminis Statuti excluſivi fæminarum ſtatuendum eſt prò regula ex æqui, bonique ratione deducta, quod nempè fæmina ab uno dotata cenſetur excluſa ab hereditate ſolius Dotantis, non autem aliorum, qui non dotarunt; teſte *Aldobrandin. conſ. 2. num. 115., & ſeq. lib. 1., Pacian. conſ. 39. num. 9., & ſeq, Peregrin. conſ. 27. num. 6. lib. 5., Vincent. de Ann. allegat. 117. num. 1., & ſeqq., Conciol. allegat. civil. 70. num. 13., & ſeqq., Mart. de ſucceſs. legal. part. 1. quæſt. 13. artic. 5. num. 1., & ſeqq., Manſ. conſult. 397. nu. 19., & plurib. ſeqq., Conſtant. ad Statut. Vrb. annot. 39. artic. 3. num. 169., Thomat. dec. 187. num. 1., Rot. poſt Bonden. collect. tom. 1. dec. 46. num. 1., & cor. Card. Celſ. dec. 46. num. 2., & 3., dec. 66. num. 2., & dec. 87. num. 2., & duob. ſeqq.*; Statuta quippè excludentia fæminas dotatas ab hereditate Patris, Matris, vel fratris intelliguntur disjunctivè, ità ut dotatæ à Patre excludantur ab hereditate Patris, dotatæ à Matre, excludantur ab hujus hereditate, dotatæ à fratre, ab illa fratris, & non ab hereditate non Dotantium *Corn. conſ. 170. num. 1., & 2. lib. 2., Brun. de Statut. excluſiv. fæmin. artic. 8. quæſt. 16. nu. 59., & ſeq., Conſtant. ad Statut. Vrb. d. Annot. 39. artic. 3. num. 170., Rot. cor. Pentinger. dec. 65. num. 17., & in rec. dec. 247. num. 9., & 10., & num. 17. cum duob. ſeqq. part. 5., dec. 329. num. 17., & ſeq. part. 6., dec. 20. num. 5. part. 8., dec. 38. n. 16., & dec. 329. num. 6., & 7. part. 10., & dec. 273. nu 4., & per tot. part. 15.*; Ità quidem, ut in dubio omnis
poſſibilis ſumi debeat interpretatio, ut fæminæ 17
dicantur excluſæ ab hereditate Dotantis tantùm, etiamſi Statuti verba multùm repugnarent, *Peregrin. conſ. 27. num. 6. verſic. ubi quod Statutum lib. 5. D. Advocatus Conſtant. ad Stat. Vrb. d. Annot. 39. artic. 3. nu. 171., Rot. dec. 329. nu. 9., & ſeq. part. 6., & dec. 273. nu. 15. part. 15. rec., & cor. Penting. dec. 37. num. 11., & dec. 65. num. 2., & ſeq., & num. 20., & cor. Card. Celſ. dec. 46. num. 2.*

Atque id quidem æquum videtur, & conſen-
taneum juri communi, ſecundùm quod Statu- 18
ta ſemper interpretari debeat; quia, ſi Jus com-
mune eas non excludit ne quidem à ſucceſſione 19
Dotantis, non nè iniquiſſima eſſet illa Statuta-
ria diſpoſitio, quæ prò unica tantùm dote ab 20
aliquo recepta fæminas à ſucceſſione non Dotantis excluderet? ut benè ponderant *Angel. conſ. 18. num. 3. Boſſ. conſ. 70. num. 8., Surd. conſ. 393. num. 44., Palm. nep. allegat. 153. num. 13., & Rot. dec. 273. nu. 14. part. 15.* ibi = *Non eſt rationi conſentaneum, quòd dos ab uno tradita excludat ab hereditate plurium* =

Retentis itaquè firmiſſimis hiſce, atque immotis Juris noſtri regulis, & Doctorum traditionibus, accedendoque ad noſtram hypotheſim, non videtur Statutum, de quo agitur, eam recipere poſſe interpretationem, ut propter unicam dotem, fæminas indiſtinctè ab omnium hereditatibus excludat. Si enim ità intelligeretur, præter quam quòd principia, quæ ſuprà conſtabilivimus, everterentur, poſ-
ſent etiam Statuentes reprehendi, quod perſonas 21
dotantes fruſtrà enumeraſſent, cum unico verbo ſe potuiſſent expedire excludendo Dotatas ab omnibus hereditatibus, ideòque omnis interpretatio capienda eſt, ut evitetur hæc ſuperfluitas, ut in puncto arguunt *Roland. conſ. 61. n. 14. lib. 3., Cyriac. controv. 63. num. 34., Manſ. conſult. 16. n. 10., Rot. poſt Merlin. de legit. dec. 179. num. 3., & 4., & cor. Pentinger. dec. 65. num. 5. verſic. Quibus addebatur, & cor. Priol. dec. 69. num. 14., & 15., & in rec. dec. 357. nu. 1. part. 2., & dec. 273. num. 10. part. 15.* ibi = *Nam, ſi Statuentes ab omnibus hereditatibus fæminas excludere voluiſſent, opus non erat ſpecialiter nominare hereditatem Dotantis, & facere tot verba; poterant enim ſe paucis expedire dicendo, quod fæmina dotata à ſucceſſione cujuſcumque eſſet excluſa* =

Eòque magis talis interpretatio Statuti Savonenſis eſt admittenda, quod nempè fæminæ excludantur ab hereditate Dotantis tantùm, ideòque filia ità demum arceatur ab hereditate Pa-
tris, ſi ipſe eam dotaverit; quia in ſubſequenti 23
Statuti parte diſponitur, quod fæmina dotari debeat ex hereditate paterna, vel avita, ex quo

evidens, & apertum redditur, exclusionem ab
hereditate Patris correspectivam esse doti ab
ipso, vel ab ipsius hereditate consequendæ; ut
in simili tradit *Rot. cor. Coccin. dec. 1158. num.3.*
ibi = *Et prædicta corroborantur ex secunda parte*
Statuti, in qua disponitur per hæc verba &c. (quæ
quidem verba sunt omninò similia illis, quibus
utitur nostrum Statutum sub *§. Et si d. Mulier*)
& infra = *Cum igitur Statutum velit, filias non*
dotatas dotari ad hunc effectum de paragio, considerata quantitate patrimonii, qualitate conjugum,
& numero liberorum, & sic ex hereditate paterna,
apparet, quod intentio Statuti quoad effectum exclusionis ab hereditate Patris, ut filiæ, vel neptes
essent dotatæ ex hereditate Ascendentis, ut in simili de interpretatione Statuti prò intellectu unius
partis arguit ad intellectam alterius Dec. &c. =

Confirmaturque hujusmodi interpretatio
23 exemplo *Statuti Urbis cap. 145.*, quo filiæ fœminæ *in aliquo succedere Patri* prohibentur, jubenturque *contentæ dotibus pro eis datis esse*.
24 Quantumvis enim filia fuerit ab extraneo dotata, nihilo tamen minus haud excluditur ab hereditate Patris, qui de suis Bonis dotem non dedit, ut explicant *Fenzon. ibid. num.3., Constant. annot. 39. art. 3. num. 186., Rot. cor. Coccin. decis.825. num.4., decis.1177., & decis.1242. utrobique num. 1.*, & priùs *decis. 1158. num. 2.* ibi = *Undè hæc dos in locum suæ portionis succedit, quæ successio est quodammodo impossibilis respectu non Dotantis, & si aliter Statutum intelligeretur, magna resultaret iniquitas, quia Statutum excluderet filiam à successione paterna, quæ illi debita est, & absque alia causa, & obsque eo quod aliquid haberet de bonis paternis, dummodò ab aliquo extraneo dotata esset, excluderetur, quæ absurditas ex toto debet vitari &c.* =, *& cor. Bich. dec.80. num. 17., & decis.137. num.26., & in rec. decis 110. num. 12. part. 7., & decis. 183. num. pariter 12. part. 9., & in Romana immissionis 27. Junii 1710. §. Dixi cor. R.P.D. Aldrovando*, & in terminis Statuti demandantis, quod *filia ultra dotes constitutas nihil petere possit* = respondet *Angel. cons. 126. num. 3., & Brun. de Stat. exclus. fœmin. artic.8. quæst. 16. num.62.*, & exemplificando tradit *Rot. cor. Coccin. d. decis. 1158. num.2. in fin.* Et summâ quidem ratione, quia,
25 si Statutum corrrigit Jus commune in uno, in eo videlicet, quod propter solam dotem fœmina arcetur à virili successione, cur illud ità interpretari velimus, ut corrigat in duobus? contra monitum *Altograd. sen. cons. 33. num. 34. lib. 1., Palm. nep. alleg. 15. num. 11., alleg. 20. num. 27., alleg.21. num.12., olleg.68. num.53., & alleg 81. num.4., Rot. apud eumd. decis. 265.n.4., Magon. decis.Florent.105. num.6., Mart. Medic. decis. 20. num. 28., & 29., Rot. decis.422.n.10. part. 1. divers.*

Præsertim verò, quià Statutum Savonense,
26 de quo est controversia, fœminas non excludit favore masculorum, & contemplatione agna-
27 tionis, sed, cum statuentes dispositionem inceperint à dutatione, causa finalis exclusionis in Statuto demandatæ referenda unicè est ad dotem, juxta famigeratam *Theoric. Castren. in l. Titio centum §. Titio genero num.8. in fin. ff. de condit., & demonstr.*, quam, omissis antiquioribus, probant, & sequuntur *Altograd. cons. 87. n.11. lib. 1., Card. de Luc. de dot disc. 13. num. 4., & disc. 91. num. 5., Mans. consult. 14. num.22., & seq., R. P. D. Zaul. ad Statut. Favent. tom. 1. lib.3. rubric.28. num.2., Constant. ad Statut. Urb. annot. 35 artic. 2. num.59., & 62., in Romana dotium 25. Junii 1708. §. Basis potissima cor. Molines, & in ejus confirmatoria sub die 25. Januarii 1709. §. Conveniebant cor. eod., in Æsina legitimæ 21. Junii ejusd. anni §. Ex quibus cor. eod.*, & in puncto nostri d. Statuti Savonensis, de quo est quæstio, admittit *Rot. in Romana, seu Savonen. successionis 13. Martii 1705. §. Cardo igitur cor. R.P.D. Ansald. impress. post Paulut. differt.*
40. dec. unic. Quamobrem, cum exclusio sit do- 28
ti omninò correspectiva, eò faciliùs dicendum est, quod locum habeat respectu illius solùm hereditatis, qui dotem dedit, non autem respectu alterius, qui nullam dotem constituit; quod quidem sese aliter habere forsan posset, si fœminæ non propter dotem, sed propter agna-
tionem, & favore masculorum excluderentur, 29
ut benè admonent *Negusant. respons.493. n.24., & seq., Constant. ad Stat. Urb. annot. 39. artic.3. num. 180., & num.204., & seq., Rot. decis.405. num. 28., & seq. part. 5., decis. 342. num. 22. part. 12.* ibi = *non verò exclusionem esse consecutivam ad dotem, quæ aliàs cum esset unica, vices plurium Dotantium expleret, quod fieri non posset, habità ratione ad ipsum dotem, secus favore masculorum* = *& cor. Merlin. decis. 390. num. 15., & seq., & in Fulginaten. successionis, & dotium 21. Martii 1707. §. Ulteriùs cor. Scotto.*

Fortiùs in nostro casu dos dicenda est causa 30
principalis, & finalis exclusionis, ideoque mulier exclusa censeri debet ab hereditate illius tantùm, qui dotem dedit, quia legitimæ loco succedit, cum d. dotis constitutio, atque taxa-
tio post Patris obitum non fuerit remissa arbi- 31
trio fratrum, sed duorum Proximiorum, qui do-
tem minorem legitimâ arbitrari non possunt, 32
Morott. respons. 23. num. 11., Surd. cons. 393. num. 34., Merlin. de legit. lib. 3. tit. 7. quæst. 8. num. 12. in fin. versic. sed si dotatio, Constant. ad Stat. Urb. annot. 35. artic. 2. num. 58., 59., & num. 73., Rot. cor. Bich. decis. 88. num. 8., & in rec. decis. 156. num. 15. part. 15., & post Albit. de inconsl. in Judic. decis. 10. num. 13., cum aliis in Pisauren. hereditatis 27. Julii 1698. §. Quod eò magis cor. Priolo, & in Æsina legitimæ 27. Januarii 1709. §. Tertiò quia cor. Rmo Molines.

Prout etiam, quia Statutum, de quo res est,
mentionem facit de legitimâ, quo casu ambigi 33
nequit, quin dos legitimæ loco succedat, fœminarumque exclusio procedat non à causâ con-
templatæ agnationis, sed à sola dotatione, ut 34
tradunt *Boss. de dot. cap.7. num.71. ad 74., Card. de Luc. eod. tract. disc. 13. num. 9., Constant. ubi suprà num. 76., Rot. d. decis. 156. num. 17. part. 15., & in d. Æsina legitimæ 21. Januarii 1709. §. quintò quia cor. Molines*, & in terminis dicti
Sta-

Statuti Savonen. *in d. Romana, seu Savonen. successionis 13. Martii 1705. d. §. Cardo igitur cor. R. P. D. Ansald. post dict. differt. 40, Paulut. dec. unic.*

Agnoscit Pars adversa juvari minimè posse
lege municipali Savonensi, ideòque attenden-
dum esse ait Statutum Januense, ad quod re-
35 curri solet tum ex particulari Savonæ Decreto,
36 tum quià tale Statutum, utpotè conditum à Ci-
vitate dominante, vim, & auctoritatem Juris
communis obtinet in tota subjecta Ditione; te-
nor autem dicti Statuti, ità se habet = *Filiabus*
37 *non maritatis, neque dotatis descendentibus, quæ
fratres utrinquè conjunctos, vel saltem ex Patre,
vel ipsarum liberos masculos habuerint, non possint
heredes Defuncti in Bonis, cujus dotari habebant,
neque pro dote, neque pro dotatione, neque pro
successione aliqualiter molestari, postquam verò do-
tatæ fuerint, vel eis aliquid legatum fuerit ad sui
maritare, vel monachare, possint de eo disponere
tam inter vivos, quàm in ultima voluntate, si fra-
tres utrinquè, vel ex Patre conjunctos masculos,
seu liberos masculos ex eis non habuerint* = Hinc
verò exadverso contenditur, frustrà per Jaco-
bum Antonium hodiè peti Sor. Joannæ Hiero-
nymæ dotem, quæ, etsi eidem competere pos-
set, non tamen caderet sub qualibet voluntariâ
ipsius dispositione, sed esset ab eadem omnibus
fratribus reservanda, & inter eosdem suo tem-
pore æqualiter distribuenda, ideòque D. Jaco-
bum, nullà habità reportatæ renunciationis ra-
tione, nihil, nisi quartam partem dictæ dotis
consequi posse.

Verumtamen facilè ab hujusmodi objectione
expedire nos possumus. Nam, si per dictum parti-
38 culare Decretum ad Statutum Januense per Sa-
vonenses recurritur in Causis dumtaxat, & ca-
sibus, in quibus statuta Savonæ deficiunt, ut
Pars Adversaria nequit inficiari; si id etiam
exposcit recta juris nostri ratio; communisque
39 Doctorum omnium consensus, quo vulgò recep-
tum est, ut statuta Civitatis superioris, & do-
minantis, nonnisi in subsidium, deficiente scili-
cet Statuto particulari loci, Castri, vel Civi-
tatis subjectæ, attendantur *ad text. in §. final.
Institut. tit. de Satisdat., DD. in leg. Omnes Po-
puli ff. de Justit., & Jur., Laderch. cons. 108.
num. 7., Honded. cons. 13. num. 11. lib. 1., Nevi-
zan. cons. 58. nub. 6., & seqq., Cephal. cons. 368.
num. 7., Menoch. cons. 227. in fin., Gratian. di-
scept. 7. num. 1., & discept. 9. num. 14., Pigant.
ad statut. Ferrar. lib. 1. rubric. 2. num. 27. tom. 1,
Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 18. num. 70.,
Bouden. collect. legal. 2. num. 71. lib. 1., Thomat.
decis. 55. num. 35., & seq., & decis. 102. num. 8.,
Leoncill. decis. 28. nu. 3., Rot. florent. apud Palm.
Nep. decis. 366. num. 12., Rota Romana coram
Mantic. decis. 259. num. 3. vers. non obstat, cor.
Seraphin. decis. 1161. per tot., coram Coccin. dec.
1451. num. 6., & cor. Buratt. decis. 530. num. 20.,
& in rec. decis. 217. num. 25. part. 5., & dec. 368.
num. 9. part. 19.*; Quâ justâ ratione, aut quo
40 colore recurrere ad statuta Januæ volumus,
quando Savonense Statutum fœminis non pro-
hibet de dote sua disponere; imò verò *sub ru-
bric. de contract. mulier.* expressè permittit fœ-
minis, ac Puellis innuptis (accedentibus tamen
solemnitatibus in eâ præscriptis) contrahere,
bona sua obligare, renunciare juribus suis, do-
nare, legare &c., & sub *rubric. de testament.*
iisdem pariter permittit indistinctè disponere de
omnibus earum bonis? Porrò quid aliud est,
mulierem disponere posse de omnibus suis bo-
nis, quàm posse disponere de dote? Bona enim
mulieris ut plurimùm consistunt in dote, quæ 41
ejusdem mulieris patrimonium idcircò dicitur, 42
ad *text. express. in leg. denique §. Sed utrum ff.
de minor., leg. ult. Cod. de dot. collat., leg. unic. §.
Et hoc ex rei uxoriæ actione Cod. de rei uxor. act.,
Decian. cons. 89. num. 6. lib. 2., Boss. de dot. cap. 9.
num. 48., Milonen. decis. Sicil. 10. num. 35. lib. 1.,
Sanfelic. decis. Neapol. 130. num. 9., & 14. in
fin., Rota cor. Emer. jun. decis. 706. num. 2.*

Certòque certius prædictum Savonense sta-
tutum pro decisione hujus Causæ est attenden-
dum, non verò ad Januæ statutum est recur-
rendum, quia inter utrumque clara, ac litera- 43
lis intercedit incompatibilitas; prædicto siqui-
dem Januensi statuto cavetur, ut fœminæ de-
cedentes non dotatæ, si habeant fratres, non
possint ampliùs dotari; statuto autem Savonæ 44
disponitur, quòd fœminæ tàm vivæ, quàm mor-
tuæ indifferenter dotentur, ibi = *Et si fortè ipsa* 45
*mulier decederet, priusquam dotata fuisset, ha-
beatur, & haberi pro dotata ipso jure, & facta
secundùm conditionem personarum, & substan-
tiam, seu vires hereditatis in arbitrio quatuor præ-
dictorum, qui proindè dotes taxare valeant vigore
hujus statuti, ac si dicta mulier ageret in humanis*
= & infrà = *Et si quo casu fratres, vel frater præ-
dicti, seu fratrum, vel fratris filii, ut suprà, nol-
lent, seu negligerent, quoties essent super hoc
etiam simpliciter requisiti, seù non curarent mu-
lierem prædictam sororem suam, seù amitam, ut
suprà, dotare, & dotes assignare modo, & ordi-
ne supradictis, tunc dotetur tam viva, quàm mor-
tua, ut suprà* =

Cum igitur tanta sit inter utrumque statutum diversitas, & contrarietas, immò etiam incompatibilitas, in dubium venire nequit, quin in concursu Statuti Civitatis dominantis cum Statuto loci, seù Civitatis subjectæ de eadem materia tam diversa disponente, istud sit attendendum, juxta text. *in leg. 2. §. novissimè ff. de reg. jur., leg. final. Cod. de testam., Bald. in leg. Jus civile num. 8. ff. de Justit., & jur., & in cap. Translato num. 4., & 5. de Constit., & in celebri cons. 201. lib. 1., Crot. in leg. Omnes populi num. 22. ff. de Justit., & jur., Gabriel. cons. 29. num. 46. lib. 2., Cephal. cons. 169. num. 7. lib. 2., Menoch. cons. 227. num. 73. lib. 2., Roland. cons. 5. num. 25. lib. 4., Gratian. discept. 474. nu. 1., Fenzon. ad Statut. Urb. lib. 1. cap. 42. nu. 2., Bouden. collect. legal. 2. nu. 70., Rot. Florent. apud Palm. Nep. dict. decis. 366. num. 11., Rota Romana cor. Burat. decis. 333. num. 5., in rec. decis. 145. nu. 28. part. 6., & dict. decis. 358. num. 8. part. 19.*

Bononien.

Mensurationem rei à Summo Pontifice in feudum concessæ non secundùm mensuram loci contractus, Romanam scilicet, sed juxta mensuram consuetam in loco rei sitæ faciendam esse, ostenditur, sivè ex communiori Sententia, quod locus contractus propriè dicitur, ubi res tradenda est, sivè ex benigniori sumenda interpretatione potiùs Concessionarii, quàm Concedentis favore, sivè etiam ex verisimili ipsius Pontificis mente, illiusque liberalitate amplissimè, quoad fieri potest, extendenda, junctâ præsertim observaotiâ aptâ declarare, atque etiam ampliare, prout magis Concessionario expedierit, ipsius Pontificis concessionem, demumque ex eo, quod saltem in dubio ad favorem concessionarii possidentis debeat prounnciari.

VOTUM XLVIII.

1 *In mensuratione facienda modus consuetus in loco initi contractus debet attendi* & num.9., & 25.
2 *Et de ejusdem loci mensura Contrahentes intellexisse censentur*, & num.10.
3 *Procedit etiam in contractibus feudalibus.*
4 *Consuetudo loci contractus est in iis omnibus observanda, quæ illius solemnitatem, & perfectionem respiciunt.*
5 *In iis verò, quæ contractum jam perfectum subsequuntur, debet consuetudo loci rei sitæ prævalere*, & num.30.
6 *Mensura potiùs loci contractus, quàm rei sitæ, si minor, servanda est.*
7 *In contractibus, quod est minimum, sequendum est Promissoris favore, & ratio* nu. 59.
8 *In dubio semper minimum quod est, debet servari*, & num.54.
11 *Credibile in dubio sequendum est*, & nu.117.
12 *Princeps non præsumitur scire particularia statuta, & consuetudines locorum*, & num. 97.
13 *Eaque ad illius scientiam non pertinent.*
14 *Consuetudo est quid facti.*
15 *Princeps nequit præsumi id voluisse, quod ignorabat* & num.17. 55., & 98.
16 *Feudi concessio interpretatur ex tacita, vel expressa concedentis Principis voluntate*, & num.95.
18 *Principis concedentis voluntas non debet ad illa extendi, quæ cogitare non debuit.*
19 *Principis concedentis voluntas est ad mentem Juris redigenda.*
20 *Ita ut censeatur in concessione comprehendisse, quod sub illa de Jure poterat venire* & num. 96.
21 *Mensuratio, quod sit facienda juxta consuetudinem non loci contractus, sed rei sitæ, communior opinio est.*
22 *Præsertim in stabilibus*, & num. 33. 40., & 41.
23 *Procedit eò magis, quando adsit observantia.*
24 *Princeps concedens præsumitur quoad mensurationem id voluisse, quod in usu esset.*
25 *Consuetudo loci contractus attenditur, si quæ minùs expressè a Partibus cauta sunt.*
26 *Locus contractus propriè non intelligitur, ubi pactio inita est.*
27 *Sed ubi res tradi, vel solutio fieri debet*, & oum.41.
28 *Procedit id, juxta nonnullos, unicè quoad fori competentiam.*
29 *Ab aliis verò indistinctè accipitur quoad omnia respicientia contractus executionem.*
31 *Locus contractus æstimatur non ex initio rei gestæ, sed ab effectu.*
32 *Pretium rei spectandum est ex loco, ubi tradenda res est, non ubi ad eam agitur.*
34 *Stabilibus in contractum deductis, loci consuetudo habetur velut eorum qualitas naturalis, & inseparabilis*, & num. 36. 56., & 110.
35 *Natura a suo subjecto non separatur.*
37 *In contractibus naturalia rei etiam non expressa subintelliguntur.*
38 *Stabilium concessio facta intelligitur sub illis qualitatibus, quibus a locali consuetudine afficiuntur* & num.52., & 57., & 142.
39 *Consuetudo est velut natura rei.*
40 *Loci rei sitæ consuetudo in mensuratione stabilium quin debeat servari, dubitat nemo.*
Ubi res est de contractibus Privatorum nu. 82.
42 *Actus, cujus expeditia in tertium locum confertur, in illo celebratus intelligitur.*
43 *Mensura Emptori utilior debet attendi.*
44 *In mensura primò attenditur loci rei sitæ consuetudo, vel locorum vicinorum, deindeque loci contractus.*
45 *Mensuram faciendam esse juxta consuetudinem loci rei sitæ, censent nonnulli solùm quoad stabilia*, & nu.46., *alii verò, etiam quoad mobilia*, & num.47.48., & 49.
50 *Feudalis rei concessio intelligitur facta juxta loci rei sitæ consuetudinem.*
51 *Procedit, etiamsi in Curia Concedentis, vel in loco feudi dominantis contraria consuetudo vigeat*, & num.52.
53 *Mensura debet juxta consuetudinem loci rei sitæ, etiam in feudalibus attendi.*
59 *Contractus in dubio interpretatur Promissoris favore, quia censetur stipulator sibi legem apertiùs potuisse dicere.*
60 *Non ita verò, si hæc ratio cesset, interpretatur.*
61 *In Investituris liberum est non Concessionario, sed Concedenti verba clariùs concipere.*
62 *Et eorum ambiguitas isti potiùs, quàm illi debet obesse*, & nu.64. 123., & 141., & 157.
63 *Pactum obscurum debet contra Venditorem, vel Locatorem interpretari*, & nu. 124.
65 *In contractibus privatorum strictissima sit interpretatio*, & uum.84.
66 *In concessione Principis qualibet rejicitur stricta interpretatio*, & num.86.

67 *Be-*

67 *Beneficium Principis quàm plenissimè interpretari debet*, & num.89., 128., 136., 145., 158., & 180.

68 *Quoad rem scilicet, locum, tempus, modum, & Personas.*

69 *Feudi concessio non tam contractus, quàm beneficium Principis dicitur*, & num. 145., & 179.

70 *Estque latissimè interpretanda.*

71 *Dispositionis cujusque dubiæ interpretatio ex qualitate rei, & Disponentis affectione petenda est.*

72 *Princeps liberalissimus præsumitur.*

73 *Liberalitate nil est naturæ hominis accomodatius.*

74 *Liberalitas propria est magnaminitati Principum.*

75 *Principes armis vinci minùs flagitiosum est, quàm vinci munificentiâ.*

76 *Principum virtus potissima est liberalitas.*

77 *Tit. Vespasianus diem, quâ Nulli fuerat gratificatus, perdidisse professus est.*

78 *Nobilitas facit, ut, quod sponte tribuitur, deberi existimetur.*

79 *Utque præstitum nil censeatur, si non fuerint beneficia adaucta.*

80 *Principem offendit stricta ejus liberalitatis interpretatio*, & num.87. ; & 130.

81 *Principis concessio non debet aliorum contractuum regulis subjacere.*

83 *Mensura in loco rei sitæ consueta, est contra Venditorem attendenda.*

85 *Mensura in loco rei sitæ consueta est observanda in concessione Principis.*

88 *Principis liberalitas frenum non habet.*

90 *Principis liberalitas cum extensione debet accipi*, & num.92.

91 *Præsertim, quando ejus concessio non multùm lædit imperii dignitatem.*

93 *Princeps si unum ex tribus officiis concedat, Concessionarius potest melius eligere.*

94 *Principis gratia motu proprio concessa, intelligitur de re pinguiori.*

99 *Princeps si, quod voluit, expressit, id quod non expressit censetur, vel ignorasse, vel noluisse*, & num.118.

100 *Discretivus loquendi modus passim in Jure attenditur*, & num. 119.

101 *Princeps non censetur inconsultò egisse.*

102 *In Principe scientia non requiritur mensuræ consuetæ in loca rei concessæ, ut eadem mensura debeat attendi.*

103 *Sed sola sat est ejusdem loci certitudo.*

104 *Qua stante, ejusmodi mensura conventa reputatur.*

105 *Solutionem qui alio loco promittit, quàm ubi contrahit, ejus loci legibus sese adstringit.*

106 *Licèt specificam earum non habeat notitiam.*

107 *Locus, ubi situm est beneficium, non ubi fuerit collatum, debet attendi quoad redituum æstimationem.*

108 *Idem quoad monetæ qualitatem in Pensione a Summo Pontifice reservata, nisi moneta Cameræ, vel Romana fuerit expressa*, & n.143.

109 *Tametsi Pontifex scientiam monetæ eo loco currentis non habuerit.*

111 *Congrua Episcopo, vel Parocho reservata, intelligitur de moneta illius loci, ubi Episcopatus, vel Beneficium existit*, & nu. 112.

113 *Scientia Principis de mensuræ consuetudine in loco rei concessæ ex quibus possit argui?* & num.117.

114 *Nicolaus V. quo loco natus, quove literis, bonisque artibus instructus, & per quæ ad Pontificatum fuerit evectus?*

115 *Idem ex quibus censeri valeat mores, & consuetudines Bononiæ notas habuisse?* & num. 149.

116 *Et Bononienses benevolentiâ fuisse prosecutus?*

117 *Princeps diu versatus in loco rei concessæ, dicendus, ejus loci mensuram voluisse attendi.*

119 *Discretivus loquendi modus non attenditur, ubi diversa quoad res dispositas ratio concurrit.*

120 *Et ex quibus diversitas valeat ostendi?*

121 *Discretivæ locutionis argumentum debile, & non rarò fallax reputatur.*

122 *Præsertim cum suppetit ratio, cur non oportuerit sic in uno, ut in altero sese explicare.*

125 *Nicolaus Pont.V. virtutibus clarus fuit, & liberalitate insignis.*

126 *Virque in paucis munificus nuncupatus.*

127 *Ex indole, & habitu cujuspiam quid ille facturus esset licet arguere.*

128 *Principibus ex liberalitate gloria paratur.*

131 *Princeps id concessisse dicendus, de quo interrogatus respondisset*, & num.233.

132 *Procedit in qualibet conventione, dispositione, Lege, vel Rescripto.*

133 *Verisimile quod est, pro expressa habetur*, & num.134.

135 *Lex semper loquitur.*

137 *Lex ubi apertè loquitur, conjecturis in dubio opus non est.*

138 *Lex ubi adest quoad contractus Principum, non est eorum voluntas perquirenda.*

139 *Lex generalis facta à Principe differt ab ejus particulari contractu; & in quo?* num. ad 145.

146 *Auctoritas in uno casu loquens, in alio diverso nequit allegari.*

147 *Ab Auctoritatibus & Decisionibus in puncto loquentibus non debemus recedere.*

148 *Decisio in terminis, est attendenda, neglectis generalibus regulis.*

150 *Verba concessionis nequeunt in* uno *verificari, cum ad* plura *directa sunt.*

151 *Dispositionis una pars alteram declarat.*

152 *Mens dubia Loquentis ex verborum proprietate interpretanda est.*

153 *Ambiguè qui loquitur, id loquitur, quod ex his, quæ significantur, sensit.*

154 *Et talis intelligitur esse mens in corde, quale est verbum in ore.*

155 *A verborum significatione recedendum non est*

est eum constat , Disponentem aliter sensisse .

156 *Præsumptio verbis expressis non debet prævalere .*

158 *Observantia dicitur interpretationum Regina , omnem removens difficultatem .*

159 *Observantia censetur ipsa eadem dispositio , istique a principio inesse .*

160 *Observantia in feudalibus primam tenet sedem .*

161 *Observantiæ in feudalibus , debetur , tamquam matri , reverentia .*

162 *Eâque stante , non est ad argumenta recurrendum .*

163 *Observantia in feudalibus est firmissima Investiturarum interpres ,* & num.219.

164 *Estque attendenda contra veriorem etiam intellectum ,* & num.196.

165 *Atque ultra id , quod verba patiantur .*

166 *Privilegia sunt suàpte naturâ strictè interpretanda ,* & num.178.

167 *Privilegia juxta observantiam subsecutam declarantur , & ampliativam recipiunt interpretationem ,* num. 168., & 169.

169 *Observantia subsecuta privilegium ampliat , etiam contra istius verba .*

170 *Regalia specificam requirunt interpretationem .*

171 *Regalia , licèt specificè non expressa , ob secutam tamen observantiam , & possessionem , comprehensa in concessione reputantur .*

172 *In regalibus observantia longi temporis non requiritur , ubi res non est de præscribendo jure non concesso , sed de concessione impetranda ,* & num.173.

174 *Eorumque comprehensio in Investitura ex modici etiam temporis observantia declaratur .*

175 *Observantia , ad ampliandum privilegium , decennalis etiam sufficit ,* & num. 183.

176 *Procedit , & in feudis ,* & num. 184., & 197.

177 *Privilegium est concessio contra jus .*

179 *Feudi concessio non contra , sed præter jus datur .*

Et quid ea concessio a privilegio differat? num. 180., & 182.

185 *Centenariæ duplicis virtute Regalia contra ipsum supremum Principem valeat præscribi .*

186 *In feudis observantia interpretativa declarat quid in Investitura comprehensum sit ,* & num.219.

187 *Omne itidem circa eam dubium adimit ,* & num.195.

Et feudi substantiam determinat , num.191.

188 *In feudalibus , quod fuit aliqua tempore observatum , velut expressum in Investitura habetur ,* & num.198.

189 *Observantia totum facit .*

190 *Possessionis posterior qualitas declarat quid ab initio fuit intentionis .*

192 *Observantia in feudis potest eorum naturam immutare .*

Illaque immunia a servitio reddere num.193., *nec non alienabilia , & ad fœminas transitoria ,* num.194.

199 *Scientia cujuspiam consuetudinis in Principe concedente præsumitur ex his , quæ palam fiunt .*

200 *Atque ex actuum pluralitate , & longæva possessione .*

201 *Scientia cujuspiam consuetudinis in Principe , ut hæc dicatur in ejus concessione ratihabita , non requiritur , quando possidens habet juris adsistentiam , & titulum .*

202 *Licèt minus validum .*

203 *Sat autem ad id est Ministrorum scientia .*

204 *Præsertim , cum non agitur contra Principem , sed contra alios non valentes ignorantiam allegare .*

205 *Præscriptionem non interrumpit lis , quæ fuit derelicta .*

206 *Minùsque observantiam .*

207 *Præscriptionem ex lapsu annorum 150. jam completam non interrumpit lis postea superveniens .*

208 *Observantia spatio 150. annorum post concessionem continuata , a lite postmodum mota non interrumpitur .*

209 *Observantia proximior concessioni debet prævalere in concursu alterius observantiæ postea subsecutæ .*

210 *Observantia ex actu ad ejus formam judicialiter gesto , confirmata dicitur .*

211 *In verbis talis esse sensus intelligitur , qualem demonstrat effectus .*

212 *Observantia interpretativa concedit non concessa , & vim novæ concessionis habet ,* & num. 220.

213 *Possessoris favore in dubio resolvendum est ,* & num. 215.

214 *Pactum ubi dubium est , sententia debet ferri absolutoria .*

216 *Possessoris favore in dubio stat omnis præsumptio .*

217 *Possessoris jura eo ipso potiora sunt , quod jura Adversarii dubia remanent .*

218 *Possessor , dubio superventa , eoque perdurante , in conscientia ad nil tenetur .*

221 *Possessor rei feudalis , licèt de ea non investitus , præscriptione triginta annorum se tueri potest .*

Intellige de feudo seculari num.223.

222 *Possessio 40. annorum in feudis Ecclesiæ requiritur , ut præscriptio possit allegari .*

224 *In feudis secularibus 30. anni sufficiunt ad præscribendam ex toto libertatem a servitiis .*

225 *Decem autem sufficiunt , si dubia sit concessio .*

226 *Possessio centenaria optimum quemque meliorem titulum inducit .*

227 *Et sufficit ad prescribenda contra Principem , quæ ipsi reservata sunt .*

228 *Tametsi deficiat concessio .*

229 *Procedit etiam contra Ecclesiam Romanam .*

230 *Regalia spatio 30. , vel 40. annorum præscribuntur , quando lis cum Principe non est ,* & num. 231.

232 *Prin-*

232 *Principem, quod plus est, præsumitur concessisse.*
233 *Feudum ubi conceditur, salvum remanet Principi altum, & directum dominium.*

UT ad propositæ quæstionis resolutionem rectè procedatur, facti speciem breviter ob oculos ponere duximus. Nicolaus V. Pontifex Maximus anno 1447. locum quemdam ad mensuram unius milliarii sejunctum à Territorio Bononiensi, & titulo Comitatus decoratum Sanuto in Feudum nobile concèssit, impartitâ eidem facultate exigendi in moneta Bononiensi certam annuam quantitatem erogandam in ejusdem loci reparatione; concessionem verò hanc secuta est Feudatarii possessio diutissima.

Anno 1605. solitæ finitimarum Jurisdictionum contentiones, quæ præcipuè ob finium incertitudinem exoriebantur inter Civitatem Bononiensem, & Baronem prædictum delatæ fuerunt ad Summum Pontificem Paulum V., qui annuens precibus Baronis, Causæ cognitionem commisit Legato Provinciæ, ut nempe, servatis servandis, terminos poneret: Instructo itaque Processu, veluti præliminaris, & quidem acerrima inter Partes exorta est controversia super modo mensuræ; an scilicet esset facienda per aerem, an per terram, an à centro, an à conterminis ædificiis; an per circulum, an verò per latera æqualia: sed, Judice sic mandante, à Peritis communi consensu electis fuit facta dimensio tribus omnibus modis enarratis, retentâ tamen, & servatâ semper consuetudine mensuræ Bononiensis, quæ differt à Romana, estque paulò amplior, ut credimus.

His peractis, id, quod maximè exoptabatur confectum non fuit; nam, consopitâ Causâ, termini non fuerunt appositi; quare lis eadem modò resurgens novum etiam dubium secum affert, à primis quidem diversum, sed minimè spernendum: an scilicet milliare, de quo loquitur Pontifex in concessione, sit jure intelligendum, juxtà mensuram Bononiensem; an potius juxtà communem Romanam, super quo prò veritate consulitur.

Anceps profectò quæstio est inter Doctores: Si vendatur, aut alio modo concedatur res ad mensuram, & non idem sit modus mensurandi in loco initi contractus, & in loco rei sitæ, vel ubi res tradenda est, quænam tunc ex istis mensuris attendi debeat? & *Bartol. in leg. semper in stipulationibus ff. regul. Jur.* concludit, atten-
1 dendam esse mensuram solitam, & consuetam
in loco, in quo celebratus est contractus, cum
2 de ea Contrahentes intellexisse præsumendum
sit, eamque sequuntur *Cagnol. ibid.*, *Roland. à Valle cons. 100. tom. 3. num. 7., & plurib. seqq.*, ubi plenè hanc firmat opinionem, *Gabriel de consuetud. conclus. 2. num. 21.*, *Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 3. tit. 13. num. 18.*, *Carpan. ad Stat. Mediolanen. tom. 2. cap. 212. num. 2.*, *Gratian. discept. 11. tom. 1. num. 19.*, *Cevall. quæst. 733. num. 9., & seqq.*, *Cenc. de censibus quæst. 85. num. 40.*, *Cancer. part. 2. cap. 6. n. 159.*, *Fragos. de regim. Reipub. tom. 1. lib. 7. disput. 19. §. 2. num. 70.*, *Antonell. de loc. legal. lib. 2. cap. 15. num. 65.*, *Osasch. decis. 114.*, *& alii*, quos refert *Sola ad consuetud. Sabaud. tom. 1. de ceas. solut. gloss. unic. num. 11.*, & in terminis feudalibus
eam quoque sententiam amplecti videtur *Ro-* 3
senthal. de feud. tom. 1. cap. 1. conclus. 14. nu. 17., & 18., ubi tradit, consuetudinem loci contra-
ctus observandam esse circa omnia ea, quæ illius 4
solemnitatem, atque perfectionem, seu consummationem respiciunt: In his verò, quæ con-
tractum jam perfectum, & consummatum con- 5
sequuntur, prævalere consuetudines loci rei sitæ, sequiturque *Bart. in d. l. semper in stipulationibus.*

Præcipuè verò, quando, prout in casu nostro,
mensura in loco contractus minor est, quàm in 6
loco rei sitæ, ut scilicet favore Promissoris, quod
minimum est, sequamur, ex responso *Vulpian. in* 7
d. leg. semper 34. ff. de regul. Jur., dicentis. *Semper in stipulationibus, & in ceteris contractibus id sequimur, quod actum est, ut si non pateat, quod actum est, erit consequens, ut id sequamur, quod in Regione, in qua actum est, frequentatur. Quid ergo, si neque Regionis mos appareat, quia varius fuit? ad id, quod minimum est, redigenda summa est*, & concordat *Text. in leg. quidquid adstringendæ 99. in princip. ff. de verbor. obligat.* ibi = *ac ferè secundùm Promissorem interpretamur* = *leg. si ità stipulatus 109. ff. eodem* ibi = *Quia in stipulationibus id servatur, quod minus est* = & *leg. semper in obscuris 9. ff. de regul. Jur.*, ubi hæc regula ge-
neralis; traditur semper in obscuris, quod mini- 8
mum est, sequimur; Nec dissimile est, quod dicitur in *in leg. nummis 79. ff. de legat. 3.* ibi = *Nummis indistinctè legatis, hoc receptum est, ut exiguiores legati videantur, si neque ex consuetudine Patrisfamilias, neque ex Regionis, undè fuit, neque ex contextu Testamenti possit apparere.* =

Hâc itaque ratione videtur omninò dicen-
dum, quod milliare, de quo loquitur Pontifex 9
in concessione, intelligendum sit de milliari
Romano, quod minus est, quia Romæ celebrata 10
fuit concessio, & quia de illo verisimile est Pon-
tificem sensisse, id enim sequi debemus, quod 11
credibile est fuisse cogitatum, ut sunt verba *Textus in leg. cum in Testamento 24. in fin. ff. de reb. dub.* & melius ad rem nostram confert *Textus in leg. Si servus 50. §. fin. ff. de legat. 1.* his verbis = *Si numerus nummorum legatus sit, nec appareat, quales sunt legati, antè omnia ipsius Patrisfamilias consuetudo, deinde Regionis, in qua versatus est, exquirenda est* =. Idque etiam
fulcitur firmissimâ ratione: nam, cum Ponti- 12
fex non præsumatur scire particularia statuta, 13
& consuetudines locorum, quæ ad Principis
scientiam non pertinent, quia consuetudo est 14
quid facti, præsumi nequit, eum id voluisse,
quod ignorabat ad *Textum in leg. 1. ff. de con-* 15
dict. indebit. leg. tres Fratres 33. in fine ff. de pact., *& alibi*, quæ sanè ratio fortius urget in subjecta materia, in qua agitur de concessione feudalis Jurisdictionis, ac Territorii, quæ, ex
notis principiis, tota pendet à voluntate sivè ex- 16
press-

pressa, sivè tacita supremi Principis illam elar-
17 gientis, ideòque nemo non videt, quàm absur-
dum sit eam extendere ad illa, de quibus non
18 cogitavit, imò verò cogitare non debuit, si
ejus voluntas redigatur ad mentem Juris, illam
19 ità interpretando, ut summum Pontificem in
ea concessione comprehendisse censeamus, quod
20 de Jure sub illa venire poterat.

Quamquam verò hæc plurimùm urgeant; nihilominùs in contrariam trahimur senten-
tiam, quæ & sua habet momenta rationum,
21 frequentioribus Doctorum suffragiis fulcita
videri potest, & rerum judicatarum auctorita-
te confirmatur; nempè, quod mensura illa at-
tendenda sit, quæ servatur in loco, ubi rei tra-
22 ditio sit facienda, & præcipuè in stabilibus; eò-
que libentiùs eam amplectimur ob facti circum-
23 stantias, & præsertim diuturnam observantiam,
juxtà quam, si Vassallus usque in hæc tempora
24 Territorii sui fines protendit quousque porrigi-
tur milliare Bononiense, præsumendum est,
supremum Principem juxtà hanc longiorem
mensuram Territorii fines constituisse.

Ut igitur ordinatim singula demonstremus,
primum nostræ sententiæ fundamentum consti-
25 tui posse videtur in eo, quod, licèt in mensura,
sicut & in ceteris, quæ minùs expresè cauta
sunt inter Partes, consuetudo loci contractus
attendatur: tamen non is propriè locus contra-
26 ctus intelligitur, ubi pactio inita est, sed potiùs
27 ubi rem tradi convenit, juxtà *Textum expressum
in leg. contraxisse 21. ff. de action., & obligat.,
& leg. aut ubi ff. de bon. auctorit. Judic. possiden.*
ibi = *Contractum autem non utique eo loco intelli-
gitur, quo negotium gestum est, sed quo loco sol-
venda est pecunia* =, & licèt nonnulli putaverint,
28 hæc procedere solùm quoad Fori competen-
tiam, ut scilicet ibi Contrahens conveniri pos-
sit, ubi rem tradere promisit: Alii tamen hoc
indistinctè accipiunt quoad omnia ea, quæ con-
29 tractus executionem, & implementum respi-
ciunt, admittentes communiter distinctionem
*Baldi in leg. cunctos populos cod. de Summ. Tri-
30 nit.*, quod circa solemnitatem actus servanda
sit consuetudo loci, in quo actus geritur, quo
verò ad ejus executionem inspici debeat mos,
& consuetudo loci, qui executioni ipsi, & con-
tractus implemento destinatus est, *Brunneman. in
leg unica cod. ubi conveniat. qui cert. loc. dar.
promiss., Perez. ibidem in princip., Danell. enu-
cleat. lib. 17. cap. 14. in princip., & litt. B.*, ubi,
31 quod locus contractus non æstimatur ex initio
rei gestæ, sed ab effectu, *Oldrad. cons. 168. n. 1.,
Alciat. cons. 169., Mynsinger., relatis Bald. An-
gel., Fulgos., Cyn., Alberic., Jason., & aliis
cent. 4. observ. 82. vers. aut verò quærimus*, ubi
contrarias theoricas hoc modo conciliat *Valasc.
alleg. 72. num. 4. vers. hoc tamen, Larrea decis.
Granaten. 62. num. 4.* ibi = *Et locum contractus es-
se inspiciendum quoad ejus validitatem: at verò
quoad executionem illum, in quo adimplementum
destinatur* = *Rovit. in pragmatic. 1. de Jur., &
exact. fiscal. num. 76., & 77.*, & favet *Textus in
leg. ratio 3. §. finali ff. de action. empt.*, ubi di-
sponitur, = *quod non oportet ejus loci pretia spe-
ctari, ubi agitur, sed ejus, ubi vina tradi oportet* =
& notavit etiam *Afflict. in constit. Sancimus su-* 32
*per princip. legis num. 21., Massuer. in prax. cap.
43. de consuetud., & statut. num. 4.*

At verò, si locus contractus in iis, quæ per-
tinent ad cetera, quàm solemnitates, is cen-
setur, qui illius executioni, & non implemento
destinatus est, potiori Jure id procedit quoad
stabilia, in rebus siquidem loco immobilibus, 33
& solo adhærentibus loci ipsius consuetudo vi-
detur qualitas naturalis, & inseparabilis, itaut 34
sicut natura non separatur à suo subjecto, ità 35
nec consuetudo avelli possit à re sita in loco, ubi
illa viget, ut *singulariter dixit Bald. in leg. con-* 36
tractas num. 16. cod. de fid. instrum., ac propte-
reà, quemadmodum in contractibus naturalia
rei, etiam non expressa subintelliguntur. *Cap.* 37
*Cum M. de Constit., leg. quod si nolit §. Quia as-
sidua ff. de edilit. edict., leg. ex empto ff. de action.
empt., leg. si in venditione 60. ff. de evict., leg.
non dubitatur cod. eodem*, ità dicendum est, rem
ipsam concessam videri sub illis qualitatibus, &
legibus, quibus à consuetudine locali afficitur
utpotè illi naturalibus, ejusque naturam comi- 38
tantibus, *Gloss. ad consuetud. Turonen. tit. 13.
gloss. 1.*, *Wesembec. cons. 74. num. 3., Schrader. de
feud. part. 2. cap. 2. num. 43.*, ubi, quod con-
suetudo est velut natura rei, optimè *Niger. de* 39
Laudem. part. 4. num. 30., ubi plura ad propo-
situm.

His porrò fundamentis eorum nititur opinio,
qui dicunt, modum rei mensurandæ petendum
potiùs esse à loco rei sitæ, seù in quo res tradi 40
debet, quàm à loco initæ conventionis, & factæ
dispositionis: Et quamvis quoad mobilia subdu-
bitent aliqui, quoad stabilia tamen, qui est ca-
sus noster, concordes in hanc fuerunt senten-
tiam. Primus est *Guid. de Suza*, quem refert
*Alberic. de Rosate in leg. arbitrio 18. §. De eo ff.
de dolo num. 6. in fin.* ibi = *Ultimò quærit Guid. de
Suza, si Parmensis vendit Rhegiensi fundum exi-
stentem in Territorio Parmensi, contractus tamen
fiebat Rhegii; secundùm quam mensuram debeat
mensurari? & videtur, quod secundùm mensu-
ram Rhegii, ubi factus est contractus. Leg. si fun-
dum &c. sed dic contra, quod mensurâ Parmensi,
ubi est fundus, ut cod. de Præd. minor. leg. si præ-
dium &c.*, = eos sequuntur *Alciat. in leg. vinum
num. 62. vers. ego eam mensuram ff. si cert. petat,
& resp. 157. num. 2.* ibi = *Nunquid mensura Par-
mensis debeat attendi secundum locum contractus,
an Rhegiensis, ubi solutio erat facienda? dico, ve-
riorem esse, & magis communem opinionem, ut* 41
attendamus locum destinatæ solutionis = *Hostiens.
in summ. tit. de empt., & vendit. §. Quibus men-
suris in fine, Rimin. Sen. tom. 2. cons. 366. num. 13.
vers. tamen dico, quod debet fieri mensuratio, &
n. 14., ubi, quod actus, cujus expeditio in tertium
locum confertur, Juris fictione in illo loco intelli-* 42
gitur celebratus = *Petr. de Monte in suo repertor.
verb. mensura, Fabian. de Monte in tract. de empt.
& vendit. quæst. 5. vers. & idem, quod de mone-
ta, Jo: Raynald. in tract. de mensur. quæst. 5 in
fine*,

fine, *Alexand. Radens. cap. 72. num. 31.*, ubi,
43 quod attenditur mensura Emptori utilior. *Niger. de Laudem. quæst. 4. num. 43. vers. non obstat*, ubi reprobatum ait *Roland.*, *Card. Tusch. litt. C. conclus. 954. num. 38.*, ubi, quod in mensura pri-
44 mò attenditur consuetudo loci rei sitæ, vel locorum vicinorum, & postea consuetudo loci, in quo est facta dispositio. *Cevall.*, *& Gratian.*
45 ipsi prò contraria parte allegati, qui quantum ad stabilia huic sententiæ acquiescere videntur, ille *quæst. 733. in fin.*, hic verò *discept. 11. num. 20.*, *Sola ad consuetud. Saband. tom. 1. de cens. solut. gloss. unic. num. 11.*, ubi, relatis utriusque Partis Doctoribus, hanc opinionem dicit communiorem, ad quem se refert *Costa in tract. aut. sciebat, aut ignorabat distinct. 59. num. 1.*, *Mutthiens. in leg. 1. tit. 13. gloss. 2. num. 3.*, qui hoc
46 admittit solùm in stabilibus, eumque sequitur *Hermosill. ad Lopez tom. 2. leg. 24. tit. 5. gloss. 2. in addit. num. 42. vers. quam intellige*.

Ità verò decisum in supremo Senatu Parisiensi in gradu provocationis de anno 1585. refert *Carondas lib. 7. responsor. cap. 83.*, *& Paponius in arrest. lib. 17. tit. 2. in appendic. num. 3.*, qui rationem aperit his verbis = *Judicatum fuit, habendam esse rationem loci, in quo fundi siti sunt, & Contrahentes, qui de situ rerum certi sunt, videri convenisse de mensura, quæ dependet à consuetudine, & usu Provinciæ, juxtà quam omnes fundi in ea sits determinari debent* =. Sic etiam decrevit Subalpinus Senatus, teste *Osasch. decis. 114.* licèt ipse esset in opinione contraria, quæ tamen suis collegis æqua visa non fuit. Atque ita judicatum tam in suo Senatu, quàm in supremo Senatu Mechliniensi in diversis Causis scribit *Paul. Christin. dec. Belgic. tom. 3. decis. 56. num. 3.*

Ex recentioribus verò hoc ipsum strenuè confirmat *Pecch. de aquæduct. tom. 2. cap. 9. quæst. 38. per tot.*, dicens procedere tam in stabilibus,
47 quàm in mobilibus, per *Textum*, qui, ut ipse ait, *est extrà dentes*, in supracitata *lege aut ubi 3. ff. de bon. auctorit. Judic. possiden.*; & magis
48 si Contrahentes, aut unus ex ipsis sint ejusdem loci, ubi res tradi debet, ut *num. 26. ad 29. Jon. Nenia de commerc. terrestr., & naval. cap. 9. sub num. 8. vers. verumtamen*, ubi, quod circa men-
49 suram in rebus soli inspiciendus est locus, in quo sunt, & in mobilibus locus, ubi ea tradi convenit. *Renat. Coppin.* Vir quidem eruditus *de legibus andium municipal. tom. 2. part. 2. tit. de extraordin. feudor. emolumen. sub num. 10. fol. 132.* ibi = *Justior tamen est diversa opinio, venditi agri mensuram ex lege petendam situs Prædiorum, non loci pactæ venditionis &c.* =, referens etiam arrestum Senatus Parisiensis, *latò Franc. Maria Prato discept. forens. tom. 2. cap. 21. num. 13. cum plurib. seqq.*, quem sequitur *de Rosis select. cap. 2. num. 23. vers. verius est, circa mensuram, locum rei sitæ, ejusque consuetudinem esse attendendam, ex receptiori &c.*, *Altimar. de nullit. contract. tom. 3. rub. 1. quæst. 8. num. 150. vers. sed verius*.

Quibus etiam addi possunt ii, qui licèt de mensura speciatim non loquantur, generaliter tamen tradunt, quod concessio rei præcipuè feu-
dalis intelligitur facta semper secundùm leges, 50
& consuetudines loci, ubi res illa sita est, ità *Montan. de regal. tit. de regal. offic. num. 15. post Isern. in tit. de nov. form. fidelitatis num. 7. circa finem*, *Lorath. in theatr. feudal tom. 1. part. 2. dilucid. 24. sub num. 4. vers. nam consuetudines*, *Rocc. de Curt. de consuetud. sect. 9. quæst. 12. nu. 13., & 16.*, *Massuer. in prax. d. cap. 43. de consuetud. num. 4.*, *Bottin. ad Stat. Jannen. lib. 3. cap. 17. circa fin.*, ubi, quod, si quæstio sit super re, attenditur consuetudo loci, ubi est sita, elegantissimè *Renat. Coppin. de morib. Parisior. lib. 2. tit. 1. circa princip. fol. 169.* ibi = *Proinde spectandus fundorum, de quibus agitur, situs, & loci jura, legesque, in quo fundi illi constituuntur &c.* = *& tit. 2. de dotalit. fol. 228.*, *& tit. 3. de donat. fol. 265. num. 21.* ibi = *Variis porrò in municipiis sitæ res Donatoris, suà loci lege cujusque disponuntur* =.

Præcipuè, inquam; in feudalibus, etiamsi in
Curia Concedentis, vel in loco Feudi Dominan- 51
tis contraria consuetudo observetur, *Bald. antesignanus in cap. 1. §. Si qua controversia tit. de pace Constant.*, ubi, quod, si Imperatòr det Feudum in Alemania mihi Tusco, videtur concessum secundùm consuetudinem Alemaniæ, & non secundùm consuetudinem Tusciæ, & sic è
contra: eâ ratione, quia præstatio rei intelligi- 52
tur secundùm locum, ubi debet fieri traditio, & *idem in cap. si mulier si de feud. defunct. fuer. content.*, quem communiter omnes sequuntur, *Paris. lib. 1. cons. 13. num. 18., & cons. 21. num. 14.*, *Cassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 3. §. 7. super Textu vers. ego semper tenui*, *Niger. de Laudem. quæst. 4. num. 25. vers. idque primò suadetur*, *Afflict. in constit. Sancimus de jur. prothom. in princip. leg. sub num. 21. vers. in contrarium*, *Schrader. de feud. part. 5. cap. 2. num. 46.* ibi = *Etsi diversæ sint consuetudines in illo loco, in quo Investitura facta est, & in loco, in quo res in Feudum concessa sita est, Investitura potiùs censetur facta, secundùm consuetudines illius loci, in quo res sita est* = *Lorath. in theatr. feud. part. 2. dilucid. 24. num. 4., & seqq., & dilucid. 25. num. 2., & per tot.*, ubi, quod investitura juxtà illam consuetudinem localem explicari debet, & *dilucid. 30. num. 4.*, *Rosental. tom. 2. cap. 12. in addit. litt. F.*, *Paris. de Puteo de reinteg. feudor. quæst. 11. num. 11., & quæst. 127. num. 4.*, *Afflict. decis. 225. num. 5.*, *Gloss. ad consuetud. Bituricen. art. 13. gloss. 1. circa finem vers. undè Feudam*, *Renat. Coppin. de legib. andium tit. 1. lib. 1. cap. 5. num. 3. fol. 155. vers planè servientis Prædii*, *Papon lib. 3. Arrest. tit. 1. de feud. art. 16.*, *quem refert Paul. Christin. tom. 1. decis. 284. in fin., & decis. 299.*, *Hartman. Pistor. quæst. Jur. lib. 2. quæst. 19. sub num. 92.*, *Villaplan illustr. feud. vers. 10. num. 6.*, *Balzaran. de feud. lib. 2. tit. 1 de feud. cogn. super Text. num. 13.*, ubi, quod particularis, & localis consuetudo in feudis attenditur, & secundùm diversas Regionum consuetudines Causa feudalis deciditur.

Nè verò hæc impertinentia videantur, ad

punctum ipsum, de quo agimus, DD. eodem
53 discursu feruntur, ut scilicet mores, & con-
suetudines rei sitæ in feudalibus attendantur,
etiamsi de modo mensuræ quæratur, ità indi-
vidualiter tradit Auctor damnatæ memoriæ,
ad consuetud. Parisien. tit. de feud. §. 22. quæst. 20.
num. 86., ubi impugnat, & reprobat *Bartoli*
theoricam in leg. semper in stipulationibus ff. de
regul. Jur., illumque veluti ducem in hac ma-
teria, licèt sub generali regula, sequuntur
Joan. Imbert. in suo Enchyrid. Jur. Gallic. verb.
consuetudo Regionis fol. 55., *Bodin. de Republ.*
lib. 2. cap. 2. circa fin., *& in margin. litt. A.*,
Joan. Duret ad consuetud. Bourbon. tit. 1. §. 1.
verb. sont. rient. commun. Mignon ad consuetud.
Andegaven. art. 156., *Coppin. de commun. Gall.*
consuetud. præcept. part. 1. quæst. 4. num. 9., *&*
ad leg. Andegaven. lib. 3. cap. 1. tit. 2. num. 8.,
explicitè P. Joseph. Gibalin. de univers. negociat.
tom. 2. lib. 4. art. 4. consect. 4. num. 3., *atque ex-*
pressè etiam Papon. de arrest. lib. 13. tit. 1. de
Feud. arrest. 16., dicens, ità fuisse Senatus Pari-
siensis judicio declaratum; verba ejus sunt
(utimur hâc nimiâ licentiâ, tum quia materia
non est frequens, & Auctores non sunt præ ma-
nibus; tum ut Lector ipse judicet de sensu lo-
quentium. = *Si feudum*, inquit, *in alio loco,*
quàm id, à quo in fidem, & homagium movetur,
situm est, vel etiam fundus censualis alibi situs,
quàm dominium, cujus ratione debetur, prò om-
nium dubiorum conclusione consuetudinem loci se-
qui oportet; in quo feudum, vel fundus serviens
situs est, sivè respectu Laudemiorum, recognitio-
nis, mensuræ, de quibus in Polyptichis non provi-
detur &c. =, & ita judicatum fuit Parisiis *asserit*,
quod allegat *Imbert. in Enchyrid. &c.*, *per Text.*
in Clement. prima de rescript. advertùs senten-
tiam Joan. Fab. in leg. 1. cod. de Summ. Trinit.
prò arrest. tenet Molineus &c.

Ex quibus facilè dignosci potest, quantum
sententia hæc alteri prævaleat, cum longè
54 plurium Doctorum videatur habere præsidium
& supremorum Tribunalium sit judicio confir-
mata, superest modò, ut ea, quæ in contrariæ
partis comprobationem adduximus, excutia-
mus, nempè, quod in dubio capienda sit inter-
pretatio pro minori summa, juxta probatissi-
mam in Jure regulam: & quod Principis con-
cessio non possit intelligi, secundùm mensuræ
55 consuetudinem illi ignotam, cum ad ignotum
voluntas non feratur. Quæ quidem licèt ma-
gni ponderis esse videantur, credimus tamen,
ni fallimur, minimè casui nostro negotium fa-
cessere.

Ad regulam igitur, quod in dubio id, quod
minimum est, sequi oporteat, multiplex patet,
56 responsio. Prima, quod in rebus soli, quæ certâ
lege locali afficiuntur, dubium hoc adesse non
videtur; nam, quemadmodum non dubitatur,
quin in concessione veniant ea, quæ sunt de na-
57 tura rei, sic etiam dubitari non debet de men-
sura facienda juxtà consuetudinem localem,
quæ respectu rei stabilis est velut altera natu-
58 ra, seù qualitas naturalis infixa, & inseparabi-
lis, ut docet *Bald. Niger.*, *aliique Doctores su-*
pra allegati in §. At verò, & in §. Quibus etiam,
qui quidem ex hoc ipso fundamento docent,
mensuram loci rei sitæ esse attendendam.

Secundò respondetur, quod, quidquid sit in
legatis, quam indaginem opus non est assume-
re, quia non est casus noster, certè in contracti-
bus ideò prò minori summa favore Promissoris 59
facienda est interpretatio, quia scilicet potuit
Stipulator sibi apertius legem dicere, & clario-
ribus verbis sibi cavere, ut probant expressa Ju-
ra in *leg. cum quæritur 26. ff. de reb. dub.*, *& leg.*
quidquid adstringendæ ff. de verbor. obligat. ibi
= *Ac ferè secundùm Promissorem interpretamur,*
quia Stipulatori liberum fuit verba latè concipe-
re &c. =, quæ ratio non solùm cessat in casu no-
stro contrà Concessionarium, sed optimè in ejus 60
favorem trahitur, quippè quia non ipsi liberum
fuit verba clare concipere; sed hoc fuit solùm 61
in potestate Concedentis, ac proindè hujus po-
tius ambiguitas debet obesse eâ fermè ratione, 62
quâ dispositum est, quod pactum obscurum de-
beat contrà Venditorem, aut Locatorem inter- 63
pretari, *leg. Labeo 21. ff. de contrahend. empt.* ibi
= *Labeo scribit, obscuritatem pacti nocere potiùs*
debere Venditori, qui id dixerit, quàm Emptori,
quia potuit re integrâ apertiùs dicere = *&*
leg. veteribus 39. ff. de pact. ibi = *Pactionem ambi-*
guam Venditori, & qui locavit, nocere, in quorum
fuit potestate legem apertiùs conscribere. =

Et benè ad rem nostram, quod verba dubia
Investituræ sint accipienda contra Dominum
Concedentem, & in favorem Vasalli Conces- 64
sionarii, ex prædicta ratione tenent *Bursat.*
cons. 4. num. 29., *& cons. 101. nu. 14.*, *Surd. cons.*
383. num. 28., *Menoch. cons. 148. num. 38.*, *Jo:*
Jacob. de Leonard. inter consilia Bruni cons. 117.
num. 132., quem refert, & sequitur *Altograd.*
lib. 2. cons. 7. num. 37., ubi, quod, si quid est du-
bium in concessione Feudi, interpretatur contrà
Dominum, *Afflict. in præelud feudor. vers. juxtà*
hoc quæro num. 55., *optimè*, *Rosenth. de feud. to. 1.*
cap. 6. conclus. 28. num. 1., *& seqq. per Text. in d.*
leg. veteribus ff. de pact., *Menoch. iterum de præ-*
sumpt. lib. 6. præsumpt. 92. num. 6. in fine vers. il-
lud etiam, *Cyriac. contr. 555. tom. 4. num 16. vers.*
& sicuti verba Investituræ, *Gobb. de promiss.*
feud., *& emphyt. alienat. quæst. 11. num. 28.*,
Menent. decis. 29.

Quæ sanè si procedunt in contractibus Priva-
torum, in quibus regulariter fit strictissima in- 65
terpretatio, ad notata per Doctores in *leg. quid-*
quid adstringendæ ff. de verbor. obligat., potiori
Jure locum sibi vindicant in casu nostro, dum
agitur de concessione Principis; non quidem in
ejus odium, sed quia sic ejus majestati conve- 66
nit, ut rejiciatur omninò quælibet stricta inter-
pretatio; quare Doctorum vox una est, quod 67
beneficia Principis interpretari quàmplenissimè
debeant per *Textum in leg. finali ff. de constit.*
Princip., *Canonistæ in cap. cum dilectis de donat.*,
Felin. in cap. causam, quæ 18. num. 12., *& seqq.*
de rescript., *Bartol. in leg. si quando cod. de bonis*
vacant. lib. 10., *Bellon. cons. 5. n. 8.*, *Ruin. cons. 161.*
lib. 5.

lib.5., Valenz. cons.83. num.77., cum aliis cumu-
latis à Barbos. axiom.36. num.2., & Rocc. disput.
Jur. select. cap. 124. num.27., Giurb. decis. 23.
num.10., Ganuver. decis.2. num. 12., & dec. 27.
68 num.20., eaque latissima interpretatio sequen-
da sit quoad rem, locum, tempus, modum,
& personas, ut eruditè, & pleno calamo do-
cet Carol. Tapia in comment. ad leg. fin. ff. de
constit. Princip. in 1. part. leg. cap. 1. ad 5. per
tot., & priùs dixerat optimè Oldrad. cons. 300.
sub num.1. vers. & non solùm cum plurib. seqq.,
Ancharan. cons. 295., Card. Tusch. verb. benefi-
cium conclus. 49. num.3., & seqq., Mantic. de ta-
cit. lib.13. tit.17. num.14., & seqq.; quamob-
69 rem concessio in Feudum, licèt sapiat, ut no-
stri ajunt, naturam contractus, propriè tamen,
& verè beneficium Principis dicitur, ut legitur
in cap.1., & 2. de Feud. March. cap. unic. de be-
nef. fratr. in usibus feudor. cap. unic. §. Benefi-
cium, quibus mod. feud. amitt. cum similibus,
Bald. latè in prælud. feud. num.9., Joan. Ardi-
non. in summ. feud. cap.1., Afflict. in eisdem præ-
lud. num.14., Duaren. in consuetud. feud. cap.2.
num.1., & 4., Blanc. epitom. feud. cap.1., Ni-
col. Vigel. meth. feud. cap.2., Rosenthal. cap. 1.
conclus.1. per tot., & cap.6. conclus. 74. num.24.,
& ferè omnes.

Nec abs re DD. hoc definiunt, sed, ut indè
rectè inferatur, quod Feudi concessio, uti Prin-
70 cipis beneficium debeat semper in dubio am-
plissimè interpretari, ità optimè Jason. in d. leg.
final. ff. de constit. Princip. num.14., & 24. vers.
secundò cupit., Wesembec. epit. feudor. cap. 1.
num.9., Frecc. de subfeud. lib.2. quæst.35. n.25.,
& seqq., Tiraquell. de nobilit. cap. 37. num. 59.,
Tusch. litt. B. d. conclus. 49. num. 17., & seqq.,
Intrigliol. de feud. cent.1. quæst.13. num.15., ubi,
quod sivè Feudum habeatur uti purum benefi-
cium, sivè participet de contractu, semper est
latissimè interpretandum, & cent. 2. art. 39.
num.3., Giurb. de success. feud. §.1. gloss.3. num.
38., Rosenth. cap.6. conclus. 28. num. 6., optimè
Galeott. part.1. contr.53. num. 15., & seqq., &
part.2. cap.55. num.18., aliisque relatis, Capic.
Latr. consult. 145. num. 95., & seqq., & num.
115., Cyriac. contr.622. num.7., & seqq., & no-
tat etiam Boscol. in controv. apud Card. de Luca
art.5. num.21. vers. tertia, quæ magis &c., ità
quidem suadente eâ certissimâ Juris regula,
71 quâ edocemur, quod, si cujuscumque dispositio-
nis dubiæ interpretatio ex qualitate rei, & af-
fectione ejus, qui disponit, petenda est, certè
non errabit is, qui ampliorem in modum con-
cessionem Principis accipiet, qui liberalissimus
72 præsumitur, ut benè declarat Jason. d. leg. fin.
ff. de constit. Princip. sub num.18. vers. sed in
Principe, & latiùs Tapia in rubric. eodem cap.4.
73 per tot. liberalitas enim, quâ, ut Cicer. 1. de Of-
fic., nihil est naturæ hominis accomodatius,
74 propria tamen est magnanimitati Principum,
quos armis, quàm munificentiâ vinci minus
75 flagitiosum esse dixit Salust. de Bell. Jugurt.,
meritòque inter eorum virtutes in primis libe-
76 ralitas commendari solet, ut ex eodem Cicer.
pro Rege Dejotaro, & Sveton. in Tit. Vespas.
cap.8., ubi memorabilem, & Jure laudatam di-
cit illius vocem, dum super cœnam recorda- 77
tus, quod eà die nil cuiquam præstitisset, diem
ipsam perdidisse professus est = quippe hanc sibi 78
legem nobilitas imponit, ut debere se, quod
spontè tribuit, existimet, & nisi in Beneficiis cre- 79
verit, nihil se præstitisse putet, ut sunt verba
Gregorii Pontificis in cap.1. de donat.; quæ auro
inscribenda putat Tiraquell. de nobilit. cap. 37.
num.40., & plura ad propositum Abb., & Dec.
in cap. fides de rescript., Isern. in cap.1. §. Hujus
autem generis num.15., ex quibus caus. feud. amit-
tat, Bologuet. cons. 2. num. 39., Jo: Redin. de
Majest. Princip. §. Largum Beneficium, Galeott.
part.2. contr.55. sub num.1., Capyc. Latr. consult.
145. num. 123., Franc. Marc. decis. 85. part. 1.
num.5., Larrea decis. 25. num.2.

Indeque fit, quod Princeps ipse indignatur,
& in propriam vertit offensionem, si quis indi-
gno suæ liberalitatis judicio dubiam ejus con- 80
cessionem strictè velit interpretari, ex celebri
responso, Anastasii in leg. hac saluberrima Cod.
de præposit. agent. in reb. lib. 12. ibi = Cum per-
absurdum, perque temerarium sit hanc nostræ li-
beralitatem pietatis astutâ interpretatione non ad
augumentum, sed ad diminutionem convertere &c.,
quæ verba nimis extollunt Jason., Tusch., Man-
tic., atque alii in locis citat., & Grammatic. de-
cis.59. num.46., & 49., & quasi in eamdem sen-
tentiam Justinianus erumpit, dum ait, quod 81
Principis concessio non debet aliorum contra-
ctuum regulis subjacere, l. fancimus 34. §. Exce-
ptis Cod. de donat. ibi = Imperiales donationes me-
ritò indignari sub observatione monumentorum fie-
ri &c. sed firmam habere propriam Majestatem. =

Si igitur, ut ad rem nostram revertamur, in
contractibus Privatorum jam communiùs rece- 82
ptum vidimus, quod mensura consueta in loco
rei sitæ, licèt amplior illa sit, quàm in loco con-
tractus, attendi debeat, ut contrà Venditorem, 83
re multùm, diuque concertatà, decisum refert
Coppin. loco supra citat. de legibus audium munici-
pal. tom. 2. part. 2. tit. de extraordin. feud. emo-
lum. sub num. 10., & tàm in Senatu Parisiensi,
quàm in subalpino penes Osasch. decis. 114., &
in Belgic. Christin. tom. 3. decis. 53., constitu-
tum fuit, quos sequuntur omnes supra allegati
Doctores; si, inquam, id procedit in contra-
ctibus, qui sinè dubio strictam recipiunt inter- 84
pretationem; non videtur dubitari posse, quin
idem sit admittendum in concessione Principis, 85
quæ utpotè suaptè naturâ benignum exposcens 86
interpretem, quamcumque rigidam respuit in-
terpretationem, tamquam suæ naturæ repu- 87
gnantem, ut ait Ancharan. d. cons. 295., quia
Principis liberalitas frenum non habet, Gram- 88
mat. d. decis. 59. num. 45., atque ideò contra
communes regulas debet semper amplissimè ac-
cipi, ut ait Intrigliol. cent. 1. quæst. 13. num. 15., 89
& quæst.18. num.10., immo etiam extensione ju- 90
vari, post Jas., Crot., & alios, Galeott. part. 2.
cap. 55. num. 18., præsertim verò, quandò con-
cessio non multùm lædit Imperii dignitatem, 91

Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 17. num. 17., *Antunez de donat. reg. lib. 2. cap. 7. num. 6. verf. ratio eft*, *& cap. 13. num. 28.*, quamobrem jure, meritòque DD. plura tradiderunt, quibus Princi-
92 pum largitiones amplificentur, ut per *Bald.*, *Jafon.*, *& Caftrenf. in leg. fin. ff. de conftit. Princip.*, *& Bartol. in leg. fi quandò Cod. de bon. vacan. lib. 10.*, inter quæ illud præcipuè noftro cafui acce-
93 dere videtur, quod, fi Princeps unum ex tribus officiis concedat, electio eft Conceffionarii, qui poteft melius eligere, ut dixit *Bald. in d. leg. finali num. 8.*, *& leg. 2. Cod. de Caftrefian. la 121.*, quod uti fingulare commendat *Tiraquell. de nobilit. cap. 37. num. 55. verf. ex eodem fonte*, prout
94 etiam gratia motu proprio conceffa intelligitur de re pinguiori, *ad Textum expreff. in cap. fi pluribus 24. de præben. in 6.* ibi = *Gratia hujufmodi, fi motu proprio eam fecerimus, ut tunc fiat interpretatio pleniffima, referri volumus ad dignitatem, vel Præbendam, quæ inter illas majoris cenfetur effe valoris* =, & ibi hoc notant *Jo. Andr.*, *& alii*, ex quibus fublatum videtur argumentum ex natura conceffionis rei feudalis, quæ tota pende-
95 re dicitur à voluntate Concedentis, nàm, fi hæc
96 largiùs, imò ampliffimè eft interpretanda, admittet procul dubio extenfionem illam, quam fert menfura loci, & quam Concedens ad mentem etiam Juris fequutus præfumitur.

Nec eft, cur objiciatur, Nicolaum V. Pontifi-
97 cem Romæ fedentem non præfumi fciviffe particularem Bononiæ confuetudinem circa modum menfurandi, ideoque non potuiffe velle
98 menfuram eam, quam ignorabat; certiùs, quia, fi dum voluit, contributionem fieri per fubditos de moneta Bononienfi, hoc expreffit, de men-
99 fura verò fimpliciter loquutus fuit, id præbet argumentum, quod vel menfuram Bononienfem ignoravit, vel, fi fcivit, illam fequi noluit,
100 juxta regulam difcretivæ locutionis, de qua *DD. in leg. unic. §. Sin minus Cod. de caduc. tollend.*

Prò hac enim objectione fubmovenda non eft, cur inquiramus, an talis fcientia fit præfumenda, vel ex vicinitate locorum, vel ex prærequifita informatione à Miniftris, ne Pontifex in-
101 confultò egiffe credatur: nam fatis erit ani-
102 madvertere, quod DD. hanc individualiter fcientiam non requirunt, fat effe putantes, fi
103 Contrahentes certi fint de fitu rerum, ut conve-
104 niffe videantur de menfura, quæ dependet à confuetudine, & ufu Provinciæ, juxta quam omnes fundi in ea fiti determinari debent, ut loquitur, & decifum refert *Papon. in arreft. lib. 17. tit. 2. in Appendic. num. 33.*, quemadmo-
105 dum qui alio loco, quàm ubi contrahit, fe foluturum promittit, ejus loci legibus fefe adftringit et ea contractus implementum, ut ait *Cop-*
106 *pin.*, *aliique Doctores allegati*, quamvis de eis notitiam fpecificam non habeat, dum de tali fcientia DD. ipfi nihil dicunt.

Et in terminis noftro cafui fimilibus *Oldrad. conf. 168. incipien. ad primam quæftionem &c.*, refolvit, quod, fi quis impetravit gratiam, ut
107 fibi conferatur Beneficium ufque ad certam quantitatem turonenfium, attendi debeat æftimatio refpectu loci, ubi Beneficium fitum eft, non ubi gratia facta fuit, quod refert etiam *Alexand. tom. 2. conf. 21.*, *& tom. 5. conf. 57.*, & fequuntur *Alciat. refponf. 157.*, *Riminald. fen. conf. 366. num. 13.*, *Niger de laudem. quæft. 4.*, *Sola ad confuetud. Saband.*, *aliique fupracitati*; & penfio, quæ à Pontifice favore alicujus refervatur, fi non exprimatur de moneta Cameræ, 108
vel Romana, certum eft, quod intelligitur de moneta currenti in loco Beneficii, tametfi conceffio fiat Romæ, nec fcientia Pontificis de tali 109
moneta probetur, quafi hoc veniat ex natura rei, quod in loco rei fitæ confuetudine fervatur, 110
Gigas conf. 58. poft Bezen. de charit. fubfid. quæftion. 89., quos fequitur *Garz. de Benef. part. 5. cap. 3. num. 151. verf. quamvis aliàs fic*, *& Card. de Luca de regal. difc. 126. num. 2.*, prout etiam Congrua, quæ refervatur Epifcopo, vel Parocho, intelligitur de moneta illarum partium, & 111
fecundùm ejus Regionis mores, ubi eft Epifcopatus, fivè Beneficium, ut de primo *Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæft. 11. num. 27.*, *Corrad. in prax. Benefic. lib. 5. cap. 1. num. 35. verf.*, prout etiam, *Rota in Neritonen. Penfionis penes Farinacc. tom. 3. decif. 352.*, *coram Ludovif. dec. 507. num. 6. in fine*, & alias, ut refert idem *Lotter.*, & de fecundo *Lal. Zecbius de Republ. Ecclefiaft.* 112
cap. 28. n. 4., *& de Benefic.*, *& Penfionib. cap. 11. num. 6.*, *Galet. in margarit. caf. confcient. verb. pecunia 1.*, *& verb. Penfio 10.*, *Sarnen. in regul. de valor. quæft. 9.*, *Garz. part. 1. cap. 5. de Benef. num. 373. verf. qui centum &c.*, *Barbof. de Paroch. part. 3. cap. 29. num. 17.*, *& feqq.*, *Concil. Trident. feff. 24. de reformat. cap. 13. num. 14.*, *Corrad. in Prax. Benefic. lib. 5. cap. 1. num. 34.*, qui plura Decreta referunt Sacræ Congregationis, & *Rota decif. 251. num. 20. part. 17.*, *& fæpiùs alibi*.

Non omittendo illam facti circumftantiam, quæ fuadere poteft, Pontificem de confuetudi- 113
ne menfuræ Bononienfis minime ignarum fuiffe, deque ea cogitare potuiffe: etenim Nicolaus V. primò appellatus Thomas Sarzonus, vix exactà pueritià, fuper qua certant Scriptores, cum aliqui velint, eum Pifis natum, alii verò in 114
Oppido Sarzanæ Lucenfis Agri, in eo tamen convenientes, quod ab ineunte adolefcentia Bononiam adivit: ibi tyrocinia pofuit, ibi literas, & bonas artes edidicit, maximè verò Philofophiam, & Theologiam, adjutus beneficentià, & fub clientela Cardinalis Nicolai Albergati, qui Adolefcentis ingenio delectabatur, & cujus ille memor Beneficii, nomen in Pontificatu affumpfit, ibi lauream doctoralem in Sacra Theologia adeptus, ejufdem Ecclefiæ Bononienfis Canonicus, & mox etiam Epifcopus creatus fuit; Bononienfibus ipfis non fecus, ac de Concivis honore gratulantibus, ut hæc omnia teftantur *Baron.*, *& Bzov. in Annal. ann. Chrift. 1447.*, *Alponf. Cincon. de Vit. Pontific. tom. 1. eodem anno fol. 949.*, *& feqq.*, *Sigon. lib. 4. de Epifcop. Bonon.*, ubi refert, eum pueros etiam Bononiæ inftituiffe, & Epifcopo confcribendis Epi-

Epistolis inseruisse, *Andr. Victorell. in addit. ad*
Ciacon. fol. 955., & ibi etiam *Augustin. Oldoin.*
Societ. Jesu in nov. addit. fol. 961., qui affert
per extensum literas, quibus ipse Pontifex Ca-
nonicis Bononiensibus subitò suam promotio-
nem significavit, & quas primò eisdem scripse-
115 rat de sui assumptione ad Cardinalatus dignita-
tem, undè quisque animo complecti potest
non solùm quàm verisimile sit, Nicolaum V.
notos habuisse mores, & consuetudines Bono-
niæ, ubi suam ætatem per omnes fortunæ gra-
dus transegerat, & plura negotia prò vario sta-
116 tu necessariò tractaverat, sed etiam quo studio,
charitate, & benevolentià Bononienses ipsos
prosequi debuisset, quod utrumque ad causam
confert, & hinc certè dici potest, quod mensu-
ra Bononiensis attendi debet, quia in ea Regio-
117 ne Pontifex diù versatus fuerat, juxta *Textum*
supra allegatum in leg. si servus §. finali ff. de le-
gat. 1.

Cujus argumenti vis elidi minimè potest ani-
madversione illà, quod, si Pontifex erat conscius
118 de particulari mensura Bononiensi, & eam non
expressit, sicut fecit loquendo de moneta Bono-
119 niæ, dicendum est, quod illam noluit, juxta
notum argumentum discretivæ locutionis; ete-
nim non est in utroque par ratio. In moneta,
120 quia promiscuus est usus, major dubitatio exo-
riri poterat, maximè in ea Regione, in qua non
minùs communis, & usualis est pecunia ipsa
Bononiensis, quàm Romana. At non ita pro-
miscuus est usus mensuræ, præcipuè in stabili-
bus, quæ certà lege locali firmiter, & velut
connaturaliter afficiuntur: præterea moneta
respiciebat interesse subditorum, qui solvere
tenebantur, ideò non mirum, si expressiùs Pon-
tifex eam voluit declarare; mensura verò tan-
gebat solummodò, & principaliter interesse
ipsius Concedentis, ex quo consurgunt duæ cer-
tissimæ Juris conclusiones; prima est, quod ar-
121 gumentum discretivæ locutionis per se specta-
tum non multum firmitatis habet, sed potiùs de-
bile, & non raro fallax reputatur, ideoque inu-
tile semper remanet, & nullius efficaciæ, quo-
122 ties assignari potest aliqua ratio, cur non oporte-
bat Disponentem sic se explicare in uno, sicut in
altero, ad latè notata *per Mantic. de conjectur.*
lib. 6. tit. 13. num. 8. per tot., *& vers. sed si pro-*
babilis ratio &c., *Rocc. disput. jur. select. cap. 106.*
num. 73., *Rota coram Ansaldo decis. 12. num. 8.*,
123 altera conclusio est, quod, dum mensura respi-
cit principaliter interesse Concedentis, & hic
apertiùs legem dicere potuit, & non fecit, am-
biguitas, & obscuritas contra ipsum debet in-
terpretari, ut sunt jura expressa in *d. leg. vete-*
ribus ff. de pact., *& leg. Labeo ff. de contrahen.*
emption., quamobrem frustrà voluntatem Con-
cedentis per conjecturas discretivæ locutionis
investigamus, quandò ipsa jura, vel in pœnam
obscuræ locutionis interpretationem supplent,
& nec etiam si ipse Concedens obtestaretur, se
124 ità non intellexisse, ideò esset audiendus; prout
in facti circumstantiis contra Venditores ipsos
in judicio obluctantes judicatum fuisse suprà re-
tulimus.

Quamquàm, si ipse Concedens loqui posset,
credendum potiùs est, quod prò feudatario res-
ponderet, fuit enim Nicolaus V., ut ceteris
virtutibus ornatus, ità liberalitate insigni, ac 125
singulari, quem adeò dicunt Hystorici = *Virum in*
paucis munificum =, *Ludovic. Ansel. post Baron. &* 126
Bzov. in Epitom. annal. lib. 17. anno 1455., *Cia-*
con. in ejus vita fol. 954. lit. D. = *laudatur*, inquit,
ejus liberalitas, quà usus est in omnes &c. Oldoin.
ibidem in addit. fol. 964 = ubi sic ait. *Edidit do-*
cumenta pietatis, Religionis, continentiæ, man-
suetudinis, Justitiæ, & comitatis, in primis verò
multiplicis liberalitatis &c. =, hinc, si licet arguere 127
ex indole, & habitu cujuspiam, quid ille esset
facturus. *Cicer. lib. 1. de invent.*, si Principibus
hoc commune est, quod suam liberalitatem, ex 128
qua sciunt sibi gloriam parari, quàm amplissi-
mè interpretari velint, & velut injuriosum sibi 129
ducant eam ad strictam decludi interpretatio-
nem; si Nicolaus V. tantà excelluit liberalita- 130
te, ut Vir in paucis munificus appellari merue-
rit, vix dubitandum videtur, quin, si de ea re
fuisset tunc interrogatus, de ampliori mensura
favore sui Concessionarii respondisset: præcipuè,
quia modicum, & satis leve detrimentum ex
hoc contingebat; illud autem, de quo Prin-
ceps interrogatus, respondisset, prò concesso
haberi debet, ut post *Gloss. in leg. tale pactum* 131
§. Qui provocavit ff. de pact. notat in terminis
Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst. 34. in addit. sub nu.
9. vers. septimò illud &c., & prò regula gene-
rali in qualibet conventione, dispositione, le- 132
ge, vel Rescripto, per *Textum in leg. Barbarius*
vers., *& si scisset ff. de offic. Prætor. aliaque Ju-*
ris loca tradunt *Bald.*, *& Castrens. in dicta leg.*
tale pactum ff. de pact., *Burg. de Pax. cons. 34.*
num. 29. & seqq., *Surd. cons. 34. num. 4.*, *& cons.*
112. num. 100., *Hondod. cons. 57. nu. 3.*, *de Pon-*
te cons 40. num. 10. lib. 1., *Everard. in loc. legal.*
loc. 11. nu. 2. & 3., *Molin. de Primogen. lib. 1. cap.*
4. num. 24., *& cap. 13. num. 96.*, *Castill. lib. 4. cap.*
12. per tot., *Rocc. disput. Jur. select. cap. 22. nu.*
27. & cap. 25. num. 29., *Paschal. de patr. potest.*
part. 1. cap. 9. num. 46., *de Franch. decis. 91. num.*
24., omissis aliis, & verisimile quod est, habe- 133
ri prò expresso, constat *ex lege, quæro §. Inter*
Locatorem vers. tamen verisimile ff. locati, & leg.
si contractus 6. ff. de condit. caus. dat. vers., *& ve-*
risimile est, *Everard. latè in loco a verisimile per*
tot., *Rocc. disput. jur. select. tom. 1. cap. 190. nu.*
53., *& cap. 194. num. 140.*, ubi, quod verisimili-
tudo operatur perinde ac si Disponens ità speci- 134
ficè demandasset.

Quæ præsumpta vox Principis concedentis eò
certiùs audienda, quippè illam animat lex ip-
sa, quæ semper loquitur. Habemus enim in 135
Jure certam, & constabilitam regulam prò de-
cidendis Dubiis in concessione Principis emer-
gentibus *ex leg. final. ff. de constitut. Princip.* ibi 136
= *Beneficium Imperatoris, quod a Divina ejus in-*
dulgentia proficiscitur, quàm plenissimè interpre-
tari debemus =, juxta quod non solum Imperato-
res sæpè responderunt, ut supra fuit ostensum,
sed Pontifices ipsi, nè minùs liberales videren-
tur,

tur, eam expressè confirmarunt, ità luculen-
ter *Innocent. III. in cap. eum dilecti in fine de do-*
nat. ibi = *In Contractibus plenus, in testamentis*
plenior, in Beneficiis quoque plenissima interpre-
tatio est adhibenda =, & *cap. quia circa 22. de*
Privileg. vers. ac in Beneficiis plenissimè, & cap.
olim 15. de verb. signific. ibi = *Cum beneficia Prin-*
cipum sint interpretanda largissimè = Quare, dum
137 certam, definitamque legem habemus, super-
vacuum videtur, velut in re dubia, & indefi-
nita conjecturarum latebras explorare, & dum
Pontifices, atque Principes voluntatem suam,
qualis illa sit, perpetuà lege prò omnibus facti
contingentiis clarissimè aperuerunt, frustrà in
casu præsenti de voluntate Concedentis anxiè
dubitamus, alioquin quid operarentur tot Ju-
cis responsa, si in præsenti dubio non juvarent?
138 aut quid profuisset regulam generalem statue-
re, si de omni circumstantia voluntatem speci-
ficè expressam requirimus?

Atque hinc facilis, & non una patet respon-
sio ad *Card. de Luc. de Regular. disc. 31. num. 3.*,
139 ibi enim agitur de generali lege Pontificis super
distantia servanda inter Monasteria noviter eri-
genda: hic verò agitur de contractu particula-
140 ri, cujus dubietatem Jura ipsa volunt interpre-
tandam esse contra eum, qui apertiùs loqui po-
tuit: Agitur de Investitura, quæ in dubio de-
141 claranda est favore Vassalli, & contra Conce-
dentem: agitur de concessione rei stabilis par-
142 ticularis, & quæ censenda est concessa juxtà
suas naturales qualitates, & consuetudines lo-
cales: sicut de Pensione reservata, & Congrua
143 Episcopi, vel Parochi ipse *de Luca* fatetur *de*
regalibus disc. 126. num. 2. ad quem locum se re-
fert *eodem disc. 31. de Regular. num. 3.* Et agitur
144 de Concessione feudi, quæ uti Principis bene-
ficium, latissimam in omni dubio meretur in-
145 terpretationem, ut ex Juribus, & DD. aucto-
ritatibus fuit plenissimè probatum: quæ ratio-
nes utique cessant omnes in dicto casu *Card. de*
Luca de Regular. disc. 31., quare satis est dice-
146 re, illum non loqui in casu nostro, in quo di-
versa est ratio decidendi, & dum Doctrinas, &
147 Decisiones in puncto habemus, erroneum esset
ab illis recedere, ad tradita per *Caball. cons. 54.*
num. 11., & *cons. 86. vol. 1.*, *Borgnin. decis. 15.*
part. 1. num. 4., & *part. 3. decis. ultim. in fin.*, ubi,
148 quod Decisio in terminis est attendenda, negle-
ctis regulis generalibus, aliàs (ut vulgari dicte-
rio ipse loquitur) *ci impicciaremo, come pulci-*
ni nella stoppa (, quem refert *Cyriacus contr. 249.*
num. 21., & docent etiam ipse, *Card. de Luca*
de empt., & vendit. disc. 6. nu. 7. in fin., *de feud.*
disc. 119. num. 4., & *pluries alibi*, *Rocc. disput.*
jur. select. cap. 106. num. 32., & *cap. 107. nu. 12.*,
Bonden. cum aliis tom. 2. collect. 31. num. 96., *Ro-*
ta in rec. part. 9. decis. 21. num. 9., & *decis. 22.*
num. 14.

Eòque magis, quia in casu nostro cessat alia
præsumpta ignorantia Pontificis de mensura lo-
cali, quam considerat *Card. de Luca*, cum sit
magis verisimile, Nicolaum V. scivisse, quàm
ignorasse consuetudines, & mensuras Bononiæ,
ubi suam ætatem egerat, & non minùs, quàm 149
Civis versatus fuerat, ut supra advertimus,
quam quidem scientiæ conjecturam mirificè
comprobat ipsa concessio, advertendo in facto,
quod, si mensura fieret ad usum Romanum,
unum solùm ex duobus molendinis comprehen- 150
deretur; at concessio legitur; *Cum Molendi-*
nis, quæ pluralis locutio in uno verificari non
potest, ad not. *in leg. ubi numerus ff. de Testibus*,
leg. libertas 17. §. Post annos ff. de manumiss. Te-
stament., *leg. Inter illam 217. §. finali*, & ibi = *Al-*
ciat. ff. de verbor. signific. Quare, si una pars dis-
positionis alteram declarat. *leg. qui filiabus*, &
ibi scribentes, *ff. de legat. 1.*, si dubia mens Lo- 151
quentis ab ipsa verborum proprietate est in pri-
mis petenda. *Alciat. in leg. nepos 125. num. 10.* 152
ff. de verb. signific. = *qui enim ambiguè loquitur*,
ut ait ibi *Text.*, *id loquitur, quod ex his, quæ* 153
significantur, sensit, & talis intelligitur esse
mens in corde, quale est verbum in ore =, ut ele- 154
ganter dixit *Bald. cons. 160. lib. 1.*, agens etiam
de interpretatione investituræ, quem refert *Al-*
tograd. cons. 13. num. 16., & *num. 31. lib. 2.*, &
Rocc. select. jur. disput. cap. 56. num. 28.; si non
aliter recedendum est à significatione verbo- 155
rum, quàm cum manifestum est, aliud sensis-
se Disponentem; ut sunt verba *Textus in leg.*
non aliter 69. ff. de leg. 3., & confirmat *Alciat.*
reg. 3. præsumpt. 32. num. 5., necessariò dicen-
dum est, quod de mensura Romana Pontifex
non sensit, eaque facienda est ad usum Bono-
niæ, quâ ambo Molendina comprehenduntur;
alioquin perabsurdum esset dubiam voluntatis 156
præsumptionem verbis expressis prævalere. Et
in concessione, cujus verba dubia sunt contra 157
Concedentem declaranda, contrà Concessiona-
cium etiam verba expressa restringere: atque
eam concessionem, quæ juxtà tot Juris princi-
pia est semper in dubio amplianda, etiam ultra 158
verborum proprietatem, modò sic strictè inter-
pretari, ut à mente Concedentis, & à verbis ip-
sis recedatur.

His verò omnibus, ut ad ultimam assum-
pti partem veniamus, accedit diuturna, &
longissima observantia, quæ sicut in omni ma-
teria dicitur Regina interpretationum, omnem-
que removet difficultatem, ad tradita in *leg. si de*
interpretatione ff. de legibus, & *leg. quædam*
ff. de reb. dub., *Ramon.*, ceteris omissis; *cons.*
65. num. 14., *Valenz. cons. 79. num. 29.*, *Joseph*
Ludovic. latè conclus. 38. per tot., *Fontanell.*
claus. 6. gloss. 3. part. 2. num. 39., *Rota part. 18.*
rec., decis. 184. num. 11. coram Emerix Jun., decis.
24. 242. 1342., & *alibi sæpe*; Quia nimirum ob-
servantia censetur ipsa eadem dispositio, ipsi- 159
que à principio actus inesse. *Bald. in leg. 2. in*
fine Cod. de Bon. quæ liber., *Jason. in leg. post do-*
tem num. 100. ff. solut. matrimon., *de Pret. cons.*
106. num. 68., *Spad. tom. 3. cons. 169. num. 12.*,
Gratian. cap. 675. num. 14., *Valdaur. tom. 1. ob-*
servat. 1. num. 115., *Rocc. disput. Jur. select. cap.*
171. num. 8., *Fontanell. loc. citat. num. 26.* Ità
in feudalibus quasi Jure proprio primam sedem 160
tenet *Flamin. Rub. cons. 77. num. 341.*, ubi, quod
in

161 in feudalibus reverentia debetur observantiæ
tamquam Matri, Becc. conf.88. num.18. & seqq.,
Wesembec. conf.74. num.25., Spad. conf.11. nu.
162 6., Gratian. discept. 377. num.19., ubi, quod,
stante observantiâ in feudis, non est recurrendum
ad argumenta = Bilott. conclus. feudal.44. num.9.,
Knichen de investit.paction. part.1.cap.1. nu. 117.
& seqq., quem sequitur Galeott. part. 1. contr.31.
num.53., ubi, quod observantia interpretati-
va in materia feudali est firmissima investitura-
163 rum interpres, & falli nescia Capyc.latr. consult.
3. sub num. 67. vers. præsertim, Saminiat. contr.
15. num.95., & contr.167. nu.13., Rota part.12.
rec. decis.213. num.19., plenè Rota in nullius Ab-
batiæ S.Ilarii de Galeata 18. Aprilis 1711. §. At-
que ita coram R.P.D. Ansaldo, eademque idcir-
164 cò attendenda est, etiam contra veriorem intel-
lectum. Menoch. lib. 1. præsumpt. 71. num. 11.,
Gratian. discept.158. num. 15., Valdaur. observ.
15. num.16., Card. de Luca de Benefic. disc. 27.
num.16., Fontonell. decis. 410. num. 10., Rota
part.4. tom.2. decis.c. num. 9., & decis. 171., ea-
dem num.1. part.12., decis. 169. num. 11., coram
bon.mem. Emerix Jun. decis.24., & etiam ultra
165 id, quod verba patiantur, Cravett. in respons.
pro genero num. 317. vers. usque adeò, Honded.
conf 90. lib.1. nu.30., Decian. respons.51. lib. 1.
num.56., Camill. Med. conf.63. num.8., Gratian.
cap.825. num.16., Rosa consult.9. num.40., Fon-
tanell. de pact. nuptial. claus. 1. num.41. vers.ad-
mittitur etiam, de Marin. ad Reverter. observat.
38. sub num.7., Larrea decis. 45. num. 24., Ad-
den. ad Ludovis. decis. 184. in fine vers. & facit,
& prosequitur Rota in dict. Nullius Abbatiæ S.
Ilaris de Galeata loco citato.

Id confirmando exemplo Privilegiorum, quæ
166 sui naturâ sunt strictæ interpretationis, ut do-
cet Felyn. in cap. grave nu.2. de Offi. Judic. Or-
din. & cap. Causam quæst.18. nu.10. de rescript.,
Castrens. in leg. final. num.3. ff de Constitut. Prin-
cip., Jason. ibidem num.27., Menoch. conf 466. nu.
14., Spad. lib.1. conf. 9. num.10., Ciarlin. contr.
159. num.15., Rota coram Bich. decis. 567. num.
167 11. part.11., decis.304. nu.15., tamen juxta ob-
servantiam subsecutam declarantur, & amplia-
168 tivam recipiunt interpretationem. Camill.Med.
conf.63. num.8., Roman. conf. 271. num. 4., de
Pont. lib.1. conf.30. num.49., Ann.alleg.52., Ca-
pyc. latr. consult.48. num.4., & conf.83. num.37.
vers. sicut ex possessione, Rosa consult.9. nu.39.,
Castold. consult.83. num.8., Ruit. conf. 102. nu.
7. lib.1., Caren. resolut.59. num.89. vers. & ex
possessione. Fontanell. de pact. nupt. claus. 1. sub
num. 37. vers. & denique, Rocc. Episcop. disp.
jur. select. cap.71. nu.35., & seqq. & cap.83. nu.
17., ubi, quod observantia subsecuta ampliat
169 Privilegium, etiam contra verba Privilegii. Et
270 quod etiam regalia, quæ specificam requirunt
interpretationem, ex observantia, & possessio-
171 ne secuta, censeantur comprehensa in conces-
sione, post Roman. tradit idem Rocc. dict. cap.71.
num.39., & 40.

Et quamvis talis observantia longævitatem
172 temporis non exigat, dum non agitur de præ-
scribendo Jure non concesso, sed solùm de con-
cessione impetranda Cravett. conf.118. num. 1.,
& conf.201. num.12., Dec. conf.156. in fin., De-
cian. dict. respons.51. lib.2. nu. 51., Menoch. conf.
21. nu.15., Surd. conf.111. num.45., Spad.tom.
1. conf.44. num.8., ubi, quod ad eam aliquis cur- 173
sus temporis non requiritur, & tom.3. conf.147.
num.17. vers. & in hac observantia, & conf.169.
num.13., Altograd. lib.1. conf.7. num.48., Roc-
ca plaries adductus select. cap. 69. num. 39., ubi,
quod observantia etiam modici temporis decla-
rat, an regalia fuerint concessa in Investitura, 174
Rota part.14. decis.78. nu.10., & coram Dunoz.
decis.265 num.9., quamobrem sufficere solam 175
decennalem observantiam, etiam ad amplian-
dum Privilegium, de Ponte lib.1. conf.30. num.
50. post Molin. de Primogen. lib.1. cap. 6. nu.57.,
Galeott. part.2. contr.10. nu.41., & 43., loquens
de Privilegio immunitatis Rosa dict. consultat. 9.
num.41., Hodiern. contr.47. sub num. 43., Fon-
tanell. claus.6. gloss.3. part.2. num.40. vers. & est
notandum, Sixtin. de regal. lib 1. cap.5. nu.109.,
Latr. consult.1. num.15. & seqq., Larrea dec.45.
sub num. 24. vers. & sufficit &c. post Cravett. de
antiquit. tempor. part.1. practic.3. num.36., quod
eo magis procedere debet in Feudis, quia pri- 176
vilegium cum sit concessio contra Jus, diffici- 177
lius extenditur, & strictè interpretatur. At feu- 178
di concessio non contra, sed præter Jus dicitur, 179
estque propriè beneficium suâpte naturâ am- 180
pliandum, ut distinguendo docent Jason. in 181
leg. final. ff. de constitut. Princip. sub num. 14.,
& num.24., & 47. vers. dixi secundò, Frecc. de
subfeud. lib.1. quæst.35. nu.15. & seqq., ubi re-
prehendit eos, qui unum cum altero imperitè 182
confundunt Galeot. post alios part.1. cap 13. num.
16, & 17., & part.1. cap.55. num. 18., Capyc.
latr. consult.135. nu.95., Hodiern. dict. contr.47.
num.45. ubi, quod, si observantia declarat Privi- 183
legium, ampliando circa possessa, eò magis
hoc erit possidendo in feudum &c., ut sunt ejus 184
verba, quantò eadem efficacior erit in casu no-
stro, in quo illa duorum seculorum cum dimi-
dio metam attingit, cujus virtute regalia con-
trà ipsum Supremum Principem præscribi pos- 185
se, latè firmatum fuit in Voto Camerali edito
in Romano Plateæ coram Illustrissimo Bentivolo
Galliarum Nuntio.

Quinimo procedendo cum terminis simplicis
observantiæ interpretativæ, illa tantùm potest
in feudis, ut non solùm declaret, quid in In- 186
vestitura sit comprehensum, ut docent commu-
niter omnes, Altograd. lib.2. conf.7. nu.48., Spa-
da tom.3. conf.83. num 6., & conf.147. num.17.,
Bellon. jun. conf.9. nu.18., Rendeus. respons. 18.
num.34., Intrigliol. de feud. quæst.43. num.111.,
ubi, quod observantia tollit circa Investituram
omne dubium. Ciarlin. contr.106. num.85., latr. 187
conf.3. nu.67., Knich. de Investitur. paction. part.
1. cap.1. num.117., & cap.3. nu. 141., ubi, quod
id, quod fuit aliquo tempore observatum, idem
est, ac si nominatim in investitura feudi con- 188
cessum fuisset, quem sequitur Galeott. part. 1.
cap.31. num.63., Card. de Luca de feud. disc. 3.
sub

sub num.13., ubi agebatur, an comprehende-
rentur Molendina, & disc.53.nu.10., ubi, quod
189 observantia totum facit. Ludovic. conclus. 38.
illat.2., ubi, quod posterior qualitas possessio-
190 nis declarat, quid ab initio fuit intentionis, &
illat.50., Saminiat. contr.15. num. 98. & seqq.,
sed etiam ipsius feudi substantiam, & qualita-
191 tes determinat, an scilicet res ipsa sit feudalis,
& circa onera, præstationes, & successiones,
Afflict. in cap.1. num. 11. de contr. inter masc. &
fœmin., Gozadin. cons.4. nu. 28., Peregrin. lib.2.
cons. 16. num.11., Put. de reintegr. feud. cap. 22.
num. 5. & seq., Rosenth. de feud. tom. 2. cap. 12.
concl.14. n.41., Schrader. de success. feudor. part.
10. sect.11. num.58. & 60., Mell. alleg.8. nu.31.,
& alleg.81. num.13., Hodiern. contr.47.num.43.,
Saminiat. dict. contr.15.nu.100., & seqq. Quam-
192 obrem ipsius naturam, & substantiam alterare,
& immutare penè dicitur de Pont. dict. cons. 30.
lib.1.num.49. & 50., ubi, quod ex observantia
193 decennali feudum redditur immune servitii. Et
quod ex eadem observantia feudum fiat aliena-
194 bile, & ad fœminas transitorium contra ejus
naturam, traduot Larnth. in theatr. feud. dilucid.
97. num.1. & 2., Intrigliol. contr.1. quæst.43. nu.
94., Vultejus de feud. lib.2. cap.9.num.48., Ga-
leot. contr.31. num.55., Rocc. select. cap.107. nu.
45., & prius cap.57. sub num.43., Mell. observ.
101. nu.6., Gob. de permiss. feud. alienat. in præ-
lud. num.32., Saminiat. loc.cit.nu.106. vers. Tan-
tumque pollet &c. Rota part.5. decis.93. num. 58.
part.14., decis.78. num.10., & coram Ottbob. dec.
265. in fine, & plurimi ab eisdem relati, qui ex
brevitate omittuntur.

Si igitur observantia tantum valet in re feu-
195 dali. Si in qualibet materia dirimit omne du-
196 bium, ipsaque attenditur, etiam contra proprie-
tatem, & veriorem sensum verborum: si vel
197 decennalis possessio apta est ea, quæ sunt stri-
ctæ interpretationis applicare, & quæ specifi-
198 cam requirunt expressionem, tacite in Conces-
sione comprehendere; jam quisque videt, quid
dicendum in casu nostro, non enim agitur de
gravi Concedentis præjudicio, non de perver-
tenda feudi natura, non de interpretatione con-
tra verum sensum verborum, cum mensura
æquè possit intelligi de Romana, ac de Bono-
niensi, immò ex communiori Doctorum Sen-
tentia magis juri consonum videtur, quod in-
telligatur de Bononiensi, seù loci rei sitæ; non
denique de possessione decennali, sed plurium
seculorum, & agitur de materia, cui tribuunt
ipsa Jura latissimam interpretationem; ita ut, si
talis observantia non adesset, ea foret sequen-
da?

Nilque turbat, quod de tali observantia Prin-
ceps notitiam habuisse non præsumatur: Ete-
199 nim, omisso, quod scientia præsumatur ex his,
quæ palàm fiunt, & ex pluralitate actuum, &
200 longæva possessione. Spad. lib.1. cons.11. nu.13.
& seqq., Possib. de manut. observ.33.nu.2., & ob-
serv.40. num. 29. & 30., Gratian. cap. 681. num.
32., Rota apud eumdem Possib decis.139. num.7.,
coram Buratt. decis. 427. num. 10., coram Bich.
decis.267.num.23., & 474. num. 5., & 604. num.
8. loquentes in similibus terminis. talis scientia
vel non requiritur, quando Possidens habet Ju- 201
ris assistentiam, & titulum, licèt minùs vali-
dum, ut dicit Possib. de manut. observ.40. nu. 26. 202
& 27., Rota apud ipsum decis. 310. num. 8., &
decis.332. num.3. coram Bich., decis.267. num. 24.
& 308. num. 6. vel scientia Ministrorum, & Of-
ficialium Principis sufficit ad hoc præcipuè, ut
rata maneat observantia interpretativa. Bart. 203
in leg. si Publicanus §. In vectigalib. ff. Publican.,
Jas. in leg. Imperium col.9. ff. de jurisdict. omn. ju-
dic., Bursatt. cons.138. sub nu.43., quos sequun-
tur Surd. cons. 370. num. 74. cons.327. num.25.,
& cons.429. num.54., Losred. cons.40. num.49.,
Spad. optimè lib.1. cons.47. nu.9. ibi = Et ad hunc
effectum sufficit etiam scientia Ministrorum &c. &
cons. 164. num. 25. Hymon. Cravett. de antiquit.
temp. part.4. §. absolutis n.23., Cost. de fact. scient.,
& ignorant. inspect.72. nu.9. vers. Ceterum Prin-
ceps &c., Rosenth. de feud. plurimos adducens cap.
5. concl.16. in annot. lit. C., Maceraten. lib.1. re-
solut.103. num. 11. vers. neque dubitandum &c.,
Cyriac. tom.4. contr.622. num.19. & 29., Mans.
consult.648. tom.7. nu.36. vers. & eò magis, Bon-
den. collect.4. lib.1. nu. 139., & 165., de Marin.
tom.3. alleg.149. nu.12. & seqq., Galeott. contr.
51. num.45. & seqq., Surd. decis.4. num. 6., O-
sasch. decis.101. num.18., Rota part.12. rec. decis.
794. nu. 1. Præterquamquod non est hic lis cum
Principe, sed cum Bononiensibus, qui talem 204
ignorantiam obtendere non possunt, ut in simi-
li de observantia Indulti à Pontifice Canonicis
concessi, quod Episcopus impugnabat, tradit
Joseph Ludovic. in communib. conclus. dicta concl.
38. illat.83.

Minus etiam obstare videtur, quod dicta ob-
servantia fuisset interrupta per litem motam de
anno 1605. primò, quia lis, quæ fuit derelicta,
sicut non interrumpit præscriptionem, Surd. 205
cons.500. num.7., de Pret. cons.132. nu.89., Gra-
tian. discept.2. num.43., Rodulphin. allegat.180.
num.50., Rota coram Seraphin. decis. 1085. num.
6., & coram Coccin. decis.1082. num.34. Ità, &
multò minùs observantiam Rodulphin. loca citat. 206
nu.51. vers. & multò minùs, Rota part.1. divers.
decis.534. num.6., & per tot. part. 8. rec., decis.
175. nu.15. vers. nec prædictam observantiam &c.,
& coram Seraphin decis. 1459 num. 1. Secundò
quia jam antea à die concessionis effluxerant
anni supra centum quinquaginta, quo casu,
sicut lis superveniens non interrumpit præ-
scriptionem jam completam. Abb. in cap. au- 207
ditis ultim. notab. de præscript., Fagnan. in cap. si
quis de regular., Abb. cons.94. in fine, Garz. de
Benef. part.3. cap. 2. num. 107., Card. de Luc. de
Judic. disc.21. num.64., Rocc. select. cap.167. nu.
43., Rota coram Buratt. decis.739. num.3., & part.
1. rec. decis.445. num 9., Adden. ad Ludovis. dec.
51. Ità, & multò minus credimus ex lite inten- 208
tata concuti potuisse observantiam cum ipsa
concessione jam adultam, & longissimo tempo-
re roboratam, atque confirmatam: quando,
etiamsi alia observantia consecuta fuisset priori 209
con-

contraria, illam neque destruere potuisset, quæ, uti proximior concessioni, prævalere semper deberet. *Spad. lib.1. cons.5. nu.49., licèt in aliis terminis, Constantin. ad statut. Urb. tom.2. annot. 62. num.29., Mans. consult. 6. num. 8., Gyzz. ad Capyc. latr. decis.50. num.21., Rota coram Seraphin. decis.1410. num.7., coram Royas decis. 279. num.12. part.14.rec., decis.51. num.15.*

Hic verò neque habemus observantiam contrariam, sed eamdem per aliud seculum continuatam, &, si litem ipsam inspiciamus, tantum abest, ut observantiam infregerit, quin potiùs illam confirmaverit: Etenim Actores hoc dubium de mensura Romana, vel Bononiensi tunc minimè promoverunt, atque ideo quoad hanc partem observantia non solum non fuit interversa, sed fuit etiam confirmata, quia de-
210 mandatam à Judice mensuram Periti fecerunt juxtà consuetudinem Bononiensem, Adversariis non conquerentibus, nec ipso Judice reprobante, ut datur in facto: qui actus judicialiter gestus cum scientia Adversariorum per se solus ad interpretativam observantiam satis sufficeret, ad tradita per *Menoch. cons. 337. in fin., Paris. cons.11. nu.39. lib.2., Decian. respons. 87. num.22. lib. 2., Rocc. Episcop. select. cap. 71. nu. 41. tom.1., & tom.2. cap.187. num.12., & 13., Rota coram Coccino dec.436. nu.9.*

Hæc igitur observantia, quæ in qualibet materia dubium omne removet, ut jam diximus,
211 cum talis dicatur adesse sensus in verbis, quem demonstrat effectus, ut *ajunt Becc. cons. 201. nu. 2. lib.2., Moros. resp.29. nu.26., Amat. resp.42. num.8., Rocc. Select. cap.39. num.39., Caren. resol. 102. num. 9., Rota coram Dunoz. decis. 937. nu.27.,* & etiàm non concessa concedit, quia
212 ipsa habet vim novæ concessionis. *Ludovic. conclus. 38. illat. 121., Grat. cap. 716. num. 19. & seqq., Amat. resol.70. nu.19., Ron. cap.170. nu. 8., Rota coram Celso decis.156. num.7., & decis. 190. num.5.,* videtur jam hoc dubium de mensura Romana, vel Bononiensi declarasse, ac sustulisse. Quod si adhuc dubia res esset, ipsa du-
213 bietas interpretanda foret favore Possessoris, & pro eo sententia ferri, *ut per Text. regulam in cap. ex literis de probat.* tradunt in terminis dubiæ dispositionis *Bald. in leg. in rebus sub num.4. Cod. de donat. propt. nupt., Riminald. jun. cons. 299. num.21., Mantic. de tacit., & ambig. lib.2. tit.4. num.109.,* ubi, quod cum pactum est du-
214 bium, sententia debet ferri absolutoria. *Mascard. de probat. conclus.1234. nu.25., quem sequitur Cyriac. in similibus terminis tom.4. contr.555. num.19.,* ubi, quod in dubio capienda est inter-
215 pretatio, quæ favet Reo, & Possidenti: Et meritò quidem, quia, quousque sumus in dubio, Jura faveot Possessori, prò quo stat omnis
216 præsumptio, ex *Regul. 63. de Reg. Jur. in 6.,* & potiora Jura Possessor habere dicitur eo ipso,
217 quod Jura Adversarii remanent in statu dubietatis, hoc enim est commodum possessionis *§. Commodum Instit. de Interdict. leg. Uti frui §.1. ff. si usumfruct. pet., leg. final. Cod. rei vendic. cap. si a Sede de præbend. in 6., Argel. de legit. con-*
tradict. quæst.2. art.3. num.138., Tiraquell. de jur. Primog. quæst.17., Peregrin. de fideicommis. art.48. num.24., Rocc. select. cap.42. nu. 15., Rota coram Priol. decis.206. nu.13. Quod Juris cer-
tissimum principium etiam Theologi recipiunt, 218
dum communiter habent, quod dubium superveniens Possessori, donec dubium remanet, illum ad nihil obligat in conscientia. *Sylvester verb. præscriptio num.3., Joan. Medin. de restitut. qu.17., Abelly de actib. human. sect.5. §.5. num.3.*

Sed reverà versari videmur in talibus facti circumstantiis, ut rem dubiam esse pro Possessore dicere nemo possit: Cum enim pluribus centenis annis ante, & post motam litem sub hoc modo possedisset, tam longæva posses-
sio, si cetera desint, sola sufficit nedum 219
concessionem dubiam interpretari, sed novam
concessionem in toto ipso feudo exuberan- 220
ter creare, prò qua quidem triginta anni suf- 221
ficiunt, ut probat *Textus express. in cap. si quis tit. si de feud. defunct. contentio sit &c.* ibi = *si quis per triginta annos rem aliquam uti feudalem possedit, & servitium Dño exhibuerit, quamvis de ea re non sit investitus, præscriptione tamen 30. an-*
norum se tueri potest =, licèt in feudo Ecclesiæ 222
40. annos requirant *Isern., & Alvarot. in eodem cap. si quis per triginta.,* quos refert *Mynsinger.*
cent. 4. observ. 29. vers. hæc tamen vera in feudis 223
secularibus &c. prout etiam 30. anni in feudis
sufficiunt ad præscribendum ex toto libertatem 224
à servitiis, ut communiter docent *Abb., & Felin. in cap. ad audientiam de præscript., Paris. lib.1. cons.25. num.31. vers. & quod dicimus vassallum &c., Bellon. cons.1. num.16., Borcholt de feud. cap. de præscript. nu. 16., Schrader. de communiori part.6. cap.6. num.12. vers. ego concludo, Rosenth., qui alios adducit cap.6. concl. 82. num. 16., & in annot. lit. T.,* & per viam interpreta-
tionis, si dubia sit concessio, per decem annos 225
quoad hoc sufficere dixit *de Ponte lib.1. cons. 30. 49. & 50.*

Possessio verò centenaria, quæ, ut dicunt 226
DD., causat, & producit optimum, qui possit excogitari, titulum, sufficit etiam ad præscri-
bendum contra Principem ea, quæ ipsi Princi- 227
pi sunt reservata, *Bamma in dict. cap. si quis per 30., si de feud. defunct. quæst. 10. num. 67, & seqq., Cephal. cons.342. num.58., Curt. in divers. jur. feud. §. Declarata igitur num.90., Boss. de regalibus num.21., Intrigliol. de feud. cent. 2. art. 8. num.153., Mynsinger. cent.5. observ.29. per tot.* ubi communi voto Doctorum reprobatum ait *Accursium in leg. final. Cod. de Vectigal. non instit. non poss.,* ubi simul concessionem, & tem-
poris diuturnitatem requirebat: sed alterutrum 228
sufficere, & parem vim habere *Andr. Knichen. de jur. territor. cap.1. num. 129., Montan. de regal. in princip. num.32., latr. consult. 2. num.20., Rosa consult.20. num. 21., Ripol. de Regal. cap. 20. num. 14., Fontanell. decis. 217. num. 19., Osasch. decis. 19.,* & etiam contra ipsam Eccle-
siam Romanam talem centenariam sufficere 229
Rocc. disput. jur. select. cap. 149. num. 46., & seqq., & de præscript. Regal. in superius re-

lato voto Camerali coram Illustrissimo Bentivolo.
Immò, quando lis non est eum Principe, ut
230 est casus noster, regalia ipsa præscribi 30., vel 40. aonis, tradunt *Felin. iu cap. cum nobis de præscript.*; *Iseru. in dict. cap. si quis per 30. si de feud. defunct.*, *Bald. iu cap.1. quæ sint regalia*, *& lib.1. cons.370. iu fine*, ubi, quod dicere con-
231 trarium est, ut verbo ejus utamur, muodum revangare. *Cravett. cons. 54. num. 8.*, *Aucharan. cons.142. num.12.*, *Camill. Med. cons. 104. num. 23.*, *Rosentb. de feud. cap. 5. caucl. 17. per tot.*, *Borcholt. tit. quæ sint regalia num.19.*, *Cancer. lib.2. cap.2. num.113.*, *Rocc. select. cap. 69. num.45. vers. nibilominùs quando non agitur contra Principem &c.*, *Hodieru. ad Surd. decis. 1. num.16.*, *Cabed.dec.42. num.2. lib.2.*

Quæ quidem si conferantur singula cum casu nostro, in quo nou de præscribendo feudo, non de regalibus, non de ipsa agitur præscriptione, sed tantùm de interpretatione circà mensuræ modum, non de possessione 30., vel 40. annorum, sed de centenaria pluries, & non semel completa, nec lis est cum Principe, sed cum Tertio, facilè compertum fore credimus, quot, & quanta pro bono jure Possessoris exuberent. Atque omnia simul jungendo, nempè DD. sententiam communiorem, & supremorum Decreta Senatuum de mensura facienda juxtà morem loci rei sitæ, Concedentis liberalitatem, ex
232 qua præsumitur, quod plus est, fuisse concessum, ut notant *Menoch. præsumpt.106. lib.4. num.22.*, *Castill. cap.84. lib.5. num.12.*, & quod ità veri-
233 similiter interrogatus respondisset, latissimam, quam Jura ipsa suggerunt ioterpretationem in Principum concessionibus, & eò faciliùs in feudis, quod salvum remanet Concedenti altum, & directum dominium, ut considerant DD., observantiam actui proximam, & longo spatio continuatam, Judicis, & Ministri Apostolici tacitam ejus mensuræ approbationem, Adversariorum scientiam, patientiam, & diuturnum silentium; ipsamque per plura secula continuam possessionem: Hæc omnia profectò nos inducunt, ut prorsùs sinè omni dubio prò Possessore respondendum in articulo proposito censeamus.

Maceraten. Gradus Credentiæ.

Renuociatio honorificis Magistratus juribus ab eo, qui transactioni consensit, bonà fide, atque ex caussa ipsius respiciente heredes facta ad favorem nonnullorum ex Transigentibus, eorumque lineæ, & Descendentium, ostenditur, quod tamquam non lædens originariam Generis nobilitatem dictorum jurium productivam, sed istorum dumtaxat exercitium, valida sit habenda, aptaque tum omnes in infinitum dictos Descendentes comprehendere, tum etiam quoscumque heredes ejusdem Renunciantis afficere. Bona autem fides, ex eo desumpta, quod jura ejusmodi in statu dubietatis essent reposita transactionis tempore, variis adductis rationibus, & argumentis, demonstratur.

VOTUM XLIX.

1 *Magistratus æquum est, nobiles sibi Viros adrogare*.
2 *Respublica est Civitatis quoad Magistratue elargiendos institutio*.
3 *Factum Patris nequit Filiis uacere in iis, quæ non ab ipso principaliter, sed a Majoribus derivantur, vel u natura conferuntur, cujusmodi sunt jura sanguinis, & nobilitatis*.
4 *Feudum antiquum non a Patre, sed eu stirpe procedit*.
Ita pariter emphytheusis antiqua, num.7.
5 *In feudo antiqua Pater nequit filiis præjudicare, nec per actum inter vivos, nec per ultimam voluntatem*.
6 *Procedit id etiam in emphyteusi antiqua*.
8 *In fideicommisso Ascendentali Pater non potest quidquam in præjudicium filiorum disponere*.
Procedis id etiam in antiqua Jurepatronatu familiæ reservato, num.10.
9 *Ad fideicommissum succedere filii dicuntur non eu Patris, sed fideicommittentis beneficio*.
10 *Filii in iis, quæ independenter a Patre sibi obveniunt, nequeunt eu ejus facta præjudicari*.
11 *Renunciare quis potest Primogenituræ juribus*.
12 *Renunciatio juribus Primogenituræ facta a Patre, filiis non nocet*, & num. 36., *& ratio*, num.13. 38., & 39.
13 *Primogeniti qualitas est ab ipsa natura, complectens nedum primò natum, sed omnes ejus filios, & Descendentes*.
14 *Renunciatio honorificis Magistratus juribue facta a Patre, filios nequit afficere, & ratio* ibid., & num.16. 22. & 35.
15 *Nobilitas est Majorum quidam splendor, & claritas*.
16 *Nobilitas sanguini, & Generi imprimitur, & ab ipsa quasi natura contrabitur*.
17 *Nobilitas est Generis virtus: & nobilis est, qui ornamento Generis prænitet*, num.18.
19 *Nobiles*, generosi, *appellantur, & nobilitas, generositas, dicitur*.
20 *Nobilitas communiter definitur, ut sit qualitas Generis, & sanguinis à Majoribus descendens*.
21 *Jura Sanguinis pacto, vel civili ratione tolli non possunt*.
Intellige, ut num. 68.
23 *Pater nequit id filiis adimere, quod ab ipso non babent*.
24 *Patris confessio de sanguinis non puritate filio non nocet*.
25 *In nobilitatis Causa Sententia contra Patrem lata non constituit rem judicatam contra filium*.
26 *Licit sit Patris beres*.

27 *De*

27 De nobilitatis jure ubi agitur, filius, licèt sit Patris heres, contra ejus factum potest venire.

28 In nobilitatis juribus quis non potest pacto, vel transactione sibi præjudicare, sed irrita illa est, & ratio, num. 29.

29 Jura sanguinis amitti nunquam possunt.

30 Privilegium competens ordini, & dignitati reale est.

31 Nec valet per renunciationem amitti.

32 Heres nequit ex facto Defuncti magis obligari, quàm ejus Author.

33 Jus omne potentius est in causa quàm in causato, eaque magis influit in primum causatum, quàm in secundum.

34 Heredi integrum est contra factum Defuncti venire, quo nec iste obstringebatur.

37 Primogeniti qualitas est personalissima.

38 Personali qualitati facta renunciatio, non afficit heredes & num. 39., & 89.

39 Pactum personale suàpte naturà non afficit heredes.

40 Stipulatio omnis ad heredes, & contra heredes, etiam non expressos, transmittitur.

41 Intellige id procedere cum non agitur de jure proprio heredis, & ad ipsum ex propria persona spectante, & num. 42. & 43.

42 Disponere de re sui heredis quis potest.

43 Hoc tamen velle non præsumitur, nisi expressè dixerit, vel nisi argumenta adsint expressæ ejus declarationi æquipollentia.

44 Disponens de re simpliciter, licèt eam cum herede communem habuerit, de sua tantùm portione disposuisse censetur.

45 Et dispositio intelligi debet de jure tantùm temporario, si hoc solùm Disponenti competebat.

Præsertim, si pronomen suum adhibuerit nu. 46.

46 Pronomen suum si fuerit in dispositione adhibitum, jus heredis non censetur comprehensum.

47 Obligatio generalis Defuncti nunquam continet Heredis Bona.

48 Renunciatio Matris non facta expressè pro suis etiam heredibus, jus filiorum heredum ex propria persona venientium non comprehendit.

49 Transactio inita bonà fide afficit quoscumque heredes jure proprio venientes.

50 Transactio est ex bona fide, si juris transacti adest dubietas, & num. 100., vel si modica occurrit dubitandi occasio num. 114.

51 Civilitatem jus non adimit Civi aliò transferenti domicilium.

52 Et nec etiam adimit Patris descendentiam, & num. 53.

53 Patria a Patre dicitur.

54 Originis desertio non præsumitur.

55 Transactio celebrata ex jure potiùs claro, quàm dubio, Successores independenter a Transigente venientes nequit afficere.

56 Transactio ob ipso litis ingressu Heredem repellit, suique Authoris factum impugnare prohibet, & contra illud venire.

57 Etiam ubi agitur de jure ex propria persona competente.

Et licèt Defunctus nullam evictionis obligationem emiserit num. 59.

58 Procedit in Feudis, emphyteusi, jurepatronatu, & similibus.

60 Nobilitas a juribus ipsis, & privilegiis, quæ eam sequuntur, secernenda est.

61 Nobilitas nullo pacto, aut conventione potest renunciari.

62 Ejus autem jura lege, pacto, & renunciatione tolli, & minui possunt, & num. 64., & ratio num. 63.

63 Nobilitati quæ inhærent jura, & privilegia, non dicuntur ei jure naturali attributa, sed positivo, puta ex consuetudine, Privilegio, vel Statuto.

65 Nobilitati impartitis juribus, & privilegiis, potest quis tacitè renunciare per actus indignos, & vilioris artis exercitium.

66 Eòque magis per pactum expressum.

67 Nobilitatis jura, & privilegia, licèt, iis renunciando, amitti valeant, nobilitas tamen ipsa non amittitur.

68 Jura agnationis, & sanguinis quod pacto, aut lege tolli nequeant, procedit quoad agnationem ipsam, prout est a natura, non verò quoad effectus ei a jure civili tributos.

69 Immo renunciare quis potest beneficiis, etiam a jure naturæ derivantibus, & num. 70.

70 Jus honorifici gradus alicui concessum familiæ, sive unus, sive alter de familia talem gradum assequatur, ab ipsis actu, & habitu retineri dicitur.

71 Habitu videlicèt quoad omnes, licèt exercitium inter ipsos de familia sit divisum.

72 Et quilibet eorum dictum gradum occupans, tale jus tum familiæ, tum suo Colunnello dicitur conservare.

73 Inter Patronos ubi fiat conventio de præsentando alternis vicibus, qui præsentat, & sibi, & ceteris jus conservat præsentandi.

74 Jura honorifica a qualitate Generis, & Sanguinis profecta possunt, saltem quoad illorum exercitium, pacto, vel transactione adimi, aut diminui.

75 Renunciatio facta ad favorem certæ personæ, tamquam personalis, cum eadem extinguitur.

76 Renunciatio in gratiam lineæ, & Descendentium omnium celebrata, nequit dici ad eas personas restricta, quarum descendentia est contemplata, & num. 77.

77 Descendentium appellatio simpliciter prolata, omnes in infinitum comprehendit.

78 Renunciatio, etiam pro Descendentibus stipulata, ad quoscumque Renunciatarii heredes porrigitur.

79 Dispositio quæcumque complectens Descendentes, perpetua est.

80 Et durat, donec talis descendentia fuerit extincta.

81 Renunciatio facta non juri in abstracto, sed favore certi generis personarum, est personalis,

lis, sed quæ cum singularibus non extinguitur personis.

82 *Actui per alium gesto qui non coactus intervenit, videtur illi consentire.*

83 *Idem de Teste in transactione adhibito.*

Procedit, & in fidejussore, ibid.

84 *Actum celebrare, & Celebranti consentire paria sunt.*

85 *Alienationi consentiens, & ipse videtur alienasse.*

86 *Transactioni interveniens, si jus renunciat sibi dumtaxat competens ratione majoris ætatis, istud solum jus censetur remisisse.*

At non etiam voluisse jus futurum heredis in renunciatione comprehendere num. 88.

87 *Jus majoris ætatis personalissimum est, nec ad Heredes transmissibile.*

90 *Actui simpliciter consentiens, nec se, neque Heredes obligat.*

91 *Alienatio a Defuncto facta, differt ab istius consensu illi præstito*, & num. 92.

92 *Alienatione facta a Defuncto, nequit Heres etiam ex jure propria contra eam venire, secus quando non alienavit, sed solùm alienationi consensit.*

93 *Transactionis caussa finalis spectanda est, ubi inquiritur, an jus quoque Heredum fuerit in ea renunciatum.*

94 *Transactio si pro finali caussa jus quoque Heredum habuerit, Transigens dici nequit de suo tantùm, sed etiam de illorum jure disposuisse.*

95 *Præsertim, si eos expressit, & in omnibus contractum adprobavit*, & num. 96.

96 *Consensus expressim interpositus contractui, tacitam totius contractus adprobationem continere dicitur.*

97 *In contractu si pars ejus dispositiva continet Heredum jura, hi comprehensi reputantur, licèt non expressi.*

98 *Et pro Heredibus contractus ille dicitur celebratus.*

99 *Transactio pro Heredibus ut dicatur inita, sat est eorum expressa mentio in parte dispositiva, & quod eis principaliter provisum fuerit.*

100 *Transactio ex quibus dici queat in statu dubietatis inita?* & num. 101. *ad*

101 *Civilitas originis potest quoad honorum participationem a Cive amitti ob translatum aliò domicilium.*

102 *Præsertim, eo onera Patriæ non ferente.*

103 *Origini renunciare nemo potest.*

104 *Intellige, in præjudicium Civitatis, at non etiam quod renunciare nequeat juribus ipsi a Civitate impartitis.*

105 *De Civibus loquens dispositio minimè intelligitur de originariis non habitantibus.*

106 *Origine Avi nepos juvari nequit.*

107 *Privilegiũ affirmativum decem annis per non usum, præscribitur, negativum annis triginta.*

108 *Etiam in præjudicium Successorum.*

109 *Privilegium non solvendi Decimas Monachis Antecessoribus concessum, per eorum non usum a Successoribus amittitur.*

110 *Privilegium concessum Templariis, per non usum remanet extinctum.*

111 *Privilegium per non usum extinguitur in præjudicium tum præsentium, tum absentium.*

112 *Transactio, ut rectè, ac prudenter inita dicatur, solus sufficit litis timor.*

113 *Transactio, modò absit aperta calumnia, præsumitur bonâ fide inita.*

115 *Transigendi justam præbet caussam aliquorum, vel unius tantùm insignis Doctoris opinio.*

116 *Transactio eò magis dicitur bonâ fide inita, si lis erat introducta, & dubia erant Transigentium jura.*

117 *Litibus non implicari maximè interest, lucrumque maximum reputatur ab illis recedere.*

118 *A litibus, quantum liceat, convenit abesse, & forsan paulò etiam plus, quàm liceat.*

119 *Præsertim inter Sanguine conjunctos.*

120 *Contractum in æqua lance constituit eventus possibilitas.*

121 *In transactione mala fides adesse dicitur, quando jus Successorum in totum destruitur.*

122 *Aut nulle contrarii eventus periculo de jure non dubio deciditur.*

123 *Transactio bonâ fide, atque æquis inita conditionibus, afficit Successores, etiam ex propria persona venientes.*

124 *Divisiones bonâ fide a Majoribus factæ, sive de feudis, sive de fideicommissis agatur, impugnari nequeunt a Successoribus, etiam ex propria persona vocatis*, & num. 125.

126 *Transactio, in qua non fuit jus aliquod alienatum, sed illius potiùs divisum exercitium, si bonâ fide fuerit celebrata, nequit a Successoribus Transigentium impugnari, licèt ex propria venientibus persona.*

127 *Transactioni justam præbet caussam sententia, a qua pendeat appellatio.*

128 *Transactio inita censenda est litis finiendæ caussâ, si lis ab ea cœperit silere.*

129 *Transactio inita censenda est litis finiendæ caussâ, si Partes id expressè declararint.*

130. *Transactio si justâ caussâ, & bonâ fide celebrata fuit, non est ampliùs inquirendum de Transigentium juribus.*


131 *Præsertim inter Sanguine conjunctos.*

132 *Transactio bonâ fide celebrata vim habet rei judicatæ.*

133 *Et prohibetur, etiam rescripto Principis rescindi.*

134 *Transactio bonâ fide inita ut sustineatur, benigna omnis interpretatio capienda est.*

Gi-



NObilem controversiam inter nobiles Viros nobilitas excitat, hique nobiliter certantes, non Fori jurgiis, non prò suo quisque voto, sed eâ, quæ Nobilium est, æquanimitate, prò veritate Judicium meum exquirunt; quia verò illud est in ancipiti, facto expo-sito, momenta rationum prò utraque parte expendam, ut veritas ipsa, vel, quod veritati sit magis consentaneum, ex ipso discursu se prodat.

Nobilissima in Piceno Civitas Macereti, ut
1 est Nobilium fœcunda Virorum, qui justâ ratione, ex *Aristotele 3. politic. cap. 8.*, sibi Magistratus arrogant, hanc honorum contentionem lege aliquâ moderari prudenter constituit; est
2 namque Respublica, ex eodem *Philosopho 4. politic. cap. 1.*, institutio Civitatis circà Magistratus, honoresque publicos, quemadmodum debeant impartiri. Quamobrem duos Magistratuum ordines instituit, alterum omnibus Nobilibus indistinctè patentem, quem dicunt medium: alterum verò credentiæ, sivè reformantiæ nuncupatum, in quo Viri tantùm primariæ nobilitatis admitterentur; sed itaut ex qualibet Familia, quamvis in plures multiplicata ramos, non plures admitti possent, quàm duo. Et insuper statuit, ut ii, qui Bona valoris quingentorum florenorum non possiderent, à prædictis honoribus arcerentur. Cives etiam originarios, qui aliò domicilium transtulissent, si Bona prædicti valoris in originis Patria sub censu publico non haberent, nec etiam ad Reipublicæ dignitates ulteriùs provehi possent, *Summ. num.* ....

Inter nobiles dictæ Civitatis Familias exstat illa Palmutiorum, quæ cum in plures dimanaverit Columnellos, quorum unus aliò migravit ad habitandum, oritur inter eos quæstio super occupatione duorum locorum reformantiæ, quæ singulis familiis conceduntur.

Quamobrem ad pleniorem statum Causæ cognitionem, præmittendum est, Hieronymum seniorem de Palmutiis duos habuisse filios, alterum Petrum Franciscum, alterum Palmutium de Palmutiis appellatos, uterque illorum filios, & Descendentes habuit, sed cum hâc differentiâ, quod descendentia Palmutii cum unitate lineæ domicilium semper retinuit in Civitate Maceratensi, at non ita descendentia Petri Francisci, nam sub annum 1640. Ludovicus dicti Petri Francisci nepos lares suos constituit in oppido Montis Philoptrani, ab eoque illic duæ prodierunt subalternæ lineæ, quo factum est, ut duo reformantiæ loca toti Familiæ competentia resederint penès Descendentes Palmutii seniuris Macereti commorantes, idque observatum dicitur ad annum usque 1669., quo tempore, existentibus duobus prædicti Ludovici nepotibus, Philippo scilicet, & Ludovico jun., hic ad unum locum admissus, & reintegratus fuit, incertum, an vigore sententiæ Judicis, an ex transactione inter Partes celebratâ; constat siquidem de lite prò reintegratione ab illo intentata, & de sententia ad ejus favorem lata, cum appellatione ab alterâ parte interpositâ, sed non invenitur; ut etiam ex publico instrumento constat de contemporanea transactione eodem anno 1669. inita inter ipsum Ludovicum, & Descendentes Palmutii, quæ, præviâ deputatione Curatoris respectu Descendentium Palmutii tunc ætate minorum, Decreto Judicis confirmata fuit: in ea autem, ad extinguendas lites inter sanguine conjunctos, amicâ intercessione aliorum Nobilium, & Consanguineorum, conventum fuit, quod ex prædictis duobus locis reformantiæ Palmutiorum familiæ competentibus, alterum semper haberent Descendentes Palmutii Macereti commorantes, alterum verò obtinerent Posteri, & Descendentes tum ipsius Ludovici, tum Philippi ejus fratris in Monte Philoptrano habitantium. Cui transactioni præsens fuit etiam Philippus, illique consensum præstitit his verbis = *e l'altro luogo alla linea &c. abitanti in Macerata*, *alli quali*

il detto Signor Filippo Palmucci presente &c. renuntia quelle sue pretensioni, che potrebbe avere per la sua maggiore età &c. =

Ad normam igitur prædictæ transactionis ad locum suum rediit Ludovicus, illiusque post obitum idem pervenit ad Philippum fratrem, quo pariter defuncto, superstitibus Cajetano ejus filio, & Dominico filio Ludovici, ad hunc uti majorem natu, locus idem delatus fuit, ab eoque hodie obtinetur. Vice autem versâ locus alter relictus Descendentibus Palmutii senioris Macereti habitantibus retentus fuit à Palmutio juniore uno ex Transigentibus. Cujus ex obitu secuto anno 1711. cum evenerit ejusdem loci vacatio, hæc causam dedit hodiernæ controversiæ, quæ vertit inter illius nepotes dictum locum vigore memoratæ transactionis sibi vindicantes, & Cajetanum filium Philippi contendentem, illum sibi deberi tamquàm natu majori de Familia, nullo numero habitâ dictâ transactione, eo sub obtentu, quod Philippus ipsius Pater, licèt illi assensum præbuerit, principaliter tamen eidem non intervenerit, immo verò, cum agatur de Juribus honorificis à sanguine, & natura, potius, quàm ex personâ Patris ad filios transmissis, nequivisset idem transactione, & facto suo illis præjudicare.

Hic, ni fallor, est Causæ status, ex multiplici scriptura erutus: deveniendo nunc ad rationum examen, D. Cajetano favere videtur regula Juris statuens, quod in iis, quæ non principaliter
3 à Patre in Filios proficiscuntur, sed à Majoribus derivantur, aut ab ipsa natura conferuntur, qualia sunt jura sanguinis, & nobilitatis, factum Patris filiis nocere nequit, ex celebri responso *Alpheni in leg. 3. ff. de interdict., & relegat.*, ajentis, = *eum, qui Civitatem amitteret, nihil aliud juris adimere liberis, nisi, quod ab ipso perventurum esset ad eos, si intestatus in Civitate moreretur, hoc est hereditatem ejus, & liberos, & si quid aliud in hoc genere reperiri potest: quæ verò non a Patre, sed a Genere, a Civitate a rerum natura tribuerentur, ea manere eis incolumia &c.* = consonat his *Ulpiani* sententia *in leg. emancipatum 7. §. final. ff. de Senator.* verbis illis = *Si quis, & Patrem, & Avum habuerit Senatorem, & quasi filius, & quasi nepos Senatoris intelligitur; sed, si Pater amiserit dignitatem antè conceptionem hujus, quæri poterit, an, quamvis quasi Senatoris filius non intelligatur, quasi nepos tamen intelligi debeat? & magis est, ut debeat, ut Avi potiùs ei dignitas prosit, quàm obsit casus Patris* = ex quo Juris principio manarunt in Foro receptissimæ conclusiones in materia tùm feudali,
4 tùm emphyteutica: videlicet in Feudo antiquo, quod non à Patre, sed ex stirpe procedit, ut ait *Bald. cons. 49. lib. 2., & in cap. 1. §. Hoc quoque de success. feudal.*, quem refert *Mynsinger. cent. 2. observ. 94. in fine, Amicangel. quæst. feudal. 5. num. 5., Samiuiat. contr. 172. num. 1., contr. 174. num. 40., contr. 177. num. 19.*, absolutum est, Pa-
5 trem Filiis præjudicare non posse, nec per actum inter vivos, nec per ultimam voluntatem, *dict. cap. 1. §. Hoc quoque*, & ibi *Feudistæ communiter de success. feud. cap. 1. in princ. de alien. feud. Patern., Isern. in cap. 1. §. Quid ergo de invest. de re alien. fact., Cephal. cons. 133. num. 59., Rub. cons. 186., Clar. in §. Feudum quæst. 41. num. 2., Vigell. in method. feudal. cap. 5. except. 25., Borcholt de feud. cap. 8. num. 147., Vultejus eod. tract. cap. 11. num. 92., Schrader. part. 8. cap. 6. n. 1., Larat. in theatr. feud. part. 8. dilucid. 14. num. 1., Hartman. Pistor. quæst. jur. lib. 2. quæst. 1. n. 1., Mynsing. cent. 2. observ. 94., & cent. 4. observ. 85., & observ. 86. in fin., Garz. de nobilit. gloss. 6. sub num. 38. vers. sexto in feudis, & sub num. 41. vers. ceterum, cum aliis apud Rocc. cap. 61. num. 2.*, ut
etiam de emphytheusi antiqua, quam ex pacto, 6
& providentia appellant, idem tradiderunt *Bartol. in leg. ut jus jurandi §. Si liberi num. 6. ff. de oper. libert., Bald. in leg. idem videndum §. Nunc videamus ff. de petit. heredit., Alberic., Imola, Angel., & Castrens. in leg. apud Julianum §. Si quis alicui ff. de legat. 1.*, ubi etiam *Jason.*, *& idem in leg. 2. num. 210. Cod. de jur. emphyt., Roman. in leg. unic. quæst. 12. Cod. quand. non petent. part., Covar. in rubr. de testam. part. 3. nu. 26., & variar. resol. lib. 2. cap. 18. n. 2. vers. tertia conclusio, Cas. de feud. tit. de feud. alienat. fol. 6., Tiraquell. de retract. lignag. §. 7. gloss. 6. nu. 23., & seqq., Cald. de jur. emphyt. quæst. 9. num. 1., & seqq., Fulgin. tit. de contr. emphyt. quæst. 24. nu. 21., Card. de Luc. de emphyt. disc. 12.*, & passim *Rot., præsertim in Faven. Castri, & Bonor. Montis Portii 7. Maii 1704. §. Ratio sic decidendi coram Mdlnes*, = *non enim hæc Patrem, sed
majores ejus eis dedisse* = *ex Textu in d. leg. 3. in* 7
fin. ff. de interdict., & relegat., ait *Covaruv. d. cap. 18. num. 2.*

Sic etiam in fideicommisso ab Ascendentibus
ordinato, Patrem non posse quidquam in præ- 8
judicium filiorum disponere, sunt jura notissima in *leg. unum ex familia §. 1., & leg. peto §. Fratre herede ff. de legat. 2., leg. Pater 38. §. Filiam suam ff. de legat. 3., leg. heredes mei 57. §. Peto in fin. ff. ad Trebell., Mantic. de conject. lib. 8. tit. 12. num. 42., Peregr. de fideic. art. 14., Fusar. de substit. quæst. 380.*; quippe filii non ex
Patris, sed Fideicommittentis beneficio succe- 9
dere dicuntur. *Dec. cons. 304. num. 2., Alb. cons. 29. num. 18., & seqq., Mantic. de conject. lib. 5. tit. 11. num. 3., & lib. 8. tit. 13. num. 7., Rot. coram Card. Celso decis. 33. num. 8.* Prout etiam
idem Juris esse in Jurepatronatu antiquo fami- 10
liæ reservato, tradunt *Franch. in cap. 1. de Jurepatr. in 6., Paris. cons. 48. lib. 4., Author. damnat. memor. ad Alexand. cons. 18. col. 2. lib. 5., Cardinal. cons. 48., Rocc. de Curt. de Jurepatr. verb. ipse, vel is quæst. 33., Didac. Covaruv. lib. 2. variar. cap. 18. num. 10., Bellon. de Jur. accresc. cap. 6. quæst. 48. num. 3., & 10., Crass. §. Jus accrescendi quæst. 27., Gratian. discept. 521. nu. 55., Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 11. num. 10., Sanchez. resp. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 92. num. 3., Toudut. quæst. benefic. cap. 32. num. 17., & cap. 157. num. 37., Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. cap. 177. sub. num. 12., Rot. coram Pen. decis. 61. num. 4., decis. 75. num. 3., in rec. decis. 220. n. 14.,*

de-

decis. 374 *num.* 4., *& seqq. part.* 11. Hæc enim
11 omnia concluduntur illo unico principio, quod
in his, quæ filiis obveniunt independenter à Pa-
tre, hujus factum illis nocere nequeat.

Si autem hoc ità fit, quia filii ea conse-
quuntur non ex Patris beneficio, sed ex Majo-
rum providentia, hæc summa æqui, bonique
ratio justum locum sibi vindicabit in his, quæ
ità à Majoribus in Posteros derivantur, ut
à natura ipsa, illis collata fuisse videantur, ex
d. leg. 3. *ff. de interdict.*, *& relegat.*, aliisque Ju-
ribus, & auctoritatibus allegatis in *§. Hic ni
fallor*. Hinc licèt quis possit Primogenituræ ju-
ribus renunciare, quod Esaù fecisse legitur.
Genes. cap. 27. *num.* 8., *qui propter unam escam
vendidit primitiva sua*, ut loquitur *Apostolus ad
Hebreos cap.* 12. *num.* 16., & tradunt *Tiraquell.
de Primogen. quæst.* 20. *num.* 1., *Molin. de Just.
& Jur. disput.* 624. *num.* 7., *Burgos. de Paz. in
proem. ad leg. Thaur. num.* 91., *Gratian. discept.*
456. *num.* 8., *Guttierez. practicar. quæst. lib.* 3.
quæst. 71. *num.* 4., *Cabedo decis.* 96. *num.* 4., ea ta-
12 men renunciatio filiis suis minimè nocebit,
Molin de Primog. Hispan. lib. 1. *cap.* 6. *num.* 45.,
lib. 3. *cap.* 2. *num.* 2., *Peregrin. de fideic. art.* 11.
num. 107., *Censal. ad eumd. art.* 52., *Mierez. de
Majorat. part.* 3. *quæst.* 18., *& præsertim nu.* 19.,
& seq., *Gallerat. de renunc. cent.* 1. *renunc.* 52.,
Giurb. de consuetud., *Messan. cap.* 10. *gloss.* 9.
num. 28., *Cresp. de Valdaur. observ.* 22. *nu.* 184.,
Olea de cess. Jur. tit. 3. *quæst.* 3. *num.* 10., *Hugo
Grot. de Jur. bell.*, *& pac. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 26.,
13 quia nempè qualitas Primogeniti est ab ipsa
natura, complectens nedum ipsum primò na-
tum, sed omnes ejus filios, & Descendentes, ut
notant *Molin. de Primog. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 37.,
& ibi Adden. Castill. contr. Jur. lib. 5. *cap.* 93.
num. 5., *Cancer. variar. resolut. part.* 3. *cap.* 21.
num. 296., *Cyriac. contr.* 543. *num.* 14., *Marcian.
disput.* 10. *num.* 9. *lib.* 1., *Robles de repræsent.
lib.* 2. *cap.* 3. *per tot.*, *Gregor. Lopez. ad leg. partit.
leg.* 9. *tit.* 7. *part.* 2. *verb. de linage*, *Velasc. ad
leg.* 40. *Thaur. gloss.* 17., *Andr. de Gergeo alleg.* 9.
num. 28., *Card. de Luc. de fideic. disc.* 16. *num.* 6.,
Palm. alleg. 84. *num.* 30., *alleg.* 86. *num.* 20., *Rot.
in rec. decis.* 329. *num.* 1. *part.* 17., *decis* 414. *n.* 10.
part. 18.

Non absimili igitur ratione dicendum vide-
14 tur in casu nostro, transactionem, sivè Patris
renunciationem istiusmodi honorificis juribus
filios minimè afficere, tum quia illa non ab ipso
Patre, sed à Majoribus accepta sunt; quamob-
15 rem rectè ab *Aristotele Rethoric. lib.* 2. *cap.* 30.
definitur, quod nobilitas sit *Majorum quidam
splendor*, *& claritas*, tum etiam quia ità de-
16 rivatur à Majoribus, ut ipsi sanguini, & Generi
impressa, ab ipsa quasi natura contrahatur, est
17 enim, ut ait idem *Aristoteles Politicor. lib.* 3.
cap. 8. = *Generis virtus nobilitas* = *& Rethoric. d.*
18 *cap.* 30. = *nobilis est*, *qui Insigni*, *ornamentoque
generis præcellet* =, hinc etiam Nobiles, *generosi*,
19 appellantur, & nobilitas ipsa *generositas*, dici-
tur apud *Budeum in annot. ad pandect. in leg.
Princeps ff. de legib.*, communiter verò à no-

stris nobilitas definitur, ut sit *qualitas Generis* 20
& sanguinis à Majoribus descendens, *Bald. in leg.
final. num* 4. *ff. de serv. fugitiv.*, *Isern. in cap.* 1.
§. Si Vassallus tit. si de feud. defunct. milit., *Ti-
raquell. de nobilit. cap.* 15., *& cap.* 35., *Hiero-
nym. Osor. eod. tract. lib.* 1. *cap.* 4., *Garz. de Hi-
span. nobil. gloss.* 6. *num.* 19., *& gloss.* 7. *num.* 17.
vers. quartò ad idem. Istiusmodi igitur jura, quæ
sanguinis esse dicuntur, pacto, vel civili ratione 21
tolli non possunt. *Leg. jura sanguinis* 8. *ff. de regul.
Jur.*, optimè *Modestin. in leg. Jus agnationis* 34. *ff.
de pact.* ibi = *jus agnationis non posse pacto repudiari
non magis, quàm ut quis dicat nolle suum esse*, *Ju-
liani sententia est* = *leg. eas obligationes* 8. *ff. de capit.
minut.*, *leg. nec si volens* 7., *leg. liberos privatis pactis*
10., *leg. Parentes* 22., *& leg. liberos* 39. *cod. de libe-
ral. caus.*, *cum similibus*, & consequenter fa-
ctum Patris filiorum nobilitati, & Juribus ho- 22
norificis officere non potest, ex sæpius citata
leg. 3. *ff. de interdict.*, *& relegat.*, *& leg.* 1. *cod.
de liberal. caus.*, *Isern. d. cap.* 1. *§. Si Vassallus
tit. si de feud. defunct. milit.*, *Piccbard. ad leg.* 3.,
& 7. cod. de murilegul. lib. 11. *sub num.* 8., *Fa-
ber. in cod. lib.* 2. *tit.* 4. *de transact. definit.* 8.,
Mandell. Alb. cons. 43. *num.* 5., *Rumau. singul.* 37.
num. 3., *Tiraquell. de nobilit. cap.* 35. *num.* 4.,
Garz. eod. tract. gloss. 7. *num.* 17., *Ottalor. eod.
pariter tract. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 3., *Azeved. tit.* 2.
lib. 6. *recopilat. in rubr. num.* 191., *Gregor. Lopez
in leg.* 7. *gloss.* 9. *tit.* 15. *part.* 3., *Guttierez. pra-
ctic. quæst. lib.* 3. *quæst.* 15. *num.* 140., quonam
enim Jure Pater filiis adimet id, quod ab 23
ipso non habent, ut ait *Faber. d. definit.* 8. *in an-
not. num.* 2., qua de re confessio Patris contra 24
puritatem sanguinis filio non nocet. *Fab. de
Anna cons.* 80. *lib.* 1., *Ricc. collect.* 733., *Vale-
ron. de transact. tit.* 3. *quæst.* 2. *num.* 24., *& seqq.*,
Excobar. de purit. sanguinis part. 2. *quæst.* 6., &
sententia contra eumdem lata in Causa nobilita- 25
tis non constituit rem judicatam contra filium,
Urceol. de transact. quæst. 55. *num.* 55.

Neque verò filiis in his obstabit qualitas he-
reditaria Patris, quippè in ejusmodi Causa sta- 26
tus filius, tametsi heres venire potest contrà 27
factum Patris, *leg. si cum Pater*, *ubi gloss. verb.
exhibebit eod. si adversus rem judicatam*, *Bartol.
in leg. ultim. cod. qui*, *& adversus quos restitutio
in integr.*, & extat apud *Fabr. d. definit.* 8. *decis.*
10. *Senatus*, ità se habens = *Ejus*, *qui ex nobili-
tatis privilegio à plebeis oneribus immunis cum
Universitate transegerat*, *eoque nomine annuum
quid promiserat*, *filius*, *idemque heres factum ap-
probare non tenetur*, *si ab Avis*, *nec à Patre solo
nobilitatem trahat*; *nam*, *sicut non ei noceret*,
quod Pater sordidis artibus, *aut quâ aliâ ratione
nobilitatem amisisset*, *ita neque transactio à Patre
facta perpetuæ annuæ præstationi obligare eum po-
test*, *quamvis*, *si certum quid promisisset Pater*,
*quod unicâ solutione totam obligationem peremis-
set*, *nec Patri*, *nec filio repetitio concederetur*,
& in annot. ad d. definit. 8. *num.* 1., *&* 2. =

Quinimmò nec Patrem ipsum pacto, & trans-
actione, in similibus Juribus, præjudicare sibi 28
posse, sed illam nullam, & irritam esse, ducto
ar-

argumento à *Textu in leg. Jus agnationis 34. ff.
de pact., & leg. nec si volens cod. de liberal. cauf.*
docent *Padill. in leg. transactione Matris num. 5.
cod. de transact., Didac. Perez. in leg. 1. tit. 2.
lib. 4. veterum ordinationum vers. quæri potest,
Anton. Gomez. in leg. Thaur. 79. num. 3., & va-
riar. lib. 2. cap. 11. num. 54., Valenz. cons. 67. nu.
34., Menchaca de success. creat. §. 22. num. 74.,
& seqq., Ottaloru de Nobilit. part. 3. cap 6. n. 10.,
& 2. part. 3. part. princ. cap. 9. num. 15., & par. 5.
cap. final. num. 2., Paz. in prax. part. 4. cap. 1. nu.
33., & part. 8. cap. unic. num. 20., Guttierez. de
Jurament. confirmat. part 1. cap. 16. num. 37., &
seqq., Garz. de nobilit. gloss. 6. num. 29., Vale-
ron. de transact. tit. 3. quæst. 2. num. 18., & seqq.,
Urcerol. eod. tract. quæst. 55. num. 45., & seqq.,*
29 ob eam rationem, quod jura ista, utpotè pro-
venientia à sanguine, inseparabilia sunt, & amit-
ti numquam possunt, *Bald. in leg. final. ff. de
serv. fugit., Piccard. in leg. 3. cod. de Murile-
gul. lib. 11. sub num. 8. vers. natura enim, Tira-
quell. de nobilit. cap. 25. num. 5., Antunez. de do-*
30 *nat. reg. lib. 2. cap. 17.*, exemplo Privilegii com-
petentis ordini, & dignitati, quod cum reale
31 esse dicatur, per renunciationem à Renuncian-
te non amittitur. *Dec. in cap. cum accessissent co-
lum. 9. de constit., Cyn. in leg. nec honorem cod. de
Episcop., & Cleric., Bald., & Angel. in leg.
alia §. Eleganter ff. solut. matrim., Benedict.
Ægid. in leg. ex hoc Jure part. 2. cap. 13. nu. 13., &
seq. ff. de Just., & Jur., Ruin. cons. 228. nu. 11. lib.
2., Tusch. practic. conclus. lit. R. conclus. 171.
num. 2., Gallerat. de renunc. cent. 1. cap. 96. n. 4.,
Antunez. de donat. lib. 2. cap. 17. num. 100., Ton-
dut. quæst. civil. lib. 2. cap. 116. num. 8., & 9.*

At verò, si in istiusmodi Juribus pactum, &
transactio neque etiam ipsi Paciscenti nocet,
quonam pacto afficere poterit ipsius heredem!
ne alioquin dicamus, hunc ex facto Defuncti ef-
32 ficacius obligari, quàm ipsum Authorem, con-
trà illam certissimam Juris regulam, quâ edo-
cemur, Jus omne potentius esse in causa, quàm
33 in causato, & causam magis influere in primum
causatum, quàm in secundum, *leg. Publius §. 1.
cum ibi notatis ff. de condit., & demonstr., gloss., &
Canonistæ in cap. licèt quib. mod. feud. amitt., &
in leg. si verò §. De Viro ff. solut. matr., Castrens.
cons. 129. lib. 1., Everard. in loc. à minori 5., & in
loc. à majori per tot.* proindèque heredi integrum
erit venire contrà factum Defuncti, quo nec ipse
34 Defunctus omninò obstringebatur, ad tradita per
*Bartol., & Bald. in leg. quemadmodum cod. de Agri-
col., & Censit. lib. 11., Castrens. in leg. filiusfa-
milias §. Divi sub num. 3. ff. de legat. 1., Cuman.
cons. 33., Becc. cons. 72. num. 17., Pedrocch. cons.
39. num. 89., Phanucc. de invent. part. 7. cas. 11.
num. 10., & seqq., Tiraquell. de retract. lignag.
§. 1. gloss. 9. num. 18., Cancer. var. resol. part. 3.
cap. 2. num. 176., & seqq., Ros. consult. 23. n. 90.
Grammatic. decis. 93. num. 8., Rot. decis. 110. nu.
11. part. 2. diversf., coram Seraphin. decis. 477.
num. 1., cum aliis apud Rocc. cap. 51. num. 112.*

Validissimis hisce argumentis satis demon-
stratum dici posset, qualitatem hereditariam,
respectu Transigentium nocere minimè posse 35
heredi, in quem istiusmodi jura, non ab Au-
thore suo, sed à Natura, & sanguine profici-
scuntur, verùm in nostro casu, quæstio omnis
cessare videtur, quia D. Cajetanus non est fi-
lius, neque heres Ludovici Transigentis, sed
Philippi, qui utcumque intervenerit transactio-
ni, illique præsens fuerit, renunciando juri sibi
competenti ratione majoris ætatis, nihilominus
consensus, & præsentia ab illo præstita trans-
actioni nec ex natura rei, nec ex vi verborum 36
D. Cajetanum ejus filium, & heredem afficere
potest. Non quidem ex natura rei, quia iile re-
nunciavit privilegio suæ majoris ætatis, quæ est 37
qualitas personalissima, stipulatio autem super
qualitate personali ad heredes non traosit, ut
communiter Doctores in *leg. inter artifices* 38
31. ff. de solut., ipsa enim rei natura constituit,
quod pactum personale heredem non afficiat, ad 39
*Text. in leg. Juris gentium §. Pactorum ff. de
pact., leg. 2. §. Item, & leg. stipulatio ista §. Si
quis ita, & leg. si ità stipulor. ff. de verb. oblig.,
Imol. in leg. si stipulatus 133. ff. eod., Menoch. de
præsum. lib. 3. præsum. 47. num. 15.*

Non etiam ex vi verborum, quia Philippus
de heredibns nihil dixit, &, licèt regula sit,
quod stipulatio omnis ad heredes, & contra he- 40
redes, etiam non expressos, transmittitur ex
*decisione Imperatoris in leg. veteris Juris 13. cod.
de contrahen., & committen. stipulat.*, nihilomi-
nus certa est etiam limitatio ejusdem regulæ,
quâ edocemur, quod, quoties agitur de Jure 41
proprio heredis, & ad ipsum ex propria persona
spectante, illud non comprehenditur sub dispo-
sitione Defuncti, nisi fuerit expressum, potest
enim quis de re sui heredis disponere, *leg. unum* 42
ex familia §. Si rem tuam ff. de legat. 2., Sed hoc
velle non præsumitur, nisi expresse dixerit,
aut argumentis æquipollentibus expresse decla- 43
rationi probetur, *ad Text. in leg. sequens quæ-
stio 70. ff. de legat. 2. leg. Lucius Titius 78. §. Ma-
ritus*, & ibi *gloss. verb. sensisse*, & Doctores
communiter *ff. ad Senat. Cons. Trebell., Alex.
cons. 173. num. 4. lib. 2., Paris. cons. 2. num. 35.
lib. 3., Cravet. cons. 414., Honded. cons. 3. num. 64.
lib. 1., Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 17. num. 9., de
conject. ult. voluntat. lib. 9. tit. 6. num. 8., Petra
de fideic. quæst. 8. num. 276., Peregr. eodem tract.
art. 6. num. 13., & num. 16., Add. ad Ludovis.
decis. 102. num. 10., Rocc. disput. Jur. select. cap.
50. num. 5., & 6., Rot. in rec. decis. 375. part. 1.,
decis. 89. num. 11. part. 5., coram Duran. dec. 93.
num. 12., coram Priol. decis. 378. n. 2., & nu. 17.,
Rot. ad ornat. Card. de Luc. tit. de legat. decis. 17.
num. 11., & in Mantis. ad tit. de fideic. dec. 761.
num. 13.*, ità quidem, ut si Defunctus habuerit 44
rem communem cum herede, simpliciter di-
ponendo, de sua tantùm portione disposuisse
censeatur, *Bartol. in leg. servi electione §. Cum
fundus ff. de legat. 3., de Marin. variar. resol.
Jur. lib. 2. cap. 91. num. 4.*, ut etiam si tempora-
rium aliquod dumtaxat jus in illa habuerit, de
eo dispositio intelligatur *Castrens. Fulgos., &* 45
Jason. in leg. Uxor Patrui cod. de legat.; idem
Ja-

Jason.in leg.quod in rerum §.1. *ff. de legat.1.*, *Pe-*
regr.de fideic.art.6.n.15., *& art.33.n.20.& seqq.*,
prgsertim verò, si in dispnsitione adhibuerit pro-
46 nomen *suum*, ut in casu nostro ibi = *renunziu alle*
sue pretensioni per la sua maggiore età =, tunc
enim in dubium venire nequit, Jus heredis in sti-
pulatione comprehensum minimè fuisse, *Bart.*,
Rip., *Jason.*, *& Soccin. in d. leg. servi electione* §.
Cum fundus ff.de legat.3., *Covar. in cap. filius no-*
ster num.3. de testam., *Ripol.variar.tit.de testamen.*
num.74., *de Marin. d. cap. 91. lib. 2. num. 4. ad*
fin., *Andreol. contr. 220. num. 9.*, *Rot. coram*
Priol. decis.378. num.5., *& seqq.*, *& ad ornat.*
Card. de Luc. tom.7. decis.22. nu.11., *& tom.10.*
decis.91. num.1.

Hinc promanant communes illæ Juris regu-
47 læ, quibus edocemur, in generali obligatione
Defuncti nunquam contineri Bona heredis, ut
ex leg. Paulus 29. ff. de pignor., *& leg. 1. in fin.*
cod. commun. de legat., notat post alios *Negu-*
sant. de pignor. part.2. membr.2. sub num.53.vers.
sextò limita, *Conciol. de hered. art.3. num.5.*, *&*
seqq., *Card. de Luc. de credit. disc. 36. num. 2.*,
plenè Roec. disput. Jur. select. cap. 50. num. 6.,
48 & renunciationem matris non comprehendere
jus filiorum heredum venientium ex propria
persona, nisi expresse prò suis etiam heredibus
renunciaverit *Bartol.*, *& alii in leg. qui super-*
stitis ff. de acquir. hered., *Faber. in cod. lib. 2.*
tit.3. definit.1., *Surd. cons. 133. num. 18.*, *Ma-*
rot. cons.22. num.4., *Rovit. cons.23. lib.1.*, *The-*
saur. quæst. forens. lib. 2. quæst. 90., *Andreol.*
contr.212. num.3., *Minad. in constit. in aliquibus*
num.11., *Molphes. ad consuetud. Neapol. tom. 2.*
tit. de renunc. quæst.5. num.8., *Merlin. Pignatell.*
cent.1. contr. 11. num.9., *& seqq.*, *Staiban. re-*
sol. 181. num.61., *& seqq.*, *de Marin. variar. re-*
sol. lib.2. cap.189. num.100., *Torr. de pact. futur.*
success. lib.2. cap.24. num.77., *& seqq.*, *Rot. post*
Gallerat. de renunc. decis.2. num.14., *& seqq.*,
coram Royas decis.311. in fin., *coram Card. Celso*
decis.187. num.21., *coram Emerix Jun. dec. 726.*
num.27., *in rec. decis. 224. num.4.*, *& seqq.*,
part.13., *cum aliis in una Forosempronien. Lega-*
torum, *2. Maii 1712.* §. *Minimè relevante coram*
R. P. D. Aldrovando. Cum itaque bon. mem.
Philippus Palmutius renunciaverit solummodò
Juri, quod sibi tunc ob majorem ætatem com-
petebat, nullamque aliam contraxerit obliga-
tionem, quæ suos heredes afficeret, *D.* Cajeta-
nus ex ejus facto Jus sibi competens ex pro-
pria persona persequi non prohibebitur.

Frustrà denique obtendetur, hanc transactio-
nem, utpotè initam bonâ fide, sivè à Philippo,
49 sivè à Ludovico celebrata illa fuerit, afficere
tamen quoscumque successores ex proprio jure
venientes, per *Text. in leg. Præses 12. cod. de*
transact. cap. 1. §. *Si Vassallus tit. si de feud. de-*
funct. content. sit.; nam, si bona fides resultat ex
50 dubietate Juris, de quo transactum est, ut post
alios *Card. de Luc. de feud. disc.10. sub num.13*,
de fideic. disc.23. sub num.21., *disc. 173. num.4.*,
certè in casu nostro dubium nullum aderat,
quin D.D. de Palmutiis, licèt Philoptrani ha-
bitantibus jura sua prò loco Reformantiæ in-
columia mansissent; statutum enim non exclu-
dit omninò Cives originarios alibi habitantes,
sed tantùm prohibet, nè ad ulteriores gradus
promoveantur. Ut etiam Jus commune Civi ori-
ginario aliò domicilium transferenti civilita- 51
tem originis non adimit, *leg. assumptio 6.* §. *1.*,
leg. ordine 15. §. *final.*, *& leg. libertas 17.* §. *In*
adoptiva ff. ad municipal., *leg. penult. ff. de Sena-*
tor., *leg. in adoptionem 7. cod. de adoption.*, *leg.1.*
& seqq. cod. de municip., *& originar. lib. 10*;
quemadmodum non adimit Patris descenden- 52
tiam, Patria enim à Patre dicitur, ut notat *Cu-* 53
jac. lib.1. respons. Papin. in leg. 15. §. *final. ff. ad*
municipal. tom.1. oper.posth.fol.23., *Faber. in cod.*
lib.9. tit. 30. defin. 24., *Roman. cons. 39. in fin.*,
Bertazzol.cons.103.per tot., *Ancharan. cons.87.*,
Lopez. ad leg. Thaur. partit.4. tit.24. leg.4.lit.B.,
Christin. ad leg. municip. tit.5. art. 2., *& 3. sub*
num.4., *& 5.*, ubi, quod originis desertio non 54
præsumitur, *Sanchez. de matrim. lib. 3. disp. 23.*
num.3., *& seqq.*, *Mierez. de majorat. part.1.quæ-*
stio 57. num. 14., *Renat. Koppin. Daman. lib.*
1. tit.11. num.25., *Mans. consult.239. num. 12.*,
Card. de Luc. de success. disc. 20. num.5., *Rot. in*
rec. decis.364. num.7. part. 13., præsertim verò
quoad participationem honorum, *Amaya in leg.*
Cives num.73., *& num.77. cod. de Incol. lib. 10.*,
de Pont. cons.136. num.26. lib.2., *Lopez. loc.mox*
citat., *Carpan. ad Stat. Mediolanen. tom. 2. cap.*
218. num.111., proindèque hinc sequi videbatur, 55
transactionem istam, tamquam celebratam su-
per jure potiùs claro, quàm dubio, afficere mi-
nimè posse Successores ex propria persona inde-
pendenter à Transigente venientes, ad regulam,
de qua in *leg. Imperatores 3. ff. de transact.*, *Isern.*
in cap.1. §. *Si Vassallus tit. si de feud. defunct.*,
Pinell. in leg.1. num.46. cod. de bon.matern., *Al-*
tograd.cons.104.num.68.lib.2., *Peregrin.de fidei-*
comm. art.40. num.123., *Card. de Luc. eod.tract.*
disc.173.num.4., *Schrader. de feud. part.8.cap.6.*
num.2., *Valeron. de transact. tit.4. quæst.2. n.6.*,
& seq., *Urceol. eod. tract. quæst. 55. num. 21.*,
Roc. disput. Jur. select. cap.3. num.52., *Rot. co-*
ram Royas decis.312. num.2., *& decis.343. n.3.*

Hæc sunt præcipua momenta rationum, qui-
bus innixus D. Cajetanus loco credentiæ, de
quo agitur, dejicere conatur DD. Antonium,
Bartholomæum, & Nicolaum de Palmutiis Ma-
cereti commorantes, qui vice versâ illum reti-
nere contendunt, tamquam ipsis debitum ex d.
transactione; ajunt enim, juxtà notas regulas,
illam tantæ virtutis esse, ut Petitorem ab ipso 56
litis ingressu repellat, prohibeatque factum Au-
thoris sui impugnare, & contra eum venire, ta-
metsi agatur de Jure ipsi ex propria persona 57
competente, ex famigerato *Textu in leg. cum à*
matre, cod. de rei vindicat., *leg. Venditrici 3.*
cod. de reb. alien. non alien., *leg. si Patri tuo 24.*
cod. de donat., *leg. sed si non servus 36. in princip.*
ff. ad leg. falcid., *leg. herede instituto 19.* §. *1. ff. de*
fideicom. libertat., *leg.1. ff. de except. rei judicat.*
leg. sivè possessio 14. cod. de evict., prout de feu-
dis, emphyteusi, jurepatronatu, & similibus, 58

quæ ad Posteros ex Concedentis voluntate, vel
providentia Majorum deferuntur, docent Ale-
xand. in leg. apud Julianum §. Si quis alicui ff. de
legat. 1., & cons. 28. num. 12. lib. 5., Pinell. in leg.
1. part. 3. num. 85. in fin. cod. de bon. matern., Isern.
in cap. 1. in princ., & ibi Alvarot. num. 8. tit. de
alienat. feud. patern., Jason. cons. 56. lib. 3., Pa-
ris. cons. 16. num. 43. lib. 1., Lanar. cons. 69. n. 1.,
Surd. cons. 357. num. 5., & cons. 423. num. 36.,
Covar. var. resol. lib. 2. cap. 18. sub num. 2., Vasq. de
Jur. emphyteut. quæst. 49. num. 3., Fulgin. eodem
tract. tit. de renunc. quæst. 10. num. 5., Clar. in
§. Feudum quæst. 41., Schrader. de feud. part. 7.
cap. 2. num. 47., Rosenthal. eod. tract. cap. 9. mem. 2.
conclus. 69. num. 3., Gratian. discept. 511. nu. 17.,
Ciroch. contr. 61. num. 44., Capon. discept. 349.
num. 8., Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 15. n. 5.,
ubi, quod hæc conclusio non admittit dubitatio-
nem Altograd. Jun. contr. 1. num. 76., contr. 5. n. 20.,
Roc. disput. Jur. select. cap. 51. num. 95., immò
verò Successorem etiam dignitatis teneri ad ser-
vanda pacta Prædecessoris, Cravet. cons. 241.
num. 17., Menoch. cons. 263. num. 18., Bero cons.
138. num. 9. lib. 3., Loffred. cons. 38., Gabriel tit.
de Jur. quæsit. conclus. 5. num. 16., Mierez. de
majorat. part. 4. quæst. 16. num. 18., Boer. decis.
204. num. 42.

Istaque exceptio litis ingressum impedire di-
59 citur, etiamsi Defunctus nullam evictionis pro-
missionem emiserit, quia heres hoc casu non
repelletur quidem ex regula legis vindicantem
ff. de evict., sed repelletur ex regula legis cum
à matre cod. de rei vindic., ut post gloss. ibi verb.
non prohiberis docent Soccin. Jun. leg. 4. §. Cato
num. 221. ff. de verb. oblig., Pinell. in leg. 1. par.
3. num. 81. cod. de bon. mater., Suarez. in leg. quo-
niam in prioribus limit. 7. num. 15. cum seqq. cod. de
inoffic. testamen., Tiraquell. de retract. lignag.
§. 1. gloss. 9. num. 47., Molin. de primog. lib. 4.
cap. 1. num. 28., Cancer. var. resol. part. 3. cap. 2.
num. 177., & seqq., adeundo enim hereditatem
induit personam Defuncti, & suo velut consen-
su illius dispositionem confirmat, Bald. in leg.
mutum §. 1. ff. de acquir. hered., Menoch. cons. 89.
num. 97., Peregr. de fideic. art. 33. num. 8., & 9.,
de Marin. tom. 2. resol. 91. num. 3., Cyriac. contr.
160. num. 80., & seqq., Altograd. Jun. contr. 1.
num. 76., & seq., Urceol. consult. 95. num. 1., &
seqq

Nec D. Cajetanus pro excutienda obligatio-
ne ipsi injecta ex qualitate hereditaria Patris
juvari potest diffugio illo, quod transactio, de
60 qua agitur, tamquam inita super jure quodam
naturali, & inseparabili, non ex facto Patris,
sed à natura, & sanguine in eum transmisso,
nocere ipsi nequeat, etenim, si rem ipsam pe-
nitus intueamur, discursus iste minime appli-
catur nostræ hypothesi; Secernenda namque est
nobilitas a juribus, quæ, tamquam civiles qui-
dem effectus Nobilibus à Civitate concessi,
ipsam sequuntur. Quippè, si de nobilitate aga-
61 tur, hæc est qualitas sanguinis à natura ipsa in
Nobilem transmissa, quæ nullo pacto, aut con-
ventione renunciari potest, fieri enim nequit,
ut nobilis non sit, qui talis natus est, ut probant
auctoritates suprà allegatæ. At aliud judicium
ferendum est de effectibus nobilitatis, prærroga- 62
tivis nempè illi elargitis. Hæ namque lege, pa-
cto, & renunciatione tolli, & minui possunt, ut-
pote quæ nobilitati attributæ dicuntur, non ju- 63
re naturali, sed positivo, puta ex consuetudine,
privilegio, vel statuto, qualis est prærrogativa,
de qua agitur, quæ est merè civilis, & à statu-
to Civitatis proveniens, ut benè distinguit Jo:
Garz. de Hispan. nobilit. gloss. 6. num. 19. ibi = Ego
verò distinguo inter ipsam nobilitatem naturalem,
quæ est qualitas Generis, & sanguinis à Majoribus
proveniens, & hanc ajo renunciari non posse, inhæ-
ret enim ossibus, & inest à natura homini, ipsis na-
tivitatis auspiciis conciliata ab ipsis Parentibus,
& Parentum majoribus longà serie communicata:
At verò effectus nobilitatis, & prærogativas à ju-
re nobilitati concessas, & diuturno rerum usu re-
tentas, & custoditas posse quidem renunciari, nec
subest ratio efficax, quæ contrarium cogat =, & hanc
sententiam quod juribus, & privilegiis nobilita-
ti tributis renunciari queat, docuerunt Covaruv. 64
in cap. quamvis pactum part. 2., ubi sic judica-
tum ait in Granatensi Prætorio Pichard. ad leg.
3. num. 82. cod. de murilegul. lib. 11., Horos. in
leg. Jus agnationis num. 12. ff. de pact., Petr. Bar-
bos. in leg. alia §. Eleganter num. 13., & seqq. ff.
solut. matrim., Gregor. Lopez. in leg. 34. in fin.
part. 6. verb. de Sangrè, Azeved. in leg. 4. tit. 2.
num. 14. lib. 6., Excobar. de purit. sanguin. proband.
quæst. 4. §. 4. num. 47., & seqq., & §. 5. num. 23.,
Barlador. lib. 2. quotid. quæst. cap. final. part. 5. §. 6.
num. 11., Baez. de inop. debitor. n. 39., & seqq.,
Paithas. Amezeva de potest. in semetipsum cap. 23.
num. 16., Girond. de Privileg num. 225., Mierez.
de majorat part. 1. quæst. 38. num. 2., & num. 17.,
Valeron. de transact. tit. 3. quæst. 2. num. 20., An-
tunez. de donat. reg. lib. 2. cap. 17. num. 98., Capyc.
latr. decis. 183. num. 43.

Si igitur nulli dubium est hujusmodi effecti-
bus, sivè privilegiis nobilitati impartitis posse 65
tacitè renunciari per actus indignos, aut vilioris
artis exercitium, ex leg. unic. cod. negotiatores ne
militent lib. 12., & leg. milites cod. de re militar.
eod. lib., leg. final. cod. de dignitat., leg. 1. cod. ubi
Senatores, vel Clarissimi, Bald. in leg. nobiliores
cod. de commerc., & mercat., leg. nè quis cod. de
dignitat. lib. 10., Tiraquell. de nobilit cap. 27.,
Excobar. de puritat. sanguinis quæst. 4. §. 5. num.
25., pluribusque aliis, Capyc. latr. d. decis. 183.
num. 44., quid ni pacto etiam expresso non pote- 66
rit? ut prosequitur Antunez. de donat. lib. 2. cap.
17. sub num. 97., sivè enim tacitè, sivè expresse,
id fiat, non læditur nobilitas ipsa, prout est à na- 67
tura, sed tollitur prærogativa à civilibus consti-
tutionibus nobilitati tributa, remanetque quali-
tas sanguinis naturaliter impressa, licèt civilia
Privilegia, quæ sunt quædam accidentalia attri-
buta, imminuantur Robert. lib. 1. recept. lect. cap.
30., Cæs. Cost. variar. ambig. cap. 30. lib. 1., quos refert
Pichard. in d. l. 3. cod. de murilegul. n. 82., atque ità
intelligi oportet supradicta jura in l. Jus agnatio-
nis ff. de pact., & l. Jura sanguinis ff. de regul. jur.,
ubi

ubi habetur, quod Jus agnationis, & sangui-
68 nis pacto, aut lege tolli non possunt; hoc
enim benè procedit quoad ipsam agnationem,
prout est à natura, non enim fieri potest, ut
quis non sit sanguine conjunctus, vel quoad
ceteros effectus naturales, ut sunt amor, &
dilectio; secus verò quoad effectus civiles, qui
à jure civili tribuuntur agnationi, hi namque
lege, pacto, & renunciatione tolli, & imminui
possunt, ut pluribus exemplis ex nostro Jure de-
sumptis benè declarant *Bolognet. in leg. ut vim*
num. 16. ff. de Just., & Jur. post gloss. in §. Quod
autem verb. eognationis instit. de capit. diminut.,
Felin. latè in cap. quæ in Ecclesiarum de constit.,
Dec., & Cagnol. in d. leg. Jura sanguinis ff. de
regul. jur., & dec. in leg. pacta, quæ contra n. 3.
cod. de pact., Roman. cons. 82., Picard. loc. citat.
& in §. Quod autem instit. de capit. dimin., Hoto-
man. in §. Sed naturalia instit. de jur. natural.
gent., & civil., Gallerat. de renunc. tom. 2. cent.
1. renunc. 2. num. 42., & num. 53., & seqq., &
num. 61., & 62., ubi optimè disserit = *Ea etiam*
69 *beneficia, quæ a jure naturæ manare dicuntur, ha-*
bere in se tacitam conditionem, si is, pro qua in-
ducta sunt, illis uti velit =, nec si quis illis re-
nunciet, jus naturale infringi, sed renunciatio-
ne tolli beneficium illud Juris naturæ, quod,
eo renunciante, desinit naturæ æquitatem habe-
re; prout plura videmus in jure, quæ debita
naturæ dicuntur, & his omnibus renunciari po-
test, aliàs, ut inquit idem *Gallerat.*, exclamare
liceret cum *Cicerone act. 2. in Verrem = Quod mihi*
lex, meâ causâ dat, eo mihi non uti non licebit?

Quamobrem, si ex his compertum sit, quod,
quum non agitur de qualitate Generis, & san-
guinis à majoribus nostris proveniente, & quæ
à naturâ ipsâ homini inesse dicitur, sed de effe-
ctibus civilibus ab illâ provenientibus, nedum
expresse, sed tacitè etiam renunciari possunt,
quanto potiori Jure in casu nostro substinenda
erit transactio prò componendis litibus inter
Consanguineos celebrata, quâ illis non solùm
quoad naturalem qualitatem Generis, & san-
guinis, sed nec etiam quoad effectus Civiles ex
eo promanantes præjudicium nullum irrogatum
fuit. Nam, si jus obtinendi locum, & gradum
Reformantiæ, est prærogativa quædam à Statu-
to nobilioribus Civibus concessa, consistens in
quodam quasi exercitio, ac fruitione istiusmo-
70 di gradus honorifici; sivè unus, sivè alter de
Palmutiorum genere locum hunc occupet, &
exerceat, Familia prærogativam hanc habitu,
& exercitio retinere dicitur, habitu videlicet
71 quoad omnes, licèt exercitium per vices alter-
nativas inter ipsos de Familia sit divisum, qui-
cumque enim ex illis hunc locum occupet, is
72 porrò conservat Jus tùm Familiæ, tùm suo Co-
lumnello, exemplo Patronorum, qui si con-
73 veniant de præsentando alternis vicibus, juxtà
Text. in Clemens. plures de Jure Patr., nihil sibi
de eo detrahunt, quamvis exercitium dividant,
quippe suâ vice Præsentans, & sibi, & ceteris
Patronis Jus idem conservat, ut communiter
scribentes in dicta *Clem. plures*, & præsertim,

aliis relatis, ibi *Barbos. num. 5., & de offic., &*
potest. Episc. alleg. 71. num. 36., & seqq., Lam-
bertin. de Jurepatr. lib. 1. part. 2. quæst. 2. art. 36.,
Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. Gloss. 45. §. 1. n. 58.,
clar. me. Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 41. n. 1.,
& seqq., Urceol. de Transact. quæst. 27. num. 4., &
seqq., Rot. coram Burat. dec. 540. num. 6., cor. san.
mem. Alexan. VIII. dec. 65. n. 10., in rec. dec. 216.
num. 5., & seq. part. 10., & passim alibi.

Cum itaque ex his omnibus pateat, justâ ra-
tione sustineri minimè posse, quod super istius-
modi juribus honorificis, tametsi à qualitate 74
Generis, & sanguine profectis, atque à Majo-
ribus ad posteros transmissis transactiones, &
conventiones saltem quoad illorum exercitium
celebrari nequeant, DD. Antonius, Bartholo-
mæus, & Nicolaus de Palmutiis id unum dili-
genter inquirendum, sedulòque examinandum
esse ajebant, num scilicet reverà bon. me. Phi-
lippus Pater D. Cajetani de Palmutiis transa-
ctione obstringi, atque obligari voluerit, & num
etiam illa tamquam ex justa causa, & bonâ fide
inita obligare possit ejus filios. Quod attinet ad
primum, contractus celebratus quidem princi-
paliter legitur cum Ludovico ejus fratre, at si-
mul negari nequit, quin Philippus etiam eidem
consenserit, dum in eodem Instrumento legitur
juribus suis expresse renunciasse.

Neque verò sustineri posse dicebatur assum-
ptum D. Cajetani, quod scilicet Philippus ejus
Pater, renunciaverit solummodò favore bon. 75
me. Palmutii, Jo. Baptistæ, & Augustini Tran-
sigentium, ac per consequens cum illorum per-
sonis extincta quoquè fuerit personalis renun-
tiatio, ex regula *Text. in leg. Pater filiæ ff. de ser-*
vit. legat., Bald., & Castrens in leg. pactum do-
tale 3. Cod. de collat., Roman. in leg. qui su-
perstitis sub num. 1. ff. de acquir. hered., Faber. in
Cod. tit. de pact. defin. 22., Atograd. Jun. contr.
27., Rocca disput. Jur. select. cap. 194. num. 55.
quoniam transactionis verba contrarium evio-
cunt, in eâ enim dictum fuit, = *e l'altra luogo*
alla linea delli sopradetti Signori Palmuccio, Gio: 76
Battista, ed Agostino abitanti in Macerata, e lo-
ro Descendenti, alli quali il detto Signor Filippo
presente rinunzia = recta autem ratio, & natura-
lis significatio verborum non permittit, quod
renunciatio restringatur ad Palmutii, Joannis
Baptistæ, & Augustini personas, quando ea-
dem expresse celebrata legitur in gratiam to-
tius lineæ, & Descendentium omnium, quorum
appellatio simpliciter prolata omnes in infini- 77
tum comprehendit *leg. liberorum ff. de verbor. si-*
gnific. §. 1. Auth. de hered. ab intest., Bald. in
leg. Gallus §. Instituens; & ibi Imola num. 48. ff.
de liber., & Posth., Alex. in leg. ex facto §. Si
quis ita nu. 4. ff. ad Senat. consult. Trebell., Al-
ciat. in d. leg. liberorum 220. ff. de verb. signif., Re-
buff. in leg. cognoscere §. liberorum ff. eodem, Fusar.
cons. 43. nu. 44., & seqq. de substit. quæst. 327. n. 1.,
Peregr. de fideic. art. 22. num. 50., Rot. coram
Merlin. dec. 206. num. 14., coram Bich. decis. 252.
num. 13., & seqq., cor. Arguell. dec. 28. num. 47.,
coram Zarat. dec. 15. num. 4., cor. Card. Cels. dec.

181.n.18., in rec.dec.53.n.4. par.12., in Forolivien. Fideicommissi de Torellis 28.Junii 1702. §.Quarta cor.bon.mem. Muto, in Lucana Fideicommissi 14. Decembris 1708. §. Assumptum versic. magisque cor. Rmo Kaunitz, in Perusina Fideicommissi 20. Februarii 1713. §. Extraneam in fin. cor. R.P.D. Falconerio, & in Romana, seu Nicien. Fideicommissi 6. Martii ejusd. anni §. Augetur ad med. cor. eod.,
78 proindeque in terminis renunciationis stipulatæ prò Descendentibus, quod eadem porrigatur favore Descendentium omnium Renunciatarii, firmavit, discusso magistraliter articulo, Sac. Rot. in Ferrarien. Primogenituræ 16. Februarii 1705. §. Absque eo quod, & §. Profectò coram R. P. D. Ansaldo, confirmat. 16. Februarii 1706. §. Nec Rossettus coram Rmo Molines, & 4. Februarii 1709. §. Nec demum cor. eod., & 9. Decembris ejusdem anni §. Quæ omnia coram Emo D. Card. Priolo, & 14. Martii 1712. §. Hæc autem cessio cum seq. cor. R. P. D. Crispo, & generaliter de quacumque dispositione complectente
79 Descendentes, quod perpetua sit, &, exclusâ quacumque restrictione ad certam personam, seu gradum, duret, donec talis descendentia
80 extinguatur, Saminiat. contr. 175. num.49., Rocc. disput. Jur. select. cap.27. num.14., Mans. consul. 208. num. 42., Rot. in rec. dec. 10. num.4., dec.193. num.3., & dec.320. num.4. part.1., dec.164. nu.6., & dec.690. num.20. part.18., in Bononien. Fideicommissi de Bargellinis 4. Maii 1699. §. Ad impediendam cor. bo. me. Pio, in Reatina Fideicommissi 22. Martii 1700. §. Neque officere in fin. coram R.P.D. Ansaldo, in d. Lucana Fideicommissi 14. Decembris 1708. d. §. Assumptum cor. Rmo Kaunitz, & latè in Romana Fideicommissi de Palumbaria 1. Decemb. 1710. §. Quin subsistat cor. R.P.D. Aldrovando, quamobrem similis dispositio dici quidem poterit personalis, quatenus facta non
81 Juri in abstracto, sed contemplatione certi generis personarum, proindeque non exstinguetur cum singularibus personis, ut contingit in renunciationibus illis, quæ personalissimæ dicuntur, ut illas distinguendo declarat Passerin. in cap. Quamvis pactum num. 49., & num. 52. de Pact. in 6., Menoch. cons. 706. num.41. versic. respondeo, Malphes. ad Consuet. Neapol. tit. de renunc. quæst.3. num.21., & seq., Torr. de Pact. futur. success. lib. 2. cap.10. n.43. Spadaz. in theatr. viduil. disquisit. 67., & aliis relatis, Mans. consult. 8. sub num. 20., consult. 257. num.3., & consult. 296. num.10., Rot. in Pisauren. Fideicommissorum 23. Aprilis 1703. §. Nec subsistit cor. Lancetta, & in Perusina Immissionis 15. Januarii 1706. §. Non obstat cor. Scotto, extinctis igitur personis Palmutii, Jo. Baptistæ, & Augustini, exstincta dici nequibit renunciatio facta favore ipsorum lineæ, & Descendentium.

In dubium etiam venire nequit, quin istiusmodi renunciatio facta à Philippo contineat approbationem universæ transactionis, licèt principaliter celebratæ à Ludovico, nam is, qui
82 non coactus intervenit actui per alium gesto, illi consentire videtur, ad Text. in leg. Titius 9. in princ. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solvat., cap. ex literis 6. de transact., ubi de Teste, qui transactioni intervenerat, Bald., & Alberic. in leg. 83
exceptione Cod. de evict., ubi est casus de Fidejussore, Surd. cons.15.n.20., Tiraquell. de retract. lignag. §.1. Glos.9. n.268., Add. ad Ludovis. dec. 384.n.10., Rot. cor. Burat. dec.384. n.10., dec.566. n.19., & communiter notant Doctores in leg. Gajus Sejus 39. ff. de pignor. action., & confirmatur
nedum regulâ illâ, quâ traditur, paria esse actum 84
celebrare, & Celebranti consentire Bartol. in leg. Cum Pater §. Libertis ff. de legat.2., Bald. in leg.2. num.7. Cod. si adversus donationem, Angel., & Jason in leg. quoties omnium num.2. Cod. de fideicom., Padill. in leg. Clari num. 19. Cod. eod., Cagnol. in leg. Cum quis potest ff. de regul. Jur., Paris. cons. 76. num. 13., & seqq. lib. 4., Tiraquell. ad leg. Connubial. leg.16. glos.5. n.150., Covaruv. in rubr. de Testam. part.2. num.8., Fulgin. de Emphyt. tit. de Laudem. quæst.34. num.2., Mierez. de majorat. part.1. quæst.23. num.52., & seqq., Castill. latè hanc regulam exornans lib. 5. cap.89. n.113., Schrad. de Feud. part.10. Sect.8. n.103., Tor. de pact. futur. success. lib. 2. cap. 40. num. 39. sed coadjuvatur etiam exemplo Con-
sentientis alienationi, ipse enim etiam alienas- 85
se videtur, leg. quidam ex parte 12. ibi = si Coheredes præsentes adfuerunt, nec dissenserunt, videri unumquemque partem suam vendidisse ff. de evict., leg. si fundum per fideicommis. 94. in princ. verb. illis = præsente, & assignante eo ff. de legat. 1. leg. fidejussor. 26. §. Pater ff. de pignor., & hypothec., leg. si consensit 7., & leg. Lucius 11. cum seq. ff. quib. mod. pign. vel hipotech. solvat. leg. mater tua ibi = sin autem posteà consensisti = Cod. de rei vindic., cap. Pastoralis de donat., Tiraquell. in leg. si unquam verb. donatione largitus nu. 379., & seqq.; Quamobrem hæc duo fateamur necesse esse dicebatur, nempè Philippum transactioni consensum dedisse, & renunciationem ejus restrictam non fuisse ad Personas Palmutii, Augustini, & Joannis Baptistæ, sed utpotè factam beneficio totius posteritatis, & descendentiæ, mansuram, donec illa durabit.

Verumtamen adversus hæc repetebatur objectio illa acriter inculcata §. Validissimis hisce argumentis, & seqq., quod nempè Philippus jus 86
personale dumtaxat ipsi competens ratione majoris ætatis renunciaverit, ideòque, consensu præstito renunciationi, censeatur remisisse illud solummodò jus, quod habebat ratione majoris
ætatis, quod, utpotè personalissimum, ad fi- 87
lios transmisibile non erat Bald. in leg. Cum antiquioribus colum. penult. Cod. de Jur. deliber., Gratian. discept.695. num.5., at non etiam in renunciatione comprehendere voluisse jus futu-
rum heredis Bartol. in leg.1. §. Quod ait ff. quor. 88
legator., idem in leg. 1. ubi etiam Bald. Cod. de pact., Alvarot. in cap.1. §. Denique tit. quæ fuit prima causa benefic. amitten., Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. Glos. 9. num.134., Peregr. de fideic. art.52. num.91., Fulgin. de Jur. Emphit. tit. de renunc. quæst.10. num.25. Mangil. de evict. quæst. 112. num.34., qui per consequens hoc casu con-
trà factum Defuncti venire non dicitur, juxtà 89
ple-

plenè alibi firmata, quamobrem, licèt consen-
90 sum transactioni præstiterit, similis consensus
obligationem nullam inducere potuit, quæ af-
ficeret heredem, quippè simpliciter consentiens,
se non obligat, nec aliquid præstare dicitur Surd.
consf.421. num.13., Cephal.consf.558. num.35., Cy-
riac. contr.310. n.147., Schrader. de Feud.part.3.
cap.4. num.7., & 9., quemadmodum Doctores
differentiam constituendo inter alienationem à
91 Defuncto factam, & simplicem consensum illi
præstitum, docent, quod, si Defunctus ipse alie-
92 naverit, nequeat heres etiam ex jure proprio
contrà alienationem venire, secus verò, quando
ille non alienavit, sed solùm consensit aliena-
tioni Corn. consf.92. colum. penult. lib.4., Rauden.
consf.38. sub num.45., Surd. consf.15. nu. 30. consf.
105. num.40. ad fin., consf.421. num.12., Crast. in
§. Heres quæst.12. in fin., Peregr. de fideic.art.52.
n.91., & seq., Petr. eodem tract. quæst.14. n.320.,
Fusar. de substit. quæst.557. sub nu.27., & quæst.
560. num.11., & seq., & rursus quæst.597. n.6.,
Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de renunc. quæst. 10.
num.27., Mangil. de evict. quæst.112. nu.33. vers.
septimò limitatur, Rot. post Zacch. quæst. medic.
legal., dec.63. num.10.

At intentiùs cogitanti, & naturam, ac sub-
stantiam actus intimè intuenti suaderi diffici-
lè poterit, Philippum suum jus tantùm perso-
nale cessisse, illudque renunciando, non etiam
de heredibus suis cogitasse. Causa enim finalis
93 dictæ transactionis eò spectabat, idque expres-
sè continebat, ut prò dirimendis controversiis
inter duas Palmutiorum lineas exortas, unus
locus ad Columnellum ipsius Philippi, & Lu-
dovici perpetuò pertineret, alter verò retine-
retur à Columnello Palmutii, Jo: Baptistæ, &
Augustini. Si igitur res, & causa in transactio-
94 nem deducta huc pertinebat, si Philippus hanc
transactionem consensu suo non solùm tacito,
sed etiam expresso approbavit, si denique in ea
95 nuncupatim de filiis cogitatum fuit, utique di-
ci non potest de jure suo tantùm disposuisse, de
filiis non cogitasse, aut eorum jura lædere no-
luisse, quando natura, & substantia actus illa
comprehendebat, & causa finalis componendi
lites inter has familias exposcebat, ut Filiorum
quoque jura in transactionem deducerentur Rot.
in Nullius, seu Forolivien. Castri Vallis Oppii
22. Junii 1711. §. Non subsistente cor. Lancetta,
in Forosempronien. legatorum super Fideicommisso
Ludovici 2. Maii 1712. §. Quod autem, & in con-
firmatoria 1. Julii ejusdem anni §. Tota itaque co-
ram Aldrovando. Philippus itaque expressis ver-
bis renunciavit Juri suæ majoris ætatis, quod
tunc ipsi actu competebat respectu Transigen-
tium, qui erant minores re autem ipsâ renunciaf-
se dicendus est etiam pro juribus filiorum, dum
præsens, audiens, & videns ratum habuit con-
tractum totum, in quo principalitèr filiorum
Jura deducebantur, quippè positivus & expres-
96 sus consensus interpositus ad contractus cele-
brationem tacitam totius contractus approba-
tionem continere dicitur Cap. ex litteris de tran-
sact., & leg. Titius 9. in princ. ff. quibus mod. pign.
vel hypoth. solvat., Castill. contr. jur. lib.5. cap.
89. num.112. & seqq., aliique allegati in §. In
dubio etiam.

Et sanè, si Philippus acceptavit transactio-
nem, quæ suis, & aliorum filiis loca, & gra-
dus præeminentiæ dividebat, sinè aperta con-
tradictione admitti nequibit, quod jura filio-
rum præservare voluerit, id enim non esset ac-
ceptare, sed destruere transactionem, quæ ad
hoc interponebatur, ut inter Descendentes lis
futura non esset, & expressiùs nihil habet, nisi
ut unus locus competeret ipsius, & Ludovici
Columnello, alter verò alteri Palmutiorum li-
neæ; quamobrem, cum substantia, natura &
dispositio contractus necessariò comprehendat
jus filiorum, frustrà hoc casu opponitur, quod
quis consentiens contractui, vel renuncians,
comprehendisse non censeatur jus futurum, &
heredum nam, quando illorum jura deducta
sunt in dispositiva contractus, & illius sub- 97
stantia, & eventus eosdem comprehendit,
tunc necessaria non est expressa mentio here-
dum, dum ipse contractus pro heredibus ini- 98
tus dicitur, Peregrin. de fideicomm.art. 57. num.
97., Kelembec. de renunc.quæst.33. nu.46. & seqq.,
Torr. de pact. futur. success. lib.2. cap.24. nu.86.,
Rota coram Bich. decis.134. num.16., & seq., de-
cis.158. num. 20. & seqq., & num. 30., cor. san.
mem. Alexand. VII. decis.173. nu.5., in rec. de-
cis.587. num.2. part.1., & decis.659. nu.4.5., &
6. part.4. tom.3. apud Palm. Nepot. allegat.294.,
nu.18., & in Eugubina Immissionis 11. Maii 1711.
§. Neque attendi cor. R.mo Kaunitz, præsertim
verò, quando constat, in dispositione deductum
nedum esse jus filiorum, sed eorumdem aut
heredum mentio facta reperitur, quod quidem 99
utrumque concurrit in casu nostro, quia tran-
sactio facta est super Jure futuro perpetuo, &
progressivo, & principaliter provisum est filiis,
& Descendentibus, ut patet ex illis verbis =
Che delli due luoghi, che possono pretendere li detti
Signori Palmucci, debba sempre in perpetuo anda-
re uno alla linea del detto Signor Lodovico, e del-
li Signori Filippo Palmucci, e loro Descendenti,
e l' altro luogo alla linea &c. = quapropter nullo
modo sustineri posse videtur, quod in transa-
ctione, de qua agitur, Transigentes comprehen-
dere noluerint jus futurum filiorum, quando illa
præcipuè versabatur super tali Jure, inque ea-
dem filiorum mentio facta legitur, ut optimè
observant Surd. consf.355. num.38., & 43., The-
saur. Jun. quæst. foren.90. num. 15. lib. 2., Mer-
lin. de legit. lib.1. tit.2. quæst.11. §. Verùm nego-
cio versic. Intelligendo, Andreol.contr.407. num.
19. & seq., Altimar. ad Rovit. consf.23. nu. 25.,
Gizz. ad Capyc. latr. decis.4. num.26., Scopp. ad
Merlin. Pignatell. cap.11. nu. 17., Card. de Luc.
de renunc. disc.15. num.7., Rota coram Royas de-
cis.311. num. ult., in rec. decis.145. nu.5., & 9.
part.15., in Fulginaten. Pecuniaria 6. Junii 1698.
§. At in longè cor. bon. mem. Pio, in Forosempro-
nien. legatorum super fideicommisso Ludovici 2.
Maii

Maii 1712. §. Minimè relevante, & in confirmatoria Julii 1. Julii ejusdem anni §. Quoniam cor. R.P.D. Aldrovando.

Jam verò constabilito bis omnibus, quod transactio, de qua agitur, respectu Philippi restricta dici nequeat ad jus personale dumtaxat ipsius, sed apta sit ejus etiam filiis comprehendendis, cetera planiora redduntur, in dubium enim
100 revocari nequit, quin illa inita fuerit bonâ fide,
non enim deerat justa dubitandi ratio, an lineæ
Ludovici, & Philippi competeret amplius locus in Reformantia, postquàm usque ab anno
1640. à Civitate Maceratensi recesserat. Licèt
101 enim civilitas originis non amittatur, & hoc,
etiam quoad participationem honorum intelligant Doctores à nobis relati in *§. Frustrà denique obtendetur*, plures tamen contrarium sentiunt, ut, post *Bald. in leg. 2. Cod. de Infant. exposit.* tradunt. *Decian. cons. 94. num. 11. lib. 5., Surd. cons. 313. num. 67. cum duobus seqq., Gratian. discept. 559. nu. 20. & seqq., Pigant. ad statut. Ferrar. rubr. 98. sub nu. 15., Marat. discept. 6. num. 14. & seq., Ciarlin. contr. 37. num. 57., Carleval. de Judic. tit. 1. disput. 2. quæst. 2. num. 123., Bonden. collect. legal. tom. 1. cap. 44. num. 12. & seqq., Antonell. de loc. legal. lib. 1. cap. 6. num. 35., Ansald. de commerc., & mercat. disc. 10. num. 27., Boer. decis. 260. in fin., Afflict. decis. 384.*, præsertim quando Civis originarius
102 Patriæ onera non fert, eò quod æquum minime
videatur, honoribus Civitatis illum frui, qui pro Civitate nullum sentit incommodum *Gratian. dict. discept. 559. num. 29. & disceptat. 709. num. 16., & num. 19.*

Et licèt nemo origini renunciare queat, per
103 *Text. in dict. leg. assumptio ff. ad municipal.*, id
tamen intelligendum est in præjudicium Civi-
104 tatis, at non etiam, quod Civis renunciare ne-
queat juribus, & favoribus ipsi à Civitate impartitis, ut advertunt *Bartol., & de Platea in leg. Privilegio 27. Cod. de Decurion. lib. 10., Petr. Barbos. in leg. heres absens §. Proindè nu. 34.*, ubi alios *ff. de for. origin., Gallerat. de renunc. cent. 1. renunc. 2. nu. 50., Afflict. dict. decis. 384. nu. 10.*, quamobrem constitutum etiam reperitur, quod dispositio loquens de Civibus, minimè in-
105 telligatur de Originariis non habitantibus *Bald.
in rubr. Codic. si a non competen. Judic num. 2., Barbos. dict. leg. heres absens §. Proinde num. 51., & num. 115. & seqq., Boss. de crimin. les. Majest. nu 64., Avendan. de execut. mandat. cap. 4. nu. 25., Gaill. observat. Jur. lib. 2. observ. 36. nu. 6. & seqq., Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 42. num. 7., Galeot. dict. contr. 17. nu. 12. & seqq. lib. 2.*, Fortius verò hæc urgere videbantur tam contrà ipsos Transigentes, quàm contrà eorum Descendentes, quia nec ipsi, nec eorum Pater nati erant Macereti, nam Ludovicus Sen. Avus Philippi, & Proavus D. Cajetani migraverat in oppidum Montis Philoptrani, ideoque, si Phi-
106 lippus juvari nequibat origine Avi, *gloss. in leg.
assumptio verb. non domicilium ff. ad municipal., Joan. de Platea, & alii in leg. filios Cod. de municip., & originar. lib. 10., Amaya in leg. Cives num. 21. Cod. de Incol. lib. 10., Barbos. loco superius citato num. 17., & leg. 2. §. Legatis in princ. ff. de Judic., Carleval. de Judic. tit. 2. disput. 2. num. 54. & seqq., Galeot. dict. contr. 17. num. 11. lib. 2.*, multò minus D. Cajetanus juvabitur origine Proavi.

Præterea in dubium revocari poterat, an privilegium hoc retinendi locum, & gradum reformantiæ per tanti temporis non usum deperditum fuisset, communiter enim traditur, pri-
vilegium affirmativum decem annis per non 107
usum præscribi, negativum triginta *leg. 1. ff. de nundin.*, ubi *Bartol. & alii, Felin. in cap. Cum accessissent num. 25., & seqq. de constit.*, ibique etiam *Panormitan. num. 6., & Boich. nu. 3., Tapia post alios in leg. final. part. 2. cap. 1. num. 5. ff. de constit. Princip., Amaya in leg. 1. Cod. de his, qui sponte, Faber. in Cod. tit. de præscript. 30. vel 40. annor. definit. 10., Gaill. observat. Jur. lib. 2. observ. 60., Molin. de Primog. lib. 2. cap. 7. num. 72., Mieres. de majorat. part. 1. quæst. 17. num. 2., Vasq. contr. illustr. cap. 2. nu. 5., Cancer. var. resol. part. 3. cap. 3. de privileg. num. 271., Castill. contr. Jur. lib. 7. cap. 19. num. 2., Garz. de nobilit. gloss. 7. num. 38. usque ad 42.*, quo loco examinans hanc quæstionem, num videlicet si quis nobilis non utatur privilegio sibi concesso per
decem annos, si sit affirmativum, & aut tri- 108
ginta, si sit negativum, sibi præjudicet? eam resolvit determinando, non solùm sibi præjudicare, sed & successoribus suis, idque præcipuè probat ex *Textu in cap. de Terra de privileg.*, quo disponi-
tur, quod Monachi per non usum Antecesso- 109
rum privantur privilegio non solvendi Decimas concesso eorum Antecessoribus, & affert similem *Text. in cap. accedentibus eodem tit.*, quo statuitur, privilegium concessum Templariis per
non usum extingui, pluresque ad assumptum 110
probandum adstruit auctoritates. Talem verò non usum indifferenter nocere tum præsentibus,
tum absentibus, tradunt *Barbos. in dict. cap. de* 111
Terra num. 6. de privileg., Castill. contr. jur. lib. 7. cap. 19. sub num. 3. vers nec distinguitur.

In hac igitur dubietate, quæ non solum litem excitare poterat, sed de facto jam excitaverat, rectè interposita dicenda erit transactio, quando, ut eadem prudenter inita censeatur, sufficit solus timor litis *L. 1. ff. de transact. L. 2.*
C. eod. ibi = *Tamen propter timorem litis transactio-* 112
ne interpositâ, pecunia rectè cauta intelligitur, Cujac. oper. Posth. tom. 2. in lib. 75., Paul. ad edict. dict. fol. mihi 917. lit. C. & Tom. 5. fol. 26. lit. B., & in append. Oper. fol. 613. liter. G., Valeran. de transact. tit. 2. quæst. 2. num. 2. & seqq., Urceol. eodem tract. quæst. 2. n. 32. cum seq. & quæst. 50. num. 9., Rocc. disput. jur. select. cap. 111. n. 53. 56., & 86., Rot. cor. Card. Cerro decis. 97. nu. 15., plenè in Pisauren. transactionis 1. Julii 1707. §. Et quidem coram Priolo, eademque, modò ab-
sit aperta calumnia, bonæ fidei adminiculo ful- 113
cita semper præsumitur *Venturin. cons. 3. num. 35., Urceol. de transact. quæst. 50. nu. 11., Card. de Luc. de feud. disc. 43. sub num. 15. disc. 49. sub num. 8., Castill. decis. 106. num. 55., Rota coram,*

Merlin.

Merlin. decif.163. num.8., & decif.799. num.21.,
in rec. decif. 262. num.15. part.19., post Torr. de
pact. futur. success. decif.190. num.12., in Man-
tiss. ad ornat. Card. de Luca de fideicomm. decif.
37. sub num.8., ità quidem, ut pro illa indu-
114 cenda modica dubitandi occasio sufficiat Bald.
in leg. 2. Cod. de transact., Fabr. in rational. tom.3.,
leg. in summ. §. 1. ff. de condit. indebit., Becc. cons.
109. num.9. & seqq., Valenz. cons.175. num. 14.,
Mantic. de tacit. lib.2. tit.1. num.16., Caren. re-
solut.204. num. 6., Vrceol. consult. 70. post num.
29., Altogr. Jun. contr.6. num. 18., Saminiat.
contr.145. num.23., Rota in rec. decif.203. nu. 2.
part. 3., cum aliis in dicta Pisauren. transactionis
115 loco mox citato; Imò verò aliquorum, vel unius
tantùm insignis Doctoris opinio, justam transi-
gendi causam præbeat, Jas. in leg. properandum
§. Sin autem num.8. Cod. de Judic., Felin. in cap.
super his num.19. de accusat., Bero cons. 1. num.3.
lib.2., Cyriac. contr.196. num.90., Caren. resol.
204. num.6., Valeron. de transact. tit. 2. quæst.3.
num.23., Altograd. contr.6. num.19., Add. ad
Ludovis. decif.149. num.7., Rocc. disput. jur. se-
lect. cap.111. num.65., Balducc. ad Ramon. cons.
62. num.101., Saminiat. contr.143. nu.71., Rot.
in rec. decif.263. nu.3. part.3., & cor. san. me. Ale-
xan. VIII. decif.25. num.16.

Quonam igitur pacto in dubium revocari
poterit; quin bonâ fide celebrata fuerit transa-
ctio facta pro avertenda lite jam mota, & qui-
dem super re dubiâ, in quâ, ex rationibus, & au-
116 ctoritatibus superiùs adductis, jura tum Philip-
pi, & Ludovici, tum eorum deinceps Descen-
dentium, in ancipiti versabantur, hæ namque
sunt potissimæ, & probatissimæ transactionis
ineundæ causæ, ut benè respondit Paul. dict. leg.
in summa 65. in princ. ff. de condit. indebit. leg. 1.
& 2. Cod. eodem, Castrens. in leg. eleganter in
princ. ff. de condit. indebit., Rot. coram Merlin.
decif.163. num. 3., & seqq., undè proditum est
117 illud omnium ore tritum axioma, maximè
interesse litibus non implicari, lucrumque ma-
ximum reputari ab illis recedere, Vlpian. in leg.
minoribus 6. in fin. ff. de minor., Abb. in cap. 1.
num.2. de transact., Surd. cons.471. nu.27., Ro-
ta coram Cavaler. decif.407. nu. 4., coram Royas
decif.437. num.5., coram Merlin. decif.767. num.
10., convenit enim, ut ait Cicero 2. de offic. = Con-
118 venit abesse à litibus quantum liceat, & nescio,
an paulò plus etiam, quàm liceat, est enim non mo-
dò liberale paullum, nonnunquam de suo jure de-
cedere, sed interdum etiam fructuosum =, ut in-
terdum fortasse melius sit re ipsà carere, quàm
litis majora damna subire, Vlpian. in leg.4. §. 1. ff.
de alienat. Judic. mutand. caus. verbis illis non ta-
men ejus factum improbat Prætor, qui tanti ha-
buit, re carere, ne propter eam sæpius litigaret
hæc enim verecunda cogitatio ejus, qui lites exe-
cratur, non est vituperanda =, id verò præci-
119 puè laudandum est inter sanguine Conjunctos,
inter quos acerbiora solent odia per lites excita-
ri, Menoch. cons.401. num.184., Rocc. disput. jur.
select. cap.111. num.56. vers. præsertim, Rota co-
ram Merlin. decif.163. num.5.

Clariùs verò bona fides elucescet, si specte-
mus æqui, bonique rationem, quâ transactio
celebrata fuit: Philippus enim, & Ludovicus,
jus suum, & filiorum non alienarunt, sed po-
tiùs illud in tuto posuerunt tempore, quo non
possidebatur, & ejus vindicatio non carebat dif-
ficultate, summà enim æquitate unus locus
fuit constitutus filiis Philippi, & Ludovici, al-
ter DD. Palmutiis de Macereto, qui, licèt es-
sent in una linea, illi verò in duas subdivisi, ta-
men, & utrique unum repræsentabant Colum-
nellum, & isti etiam poterant mox in duas, & 120
plures lineas propagari, cujus eventus possibi-
litas contractum in æqua lance constituit leg. 1.
Cod. de pact. ibi = Conditionis incertum inter fra-
tres, non iniquis rationibus conventione finitum
est, = & leg. si eà lege 17. Cod. de usur. = Quam-
obrem sivè loca deberentur senioribus, quod in
ipsa transactione conventum legimus, sivè alià
quavis ratione distribuenda essent, non plus ju-
ris, & spei consequebantur isti, quàm illi,
utrinque enim poterant personæ, & lineæ mul-
tiplicari, utrinque incertum remanebat, quem-
nam, primo loco vacante, seniorem esse con-
tingeret; si igitur mala fides tunc adesse dici- 121
tur, quando jus successorum in totum destrui-
tur, aut nullo periculo contrarii eventus, de 122
jure non dubio deciditur, inani transactionis
colore velando voluntariam alienationem, Pe-
regr. de fideicom. art.52. nu.88., Fasar. de substit.
quæst.562. num.2., Castill. contr. jur. lib. 8. cap.
36. §. 2., Cyriac. contr.3. num.2., Card. de Luc.
de fideicomm. disc.13. num.21., disc.173. sub nu. 4.,
Vrceol. de transact. quæst.51. num.24., Rocc. dis-
put. jur. select. cap.2. num.52., Rota coram Peu-
ting. decif.484. num.15., coram Royas decif. 312.
num. 2., in Mantiss. ad ornat. Card. de Luca tit.
de fideicomm. decif.37. num.28., omni procul du-
bio malæ fidei suspicione vacabit transactio,
adeò æquis conditionibus celebrata; in qua Phi-
lippus, & Ludovicus, non solùm non destru-
xerunt, sed sibi, suisque Descendentibus as- 123
servaverunt jus non certum, nec possessum, sed
dubium, & controversum, proindeque in du-
bium venire nequit, quin istiusmodi transactio
nedum bonâ fide, sed æquissimâ ratione inita
afficiat etiam successores, tametsi ex propria
persona, & jure venientes, leg. Præses Cod. de
transact. cap. 1. §. si Vassallus tit. si de feud. de-
funct. content. sit, Bald. in cap. Imperialem num.
17. de prohibit. alienat. per Frideric. Alvarot.,
Afflict., & alii in cap. 1. de contr. inter Vassallos
Zas. de feud. part. 9. num. 10., Schrader eodem
tract. part.8. cap.1. num.44., Rosent. cap.9. con-
clus.21. num.1. & seqq., Peregr. caus.60. num.3.
lib.4., & de fideicomm. art. 52. num. 84., Petr.
eodem tract. quæst.8. num. 74., Mantic. de tacit.
lib.26. tit.4. num.20., Gratian. discept. 476. nu.
2., Cyriac. contr.3. num.21., Cirocch. discept.3.
n.35., Adden. ad Molin. de Primog. lib.1. cap.16.
num.32., Valeron. de transact. tit.4. quæst.2. n.4.,
Vrceol. eod tract. quæst.51. num.8., & seqq., Al-
tograd. contr.5. num.40., Prat. discept. 40. n.20.,
& seqq. lib. 2., Card. de Luc. de Feud. disc. 10.
num.

num. 11., disc. 49. sub num. 8., de donat. disc. 7.
in fin., de usur. disc. 35. num. 16., Rot. post Cen-
sal. decis. 43., & decis. 48., Rot. in rec. dec. 127.
num. 18. part. 15., decis. 346. num. 1. part. 16., in
Mantis. ad ornat. Card. de Luc. tit. de fideic. de-
cis. 37. num. 31., decis. 38. num. 22., & post Pau-
lut. differt. 15. decis. 2. num. 1.

Idque etiam confirmatur ex eo, quod, si, ut
alibi diximus, in transactione ista juris potiùs
exercitium divisum, quàm quidquam de Jure
remissum dici debet, eò quod habituale jus io
tota familia resideret, exercitium verò duabus
dumtaxat Personis competere posset; pruden-
ter ad evitandas lites facta censenda erit transa-
ctio ista exercitium æqualiter dividens, similis-
que divisio impugnari nequibit à Descendenti-
bus Condividentium, tametsi ex proprio jure
124 veniant, quia, sive versemur in Feudis, sivè in Fi-
deicommissis impugnare non licet divisiones
bonâ fide factas à Majoribus, eædem enim affi-
ciunt Successores, quamvis non sint heredes
Dividentium, & ex propria persona vocentur,
ut docent *Bartol., Bald., Alberic., & Castrens.*
in leg. cùm Pater §. Hereditatem post mortem ff.
de legat. 2., Afflict. in cap. 1. num. 77., & ibi
communiter Feudistæ *de natur. success. Feud.,*
Alexand. cons. 18. num. 8. lib. 2., & cons. 60. n. 4.
lib. 3., Jason. cons. 64. num. 3. lib. 3., Purpurat.
cons. 548. num. 31., Natt. cons. 22., Surd. cons.
349. num. 21., Mantic. de tacit., & ambig. lib. 23.
tit. 25. sub num. 22. vers. ubi etiam dicit, Tusch.
pract. conclus. verb. judicio conclus. 521. num. 5.,
& conclus. 523. num. 4., ubi inter specialia divi-
125 sionis ponit, quod facta per heredes gravatos,
aut Feudatarios præjudicat Vocatis, & Descen-
dentibus, etsi non sint heredes Dividentium,
Schroder. de feud. part. 8. cap. 2. num. 38. vers. at-
que hæc adeò vera sunt &c., Altograd. jun. con-
trov. 5. num. 24., Rot. in rec. decis. 489. num. 12.
part. 4. tom. 2., ob illam suprà insinuatam ratio-
nem, quod talis divisio non est alienatio, sed
126 potiùs quædam composita inter Dividentes ra-
tio, ut post *Bartol. cons. 123. lib. 1., & Ruin. cons.*
40. num. 5. lib. 4., loquitur *Tusch. d. conclus. 521.*
num. 3., Rot. in Faventina fideicommissi de Pasiis
17. Februarii 1713. §. Subsequitur cor. Lancetta.

Nilque officit sententia, quæ favore Ludovi-
ci lata fuisse dicitur, quia hæc potius robur ad-
dit transactioni, nàm illa, utpotè remedio ap-
127 pellationis suspensa, justam causam præbuit
transactioni liti finem imponenti, *leg. 7.* ibi =
& post rem judicatam transactio valet, si vel appel-
latio intercesserit, vel appellare potueris = *leg. post*
rem 11. verbis illis = *post rem judicatam, etiamsi*
provocatio non est interposita, tamen si negetur, ju-
dicatum esse, vel ignorari potest, an judicatum sit,
quia adhùc lis subesse possit, transactio fieri potest =
ff. de transact. leg. eleganter §. 1. ff. de condit. in-
debit., itâ sanè res se habet in casu nostro, in
quo ab altera ex partibus dicitur non exhiberi
sententiam, vel id unum certum est; quod un-
dè nobis ejus notitia provenit, simul demonstra-
128 tur, appellationem, & nullitatem adversus eam
propositam fuisse, quæ dum ex transactione si-
lentium receperunt, credendum est, per ipsam
transactionem fuisse à lite recessum, prout ipsæ
Partes in proemio transactionis expressè de-
clararunt; quæ porrò declaratio potissimùm at- 129
tendi debet, ad tradita per *Rocc. disput. jur. se-*
lect. cap. 111. num. 56., Rot. in Pisauren. tran-
sactionis 21. Februarii 1707. §. Objectum siquidem
coram Priolo.

Constabilitâ igitur bonâ fide, & justâ causâ,
ex qua transactio celebrata fuit, non est am-
plius de Transigentium juribus subtiliùs disqui- 130
rendum, *Roland. cons. 28. num. 16. lib. 4., Rocc.*
disput. jur. select. cap. 111. num. 68., Rot. coram
Merlin. decis. 854. num. 6., &, ut bene ex *Sorcin.*
cons. 69. num. 39., ait *Valeron. de transact. in*
proem. sub num. 34. = *quando contractus fuit ini-*
tus prò pace, & concordia, debet perpetuò obser-
vari, nec in ea de apicibus Juris disputari, quia
prò pace mala etiam toleranda sunt =, *Canon. 1. caus.*
23. quæst. 4. = & rectè admonemur egregiâ sen-
tentiâ *Cassiodori lib. 1. variar. epistol. 5.* = *in im-*
mensum trahi non debet finita litigia; unus enim in-
ter procellas humanas Portus instructus est, quem
si homines fervidâ voluntate prætereunt, in undosis
jurgiis semper errabunt, acriterque =, quod im-
probans Philippus Imperator, ipsam etiam san-
guinis conjunctionem in argumentum repre- 131
hensionis adducit *in leg. fratris Cod. de transact.*,
verbis illis = *fratris tui filiis de paterna successio-*
ne, ac statu, etiam nunc, contrà fidem sanguinis,
itemque placitorum quæstionem inferre parùm pro-
bè postulas = qua de re non minor auctoritas,
quàm rei judicatæ illi tribuitur, *leg. non minorem* 132
20. l. sivè apud acta Cod. de transact., l. postquam
liti C. de pact., l. 2. ff. de jurejur., prohibeturque
Rescripto etiam Principis rescindi, ne lites ite- 133
rum suscitentur, *leg. causas 16. Cod. eodem*, om-
nemque possibilem interpretationem prò illa
sustinenda accipiendam esse docuerunt *Surd.* 134
cons. 451. num. 27., Vulenz. cons. 175. num. 9.,
Honded. cons. 34. num. 69., Mantic. de tacit. lib.
26. tit. 9. num. 45., Altograd. contr. 6. num. 17.,
Valeron. de transact. tit. 3. quæst. 6. num. 38., Ad-
den. ad Ludovis. decis. 286. num. 11., Fontanell.
decis. 45. num. 11., Rot. coram Merlin. dec. 625.
num. 20.

His igitur omnibus consideratis, hereditariâ
nempè qualitate D. Cajetani, æquâ ratione, quâ
initâ fuit transactio non continens juris aliena-
tionem, sed solam exercitii divisionem ad amo-
vendas discordias adeò æquabiliter factam, ut
utraque Pars par commodum senserit, paribus-
que subjaceat eventibus, crederem, eam jure
sustineri, nullamque subesse validam causam,
ob quam à Descendentibus, & Successoribus
possit infringi.

Aretina fructuum Dotis.

Fructus dotis, soluto Matrimonio, filiæ, an, &
quomodo debeantur? Filiæ alimenta quando
præstanda sint Judicis officio, vel potius ju-
re actionis? Alimenta *Judicis officio* præ-
standa non sunt ei qui aliunde habet, quo se
pos-

possit alere, sive ubi ea præterita sint. Dilatione ad solvendum pendente, nulli debentur fructus. Mater non tenetur filios alere, nisi in subsidium. Pro alimentis hypotheca non competit. Restitutio in integrum concedenda adversùs sententiam injustam, etiam alterius confirmatoriam.

VOTUM L.

1 *Fructus dotis ab heredibus Viri non debentur, nisi ratione moræ.*

2 *Ac nisi interpellati fuerint.*

3 *Ad fructus dotis tenentur heredes Patris promissoris non ratione moræ, sed loco alimentorum.*

4 *Nec requiritur interpellatio. Intellige ut* num. 8.

5 *Alimentorum onus ad Patrem, ejusque spectat Heredes.*

6 *Emptor rem, & pretium retinens, ex æquitate* l.curabit Cod. de act. empt. *tenetur ad fructus recompensativos.*

7 *Ex eademque æquitate mulieri loco fructuum dotis non solutæ debentur alimenta.*

8 *Fructus dotis alimentorum loco non debentur mulieri aliunde habenti, quo se possit alere.*

9 *Fructus dotis cum petuntur alimentorum loco, Judicis officio debentur.*

10 *Alimenta Judicis officio ei non debentur, qui de suo potest vivere.*

11 *Alimenta non debentur pauperi ex proprio culpa.*

12 *Mulier, ei amplo usufructu relicto a Viro, pauper non dicitur.*

13 *Nec dotis fructus illi debentur alimentorum loco.*

Procedit, sive Mulier agat contra heredes Viri, sive Patris ibid.

14 *Pro alimentis præteritis non competit officium Judicis, sed tantùm pro præsentibus, & futuris.*

15 *Pro alimentis præteritis locus non est officio Judicis, nisi quum debitum pro se alendo quis contraxisset.*

16 *Alimenta, quæ petuntur jure actionis, Alimentariis, etiam divitibus præstanda sunt.*

17 *Licèt præterita*, & num. 22.

18 *Authoritates firmantes, deberi alimenta filio, etiam aliundè proviso, intelliguntur de alimentis jure actionis debitis*, & num. 19. ad 27.

19 *Alimenta ex qualibet ultima dispositione sunt jure actionis debita.*

Procedit insuper ex contractu num. 20.

Sive etiam ex Statuto num. 21., 22., 23., & 54.

21 *Alimenta filiæ debentur tamquam fructus legitimæ, ubi dos loco legitimæ succedit.*

24 *Alimenta quoties ex contractu, ultima voluntate, aut Statuto non sunt præstanda, Judicis officio debentur.*

25 *Obligatione deficiente, deficit, & actio.*

26 *Alimenta Ascendens quilibet præstare tenetur jure naturæ*, & num. 28.

Intellige, Judicis tantùm officio ibid.

24 *Alere proprios natos homines, naturà, cum Belluis commune habent.*

29 *Judicis officium ab æquitate manat.*

Eàque suadente, competit illud, ubi deficiat actio ibid.

30 *Mulieri, soluto Matrimonio, Judicis tantùm officio debentur alimenta.*

31 *Subrogatum naturam ejus assumit, in cujus locum subrogatur*, & num. 36.

32 *Fructus debiti velut accessiones rei subrogatæ, istius naturam habere censentur, si de fructibus naturalibus, non si de civilibus agatur.*

33 *Dotare filiam Pater tenetur, Judicis tamen officio, non jure actionis.*

34 *Hæcque verior, ac receptior opinio est.*

35 *Fructus dotales nonnisi Judicis officio debentur*, & num. 36.

36 *Accessorium sui principalis naturam sequitur.*

37 *Pater, sicuti tenetur legitimam filio, dotemque filiæ tradere, licèt aliunde habeat, ita etiam alimenta.*

38 *Filiis enim loco legitimæ debentur alimenta; filiabus loco dotis.*

Argumentatio istiusmodi nequit subsistere; & ratio num. 39., 40., & 41.

39 *Pater legitimam, aut dotem liberis divitibus tradere tenetur, non item alimenta.*

40 *Dotem, aut legitimam liberis divitibus non deberi, absurdum est.*

41 *Ab alimentis ad dotem si non valet argumentum, nec etiam è converso debet valere.*

42 *Argumenta ad invicem convertuntur, cum paritas procedit.*

43 *Dilatione pendente ad solvendam dotem, nulli debentur fructus.*

45 *Dotis promissæ a Matre, ab eaque non solutæ quando non debeantur fructus alimentorum loco?* & num. 46.

46 *Mater, nonnisi in subsidium alere tenetur filios.*

47 *Pro alimentis a Patre debitis hypotheca non competit; juxta communiorem opinionem.*

48 *Et* Decisiones *contrarium sentientes errasse, demonstratur.*

49 *Salvianum non competit, hypothecà deficiente.*

50 *Pro alimentis competit actio personalis in rem scripta.*

51 *Pro alimentis assignatio Bonorum debet fieri.*

52 *Restitutio in integrum conceditur adversus sententiam nullam, & injustam, etiam alterius confirmatoriam.*

53 *Præsertim, si petatur non ut sententia revocetur, sed ut nova Causæ cognitio debeat assumi.*

54 *Alimenta filiæ etiam aliunde habenti præstanda sunt, cum debentur jure actionis.*

***

FRANCISCUS constituit Isabellæ filiæ nupturæ Francisco dotem scut. 1200. percipiendam ex fructibus Prædii del *Foppo* donec integrè solveretur ; huic quantitati Faustina Mater addidit scuta 300. de suo solvenda post annum à die obitus ejusdem Faustinæ ; fructus unius tantùm anni, constante Matrimonio, ex dicto Prædio percepisse dicitur Franciscus vir, per cujus tandem obitum anno 1679. dissoluto Matrimonio, præfata D. Isabella vidua agens anno 1686. cum prò solutione suæ dotis, & fructuum in judicium vocasset Joannem Felicem ejus fratrem (fato namque cessserant tam Franciscus Pater, quàm Faustina Mater) anno 1691. immissionem vigore Salviani obtinuit ad dictum Prædium del *Foppo* nedum prò sorte dotali, verum etiam prò fructibus decursis à die obitus Francisci viri ad rationem scut. quatuor prò centenario, cujus sententiæ virtute eadem D. Isabella possessionem Prædii adepta, in illa continuavit usque ad annum 1701., quo D.Maria Angela heres memorati Joannis Felicis defuncti impetravit restitutionem in integrum adversus dictam sententiam, sed frustrà, nam post diuturnam Causæ discussionem illa tandem anno elapso confirmata fuit à D. Auditore Boussnio ; quapropter in hoc rerum statu D. Maria Angela sentiens se læsam in eà parte, in qua condemnata fuit ad solutionem dd. fructuum, antequam petat novam restitutionem in integrum, certior fieri cupit de; validitate, & pondere suorum jurium, proindeque prò veritate examinandum mihi proposuit, an rèvera dd. fructus debeantur Isabellæ.

In quà quæstione dicendum videbatur, illos D. Isabellæ statim deberi à die obitus Viri, si non uti fructus, saltem uti alimenta; non enim prò
1 ipsis agitur contrà heredes ejusdem Viri, contrà quos etiam de jure communi requiritur interpellatio, cum fructus ab eis non debeantur, nisi ratione moræ, in qua esse non dicuntur, nisi
2 sequutà interpellatione, *Cyriac. contr. 542. n. 7., & seqq., Thesaur. decis. 43. per tot., Thomat. decis. 196. num. 6., Rot. cor. Coccin. decis. 176. n. 2., & seq., & decis. 1641. num. 10., cor. Baratt. decis. 159., ibiq. Adden. num. 13., cor. Dunoz. jun. decis. 796. num. 1., & 2., cor. Bi.b. decis. 487. num. 14., & seq., cor. Ottab. decis. 103. num. 5., post Merlin. de pignor. decis. 3. num. 1., post Mell. observ. ad Castill. decis. 98. nu. 9., in rec. dec. 106. num. 5. in fin. part. 2., decis. 14. num. 12., & 13. part. 5., decis. 382. num. 6., & decis. 413. num. 2., & seqq. part. 14*, sed agitur contrà heredes Pa-
3 tris promissoris ob retardatam dotis solutionem, quorum respectu cum fructus verè non debeantur ratione moræ, sed loco alimentorum, quæ Pater filiæ præstare tenetur donec dotem solvat, ut communiter notant *DD. in l. alimenta ff. de negoc. gest., Castrens. cons. 11. sub n. 4. vers quatenus autem petuntur lib. 1., Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 1. num. 7., & 8., Cyriac. contr. 30. per tot., Surd. de alim. tit. 1. quæst. 26. num. 1. quæst. 42. num. 133., & quæst. 105. n. 2., Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. glass. 2. part. 6. num. 4., 5., & 10. tom. 2., Gratian. discept. For. cap. 141. num. 59., cap. 143. num. 14., cap. 245. num. 30. cum seqq., & cap. 726. num. 3., & 4., Rodriquez de ann. reddit. lib. 3. quæst. 7. num. 49., Magon. decis. Florent. 83. num. 1., Mastrill. dec. 298. num. 16., Giurb. decis. 72. num. 1., Sperell. decis. 84. num. 1., Rot. cor. Dunoz. jun. dec. 796. nu. 5., cor. Buratt. decis. 159., ibiq. Adden. n. 13., post Fenzon. ad Stat. Urb. decis. 81. §. Neque hic 85., §. Neque refragari, & §. Nec ad rem, & decis. 86. § Quia pluribus post med. observ. ad Castill. decis. 39. num. 3., post Zacch. de oblig. Cameral. decis. 226. num. 2. inter divers., decis. 244. num. 1. part. 4., in rec. decis. 471. num. 1. part. 1., decis. 574. num. 1. part. 2., decis. 448. num. 1. part. 3., decis. 188. num. 4., part. 10., decis. 382. num. 6., & 7., & decis. 413. nu. 2., & plurib. seqq. part. 14.*;
hinc fit, quod, si, soluto Matrimonio, dos à Patre 4
filiæ promissa, nondum fuerit soluta, statim illi absque ulla interpellatione debeantur fructus
saltem ratione alimentorum, quorum onus ad 5
illum, ejusque spectat heredes, *Bald. in l. qui filium, ff. ubi Pupill. educ. deb., & in l. de alimentis in fin. C. de transact., Soccin. sen. cons. 57. num. 36., & seq. vol. 4., Menoch. cons 81. n. 61., & 66., Gabriel. cons. 139. num. 14. lib. 2., clar. mem. Card. de Luc. de dot. disc. 113. num. 5., Surd. de alim. lib. 1. quæst. 105. num. 2., Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 83. num. 52., Sperell. decis. 84. num. 43., Panimoll. decis. for. Eccles. 3. num. 10., 11., & seqq., Afflict. decis. 284. num. 4., Rot. cor. Rembald. decis. 603. num. 12., & seq., cor. Dunoz. jun. decis. 796. num. 5., & 6., post Fenzon. ad Stat. Urb. decis. 81. num. 48., decis. 84. §. Tum etiam, & seq., & decis. 86. §. Quia pluribus, cor. Mantic. decis. 26. num. 2., cor. Seraphin. dec. 958. num. 3., & prius decis. 517. num. 1., & seq., cor. san. mem. Gregor. XV. decis. 80. num. 4., in rec. decis. 471. num. 1. part. 1., decis. 156. num. 1., 2., & 3., & decis. 171. num. 1. part. 15.*

Quid enim justitiæ regulis magis consentaneum est, quàm quod, is, qui dotem retinet, eàque fruitur, mulierem alat? contrà verò quid magis æqui bonique rationi repugnat, quàm, quod, postquam dos promissa, & constituta fuit, Pater, ejusque heredes illam retineant, & saltem alimenta in recompensationem fructuum dota-
lium non solvant? sicuti enim emptor rem, & to- 6
tum sive partem pretii retinendo, tenetur ad fructus recompensativos, ex æquitate *L. curabit C. de act. empt.*, ità quoque eadem æquitas postu-
lat, quod loco fructuum recompensativorum 7
saltem alimenta mulieri viduæ solvantur ab heredibus Patris, qui illius dotem retinent, ejusque fructus percipiunt, ut benè, ducto argumento ab æquitate *d. l. curabit, ad rem infert. Alex. cons. 69. num. 3. vers. ex quibus lib. 1., Menoch. cons. 81. num. 61., & seqq. lib. 1., Leotard. de usur. quæst. 30. num. 31., & seqq., Bonden. collect. legal. 21. num. 151., & seqq., & num. 160., & seqq. tom. 2., Panimoll. decis. for. Eccles. 3. n. 4.*

Verumtamen, licèt hæc primo rei obtutu plurimùm urgere viderentur adversus D. Mariam

riam Angelam, nihilominus veriùs censerem,
ipsam non teneri solvere D. Isabellæ fructus,
de quibus agitur; quamquam enim me non la-
8 teat, huc usque dicta in jure firmissima esse, ea
tamen locum sibi vindicare non posse arbitror in
præsenti hypothesi, illa namque procedunt, ubi
mulier esset pauper, & aliunde non haberet ex
quo se alere posset, secus verò si dives, vel con-
9 gruè aliunde provisa esset; cum enim alimenta
debentur officio Judicis, istud omnino cessat,
quando is, qui ali debet, habet de proprio, &
10 potest ex Bonis suis, vel ex suà industria sibi ali-
menta comparare, ad Text. in l. si quis à liberis
§.1. vers. deniq. ff. de liber. agnosc., l. penult. ff. ut
in poss. legat., gloss. in l. si quis a liberis in princ. in
§. Idem rescripsit verb. justè C. de alend. liber., ubi
Bartol., & ceteri repetentes, cum aliis per Barbos.
in l. 1. num. 18. C. de liber. alend., Jason. in l. di-
versis n. 20. ff. solut. Matrim., Soccin. jun. cons. 8.
num. 13. lib. 3., Saminiat. contr. 175. num. 83.,
Molin. de Primog. Hispan. lib. 2. cap. 15. num. 6.,
alter Molin. de justit., & jur. disput. 16. num. 8.,
Mierez de majorat. part. 1. quæst. 28. num. 6., Surd.
de alim. tit. 7. quæst. 15. num. 26., Palm. nep. al-
leg. 103. num. 10., & seqq., Rot. cor. Mantic. de-
cis. 171. num. 2., cor. Cels. decis. 73. num. 1., &
2., in rec. decis. 55. num. 2., & 3. part. 8., dec. 442.
num. 6. part. 14., & in Romana assignamenti 13.
Decembris 1709. §. Nec exercitium cor. R.P.D.
Falconerio, & in fortioribus terminis, quod nec
11 debeantur illi, qui positivè indiget, si tamen ex
facto proprio in eorumdem necessitate sese con-
stituit, Jason. in auth. res quæ post num. 33. C. com-
mun. de legat., & fideic., Peregrin. de fideic. art.
42. num. 16., Fusar. de substit. quæst. 532. n. 30.,
Card. de Luc. disc. 169. num. 8., Salgad. in labyr.
credit. part. 1. cap. 24. num. 22., & num. 25., &
seqq., ubi, quod istiusmodi subsidium non est ex-
tendendum ad hypothesim culposæ indigentiæ
Alimentarii, sed circumscribi debet intrà fines
involuntariæ, & fortuitæ indigentiæ.

Quapropter, cum D. Isabella sit congruè,
commodèque aliunde provisa ex pingui, am-
ploque usufructu illi à Marito relicto, proinde-
12 que respectu ipsius procul dubio cesset pauper-
tas, & indigentia, ut benè in proposito ponde-
rant Bonden. collect. legal. 21. num. 114. lib. 2.,
Dom. Advocatus Constantin. ad Stat. Urb. annot.
34. art. 2. num. 223., Rot. decis. 14. num. 15. part.
13 5. recent., evidens, & apertum redditur, fru-
ctus, de quibus agitur, alimentorum loco illi
nequaquam deberi, quippe quæ hujusmodi ali-
mentis non indiget, utpotè aliundè habens,
unde se alat, ut, præter supracitatos, in ter-
minis mulieris viduæ prò hujusmodi fructibus,
seù alimentis consequendis, sivè contrà heredes
Viri, sivè contrà heredes Patris agentis, pro-
miscuè tradunt Angel. in §. Fuerat num. 6. inst.
de act., Jas. in leg. divortio num. 18. ff. solut. ma-
trim., & ibi etiam Alex. num. 18., & omnes alii
DD., & in leg. de alimentis C. de transact.,
Barbos. in part. 1. leg. 2. in princ. num. 17., & 18.
ff. solut. matrim., Bursat. cons. 8. num. 41. lib. 1.,
Roland. cons. 55. num. 4., & in fin. lib. 2., Marc.

Solan. à Pace cons. 4. num. 28., Alex. cons. 27.
num. 2. lib. 4., Berous. cons. 130. num. 4., & seq.
vol. 3., Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 83. n. 48.,
& seqq., Vulagut. de usur. quæst. 22. num. 14. con-
clus. 12., Kirchen. comm. opin. cent. 5. litt. A. concl.
24. Pontan. de alim. cap. 15. n. 4., Lup. de usur. §. 4.
n. 21., Surd. de alim. tit. 1. quæst. 44. n. 38., & seqq.
quæst. 2. num. 11., & pluribus seqq., & tit. 5. quæst.
tit. 3. 1. n. 45. in fin. vers resolutio tamen hujus quæ-
stionis, Antonin. de Amat. var. resol. cap. 49. nu.
53., ubi plurimos allegat., & num. 69., Plot. de
in Lit. Juran. §. 11. num. 23., Bonden. collect. le-
gal. 21. num. 177., & pluribus seqq. vol. 2., Af-
flict. decis. 284. num. 2., & 3., ibique Ursell. n. 6.
vers. prædicta limitantur, Rot. coram Mantic.
decis. 53. num. 2., coram Pænia decis. 1206. num. 3.,
& decis. 1237. num. 2., & seqq. tom. 2. in post-
hum., Farinacc. decis. 587. num. 2., in rec. decis.
106. num. 9. part. 3., & decis. 59. num. 2. par. 4.,
& melius in puncto casus nostri Marescott. var.
resol. lib. 2. cap. 83. num. 19., & 20., & num. 4?.,
& 51., individualiter verò clar. mem. Card. de
Luc. de dot. disc. 161. sub num. 62. §. & secundò
his verbis = Et secundò ut neque procedat favore
ipsius filiæ divitis, vel aliàs de alimentis provisæ,
ita ut paterna obligatio de jure cesset, quia, cum
istæ usuræ subrogatæ sint loco alimentorum, nonnisi
illis debitis, atque ad eorum limites debendæ sunt,
ne subrogatum sit majus suo principali, atque tali
casu in Patre procedere videntur eadem, quæ in-
feriùs de extraneo Dotante notantur, cum cesset
ratio peculiaris alimentorum = quem sequitur Sa-
miniat. contr. 19?. num. 17., & seqq., & apertiùs
num. 22., & seqq. tom. 2.

Potiori verò jure in præsenti facti specie,
quia agitur de alimentis præteritis, pro quibus 14
Judicis officium non competit, quod tribuitur
solum pro alimentis præsentibus, & futuris, ut-
potè foventibus causam necessariam, non verò
prò præteritis, quia in istis nequit considerari
d. necessitas, ideòque receptum est, nullam
prò eorum petitione dari actionem, nisi in eo
tantum casu, quo scilicet Mulier prò dictis ali- 15
mentis non præstitis debitum contraxisset, ju-
xtà doctrinam Bartol. in leg. libertis quos §. 1.
num. 3. ff. de alim., & cib. legat., in leg. si quis à
liberis §. Si filius ff. de liber. agnosc., Alexan. in
leg. de alimentis in princ. Cod. de transact., ubi Dec.
num. 5., & Jason. num. 6., Faber. in Codic. lib. 5.
tit. 8. de rei Uxor. act. definit. 26. num. 6., Soccin.
Jun. cons. 8. num. 13. lib 3., Alex. cons. 48. nu. 1.
lib. 3., cons. 27. num. 2. lib. 4., cons. 72. num. 8.
lib. 5., & cons. 8?. num. 20. lib. 6., Cephal. cons.
280. num. 43., Ascan. Clement. de Patr. potest.
effect. 17. num. 24., Ponton. de alim. cap. 12. in
princ., qui testatur, juxtà hanc opinionem
fuisse per Rotam judicatum, & cap. 15. num. 6.,
Capyc. decis. 24. num. 9., Vinc. de Franch. decis.
203. num. 2., Rot. Bon. decis. 89. num. 5. in fin.
vers. item alimenta, Thesaur. decis. 44. num. 1.
vers. prò negativa verò, & in Forolivien. Ali-
mentorum cor. Veraspio impress. post differt. 37.,
Paulut. decis. 1. num. 16.

Ad differentiam alterius casus, quo illa pe-

terentur jure actionis; tunc enim, nullâ prorsus habitâ ratione vel paupertatis, vel divitia-
16 rum, certum omninò est, ea deberi sivè Mulier sit inops, sivè non, sive aliundè non habeat, unde vivere possit, sivè etiam habeat, imò dives sit, juxtà immotam Juris regulam, quâ docemur, alimenta debita jure actionis præstanda esse Alimentariis etiam divitibus, & aliundè ad satietatem provisis, per clarum *Textum in l. Alimenta, ibique Alex. num.7., Dec. num.5., Jason. num.6. cod. de transact., Bald. in leg. de alimentis num. 1. vers. nota, quod ille, & vers. quod facit prò Viduis, ibique Jason. num.7. vers. secus est quando eod. titul., & clariùs in leg. divortio num.19. vers. secus est quando alimenta, & num.20. ff. solut. matrim., Soccin. Sen. consil. 57. num. 37. & 38., & seqq. lib. 4., Menoch. cons.8. num.20. 21., & seqq., & cons. 81. nu.61. & seqq., Gratian. discept. for. cap.244. num.50., Saminiat. contr. 175. num. 83. tom. 2., Surd. de alim. tit.7. quæst.15. num.27., & quæst.22. n.12., Merlin. de legit. lib.3. tit.1. quæst.8. num. 14., & 15., Michalor. de fratrib. part.13. cap.22. n.24., Molin. de Primog. tit. 2. cap.15. num.6., latissimè modern. Campell. ad constit. Urbin. decret. 95. nu. 205. & plurib. seqq., Rot. post Fenzon. ad Stat. Urb. decis. 86. col. ultima vers. præterea cum alimenta, cor. Coccin. decis.42. num. 12., cor. Emerix Jun. decis.552. num.1., in rec. decis. 72. num.6. part.4. tom.1., decis.442. num.7. part.14., & decis.247. num.23. part.19., & in Romana Assignamenti 13. Decembris 1709. §. Nec exercitium cor. R. P. D. Falconerio*; ità quidem, ut
17 istiusmodi actio prò alimentis præteritis exerceri queat, *ad Text. in leg. de alimentis, & ibi Bald., ceterique alii DD. Cod. de transact., Bartol. in leg. solent. num.9. ff. de alim., & cib. legat. Cordub. in leg. si quis a liberis §. Si quis ex his n.4. ff de liber. agnosc., Purpurat. in leg.1. num.127. ff. de jurisdict. omn. Judic., Felin. in cap. ex parte in fin. de accusat. min. cons.36. num.13. lib.2., Hatt. cons.387. num.1., Bartol. cons. 271. nu. 7. vol.1., Bald. cons.59. num.4., & cons. 481. nu. 5. vol.4., Roncon. cons.458. in princ., Corn. cons.286. in princ. lib.3., Menoch. cons.8. num 22. vers. non obstant, Borgnin. in tract. de usufruct. Mulier. relict. num.169., Tiraquell. de primog. quæst. 75. num.3., Ascon. Clemen. de Patr. potest. effect.12. num. 564., Bouden. collect. legal. 21. num. 184. lib.2., Cancer. var. resol. cap.16. num.19. part.1., Marescott. var. lib.2. resol. 83. num.6., clar. mem. Card. de Luca de dot. disc. 8. num. 6., Mell. in addit. ad Castill. de alimen. cap. 19. num.5., Rot. coram Seraphin. decis. 417. num. 8., cor. Coccino decis. 2271. num. 4., cor. san. mem. Gregor. XV. decis.93. num.4., & in Forolivien. Alimentorum coram Verospio, impress. post dissert. 37. Paulut. dec.1. num.15.*

Et in hoc planè sensu procedunt omnes au-
18 ctoritates, quæ in contrarium afferuntur, aliæque plures, quæ possent adduci, firmantes, alimenta deberi filio etiam aliunde proviso; quoniam, si benè singulæ examinentur, perspicitur, illas loqui in casu, quo alimenta debebantur jure actionis, in quibus terminis verè loquitur *Textus in leg. de alimentis cap. de transact.*, ubi agebatur de alimentis relictis per ultimam voluntatem, ut explicat gloss. in figuratione casus, ibi = *Si tibi in testamento alicujus alimenta relicta sunt &c.* =, & expressè monet *Adden.* his verbis = *hanc legem intellige in alimentis relictis in ultima voluntate* = & declarat *Saminiat. contr. 81. num. 28. tom. 1.*, atque ità pariter accipienda est doctrina *Baldi super. d. leg. illarum fit*, reverà intelligunt DD. paulò superius relati, qui illum non allegant, nisi in proposito alimentorum debitorum jure actionis, quo jure procul dubio certum est, alimenta deberi, quo- 19
ties illa ex testamento, sivè legato, vel alio quocumque modo ex ultima voluntate debentur, *Bartol. in leg. libertis quos §.1. ff. de alim., & cib. legat., Castrens. in leg. divortio in princ. ff. solut. matrim., Bald. cons.481. num.5. lib. 4., Ruin. cons.81. num.5 lib.2., Roland. à Vall. cons. 55. num.5. lib.2., Altograd. cons.95. num.31. lib.1., Marescott. variar. resol. lib.2. cap.83. num.1., & 7., Surd. de alim. tit.7. quæst. 15. num.27., Saminiat. contr.175. num.82. vers. tamen cum decens, Ricc. ad franch. in addit. ad decis. 655., Gizzarell. decis.47., ubi Add. per tot., Ludovic. dec. Perusin. 92. num. 7. 8., & seqq. part. 2., Add. ad Buratt. decis. 705. num. 9., Rot. divers. part. 2. decis. 203. num. 2., in rec. decis. 398. num. 25., & decis. 442. num.6., & 7. part.14., decis. 664. num.4. part.18., & in Romana Assignamenti 13. Decembris 1709. §. Validissima, & seqq. coram R.P.D. Falconerio*, & prius magis apertè in *§. Nec exercitium* ibi = *Quia non agitur de alimentis jure naturæ, & officio Judicis ab Ascendentibus præstandis, sed de menstruo assignamento ex dispositione hominis, & jure actionis de-* 20
bito. =

Eâdemque responsione declarantur *decis. 44. Sperelli, & decis. 81. 84., & 86. post Fenzon. ad Stat. Urb., & Rota Florentina*, quæ eisdem innititur. Illæ namque loquuntur in casu, quo
dos succederet loco legitimæ, ut patet ex *d.* 21
decis. 44. Sperelli num. 43., ubi loquendo de fructibus, sic ait = *Certè debentur Viduæ à Patre, vel ejus heredibus, quatenus succedant in locum alimentorum, ad quorum præstationem tenetur Pater, & post ejus obitum filii, & heredes, quousque dos loco legitimæ filiæ in bonis paternis debitæ subrogata, eidem persolvatur*, ex citata *decis.81. post Fenzon. §. Quamobrem* ibi = *Etenim, cum dos hoc casu succedat loco legitimæ, filiæ debent habere alimenta tamquam fructus legitimæ.* = Et ita etiam in *decis. 84. §. Unde cum dos* post eumdem *Fenzon.*, ideòque nil mirum, si ab ipsis deciditur, alimenta deberi Mulieri etiam aliunde habenti, quia cum, ut diximus, in eorum casibus dos succederet loco legitimæ, alimenta tamquam fructus legitimæ debebantur jure actionis, vel condictione ex statuto, ad tradita per *Bald. in leg. qui filium in princ. vers. & est in ista lege casus ff. ubi pupill. educ. deb., & in leg. de alimentis num.1. cap. de transact., Castrens. cons.16. n.2. in fin. lib.2., Alex. cons.69. per tot.*

tot. lib.1. , & conf.7. num.8. , & seqq. lib.2. Soc-
cin.Sen. cons.57.num.36. , & pluribus seqq.lib. 4.,
Ruin. conf.26. num.5. , & 6. , & num.22. , & 23.
lib.3. , Curt. Sen. cons.27. num.42. , Cephal.cons.
165. num.27. , & 28. , Hott. cons. 387. num. 3. ,
& 5. lib. 2. , Menoch. cons. 8. sub num. 20. , &
seq. , & cons.81. num.56. , & aliis pluribus seqq.,
Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 83. , num. 51. ,
& 52. , Faber. in Codic. tit.de usur., & fruct. leg.
definit. 1. , & defin. 12. , & defin.16. , Leotard.
de usur. quæst.30. num.30. , & 31. , Merlin.de le-
git. lib.2. tit.1. quæst.1. num.7. , Boss. de dot. cap.
fin. sub num 84. circ.fin. vers. & hanc sententiam ,
clar. mem. Card. de Luc. de dot. disc.161. sub nu.
62. vers. Patre vero , Cæsar Manent. de jur. con-
tract. livell. pact. 15. n. 71. usq. ad 78. , Osasch.
decis.143. num.3. vers. & hæc opinio , & in dicta
Romana Assignamenti 13. Decembris 1709. §. Si
denique cor. R.P.D. Falconerio ; & sanè in casu
d. *Decisionis* 81. post *Fenson.* alimenta deberi
jure actionis , apertè testatur *Rota in §. Minùs*
etiam his verbis = *Minùs etiam insistendum est*
objectioni Partis dicentis, agi de alimentis præteri-
tis , quia illa peti possunt , tanquam jure actionis
debita = , idemque fatetur etiam in *decis.* 84. *sub*
§. Unde cum dos , & repetit in *decis.* 86. *§. Ne-*
que etiam subsistit , ibi = *Præterea , cum alimenta*
debeantur jure actionis &c. , vel condictione ex
22 *statuto &c. , ideò nihil interest , an Mulier aliun-*
de habeat , vel egeat , etiam ad effectum , ut ei de-
beantur alimenta præterita , & futura =

Præterea dictæ *Decisiones* impressæ post *Fen-*
zon. emanarunt in Causis , in quibus locum sibi
vindicabat *Statutum Urbis* , quod peculiariter
in *cap.*137. cogit Debitores dotis ad solutionem
fructuum , etiamsi Mulier aliunde habeat , ex
quo vivere possit ; quapropter undique patet ,
quod in eorum casibus dicti fructus , sive ali-
menta omninò debebantur jure actionis , sivè
23 condictione ex statuto , ut firmiter tenent *Fen-*
zon ad d. cap.137. num.15. , Gratian. discept.920.
num. 9. , Saminiat. contr. 199. num. 16. tom. 2. ,
Rot. d. decis.85. §. Neque etiam subsistit post eumdem
Fenzon. ad Stat. Urb. , in recent. decis. 727. num.
23. part. 18. tom 2. , & decis. 4. num. 9. , & 10.
part. 19. tom. 1. , proindeque extraneæ reputari
debent ab hypothesi , in qua versamur

Et tandem controversia 199. *Saminiati* , quæ
pariter in contrarium allegatur , nedum nostro
intentui non adversatur , quia ibi agebatur de
vidua , quæ aliunde non habebat , ex quo vive-
re posset , ut legitur *sub num. 22. §. Utrumque* ;
quin potius mirificè nobis favet , nam *dict. num.*
22. refert sententiam *Cardin. de Luc. disc. 161.*
de dote sub num.62. §. Ubi verò filia & seq. , in
quibus præcisè determinat casum nostrum , &
illam omninò sequitur .

Hoc igitur maneat in casu nostro , quod, quo-
ties alimenta debentur officio Judicis , nec præ-
terita peti possunt, nec debentur, si quis dives est,
& aliunde habet unde se alat , ad differentiam
illorum , quæ petuntur jure actionis, quæ diviti
quoque, & aliunde habenti etiam pro tempore
præterito debentur ; In dubium autem venire
nequit , quin alimenta de quibus agitur in casu
nostro, Dominæ Isabellæ debeantur tantùm Ju-
dicis officio , nequaquam verò jure actionis ; si 24
enim generaliter, quotiescumque non ex contra-
ctu , sive stipulatione , neque ex ultima volun-
tate , aut ex peculiari aliqua Constitutione ali-
menta præstanda sunt, ea debita dicuntur ex of-
ficio Judicis *Roffred. Benevent. titul. de offic. Ju-*
dic. qua petuntur alimen. num.9. vers. item quæri-
tur , Neapodan. in consuetud. neapol. tit. quod au-
tem in verb. pro alimentis fol.50. in antiquis , Cal-
vin. de æquitat. lib.2. cap.166. num.29. , Surd. de
alim. tit. 3. quæst. 1. num.11. & seqq. , Fantanell.
de pact. nupt. claus.6. gloss.2. part. 3. nu.56. , Palm.
Nep. alleg. 103. num.13. , Saminiat. contr. 127.
num.56. tom.2. , Vinc. de Franch. decis.605. num.
8. , Si pro alimentis ex legis dispositione debitis
nulla datur actio ; sed solum competit Judicis
officium , quia cum nullus super ipsis interce- 25
dat contractus vel quasi , nullum maleficium
vel quasi, nulla idcircò pro ipsis oritur obligatio,
quà deficiente, deficit actio , cujus ipsa dicitur ,
mater *l. licèt §.11. ff. de procurat.*, utbenè his, aliis-
que similibus argumentis probat *Surd. de alim.*
tit.3. quæst.1. nu.11. & pluribus seqq. , ubi etiam
optimè contrariis satisfacit ; si denique Pater ,
sivè alius quicumque Ascendens ad alimenta 26
suis Descendentibus præstanda propriè dicitur
adstrictus naturali ratione , videlicet æquitate
quadam à naturâ insita , & communi non solùm
hominibus , verum etiam Brutis, ut egregie pro- 27
sequitur *Surd. loco mox allegato* ; Atque idcircò
receptum est , *ea ab Ascendentibus* præstanda
non esse titulo aliquo actionis , sed mero Judi-
cis officio , ut nostri ajunt , mercenario , & sic
Descendentibus nequaquam deberi, si sint aliun-
de sufficienter provisi , *per text. in l. si quis à li-*
berit §. 1. vers. denique ff. de liber. agnosc. , &
ibi gloss. lit. C. , & Bartol. , l. si Patrem 4. Cod.
de aleud. liber. , & ibi Salycet. , & Barbos. num.
1. , Saminiat. in contrarium allegat. contr. 127.
num.56. tom.2. , Conciol. alleg. 40. num.7. 8. , &
pluribus seqq. , Surd. de aliment. tit. 5. quæst. 1.
num.43. , & tit.7. quæst.6. nu. 1. , & duobus seqq.,
Leotard. de Usur. quæst.30. nu.37. , Card. de Luc.
de legit. disc.10 num.22. , de dot. disc.169. num.
7. , Rub. de validit. legal. cap.66. num.113. , Ca-
still. de alim. cap.66. num. 48. , Boss. de alim. obli-
gat. cap.1. §.5. num. 27. , Giurb. ad consuetud.
messan. cap.7. gloss.13. part. 1. num. 31. , Cyriac.
contr.34. num 16. , Giurb. decis.5. num.7. & seqq.,
& decis.6. num.10. , Rota coram Buratt. dec.490.
num.1. & per tot. , cor. Cavaler. decis.98. nu.2. ,
coram Dunoz jun. decis.909. num.3. & seqq., cor.
Coccin. decis.1229. num.2. , in recent. decis. 581.
num.2. part.1. , decis.249. num.1. part.2. , decis.
330. num.15. part.18. , in Romana Alimentorum
22. Junii 1701. §. final. coram Rmo Molines , &
in Romana Alimentorum , & dotium 30. Martii
1705. §. Posita cor. bon. mem. Muto .

Profectò , cum in casu nostro nullus conside-
rari valeat contractus , ex quo hujusmodi ali-
menta debeantur , neque statutaria , sivè testa-
mentaria dispositio , quæ illorum præstationem
mu-

mulieri viduæ demandet, sicque deiit omnis
obligatio tam naturalis, quàm civilis, nulla
idcircò pro istis alimentis dari potest actio; quia
verò non deest æquitas, quæ fundata in sangui-
28 nis conjunctione, & naturali charitate, sugge-
rit, alimenta esse filiabus præstanda quousque
dos illis soluta non fuerit, justum proinde est,
29 officium Judicis dari, quod ab æquitate tam-
quam à Matre descendit, & competit ubicum-
que æquitas suggerit, si deficiat actio, ut per
*text. in l. plenè & l.fin.ff.de petit.heredit., l.quin-
tus §. Pomponius ff. de alim. legat. post Signorol.
cons.100.nu.13. in fin., Soccin.jun.cons 152.nu.2.
vol.2., Natt. cons. 534. num.6., Roland.cons. 1.
nu.55. lib.1., & aliàs concludit, Surd. de alim.
dict. tit.3. quæst.1. num.15. & seqq.*, & ità in ter-
minis, quod mulieri, soluto matrimonio, alimen-
ta non debeantur titulo aliquo actionis, sed me-
30 ro Judicis officio, quo mediante inopi dumta-
xat, & aliunde non habenti succurritur, tenet
*Alex. cons.27. nu.1. & 2., & seqq. lib. 4., Surd.
de alim. tit.3. quæst.2. num.16. & seqq., Bonden.
collect. legal.21. num.180. & seqq. tom.2., cete-
riq. alii suprà plenâ manu allegati*, & in puncto
casus nostri *Marescott., Card. de Luc., & Sa-
miniat. in locis ibidem notatis.*

Nilque turbat, quod, sicuti instrumentum
promissionis dotis perturbat Isabellæ actionem
31 ad perdendam ipsam dotem, ità quoque pari
actione ab ipsa peti possint illius fructus, sivè
alimenta loco illorum subrogata, tamquam ac-
cessoria; objectum namque istud facilè valde
illâ submovetur responsione; quod videlicet
aut Dom.Isabella pro consecutione suæ dotis uti
vult Instrumento dotali, in quo eadem promis-
sa fuit, & certum est, quod, etiamsi sors ipsa
dotalis peti posset jure actionis descendente ex
contractu, non eadem tamen actio competeret
pro fructibus, sivè pro alimentis loco illorum
subrogatis, sed pro iis solum daretur Judicis of-
ficium, quamquam sint accessoria dotis, non
enim in istis accessionibus civilibus, quales sunt
32 usuræ, alimenta & interesse, procedit regula,
quod accessiones dotis petuntur actione de do-
te, sed ea locum sibi vindicat in accessionibus
dumtaxat naturalibus, ut sunt fructus prædio-
rum, fætus pecudum, & similia, quemadmodum
benè in proposito *respondit Bald. in l. fin. §. Præ-
terea Cod. de jur. dot., Alex., & Jason. in d. l.
final. de eo quod certo, loca optimè Surd de alim.
tit.3. quæst.2. num. 11. & 12., Rota coram Pu-
teo decis. 18. nu. 3. & 4., & seq. lib. 1.*

Aut verò inniti vult dispositioni juris com-
munis mandantis, Patrem compelli posse, ad
dotandam filiam, & in hoc etiam casu æque
certum est, alimenta ab ipsa peti non posse, nisi
mero Judicis officio, nam si eo solùm Pater com-
33 pelli potest ad tradendam dotem filiæ, ut aper-
tè colligitur. *Ex l. qui liberos 19. ff. de rit. nupt.*
ibi = *per Proconsules, Præsidesque Provinciarum
cogatur in matrimonium collocare, & dotare* = &
ibi clarissimè *Bartolus*, & communiter tra-
dunt *Salyc. in leg. fin. num. 5. Cod. de dot. pro-
miss., & in dict. leg. qui liberos in princip., Ja-
son. in L. divortio num. 20. ff. solut. matri-
mon., & in leg. de alimentis num. 7. Cod. de
transact. Osuot. inst. lib.4. tit. de action. §. fuerat
num.80., Barbos. in 4. parte leg.1. num.5., ff. so-
lut. matrimon., Alex. cons. 169. nu.5. lib.7., Me-
noch. cons.31. num.35. lib. 1., Fontanell. de pact.
nupt. claus.5. gloss.1. part.1. num.29., Card. de
Luc. de dot. disc.5. nu.7., aliique relati per Mer-
lin. de legit. lib.3. tit.1. quæst.23. num.6. & lib. 5.
tit.4. quæst.1. num.8., Boss. de dot. cap.9. nu. 47.
& 48. pag. mihi 437., Giurb. ad consuetud. Mes-
san. cap.4. gloss.4. num.10., Afflict. decis.162.,
Rota Bonon. apud Bart. decis.29. num. 1., Rota
nostra apud Merlin. de legit. decis.130. nu.2., & in
rec. dec.159. n.15. part.13.* ubi testatur de veriori,
& receptiori opinione per hæc verba = *Veriùs*, 34
*& receptius est, per solum Judicis officium Patrem
compelli posse ad dotandam filiam, quod nullam
præsupponit obligationem* = potiori certè jure di- 35
cendum erit, solo Judicis officio peti posse etiam
fructus dotales, qui tamquam accessorii sequi de-
bent naturam principalis, idemque censendum 36
erit de alimentis loco fructuum subrogatis, ju-
xtà notas regulas, de quibus passim apud DD.

Prout etiam minus officit aliud argumen-
tum, quod, sicuti Pater absolutè tenetur legiti- 37
mam tradere filio etiam aliunde habenti, & res-
pectivè dotare filiam etiam divitem, & quæ
bonis propriis congruè dotari possit; ità quo-
que pari ratione utrisque alimenta præstare te-
neatur, tametsi aliunde habeat, cum alimenta
filiis præstanda, sint subrogata loco legitimæ, &
filiabus loco dotis; Hujusmodi namque argu- 38
mentandi modus à dote, atque legitima ad ali-
menta nullo pacto procedere potest, quia ex-
plorati juris est, quod Pater filios, sivè filias di- 39
vites non tenetur alere, sed illis quamvis di-
vitibus legitimam, & respectivè dotem trade-
re tenetur, ut communiter docent *Rip. in l. 1.
num. 14. vers. Pater etiam, & ibi Alex. 1. num.
12., & Bolognett. num.94. ff. solut. matrimon., &
pluribus adductis rationibus, Barbos. in 4. parte
dict. legis 1. sub nu. 22. vers. non obstat secundum
ff. eodem, Joan Castrens. in l. quo liberos num.96.
in fin. ff. de rit. nupt, Alex. cons.7. nu.11. lib.2.,
& cons.169. num 4. lib. 7., Bardellon cons. 184.
num.21., Mantic. de tacit., & ambig. lib.12. tit.
16. num.16., Boer. de non melior. filia. cap.8. nu.
34., Tiraquell. de primog. quæst.62. num.14. vers.
denique, Merlin. de legit. lib.3. tit. 1. quæst. 22.
num.7. & seqq., Rot. decis. 173. num.5. & 6. &
seq. part. 11. recent.*, Alias namque sequeretur,
quod, sicuti filius industriosus non habet ali-
menta, ita nec legitimam consequeretur, & fi- 40
lia industriosa dote careret, quemadmodum ca-
ret alimentis, quod nemo non videt, quàm ab-
surdum sit, & ab omni æqui, bonique ratione,
prorsus alienum, ut bene advertit *Merlin. de le-
git. dict. lib. 3. titul.1. quæst. 22. sub num.8. vers.
non obstat secunda*, Si igitur non procedit argu-
mentum: Pater non tenetur alere filiam divi- 41
tem, ergo nec tenetur dotare, ita nec proce-
dere debet contrarium: Pater tenetur dotare fi-
liam divitem, ergo tenetur alere, quia, si pari-
tas

42 tas procederet, argumenta ad invicem conver-
terentur; Ideoque mirum non est, quod DD. &
Sac. *Rota* in locis mox allegatis firment, Patrem
teneri dotare filiam divitem, & eodem tempo-
re admittant, quod illam alere non debeat.

Hæc, quæ hactenus dicta sunt respectu dotis
promissæ à Patre, potiori jure procedunt res-
pectu exiguæ illius ratæ dotis scut. 300. promissæ
à Matre; quia, si agatur de tempore, quo illius
solutio dilata legitur post annum à die obitus ip-
sius Matris promittentis, pendente conditione
43 istâ, sive dilatione, nulli prorsus debebantur fru-
ctus, ut omissis aliis, qui possent afferri, in
terminis dotis promissæ à Matre, firmavit *Rota
in Eugubina dotis, & fructuum* 17. *Junii* 1712. *§.
44 Tertiò prætendebatur in fine cor. R. P. D. Aldro-
vando*; sed nec etiam post dictum annum à die
obitus Matris, & sic cessatâ dilatione hujusmodi,
fructus, seu alimenta respectu ratæ ab illa pro-
45 missæ justâ aliquâ ratione debita videri possunt,
quia ipsa proculdubio filiam alere non tenebatur,
existente Patre, vel ejus heredibus, ad quos
de jure onus hujusmodi spectat, quod ad Ma-
46 trem in subsidium tantùm extenditur, illis sci-
licet deficientibus, sivè alimenta præstare non
valentibus, juxtà *clarum text. in leg. si quis §. Si
mater ff. de liber. agnosc., & ibi gloss. verb. ne-
cessario, Bald. in leg. neque mater nu. 1. Cod. de
jur. dot. Cephal. cons. 5. nu. 63., Berous cons. 186.
num. 11. vers. 1., Surd. de alim. tit. 1. quæst. 14.
nu. 9., Benincas. de paupere. quæst. 7. spec. judic.
2. num. 31., Ascon. Clemen. de patr. potest. cap. 4.
num. 22., Gratian. discept. for. cap. 959. num. 14.
& seqq., Conciol. alleg. 40. n. 41. & seqq., San-
felic. decis. 205. nu. 11., & decis. 414. per tot. in
Addit.*

Quæ cum ita sint & plenè his omnibus firma-
tum videri possit, fructus dotales, sivè tam-
quam fructus, sivè tamquam alimenta nullo
modo deberi D. Isabellę, perspicua redditur inju-
stitia contrariarum sententiarum decernentium
immissionem vigore Salviani interdicti favore
dictæ Dominæ Isabellæ nedum pro sorte dotali,
verùm etiam pro fructibus decursis à die obitus
viri; nec deficit etiam nullitas, quia concessa
fuit immissio pro dictis fructibus, qui debiti di-
cebantur loco alimentorum, quando prò ali-
mentis filiæ à Patre debitis certum est, nullam
47 competere hypotecam, juxtà veriorem, & ma-
gis receptam opinionem, quam probant *Cor-
dub. in leg. si quis a liberis num. 81. ff. de liber.
agnosc., Merlin. de legit. lib. 5. titul. 4. part.
1. num. 9., Cardin. de Luc. de dot. disc. 186.
num. 3., Surd. de alim. tit. 8. quæst. 51. num. 2.,
Rota coram Bich. decis. 250. sub num. 38., in rec.
decis. 398. num. 33. part. 9.*, ubi testatur, hanc
opinionem teneri per *Rotam; Decisiones* verò
48 contrarium sentientes errasse demonstrat *Card.
de Luca de dot. disc. 5. num 6. 7. & seqq.*, ac per
consequens, deficiente hypothecâ, manifesta re-
manet incompetentia intentati remedii Salvia-
49 ni, cujus fundamentum est creditum hypothe-
carium, ex notis juribus, & in puncto firmat,
Card. de Luca de dot. disc. 186. nu. 3.; Et quam-
vis pro alimentis detur actio personalis in rem
scripta, ut docet idem *Card. de Luca de dot., &* 50
disc. 5. num. 9., non idcircò concedenda videba-
tur immissio in Salviano, sed potius fieri de-
bebat simplex assignatio bonorum, ex quibus 51
Domina Isabella percipere posset designatam
quantitatem alimentorum, ut docet *Bald. in l.
2. num. 3., & ibi Paul. de Castr. num. 6. Cod. si in
fraudem patroni, Alex. in leg. Imperator. num.
13. ff. ad Trebell., Jason. in l. si constante num.
198. ff. solut. matrimon.*, & alii, quos refert &
sequitur *Merlin. de primog. Hispan. lib. 2. cap. 15.
num. 72., Rota coram Penia decis. 1154. num. 2.,
inter. divers. decis. 48. num. 11. part. 2., & in rec.
decis. 166. num. 34. 35., & 36. part. 12.* Constabi-
litâ autem tum nullitate, tum injustitiâ con-
trariarum sententiarum locus fieri, videbatur
remedio restitutionis in integrum, quod etiam 52
pro hac secunda vice implorari potest, utpotè
enim omninò dependens à nullitate, vel inju-
stitia, qualibet ex his concurrente, rectè pro-
culdubio conceditur nedum prò secunda sed
etiam pro ulteriori vice, per ea, quę tradunt *Odd.
de rest. in integr. part. 1. quæst. 16. art. 8. num. 39.,
Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 13. n. 449. & seqq.,
Card. de Luc. de regal. disc. 91. num. 2., & disc.
194. num. 2., de decim. disc. 1. num. 3., de donat.
disc. 28. num. 9., Rota dict. decis. 71. nu. 1. inter
impress. ad ornat. Card. de Luca tom. 9. decis. 10.
num. 4., & decis. 44. num. 1. in Mantiss. ad eum-
dem to. 13., cor. R. P. D. Ansald. inter noviter Ro-
mæ impress. decis. 78. num. 2. & 3., in Melevitana
Commendæ de Viennettiis 21. Februarii 1710. §.
Primò cor. Illustr. Scotto Almæ Urb. Gubernat., in
Romana fideicommissi de Avila super restitutio-
ne in integrum §. Respectu autem coram R. P. D.
Laucetta, in Romana dotis 20. Novembris 1711.
§. Jam enim coram R. P. D. Ansald., & in Auxi-
mana bonorum super fideicommisso Josephi 6. Maii
1712. §. Satis namque coram Emo Card. Priola*;
præsertim verò cum illa directè non petatur, ut
sententia revocetur, seu rescindatur, sed tan-
tùm, ut ad audientiam admittatur, & postea 53
cognosci possit de meritis Causæ principalis,
quo casu sufficit ostendere taliter qualiter bo-
num jus ipsius Petentis, nec plena causæ discus-
si requiritur, ut bene distinguit *Odd. de restit.
in integr. part. 1. quæst. 34. art. 7. num. 37.*

Atque ita in proposito dubio juris esse censeo,
hoc unum admonendo, quod in hanc senten-
tiam veni cum supposito, quod versemur in
puris terminis juris communis, quod nempè
agatur de alimentis ex illius dispositione de-
bitis, contrariam ceteroquin sequuturus, si
per statutum, sivè municipalem aliquam Con-
stitutionem dos quoquomodo loco legitimæ
succedere contingeret; tunc enim quia fructus 54
ex illa deberentur jure actionis, sivè condictione
ex statuto, ut firmant Auctoritates plenâ ma-
nu congestæ *in ff. eadem responsione* = omninò
deberentur, etiamsi mulier aliud haberet, &
quamvis ageretur de alimentis præteritis, ut
pariter firmant innumeri supra laudati in *§. Ad
differentiam &c.*

Præ-

Praten Nullitatis Transactionis.

Laudum, & transactio non sustineotur, si fuerint inita ex caussa, quæ falsa sit, & erronea, licèt adhibitæ fuerint solemoitates omnes, & loogæva concurrat observantia. Laudi caussa finalis quod fuerit universalis Societas, ex pluribus erui posse argumentis ostenditur desumptis tum ex actibus, qui ipsum Laudum præcesserunt, quique ipsum subsequuti sunt, tum ex eounciativis adjectis in transactione subinde stipulata, tum demum ex personali ipsius Arbitri qualitate, ejusque mente elicita ex modo, ac procedendi ordine ab eo servato ante ejusdem Laudi prolationem. Societas uuiversalis quomodo exclusa ceoseri nequeat, licèt de Bonis propriis io transactione mentio habita sit? Verba Laudi = *aggiustamento di stralcio* = quid juxta eorum significationem valeant importare?

VOTUM LI.

1 *Lauda a Partibus adprobata, atque emologata, naturam assumunt veræ, & formalis transactiouis.*
2 *Transactio est inventa ad finem litibus imponendum.*
3 *Et, ad instar rei judicatæ, firma semper debent esse.*
4 *Idem de Laudo censendum est.*
5 *Transactio inita ex errore, vel falsa caussa, corruit cum omnibus inde sequutis*, & oum. *6.*
7 *Transactione initâ ex errare, vel falsa caussa, potest, non præmissâ etiam illius rescissione, directè impugnari obligatio in ea suscepta*, & num. 8.
9 *Ac etiam solutum repeti.*
10 *Transactio, sicut alia quælibet conventio, tacitam illam continet conditionem: nisi adsit error, vel falsa caussa.*
11 *Laudum editum ex falsa caussa, nullum est, licèt sit emologatum.*
12 *In transactione error, & falsa caussa non præsumitur.*
13 *Ac ideo concludenter ab Allegante probanda est.*
14 *Transactio impugnari nequit ex falsitate caussæ, quæ finalis noa probetur.*
15 *Quæque si defecisset, trãnsactio non fuisset inita.*
16 *Rei confessio superat omne genus probationis.*
17 *Transactionis caussa finalis optimè declaratur ex facti serie, tum quæ ipsam præcessit transactionem, tum quæ eamdem est subsecuta.*
18 *Donantis voluntas, etiam ex actu nullo elicitur.*
19 *Testis etiam unicus probat contra Inducentem.*
20 *Titulus novus ad transigendum ortus non præsumitur spatio temporis brevissimo.*
21 *Sed præsumitur continuatio tituli in actu serio pridem allegati.*
Cum de nova caussa, ob quam mutari is potuerit, non doceatur. ibid.
22 *Quo casu idem titulus, etiam post lapsum temporis longissimi durare existimatur.*
23 *Actuum vicinitas efficit, ut unus in gratiam alterius censeatur factus.*
24 *Titulus is præsumitur in Laudo deductus, qui pridem in actu serio fuerat allegatus.*
Quoties non appareat, illud ex alia caussa potuisse perfici. ibid.
25 *Mandatum Procuræ ad Transigendum si paucos dies post Laudi prolationem datum sit, etiam non factâ ejusdem Laudi mentione, in ejus executionem censetur datum.*
26 *Actus subsequens præsumitur gestus in executionem præcedentis.*
27 *In mandato ad transigendum dato si quis, præter Bonorum communianem, alia jura non expressit, alia jura non censetur habuisse.*
28 *In transactionis, seù emologationis Laudi instrumenta regulariter enunciari solent jura, ob quæ compromissum fuerit, atque transactam.*
29 *Ex verbis instrumenti rectè desumitur Partium voluntas.*
30 *In transactione, allegato ab una Parte Societatis titulo alteri præjudiciali, hæc altera præsens, sciensque, nec contradicens, eumdem titulum censetur admisisse.*
31 *Præsumitur enim, quod, nil opponenda, eum pro vero, & subsistenti habuerit.*
32 *Verba subsequentia ad proximiora debent referri.*
33 *Numerus singularis unam tantummodo rem connotat, efficitque, ut ad proxima dumtaxat relatio sit facienda.*
34 *Per dictiones* = ne modi, e nomi, che sopra = *repetitus censetur communionis universalis titulus præcedenter allegatus.*
35 *Transactionis verba intelligi debent relativè ad caussam expressam, deficiente aliâ caussâ, ad quam congruè valeant referri*, & oum.39.
36 *Tituli cujuspiam respectu facta oblatio admissionem ejusdem tituli supponit, excluditque negationem.*
37 *Contradictio ut evitetur, quælibet possibilis interpretatio sequenda est.*
38 *Voluntatis mutatio in uno, eodemque actu non præsumitur.*
40 *Connexio inter eas transactionis partes excluditur, quæ distinctim & per separatam orationem suo verbo principali rectam positæ sunt.*
41 *Copula* = Et = *orationes ex se perfectas, atque diversas non conjungit.*
42 *Orationes duæ cum sunt inter se connexæ, verba subsequentia, quæ uni accommodari nequeunt, ad alteram referenda sunt*, & num.45.
43 *In transactione contineri non dicitur cujuspiam tituli negatia, quæ non sit expressim facta.*

44 *Nec*

44 *Nec resultare valet ex incongruo loquendi modo, atque imperfecto.*

46 *Laudum quod non ex caussa dirimendæ controversiæ super subsistentia societatis, sed unicè ex caussa divisionis faciendæ celebratum fuerit, quomodo ex ipsamet Arbitri electione a Partibus facta valeat dignosci?* & nu. 47.48.49., & 50.

47 *Controversiam, an subsistat nec ne Societas desinire non Mercatoris, sed Jurisperiti munus est.*

48 *Mercatoris judicio plurimùm defertur in his, quæ spectant divisiones a Partibus faciendas.*

49 *Ex Arbitri personali qualitate mens Eligentium arguitur.*

50 *Et, quæ illi fuerit potestas attributa, deprehenditur.*

51 *Arbitri mens, & intentio ab ejus potestate metienda est.*

52 *Arbiter facultatem recipit a Partibus, & illius limites nequit supergredi.*

53 *Alioquin Laudum ex defectu jurisdictionis nullum est.*

54 *Compromissum est stricti Juris, & non excedit caussas in eo expressas.*

55 *Laudum nullum est, si latum ex alia caussa, & super re in Compromisso non contenta.*

56 *Laudum de Jure validum præsumitur.*

57 *Laudum quod non aliter, quàm super divisione Bonorum socialium, etiam ex mente Arbitri, emanare potuerit, ipsamet procedendi modus antè illius prolationem observatus valet indicare.*

Et quomodo? ibid.

Elici id etiam potest ex ipsius Laudi substantia num.60.

58 *Laudi caussa finalis, dum constat universalem fuisse, ea fuisse dicenda est, de qua sola potest universalitas verificari.*

59 *Agentis voluntas talis præsumitur, qualis est actus ab ipso gestus.*

61 *Divisio, & assignatio supponit præcedentem communionem.*

62 *Laudi caussa finalis, dum congruè dici potest societas universalis fuisse, de qua constat, aliæ caussæ meræ possibiles nullo numero habendæ sunt.*

63 *Laudi caussa finalis, nec non Partium, atque Arbitri voluntas optimè ex antecedentibus, & subsequentibus declaratur.*

64 *Societati universali repugnat, meum, & tuum dari.*

65 *Secus est respectu Sociorum particularium,* & num. 66.

66 *In societate universali potest unus duntaxat ex sociis negotia explicare, atque peragere.*

67 *Verbum* = restituischino = *ex se importat dominium, & pertinentiam ad eum, cui restitutio debet fieri.*

68 Restitui *res dicitur, etiam ubi in dominium ejus non transierit, cui restituenda est.*

Idque in sensu magis proprio, & naturali. ibid.

De Contract.

Juxta quem loquutus Arbiter censetur, qui non Jurisperitus, sed Mercator sit, num.70.

69 *Arbitri sermo rigidè, & scrupulosè non debet accipi.*

71 *Societati universali non repugnat, quod Bona proprio nomine, & particulari a Sociis adquirantur.*

72 *De Laudi caussa finali quando constat, verba debeat cum ea compatibiliter intelligi, licèt essent impropriandu.*

73 *Per verba* = tianti communi, proprj, o particolari = *in Laudo prolata, non debet censeri exclusa universalis communio.*

74 *Præsertim, si alias Laudum injustum redderetur ob defectum caussæ.*

75 *Laudum, si in eo plurium Bonorum assignatio, sinè caussa demandaretur, esset injustum.*

76 *Transactio itidem inæqualis esset, & leonina, si pro dimissione plurium Bonorum nulla adesset compensatio.*

77 *Qui proinde caussæ, & compensationis defectus nequit præsumi.*

78 *Inæqualitas, & injustitia in transactione per quamcumque benignam interpretationem est evitanda.*

79 *Ac etiam per verborum impropriationem.*

80 *Ex transactionis proemio caussa finalis transigendi, ac subsequent transactionis dispositiva declaratur.*

81 *Transactionis caussa finalis desumenda est à prætensione expressim inter Partes deducta, atque enunciata, non verò ab alia, quæ non fuerit expressa.*

82 *Præsertim, si aliæ transactionis partes in ejusmodi expressam caussam collimeat,* & num. 94.

83 *Transactionis caussa finalis quod fuerit universalis communio, quibus argumentis ostendi valeat desumptis ex ipsis transactionis partibus?*

84 *Transactio est stricti Juris, neque potest ad id extendi, quod non fuerit in controversiam deductum.*

85 *Transactionis caussa finalis dici potest fuisse universalis communio, licèt hæc deducta appareat per modum prætensionis.*

86 *Cum id ex communi loquendi usu non preseferat communionis negationem, sed petitionem, & actionem.*

87 *Vel de stylo ita exprimi soleat, ut intelligatur super re dubia transactio fieri.*

88 *Veritas per nostram affirmationem, vel negationem non immutatur.*

89 *Transactio ut ob ejus caussæ falsitatem corruat, non requiritur, quod utraque Pars in falsitate caussæ consenserit.*

90 *Sed exuberat, eamdem caussam ab una tantùm Parte fuisse expressam.*

91 *Sive hæc sit illa quæ de nullitate, sive illa, quæ de validitate renunciationis contendit.*

92 *Laudum editum cum hac expressione* = aggiustamento di Stralcio = *naturam rigorosi*

 Ju-

Judicii non præsefert, sed concordiæ, seù æquitativi arbitramenti.

93 *Atque ex pluribus in ea consideratis caussis licèt alterutra deficiat, idem tamen Laudum non dicitur corruere, & ratio*, ibid.

Intellige, ut num. *94.*, & *96.*

94 *Verba hæc Laudi* = aggiustamento di Stralcip = *important quidem liberum, magisque latum arbitramentum respectu æstimationis, & & assignationis rerum.*

At non efficiunt, quod arbitramentum nulli caussæ alligatum dici queat, num. *96.*

95 *Verbum* = Stralcio = *propriè convenit divisioni arbitrariæ.*

97 *Verbum* = Stralcio = *nil aliud verè significat, quàm finem, sivè transactionem.*

98 *Caussá principalis expressa in proemiali transactionis parte declarat verba subsequentia in dispositiva, aut executiva generaliter prolata.*

99 *Transactio restringi debet ad caussam expressam, cujus occasione stipulata est.*

100 *Nec à verbis famulativis, licèt amplissimis, extendi valet ad res diversas, & à caussá principali non dependentes.*

101 *In transactione si relatio habita sit ad mandatum Procuræ restrictum ad solam societatis caussam, quæcumque alia verba, licèt amplissima intelligenda sunt ad eamdem pariter caussam restricta.*

102 *Vel censeri debent adposita de stylo Notariorum.*

103 *Sivè ad majorem cautelam, quod nihil alterat.*

204 *Transactio, si corruat ejus caussá principalis, non sustinetur, licèt aliæ subsistant non æquè principales.*

105 *Transactionis caussæ minùs principales dicuntur potiùs illius effectus, quàm objectum, vel finalis caussa.*

106 *Immò verò confictæ, & simulatæ reputantur ad colorandam transactionem ipsam.*

107 *Transactio inita ex falsa caussá sustinetur ob rei dubietatem ex caussa litis præsentis, vel futuræ.*

108 *Etiamsi lis esset minùs juridica*, & num. 109.

110 *Secus tamen, quando vanus omninò adesset litis timor*, & num. 112.

111 *Litem non inducit sola Juris petitio.*

112 *Transactiones quod emendicatis extorqueantur prætentibus, nullo pacto est permittendum.*

113 *Transactionis favore in dubio respondendum est.*

114 *Præsertim, si juramento fulcita, diuque observata reperitur.*

115 *Transactio ex falsa caussa inita, censetur contra jus, & fas extorta.*

116 *Nec validam eam possunt reddere juramentum, Judicis Decretum, aliæque solemnitates, nec subsecuta etiam observantia diuturna*, & num. 118.

117 *In transactione falsitas caussæ adimit consensum ab actu.*

119 *Transactio quum inita sit ex falsa caussá, juramentum, Judicis Decretum, ac diutina observantia censentur falsæ pariter caussæ fuisse innixa.*

120 *Eodemque vitio deficientis consensus laborare, quo ipsemet principalis transactionis actus.*

ANNO *1695.*, cum adhuc in humanis esset Joannes de Desiis Liburni moram trahens, Antonius ejus frater Prati degens testamentum condidit, in quo declarans, communionem universalem inter ipsum, & Joannem vigere, eum rogavit, ut post mortem suam, factâ de bono, & æquo divisione Bonorum communium, dimidiam illorum partem heredibus assignaret; Quamvis autem testamentum hoc deindè revocatum fuerit per donationem inter vivos à dicto Antonio factam favore DD. Josephi, Andreæ, & Philippi de Desiis nepotum suorum; nihilominus idem à priori consilio, & voluntate petendæ divisionis minimè recedens supplicem libellum porrexit Regiæ Celsitudini Magni Ducis Hetruriæ, qui injungeret Gubernatori Liburni, ut benevolo, & amico modo Joannem induceret ad divisionem, & optatam assignationem portionis sibi debitæ ex communibus Bonis, prò qua assequenda misit etiam Liburnum Robertum de Sassolis, qui negotium curaret, perficeretque, ut patet ex ejusdem formali depositione.

Verùm Antonii vota in irritum cessere, nam Joannes, nullâ factâ assignatione, sivè declaratione, decessit; quamobrem, persistentibus Donatariis Antonii in proposito consequendi medietatem Bonorum Joannis sub universali communione comprehensorum, DD. Maria Theresia, & Julia filiæ, & heredes Joannis obtulerunt 25000. petias prò omni, & toto eo, quod fratres de Desiis Donatarii Antonii consequi possent super Bonis à Joanne relictis. Quâ oblatione ab istis rejectâ, res demum de communi consensu compromissa fuit arbitrio D. Joannis Antonii Huigens Mercatoris Liburnensis, qui toto negotio, & hereditatis statu diligenter rimato, & rationibus dispunctis, Laudum tulit, cujus vigore heredes Joannis coactæ fuerunt solvere Donatariis Antonii petias 30000., & tradere alia Bona in Laudo descripta, vice autem versâ ipsæ reportarunt cessionem jurium, quæ competere poterant Donatariis super hereditate Joannis earum Authoris, quod quidem Laudum, prævio speciali mandato Procuræ ab Antonio, & duobus ejus nepotibus, nimirum Josepho, & Philippo, dato Andreæ alteri ex dictis fratribus, & respectivè nepotibus Liburni commoranti ad effectum componendi controversias inter ipsos, & heredes Joannis ortas super dicta divisione facienda ex causa talis communionis, deindè solemniter à Partibus approbatum, & emologatum fuit, illud redigendo in publicum Instrumentum præseferens expressam causam hujusmodi societatis universalis.

Re-

Rebus ità amicè compositis, religiosèque servato Laudo per tresdecim annos, & ultrà, oupper Domina Theresia altera ex heredibus Joannis in Judicium vocavit DD. fratres de Desiis Donatarios Antonii allegando nullitatem dicti Laudi tamquam innixi falsæ causæ, assertæ nimirum societatis universalis inter Antonium, & Joannem vigentis, & consequenter petendo sibi restitui totum id, quod vigore dicti Laudi, & ex causa suppositæ universalis communionis ad dictos fratres obvenerat, sed frustrata Votis, ut ex motivo DD. Judicum mihi communicato, modò à me petit, ut, examinatis rationibus dicti motivi, prò veritate dicere velim, an illud subsistat, vel potiùs validiores, firmioresque sint rationes contra idem adductæ in allegatione mihi pariter communicata, ità quidem, ut meliori spe novam Judicii aleam tentare liceat.

Diligenter itaque, maturèque perpensis rationibus in utramque partem luculenter deductis, tam scilicet in motivo, quàm in illi contraria allegatione, eas, quæ in hac expenduntur, potiores esse, & D. Requirentem bonâ spe Judicium prosequi valere probabiliter dici posse censerem.

Quamquam enim me non lateat, assentiarque, Lauda, sivè arbitramenta à Partibus ap-
1 probata, atque emologata assumere naturam
veræ, & formalis transactionis, hanc verò utpo-
2 tè inventam ad finem litibus imponendum, ad
instar rei judicatæ, firmam semper esse opor-
3 tere, ut probatur in contrario motivo *§. Et quia*,
& in terminis Laudi dixit *Rota in Bononien. Cen-*
4 *telæ Angeli* 10. *Maii* 1717. *§. Subsistentia au-*
tem cum duob. seqq. coram Crispo, attamen æquè
certum est, & in hoc convenit etiam d. contra-
rium motivum *§. Et quamvis*, quod transactio
corruit cum omnibus indè secutis, quotiescum-
5 que in ea detegitur error, vel falsitas causæ
adimens consensum ab actu, juxtà *Text. in leg.*
Cum putarem 36. ff. famil. ercifcund., *leg. ex fal-*
sis 42. Cod. de Transact., *Saminiat. contr.* 177.
*num.*51., *& seqq. tom.*2., *Card. de Luc. de Cre-*
dit. disc. 123. *num.* 12., *Palm. nep. dec. Lucen.*
*decis.*173. *num.*8., *& dec.*174. *num.*5., *Rot. coram*
Cerro dec. 164. *num.* 1., *in rec. decis.*650. *per tot.*,
*& dec.*714. *num.*14., *& seqq. part.*18., *decis.*350.
*num.*8. *part.*19., *in Romana Pecuniaria seu Tran-*
sactionis 17. *Junii* 1701. *§. Absque eo quod*, *&*
6 *§. Seclusâ coram Ansaldo*; Et in casu mulieris
transigentis ex causa erronea *Rot. post Urceol. de*
*Transact dec.*6. *num.* 10., *& seq. post Constantin.*
*ad Statut. Urb. decis.*166. *num.*3., *& seq.*, *in Fa-*
nen. Bonorum, seu Transactionis 28. *Martii* 1708.
§. Erronea itidem coram bon. mem. Omanna, *& in*
Perusina Transactionis 8. *Junii* 1712. *§. Quin ad*
effectum, *& §. Nihilominus coram Ansaldo*. Et
7 quidem, ut tali casu, minimè præmissâ illius
rescissione, *Castald. consult.* 257. *num.* 5., *latè*
*Constantin. ad Statut. Urb. annot.*46. *nu.*15., *Rot.*
*coram Bich. decis.*192., *& decis.* 390., *utrobique*
*num.*9., *& decis.*111. *nu.*19. *post Urceol. de Tran-*
*sact. dec.*22. *num.*2., *in rec. decis.*226. *num.*6., *&*
seq. part. 16., *cum pluribus novissimè congestis in*
Romana Tenutæ Campi merli 27. *Februarii* 1719.
§. Postulatæ coram Herrera, *& in Romana Pecu-*
niaria 24. *Martii pariter* 1719. *§. Quæcumque co-*
ram Foscaro, directè impugnari possit obligatio 8
ex falsa causa in transactione suscepta, *Rota in*
Bononien. Fideicommissi 14. *Maii* 1700. *§. Minùs-*
que coram bon. mem. Malines, ac etiam solutum 9
repeti, *Rodulphin. allegat.* 113. *n.*12., cum quæ-
libet transactio, quemadmodum alia quævis
conventio, contineat tacitam illam conditio- 10
nem, nisi adsit error, vel falsa causa, *Gratian.*
discept. 788. *num.*3., *Rot. coram Bich. decis.*260.
*nu.*11., & in specie de Laudo lato ex falsa cau- 11
sa, quod sit nullum, quamvis emologatum, tra-
dit *Andreol. contr.*284. *nu.*19., *& seqq.*, & in-
nuit *Rota in d. Bononien. Cautelæ Angeli* 10.
Maii 1707. *§. Hæc autem coram Crispo*.

His autem retentis certissimis Juris nostri re-
gulis, propiùsque accedendo ad rem nostram,
haud inficior, hujusmodi errorem, & falsam 12
causam, utpotè non præsumendam, nedum con-
cludenter ab Allegante probandam esse, verùm 13
etiam ad effectum, de quo agitur, plenè do-
cendum esse, eam reverà fuisse causam finalem 14
transactionis, quæ nimirum si vera extitisset,
Partes ad ità transigendum movisset, &, quâ 15
viceversâ deficiente, transactum minimè fuis-
set, *ad Text. in leg.*1. *ff. de Transact.*, *leg. Præses*
Cod. eodem, *Valeron. de Transact. tit.* 6. *quæst.* 3.
*num.*17., *Urceol. eodem tract. quæst.*96. *nu.*5. 11.,
& 19., & alios allegatos in d. motivo *§. Nihi-*
lominus; verùm utrumque satis probatum esse
mihi videtur, falsitas enim causæ, assertæ ni-
mirum societatis universalis in dubium non re-
vocatur, & resultare dicitur ex scripturis, ac
ex ipsa Reorum confessione, quæ superat omne 16
genus probationis. Et sanè contrarium moti-
vum non fundatur in veritate, & subsistentia
dictæ causæ, sed solùm in eo, quod asserta so-
cietas universalis non fuerit causa finalis Laudi,
& transactionis, de quibus agitur, ut patet ex
§. Tantum abest d. Motivi.

Momentum itaque Causæ ad id redigendo,
nutare crederem contrarium motivum, quippè
præcipuam, finalemque causam Laudi, sivè
transactionis fuisse suppositam universalem
communionem, satis superque probari mihi vi-
detur ex facti serie paulò superius recensita,
quæ (tametsi deficiat Compromissum, de quo
tamquam oretenus facto nullum documentum
habetur) optimè declarat, demonstratque cau- 17
sam, propter quam istud factum fuit, & cujus
vigore transactio celebrata censetur, *Urceol. de*
Transact. quæst. 8. *num.* 49., *Rota post Salgald. in*
*Labyrint. Credit. dec.*3. *num.*19.

Occurrit autem primo loco testamentum conditum ab Antonio Authore DD. Fratrum de Desiis anno 1695. sequentem continens declarationem = *Item dichiarò, e dichiara aver sempre vissuto, come di presente vive, in communione, & prò indiviso col prenominato Signor Gio: suo fratello, al quale però raccomanda, che, seguita la morte di esso Signor Testatore, voglia da buon fra-*

tello riconoscere il commun stato dei loro effetti, e Beni di qualsivoglia genere, specie, e natura, che hanno insieme, & in communione in qualunque modo, e forma acquistato, e continuamente prò indiviso goduto, e posseduto, siccome di presente godono, e possiedono &c., e fatto ciò, dichiarare in atti di publico Notaro la qualità, e quantità degl'effetti, e beni, che all'eredità, ed Eredi di detto Signor Testatore per la sua giusta metà se li spettano, pervengono, e son dovuti &c. = Quod quidem testamentum etsi deindè revocatum fuerit per donationem inter vivos ab Antonio factam favore DD. Fratrum de Desiis ejus nepotum; nihilominùs meos, & voluntas ejusdem Antonii quoad divisionem Bonorum communium ex eo optimè eruitur, cum explorati Ju-
18 ris sit, illam elici, & declarari etiam ex actu nullo, & revocato, *leg. final. ff. de reb. cor., Urceol. de Transact. quæst. 27. num. 8., Rocc. disput. Jur. select. cap. 42. num. 44., D. Auditor. de Comitibus decis. Florent. 8. num. 17., & seqq., Rot. coram Bichio decis. 382. nu. 28., coram Arguell. decis. 11. num. 9., in rec. decis. 149. num. 21. part. 16., & decis. 76. nu. 4., decis. 77. nu. 7., & 10., & decis. 78. num. 10. inter impressi. ad ornat. Card. de Luc. de fideicom., & in Avenionen. Successionis 9. Martii 1708. §. Et in universum coram Lancetta.*

Eamdemque confirmat supplex libellus biennio post ab eodem Antonio porrectus Serenissimo Magno Duci, in quo = *Espone, come sono già più anni, che ha vissuto, e vive in communione, e società universale di tutti i Beni con Gio: suo fratello &c., che però desiderando provedere per quanto sia possibile alla quiete commune, intende venire con detto Gio: alla divisione delle sostanze, e riconoscere ciò, che a' suoi Nipoti Donatarii s'aspetta, ed è dovuto &c. onde supplica S. A. S. a ordinare al Governatore di Livorno, ò a chi altri piacerà &c. ricercare detto Gio: a volere amichevolmente, e da buon fratello dichiarare prontamente, e palesare, quale è lo stato puro del commun Patrimonio, e fare a' detti suoi Nipoti la giusta assegnazione per scansare quei litigj, che altrimente ne potrebbero insorgere, e caso, che egli ricusasse di farlo, deputare, ed eleggere persona perita, che brevi manu, & de facto riconosca lo stato loro colla visita de' Libri, ed Inventario degl'effetti* =

Consonat his depositio Roberti Sonoli Testis inducti ab ipsismet Fratribus de Desiis, qui pro-
19 inde contrà illos plenè probat, *Rot. in Perusina Reintegrationis 21. Martii 1718. §. Augente etiam coram de Herrera, & in Auximana Jurispatronatus 25. Junii ejusdem anni §. Verumtamen coram Rovault. de Gamaches*, hic enim in responsione ad 6. 9. 10. 16. 21. clarissimè deponit, se ab Antonio missum fuisse Liburnum ad effectum suadendi Joanni graviter ægrotanti, ut medietatem universi Patrimonii sui relinqueret Donatariis Antonii, ad quos de Jure spectabat ratione societatis universalis inter ipsum Joannem, & Antonium vigentis.

Ex quibus sicuti perspicuè resultat, voluntatem Antonii imbuti tenaci opinione universalis societatis Bonorum inter ipsum, & Joannem fratrem vigentis, semper firmam, constantemque fuisse in proposito assequendi ex hoc titulo medietatem Bonorum illius, idem quoque voluisse, ac in animo habuisse censentur nepotes, & Donatarii ejusdem Antonii, quando post mortem Joannis compromiserunt in personam D. Joannis Antonii Huigens, cum inter Laudum promulgatum à d. D. Huigens, & supplicem Libellum, ut suprà, ab Antonio porrectum intercesserit solum spatium viginti dierum, in
cujus brevissimi temporis decursu verisimile 20
non est, quod nova causa oriri potuerit, sed
præsumitur continuatio ejusdem tituli in actibus 21
adeo seriis, & proportionatis ab Antonio ipsorum Authore paulò antè allegati, cum de nova causa, ob quam ille mutari potuerit, non doceatur, *Rot. in Romana Jocalium super adamantibus majoribus 21. Martii 1718. §. Neque existimarunt coram Ansaldo*, & in fortioribus termi-
nis, quod, non docto de mutatione, idem titu- 22
lus durare censeatur, etiam post lapsum longissimi temporis, tenent *Abb. in Cap. præterea il secondo de Transaction. num 3., Mascard. de probat. conclus. 551. per tot., Cyriac. contr. 204. n. 41., Rot. decis. 590. num. 3., & seq. part. 4. rec. tom. 3., in Romana annuæ præstationis, & Census super statu activo 19. Junii 1711. §. Tertium gravamen coram Card. Priolo, in Romana Fideicommissi de Curtis 19. Junii 1716. §. Supposità autem mutatio tituli, & §. Frigescente, & seq. coram Illmo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore*, cujus propterea vigore dd. Fratres de Desiis compromisisse, & Laudum à Compromissario emanasse cense-
tur, ità suadente actuum vicinitate, quæ effi- 23
cit, ut unus in gratiam alterius factus dicatur, *Gratian. discept. 624. num. 10. cum plurib. seqq., Guttierez. practic. quæst. lib. 5. quæst. 47. num. 5., Giurb. decis. 115. nu. 20., & 21., Rot. penes Giovagnon. resp. 23. num. 19., & seqq. lib. 2., in rec. dec. 385. num. 2. part. 15.*, quod eò certiùs procedit in casu nostro, quia, præter causam assertæ
societatis universalis, & divisionis illius vigore 24
faciendæ, alia non apparet, ex qua Compromissum fieri, & Laudum, atque transactio perfici potuerit, *Ansald. de commerc., & mercat. disc. 49. num. 13.*

Et reverà menti Antonii conformem semper fuisse opinionem etiam DD. fratrum de Desiis, videlicet consequendi medietatem Patrimonii Joannis ex causa Societatis prædictæ, clariùs demonstratur ex iis, quæ Laudum subsequuta fuerunt, eo autem promulgato, & à Partibus subscripto die 21. Martii 1697., illinc à 20. diebus, nempè die 10. Aprilis ejusdem anni Antonius, & ejus nepotes Donatarii Prati commorantes Procuratorem constituerunt Andream fratrem, & respectivè nepotem degentem Liburni ad eorum nomine *transigendum, componendum, concordandum, & conveniendum cum D. Theresia, & Julia filiabus, & heredibus D. Jo. Desii &c. super omnibus, & quibuscumque litibus, causis, differentiis, & prætensionibus ortis, & quæ in futurum oriri possent causâ, & occasione dividen-*

dendi cum dictis DD. Heredibus Bona relicta à dicta D. Joanne Desii earum Patre spectantia prò medietate dicto D. Capitaneo, & supradictis DD. Constituentibus Donatariis ejusdem ob universalem communionem inter præfatum D. Joannem, & D. Capitan. Antonium ejus fratrem sequutam &c. Item ad cedendum, & mandandum, & quocumque titulo transferendum dictis DD. Heredibus omnia, & singula jura, & actiones dictis DD. Constituentibus competentes, & competituras ex causa dictæ universalis communionis contra Bona relicta à prædicto D. Joanne Desii &c. = Hoc autem
mandatum procuræ, quod factum censetur in
25 sequelam, & executionem Laudi paucis ante
diebus editi, tametsi dicti Laudi nulla mentio habeatur in ipso mandato, ad tradita per *Urceol. de transact. quæst. 27. num. 6., & 7., Rot. coram Royas decis. 300. num. 5.*, ex regula, quod actus
26 subsequens gestus præsumitur in executionem
præcedentis, *Rota coram Merlin. decis. 854. n. 9., & coram Dunoz. jun. decis. 706. pariter num. 9.*, hoc, inquam, mandatum nemo non videt, quantum valeat ad suadendum, Fratres prædictos non alio titulo unquam consequi intellexisse portionem Bonorum Joannis, quàm vigore assertæ universalis communionis, dum, præter illam, nulla alia causa exprimitur in dicto mandato, in quo ceteroquin dicti fratres verisimi-
27 liter non omisissent deducere alia jura, si quæ
contrà hereditatem Joannis habuissent, quoties illius vigore componendæ erant omnes differentiæ super dicta hereditate vigentes, ut apposité considerant *Rota coram Bich. decis. 59. num. 1., decis. 62. num. 2. part. 15., decis. 93. num. 20. part. 18. rec., decis. 18. num. 2., & seq. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de jurisdict., & in Viterbien. dotis, & cautelæ Angeli 11. Februarii 1718. §. Id ipsum, & seqq., confirmata 13. Maii ejusdem anni §. Necessariæ, & seqq. coram Herrera.*

Rursus in instrumento transactionis, sivè emologationis Laudi, in quo regulariter enun-
28 ciari solent jura, & prætensiones, quæ Partes
ad compromittendum, & transigendum impulerunt, exprimitur solùm prætensio dd. fratrum de Desiis fundata in asserta communione universali omnium Bonorum ibi = *Essendo, che li Signori fratelli Desii pretendessero spettare a loro la metà di tutti gl' effetti, e di tutto il Patrimonio da detto Signor Giovanni lasciato, come acquistati, e mantenuti nella società di tutti i Beni contratta fra detti Fratelli già da molti anni addietro, e fino al presente continuata &c.* =, ex quo siculi manifestè apparet, dd. Fratres alia jura non deduxisse, præter sæpedictam Societatem universalem, ità dicendum est, in illa dumta-
29 xat eorum intentionem fundasse, ut demon-
strant verba instrumenti, ex quibus Partium voluntas recte desumitur, per *Text. in l. semper in stipulationibus ff. de regul. Jur., Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 15. num. 5., & 6., Rot. coram Bich. decis. 5. num. 26., & decis. 332. num. 11.*, & magis in specie *D. Auditor de Comitibus decis. Senen. 23. num. 25., Rota apud Balducc. decis., & rer. judicat. tit. 2. de prælation., decis. 3. nu. 21., & tit. 4. de dot., decis. 18. num. 5., 8., & seqq., post Constantin. ad Statut. Urb. decis. 148. nu. 4., & seqq., apud Palm. decis. 174. num. 2., & 3., in Firmana dotis, & fructuum 3. Julii 1711. §. Nec subsistit coram R̃mo dell' Olmo Episcopo Conchen., & 25. Junii 1703. §. Solidissimum coram Molinet, & 3. Januarii 1705. §. Et tertia, §. Minùsque, & §. Neque coram bon. mem. Omanna.*

Sed cur his utor argumentis in re non dubia? quippe intentionem hanc DD. fratrum de Desiis, dividendi nimirum Bona Joannis sub unico, & præciso obtentu dictæ communionis universalis fatetur etiam contrarium motivum *in §. Eàdem quippe facilitate*, solùmque negat, eamdem intentionem habuisse tum DD. sorores de Desiis heredes Joannis, tum D. Jo. Antonium Arbitrum; verùm, quod attinet ad Sorores prædictas, facile demonstrari posse videtur earum mens, & intentio nullo pacto difformis ab illa fratrum de Desiis, quoties enim ipsæ haud ignaræ prætensionis dd. Fratrum, quin etiam præsentes instrumento transactionis nunquam contradixerunt hujusmodi titulo societatis universalis exadverso constanter, & enixè allegato, tametsi eis maximum præjudicium afferret,
profectò illam admisisse, & approbasse censen- 30
tur, optimè *Rot. in Romana jocalium 26. Martii 1708. §. Exordiendo, & seqq. coram Card. de Polignac., & in ead super adamantibus majoribus 27. Aprilis 1711. §. Hisque geminis* ibi = *Tum, & fortiùs, quia cum dictæ reservationi dominii fuerit præsens, & non contradixerit Principissa Olimpia senior, ad quam prætenditur Adamantes spectasse, oritur exindè confessio, & approbatio ejusdem Principissæ Olimpiæ &c.* = *coram bon. mem. Molinet*, neque enim facilè credi potest, eas adeo fa- 31
tuas, & socordes fuisse, ut, cum ageretur de titulo ipsis auferente medietatem Patrimonii paterni, illum tacitè approbare voluissent nihil contra opponendo, nisi eum prò vero, & subsistenti habuissent, ut egregie ad rem prosequitur *Rota* in mox citatis *Decisionibus*, & dictum fuit in *eadem Romana jocalium 13. Maii 1709. §. Augetur coram Em̃o D. Card. de Polignac., & in alia super margaritis 27. Aprilis 1711. §. Hancque veritatem, & §. Et sinè ulla, & seqq. coram Molinet*, & conferunt firmata in *Romana Primogenituræ de Salviatis super jocalibus, & tabulis pictis 22 Martii 1706. §. 32. coram Molines, in Romana dotis 13. Decembris ejusdem anni §. Iterum namque coram bon. mem. Omanna, in Romana Primogenituræ de Cæsarinis 30. Januarii 1708. §. Imo etiam coram Lancetta, & in Romana abbreviatoriæ 30. Januarii 1719. §. Donatio coram Foscaro.*

Nullo autem colore contrarium motivum dictas Sorores universalis societatis titulum negasse, ac impugnasse arguit ex eo, quod post recensitam in instrumento transactionis prætensionem fratrum de Desiis, adjecta leguntur verba illa = *Al che esse condescendendo &c.* =, cùm enim prętensio dictorum Fratrum duplicem contineret instantiam, alteram scilicet prò consequenda medietate Patrimonii Joannis vigore universalis communionis, alteram verò prò exhi-

exhibitione calculi, & status hereditarii ejus-
dem Joannis pro divisione rectè facienda ibi =
pretendessero spettare a loro la metà di tutti gl' ef-
fetti, e di tutto il Patrimonio del Signor Giovan-
ni lasciato come acquistati, e mantenuti nella so-
cietà di tutti i Beni contratta tra detti Fratelli
gia da molti anni addietro, e fino al presente conti-
nuata, e che perciò fattane penetrare alle preaomi-
nate Signore Eredi la cognizione richiedessero li
medesimi a volerli dare il calcolo, e stato liquido di
tutto il negozio, & azienda di detto Signor Gio-
vanni loro Padre, e Zio respettivamente de' mede-
simi al che esse non condescendendo &c. = verba
ista immediatè adjecta petitioni calculi, ad il-
32 lam uti proximam referri debent, non ad Socie-
tatem universalem, quæ superius in remotiori
periodo enunciata reperitur, ex regula *Textus in*
leg. si idem 11. ff. de jurisdict. omn. judic., *Actio-*
lin. resol. 82. num. 39., *Rot. post Torr. de Primo-*
gen. part. 3. decis. 16. num. 47., *coram bon. mem.*
Emerix jun. decis. 535. num. 10., *in Romana seu*
Interamnen. fideicommissi 14. Maii 1714. §. Absque
eo quod coram Ansaldo Decano, & 2. Martii 1716.
§. Sic itaque coram R.P.D. Cerro; maximè, quia
relativum non in plurali numero, sed in singu-
lari positum fuit, ibi = *al che esse non condescen-*
dendo &c. = qui sanè numerus singularis suâpte
33 naturâ unam tantummodò rem connotans, &
plura non comprehendens, eò magis efficit,
quod relatio ad proxima dumtaxat, & imme-
diata facienda sit, per ea, quæ tradit *Rota decis.*
276. num. 3. part. 2. rec.

Certiùs verò intelligentia hæc recipienda vi-
detur in casu nostro, quia alioquin sequeretur
manifesta contradictio, nam, ut constat ex ipso-
met istrumento transactionis, sivè emologatio-
nis Laudi, DD. Sorores de Desiis heredes Joan-
nis, auditâ prætensione Fratrum de Desiis in-
nixâ Societati universali, illis obtulerunt 25000.
petiarum pro omni, & toto eo, quod prætende-
re potuissent, & ad eos spectasset in hereditate
Joannis = *ne' modi, e nomi di sopra* ibi = *al che esse*
non condescendendo, offerissero per mezzo di perso-
ne terze a' predetti Signori Giuseppe Maria, An-
drea, e Filippo Desii di darli la somma di pezze
venticinque mila da otto reali in contanti per tutto
quello, che essi potessero pretendere, e sa li spet-
tasse nel Patrimonio sudetto, e ne' modi, e nomi,
che sopra &c. = hujusmodi autem oblationi, quæ
omninò facta dici debet relativè, & correspecti-
vè ad titulum communionis universalis unicè à
Fratribus de Desiis allegatæ, tùm vigore illa-
34 rum dictionum = *ne' mod., e nomi, che sopra* = qui-
bus præcedens titulus communionis universalis,
repetitus censetur, *clar. mem. Card. de Luca de fi-*
deicom. disc. 28. num. 12., *Rot. decis. 95. num. 25.*
part. 11., *in Mediolanen. Cappellaniæ 23. Martii*
1703. §. Fortius quia, *& in Interamnen. fideicom-*
missi 11. Decembris 1705. §. Nec discordat, & 5.
Julii 1706. §. Certiùs verò coram Molines, tum
35 quia non apparet alia causa, ad quam commo-
de, & congruè referri valeat, *Surd. cons. 119.*
num. 14., & seqq., *aliique apud Rub. de validit.*
legal. cap. 27. num. 2., & seqq., ac ferè per tot.,
D. Auditor de Comitibus decis. Senen. 17. nu. 14.,
Rot. coram Gregor. decis. 468. num. 5., *coram*
Dunoz. jun. decis. 846. num. 17., *coram Rojas de-*
cis. 250. num. 6., & 7., *& coram Cerro decis. 36.*
num. 2., huic inquam oblationi prò recta agendi
ratione necessariò supponenti admissionem ti-
tuli; cujus respectu facta fuit, & illius negatio-
nem excludenti, ut benè in similibus terminis 36
arguit *Rota in Romana cambiorum 28. Aprilis*
1704. §. Etenim, & seqq. coram bon. mem. Muto,
& meliùs ad rem in Firmana Primogenituræ 20.
Januarii 1717. §. 12. coram Herrera, apertè re-
pugnarent verba illa negativa = *al che non con-*
descendendo = quatenus ad societatem universa-
lem referenda essent; ut igitur contradictio evi- 37
tetur omni possibili interpretatione semper fu-
gienda, *leg. non ad ea 88. ff. de condit., & demon-*
strat., *Rot. in rec. decis. 277. n. 20., & 21. part. 15.*,
& coram Ansaldo Decano decis. 80. num. 29., *in*
Romana Canonum de Salviatis 14. Februarii 1707.
§. Etenim, & 9. Decembris ejusdem anni §. Eva-
dere coram Molines, *in Bononien. fideicommissi de*
Ursis 26. Martii 1708. §. penult. coram eodem, &
in Spoletana Census 20. Januarii 1712. §. Atten-
tâ coram Rño Aldrovando, dicendum est, verba
illa haudquaquam respicere societatem univer-
salem, tametsi juxtà sensum contrarii motivi,
utpotè in fine posita ad omnia præcedentia re-
ferri possent, nam, quoties agitur de inducen-
da correctione, & mutatione voluntatis in uno
eodemque actu numquam præsumenda, locum 38
sibi vindicat contraria Juris ratio, juxtà quam
relatio facienda non est ad incompatibilia, sed 39
ad ea tantum, ad quæ commode, & congruè
fieri potest, ut declarant ipsæ met auctoritates
in contrarium allegatæ, & benè ad rem firma-
vit *Rota in Romana, seu Reatina Fideicommissi 23.*
Januarii, & 2. Decembris 1697. per tot., & præ-
sertim §. Qua quidem regulæ coram Emo D. Card.
de la Tremoille, *in Romana, seù Cæsenaten. Fidei-*
commissi super reservatis 24. Aprilis 1705. §. Su-
peraddendo coram Ansald. Decan., *in Romana*
Canonum de Salviatis 9. Decembris 1707. §. Qua
de re coram Molines, *in Bononien. Fideicommissi*
Herculis de Elephantutiis 27. Februarii 1708. §.
Tum, & fortius coram Rño Aldrovando, *& in*
Veliterna cautelæ Angeli 1. Julii 1716. §. Non
subsistente, & 3. Junii 1718. §. Nihil obsistente
coram Rño Ansaldo Decano.

Quâ ratione submovetur etiam illa alia con-
traria responsio, quod videlicet enunciativa so-
cietatis universalis ità connexa reperiatur cum
petitione calculi, ut admittendo, verba prædi-
cta ad hanc relationem habere, illam quoque
veluti connexam respicere fateri oporteat; si-
quidem, admissà etiam tali connexione inter
petitionem calculi, & enunciativam societatis
universalis, quæ ceteroquin excludi videtur ex
eo, quod unaquæque reperitur in separata, &
distincta periodo, & oratione à suo verbo prin- 40
cipali recta, *Altograd. cons. 54. num. 124. lib. 1.*,
& cons. 105. num. 32. lib. 2., *Palm. aep. alleg. 369.*
num. 16., *Mart. Medic. decis. 57. num. 35., &*
seq., *Rota in Bononien. fideicommissi Herculis de*
Ele-

Elephantutiis 27. Februarii 1708. §. Utraque autem, & seqq. coram Rmo Aldrovando; non attentâ copula=*&*=,hæc enim orationes ex se per-
41 fectas, atque diversas nequaquam conjungit, *leg. ta tamen adjectio, ibique Bartol. ff. de legat. 1., Altograd. cons.66. num. 53., & seqq. lib. 2., Rot. decis.337. num.18., & seqq. part.17., in dict. Bononiea. Fideicommissi Herculis de Elephantutiis §. Quod procedit, & in alia super Fideicommisso Annibalis 25. Junii 1708. §. Attamen ex abundanti coram Ansaldo*, ubi concordantes, adhuc tamen exindè ooo benè induceretur relatio dictorum verborum = *al che esse non condescendendo* = ad negandam eausam societatis universalis superiùs expressam, quippè hujusmodi negationi semper obstaret immediatè subsequens illius admissio, & approbatio facta vigore memoratæ oblationis, sed ad summum ex tali eonnexione inferri posset relatio, & respectivè negatio quoad quantitatem petitam à Fratribus de De-
42 siis ex causa dictæ societatis universalis, eui quidem petitioni, medietatis nempè Patrimonii Joannis magis propriè conveniunt verba illa = *al che esse non condescendendo*, quàm eausæ ipsius petitionis, nempè communioni universali, quæ si absolutè negata fuisset, id utique io In-
43 strumento clarè, & explieitè legeretur, minimèque adhibitus fuisset prædictus loquendi mo-
44 dus incongruus, & impertinens; Quamobrem tum inspecto naturali sensu, & proprietate verborum, tùm attentâ contradictione, quæ pernecesse oriretur ex relatione intellecta juxtà sensum eontrarii motivi, dicendum est, mentem DD. Sororum ad summum fuisse non eonsen-
45 tiendi petitioni respieienti medietatem Patrimonii Joaonis, eò quod in divisione faeienda vigore dictæ commuuionis universalis, ratio haberi debebat etiam de Bonis Antonii, quæ reperiebantur peoes DD. Fratres de Desiis, numquam verò impugnare voluisse causam dictæ petitionis, nimirum societatem universalem, dum illam expressè admiserunt offerendo ejus contemplatione eximiam pecuoiarum quantitatem, quod alioquin bono, sanoque eonsilio factum videri ooo posset.

Verùm enim verò id, quod manifestè evineit, utramque Partem in hoc supposito universalis communionis eonvenisse, est electio Arbitri, sivè Judicis Compromissarii de communi eoosensu facta, D. videlicet Jo: Antonii Huigens
46 Mereatoris Liburnensis; si enim hæc universalis communio prò certa inter Partes habita non fuisset, sed dubium extitisset, an ea adesset nec nè; profectò, ad dirimendam ejusmodi contro-
47 versiam pendentem à mero Juris artieulo, Partes non elegissent Virum Mereatorem, sed Jurisperitum, qui illum, prout de jure, definire posset, dum ergo non Jurisperitum, sed Mercatorem elegerunt, indè clariùs, quàm oos verbis, aut argumentis explicare possimus, perspicuum fit, oullam super asserta societate uni-
48 versali eootroversiam fuisse, sed, eâ admissâ, Partes solùm contendisse super divisione, & assignatione portionis euilibet obtingentis, & hoc dumtaxat remisisse arbitrio D. Huigens, qui tamquam Mercator, gerendæ huie rei à calculo, & liquidatione pendenti aptissimus erat, *Rota decis. 73. num. 36., & seqq. part.12. recent.*, ex
qualitate enim personæ Arbitri, & subjectæ ma- 49
teriæ arguitur, qualis fuerit mens Eligentium,
&quæ potestas illi tributa sit, an scilieet juridieè 50
rem definiendi, vel simplieiter ealeulandi, ad tradita per *Pigant. ad Satut. Ferrarien. lib. 2. rubr. 22. num.9. tom. 1., De Comitibus decis. Senen.2. num. 7. 8., & 9., & in Romana Jocalium super adamantibus majoribus 30. Januarii 1719. §. Omnis denique coram Ansaldo*.

At verò, si Partium voluntas concors fuisse videtur in supposito universalis communionis, si alia contentio inter eas non fuit, quàm super quantitate unieuique assignanda vigore d. universalis communionis, & hac de causa rem compromiserunt D. Jo: Antonio Huigens Mercatori, ex hoc veluti ex necessario antecedente sequitur, quod talis etiam fuerit mens, & intentio
Arbitri, sive Judieis Compromissarii, nimirum 51
dividendi, & assignandi bona Partibus titulo ejusdem communionis universalis, ità metiendo voluntatem à potestate, ut faciendum esse monent, per *Text. in leg. bujus §. Imperatores ff. ad municip. cap. à nobis de sentent. excomm., Cyriac. contr.222. num.38., Rot. coram Celso decis. 116. num.12., decis.291. num.17. part.10., decis. 144. num.15. part. 11., & in Ferrarien. Fideicommissi 4. Aprilis 1718. §. In contrarium coram de Herrera*, cum enim Arbiter facultatem con-
sequatur à Partibus, & illius limites supergredi 52
non valeat, ut probat cootrarium motivum
§. Deveniendo, alioquin Laudum ex defectu ju- 53
risdictionis nullum est, *Altograd. cons. 102. num. 29., & seqq. lib.2., Pax. Jordan. lucubrat. vol.3. lib.13. tit.7. num.121. fol. mihi 71., Gratian. decis.6. per tot., Rot. in Romana Primogenituræ de Salviatis super Jocalibus, & Tabulis pictis 28. Junii 1706.§.28. coram Molines*, ubi, quod Com-
promissum est stricti Juris, & non excedit cau- 54
sas in eo expressas. Profectò, dum Partes compromiserunt cum tali supposito uoiversalis communionis, inde sequitur, quod aut Laudum D.
Huigens nullum, & invalidum diei debet tam- 55
quam latum ex alia causa, & super re in Compromisso non contenta, *Tusch. lit.L. conclus.29. num.13., & seqq. per tot., Menoch. lib. 3. præsumpt. 151. num.10., Mart. Vot. Pisan.46. n.1., & seqq.*, aut, si validum dicendum est, prout
eeteroquin de Jure præsumitur, *Cyriac. contr.* 56
471. num.6., Constantin. ad Statut. Urb. annot.20. num.269., de Comitibus decis. Senen. 2. num. 1., & 2., Rot. decis. 459. num.8., & 9. part.18., & decis.58. num.1. part.19., fateri oportet, dictum D. Huigens processisse cum eodem supposito universalis communionis, cum quo Partes compromiserunt.

Et ità sanè rem se habuisse facilè suaderi posse videtur ex modo, quo ad instruendum aoimum suum prò Laudo ferendo usus fuit idem
D. Huigens; totum enim negotii, & heredita- 57
tis statum perlustravit, calculum nimirum, libros,

bros, & ſcripturas omnes illum reſpicientes
conſiderando, quod planè neceſſarium minimè
fuiſſet, niſi Laudum ab ipſo ferendum, fomen-
tum habuiſſet ab aliqua cauſa univerſali quotam
hereditatis complectente, nam alioquin ſtatum
univerſum citrà neceſſitatem non recognoviſſet,
ſed illas dumtaxat res diſpunxiſſet, ſuper qui-
bus peculiaris aliqua controverſia inter Partes
fuiſſet; Poſito autem, quod cauſa finalis Laudi
non fuerit particularis, ſed univerſalis, reſpi-
ciens quotam hereditatis, hæc alia eſſe non po-
terat, quàm illa ſocietatis univerſalis à Patri-
58 bus præſuppoſita, quâ demptâ, in toto conte-
xtu tum Laudi, tum tranſactionis nulla alia
univerſalis cauſa enunciata reperitur; unde ex
hoc procedendi modo rectè comprobatur inten-
tio Arbitri fundata in ſocietate univerſali, cum
59 talis præſumatur voluntas Agentis, qualis eſt
actus ab ipſo geſtus, *argumento legis finalis ff.
de reb. cor., leg. 2. cod. de confirm. tutel., Rot. co-
ram Pen. deciſ. 85. num. 6., coram Ubald. deciſ.
44. num. 2., coram fel. mem. Alexand. VIII. deciſ.
37. num. 30., coram Carill. deciſ. 229. num. 10., in
rec. deciſ. 364. num. 2., & deciſ. 714. nu. 6. part. 1.,
& deciſ. 94. num. 18. part. 9.*

Quæ quidem Arbitri mens demonſtratur
60 etiam ex ejus ratione agendi, & ex methodo,
& ſubſtantia Laudi ab eodem editi; Iſtud enim
61 verſatur in ſola diviſione, & aſſignatione, quæ
ſupponit antecedentem communionem, *Bald.
in leg. magis §. Communia ff. de reb. cor. Aderiſ.
de hered. act. part. 2. cap. 6. num. 32., Urceol. con-
ſultat. 72. num. 32., Rot. deciſ. 269. num. 2. par.
10.*, magis verò perſpicua redditur ex ſexto ca-
pite ejuſdem Laudi, in quo ſtatutum fuit, quod
dictæ Sorores heredes Joannis cedere deberent
eorum Patruelibus Donatariis Antonii omnia
jura, & actiones, quæ ſibi competere potuiſſent
ſuper mobilibus, ſupellectilibus, argento, &
pecuniis apud eumdem Antonium exiſtentibus;
ceſſio namque hujuſmodi aliò referri non poſſe
videtur, quàm ad ſuppoſitum univerſalis com-
munionis, cujus vigore præfatæ Sorores præ-
tendere poterant medietatem omnium Bono-
rum, quæ penes Antonium reperiebantur, quem-
admodum ipſe Antonius, & nepotes ejus Do-
natarii petebant medietatem Bonorum Joannis,
neque enim alia cauſa allegatur, ex qua dictis
Sororibus jus competere poſſet ſuper Bonis An-
62 tonii; unde, cum ſe ſe offerat illa ſocietatis uni-
verſalis, de qua conſtat, & quæ præ ceteris
maximè convenit, aliæ cauſæ merè poſſibiles,
nec quærendæ, nec ullo numero habendæ ſunt,
*leg. cum ex filio ubi gloſſ. ff. de vulg., & pupill.,
Rot. deciſ. 280. num. 17., & duob. ſeqq., deciſ.
287. num. 26., & deciſ. 291. num. 21. part. 9. rec.
tom. 1., in Romana Pecuniaria, ſeu Locorum
Montium 1. Julii 1701. §. Neque relevante co-
ram Scotto, in Romana Cautelæ Angeli 16. De-
cembris 1707. §. Sinè difficultate coram bon. mem.
Caffarelle, in Romana Fabricæ 1. Julii 1716.
§. Minimè officiente coram Altbann.*

Conſtito jam ex his, ex ſuppoſita univerſali
Bonorum ſocietate tum Partes motas fuiſſe ad
compromittendum, tum etiam Compromiſſa-
rium illam ſpectaſſe in Laudo ferendo, parùm
urgere mihi videntur ea, quæ pro excludendo
hujuſmodi ſuppoſito, ſive cauſa objiciuntur in
contrario motivo. Quod enim in toto Laudo
numquam mentio fiat de aſſerta communione
univerſali, obeſſe nullo pacto poteſt, quoties,
prout hic, alia cauſa in eo expreſſa non legitur,
quum enim ex tenore ejuſdem Laudi apertè non
liquet, ex qua cauſa illud verè prolatum fue-
rit, recurrendum eſt ad antecedentia, & ſub-
ſequentia, optimè declarantia cauſam finalem 63
actus intermedii, & voluntatem Partium, Ar-
bitrique demonſtrantia, *Cravet. conſ. 19. num. 3.
& 4., & conſ. 33. num. 13., Roland. conſ. 61. nu.
36. vol. 2., Cyriac. contr. 478. num. 39., Barz. de-
ciſ. 25. num. 76., & deciſ. 96. num. 54., Rota in
Hildeſimen. Expenſarum 17. Aprilis 1711. §. Pro-
teſtatio cor. bon. mem. Hannitz., in Romana Ma-
nutentionis 19. Februarii 1717. §. A' priori, & à
poſteriori coram Falconerio, & in Bononien. Fi-
deicommiſſi de Ghiſleriis ſuper re judicata 2. Ma-
ji 1718. §. final. coram Anſaldo*; quæ in hypo-
theſi noſtra collimant ad demonſtrandam cau-
ſam ſocietatis univerſalis, ut ex ſupradictis, &
clariùs etiam ex infra dicendis patebit.

Parvi etiam refert, quod in capite ſecundo
ejuſdem Laudi præfatis Sororibus favore fra-
trum de Deſiis injungatur ceſſio cujuſdam Ta-
bernæ ad uſum Lanienæ, & utilium ad Joannem
eorum Patrem ſpectantium, cum hoc tamen
pacto, quod iidem Fratres reſtituerent dictis
Sororibus capitale collatum à Joanne; Etſi
enim in d. capite ſupponatur, fundum d. Ta-
bernæ poſitum fuiſſe à Joanne, non inde tamen
excluditur, illum fuiſſe communem cum An-
tonio, quia non dicitur, fundum eſſe proprium
Joannis, quod ſocietati univerſali repugnaret, 64
in qua non datur meum, & tuum, ſed ſimpli-
citer poſitum à Joanne; hoc autem rectè verifi-
catur animadvertendo, Joannem expleviſſe ne-
gotium iſtud cum aliis ſociis particularibus, ut
colligitur ex ipſo capite ſecundo, quorum ſanè 65
reſpectu propriè dicitur Joannem poſuiſſe capi-
tale, non verò ad excluſionem communionis
cum Antonio; certum namque eſt, quod, 66
etiam datâ ſocietate univerſali, poteſt unus
dumtaxat ex pluribus ſociis negocia explicare,
& peragere, juxta doctrinam *Baldi in leg. ſi Pa-
truus num. 14. Cod. commun. utriuſque Judic.,
Decian. conſ. 85. num. 18. lib. 2., Menoch. conſ. 12.
num. 7. lib. 1., & conſ. 656. num. 8., & 9. lib. 7.,
& præſumpt. 56. num. 21., & plurib. ſeqq. lib. 3.,
Montic. de tacit. lib. 6. tit. 10. num. 5., Fælic. de
ſocietat. cap. 10. num. 29., & ſeqq., Michelor. de
fratrib. part. 2. cap. 16. num. 5. 9., & 10., Rot.
deciſ. 27. num. 25. part. 17.*, & conferunt firmata
*in Romana Primogenituræ de Bubalo ſuper reli-
quis Bonis ad cloacam 7. Junii 1717. §. Quo verò
ad Locationes coram Lancetta.*

Quatenus verò in eodem Capite ſecundo di-
citur, hujuſmodi fundum reſtituendum eſſe he-
redibus d. Joannis, hoc admitti videtur in con-
trario motivo *§. Nullatenus* factum fuiſſe prò
com-

commodo divisionis inter socios, sed subditur, vim esse in illis verbis = *restituischino alli Signori Eredi il fondo, che ci ha posto il d. Signor Giovanni* =. Verumtamen quoad expressionem positionis fundi jam supra proximè probatum est, illam non excludere societatem universalem, quo verò ad verbum = *restituischino* = etsi illud in sua
67 rigorosa, & legali significatione sumptum, importare videatur dominium, & pertinentiam ad eum, cui restitutio fieri debet, juxta auctoritates in contrarium allegatas, nihilominus rigida isthæc interpretatio admittenda non est in casu nostro, sed inhærendum videtur lato, &
68 familiari sensui, secundùm quem rem alteri datam, sive ab eo acceptam nobis restitui dicimus, tametsi nostra non sit, & in dominium nostrum minimè transierit, quem sensum etiam magis proprium, & naturalem appellant, post *Text. in leg. 1. §. Eleganter ff. depositi, & gloss. in leg. qui Uxori verb. qui reddi ff. de aur., & argent. legat., Alciat. in leg. restituere num. 2. ff. de verbor. signif., Menoch. cons. 115. num. 51., Bardellon. cons. 181. num. 52., Mans. in respons. impres. apud Card. de Luc. de offic. vacab. pag 226. num. 4., Rot. coram Ludovis. decis. 271. num. 5., in rec. decis. 314. num. 2. part. 14., & decis. 557. num. 3. part. 19. tom. 2., & in Perusina Reintegrationis 23. Januarii 1713. §. Non refragante coram Ansaldo*. Eòque certiùs in hypothesi, quia
69 non agitur de aliquo Arbitro Jurisperito, qui verborum vim accuratè perpendisse dici queat, sed res est de Arbitro Mercatore, cujus sermo rigidè, & scrupulosè accipi non debet, proindeque, spectatâ ejus mente, idem usus fuisse
70 præsumitur d. verbo in sensu magis obvio, & familiari, potiùs quàm in rigorosa, & legali significatione, *Farinacc. cons. 45. num. 25., Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 8. num. 3., Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 19. num. 5., Rot. coram Arguell. decis. 65. num. 28., & decis. 93. num. 4., & seqq., in Vaden. Canonicatus 19. Junii 1705. §. Tantum porrò coram Molinet, & facit etiam Urceol. de transact. quæst. 7. num. 6., Rot. coram Merlin. decis. 761 num. 16.*

Sextum denique Caput Laudi, in quo statuitur = *Che detti Signori Andrea, e fratelli &c. non possino mai più pretendere cosa alcuna sotto qualsivoglia titolo, e colore dalli detti Signori Eredi del Signor Gio: Desii, nè dal Signor Capitano Antonio, nè dai loro respettivamente effetti, e beni, siansi communi, proprj, o particolari* =; intelligenda sunt relativè ad illa Bona, quæ non verè propria, & particularia sociorum, sed proprio, & particulari nomine ab ipsis quæsita
71 essent, ut fieri posse compatibiliter, & absque repugnantia cum societate universali, docent *Fælic. de societat. cap. 30. num. 63. vers. & quamvis, Surd. decis. 213. num. 4.*, & alii adducti per *Rotam in Surana Divisionis super redditione rationis 1. Martii 1717. §. Nec ad destruendum coram Crispo, & 18. Martii 1718. §. Sicuti nec etiam coram Herrera*; sive etiam referri valent ad Bona possessa à dictis heredibus in communi, vel in particulari inter ipsas, non verò inter

De Contract.

Joannem, & Antonium; quoties enim, ut hic, 72
aliunde constat, & quidem plenè, ac concludenter, tum scilicet ex intentione Partium, & Arbitri, tum ex actibus antecedentibus, & subsequentibus, causam finalem Laudi verè fuisse assertam societatem universalem, omnis interpretatio capienda est, ut verba intelligantur compatibiliter cum illa, etiamsi impropriiianda essent, *Bald. cons. 543. in princ. lib. 1., Cravet. cons. 3. num. 3., Casanat. cons. 43. num. 74., Castill. contr. Jur. lib. 5. cap. 86. num. 2. in fin. usque ad num. 12., Rota post Zacch. de societat. offic. decis. 54. num. 8.*, cum minùs sit impropriare verba, ut conveniant cum mente Arbitri, & Compromittentium, quàm ab ista recedere, ut verborum proprietas servetur, *Corn. cons. 326. n. 4. lib. 1., Rot. in rec. decis. 684. num. ... part. 3.*

Potiori verò Jure interpretatio prædicta sequenda videtur in casu nostro, quia ad salvandam causam societatis universalis opus non est ullâ verborum impropriatione, sed ea etiam in suo naturali sensu accepta, rectè intelligi possunt, & debent citrà exclusionem communionis
universalis, cum verba illa = *siansi communi*, 73
proprj, e particolari = non affirmativè, sed dubitativè prolata ostendere ad summum possint, quod Arbiter, licèt in Laudo ferendo supposuerit societatem universalem, voluerit tamen de tali supposito cognitionem assumere decidendo, an
illa adesset, alioquin enim, si ita intelligerentur, 74
ut adeo excluderent communionem universalem, ut causam dare nequiverit Laudo, &
transactioni, Laudum injustum redderetur, 75
dum non apparet alia causa, ob quam tot Bona,
& pecuniæ fratribus de Desiis assignari debe- 76
rent, & transactio esset inæqualis, & Leonina, ex quo Sorores de Desiis, quæ adeo conspicuam Bonorum, & pecuniarum quantitatem dimiserunt, secluso titulo societatis, nullam compensa-
tionem recepissent, quod non est præsumendum, 77
leg. si diversa, & leg. ubi pactum, & leg. transactio cod. de transactione, Altograd. contr. 82. nu. 19., & 20., Rot. decis. 534. num. 5. part. 2. rec., in Romana Transactionis 20. Martii 1709. §. Quacumque coram Lancetta, in Spoletana Census 20. Januarii 1712. §. Attentâ præsertim coram R̃mo Aldrovando, & in Romana Donationis, & Ususfructus de Gavottis super reintegratione 20. Aprilis 1714. §. Ponderantibus coram Scotto, in Bononien. Trebellianica 11. Januarii 1717. §. Sponse coram R̃mo Ansaldo, & in Romana Tenuta Campi Merli 27. Februarii 1719. §. Nec is coram Herrera, ideoque, ut ab utroque actu excludatur inæqualitas, & injustitia per quamcumque
benignam interpretationem evitanda *Rota co-* 78
ram Coccin. decis. 2142. num. 6., & seqq., coram Bich. decis. 345. num. 16., & seqq., decis. 534. nu. 13., decis. 574. num. 21., & decis. 583. num. 9., in Arianen. Archipresbyteratus 14. Martii 1710. §. Potissimum coram Emo D. Card. Scotto, in Bononien. Fideicommissi de Ghisleriis super reintegratione 2. Maii 1718. §. penult. coram Ansaldo, dicendum omninò est, illa facta fuisse ex causa
societatis universalis, etiam in eo duriori casu, 79

Bbb quo

quo verba in sensum minùs proprium trahenda, & extorquenda essent, *de Comitib. decis. Senen. 40. n. 11., Rot. coram Merlin. decis. 611. num. 9.*

Progreditur contrarium motivum ad examen transactionis, sivè emologatiouis Laudi, & ex illius tenore educere contendit, aut omnimodam exclusionem universalis communionis, aut illam saltem non fuisse præcipuam, & finalem causam Laudi, & transactionis; verùm frustra ejus conatus impensos credimns, nam ex ista clariùs, & apertius, quàm ex omnibus supradictis evincitur, causam finalem Laudi, & transactionis reverà fuisse societatem universalem
80 inter Joannem, & Antonium suppositam; quandoquidem in proemio ejusdem transactionis, ex quo, & causa finalis transigendi cognoscitur, & subsequens transactionis dispositiva declaratur, *leg. cum hi in princ., & ibi Bartol., & Jason. ff. de transact., Gratian. discept. 96. num. 92. Ca-ena resol. 104. num. 9., Rot. coram Ottbobon. decis. 25. num. 9., & seq., & dec. 229. num. 15., coram Merlino decis. 163. num. 4., coram Uhald. decis. 507. num. 4., coram Burat. decis. 658 num. 6. apud Rudulphin alleg. 115. num. 51., & seqq., in rec. decis. 146. num. ¢., & 6. part. 8., decis. 107. num. 6. part. 15., decis. 53. num. 20., & & decis. 161. num. 4., & 9. part. 19., in Romana, seù Reatina Fideicommissi de Vicentinis 4. Martii 1701. §. Adhuc cum hujusmodi coram Emo Scotto, & in Bononien. Fideicommissi Herculis de Elephantuciis 27. Februarii 1708. §. Quin hæsitari coram Rmo Aldrovando*, literaliter expressa legitur supradicta causa universalis communionis ibi = *Essendoche li Signori Fratelli Desii pretendessero spettare a loro la metà di tutti gl'effetti, e di tutto il Patrimonio da d. Signor Giovanni lasciato, come acquistati, e mantenuti nella società di tutti è Beni contratta frà detti Fratelli già da molti anni addietro, e fino al presente continuante &c.* = absque eo quod in eodem proemio mentio habeatur de ulla alia causa, proptereàque, si à petitione, sivè prætensione expresè inter
81 Partes deducta, non autem ab eo, de quo illæ loquutæ non fuerunt, causa transactionis desumenda sit, necessariò asseri debet, illam peractam fuisse titulo, & causa d. universalis communionis, quæ solùm in ejus proemio enunciata reperitur, ad notata per *Rot. decis. 148. nu. 3., 17., 21., & 22. post Constantin. ad Statut. Urb., decis. 10}. num. 7 apud Palm., decis. 3. nu. 22 penes Balduc. dec., & rer. judicat. tit. 2. de prælation., & in Romana Dotis 10. Maii 1686. §. Secundo si Congregatio coram Hervault., & in Romana Cambiorum 28. Aprilis 1704. §. Minùs obstat coram Muto*, ubi, quod, si specificata fuit certa causa, ab illa moti censentur Contrahentes, & non ab alia minimè expressa, ad quam eorum intentio trahenda non est.

Præsertim, quando, prout in nostra hypothesi, causæ in proemio transactionis expressæ
82 optimè consonant reliquæ ejusdem transactionis partes, ex quibus sanè non unum, sed plura argumenta elici possent ad comprobandum,
83 causam finalem transactionis fuisse communionem universalem, toto namque illius tenore spectato, omnia in eamdem causam collimare videntur, missisque aliis, inter ea maximâ notâ digna videtur tum forma, & tenor cessionis, sive quietantiæ, quâ Partes se se invicem liberarunt, videlicet prò omni, & toto eo, quod unaquæque ex eis prætendere posset super Bonis dimissis, tum etiam reciproca cessio jurium super eisdem Bonis ipsis competentium, tum denique cassatio, & annullatio donationis Antonii respectu Sororum de Desiis, & cujuscumque societatis sivè tacitè, sivè expresè inter ipsas Partes, vel earum authores contracta, cum ea specifica declaratione, quod negocia usque tunc gesta, & in futurum gerenda nomine Joannis Desii, prout etiam credita, jura, & actiones ab eisdem negotiis provenientia, & proventura pertineant ad dictas Sorores, excepto solùm negotio Macelli cesso Fratribus de Desiis &c., his addendo obligationem, & promissionem evictionis hinc inde susceptam pro Bonis dimissis, cessis, & relaxatis cum susceptione, sivè accollatione debitorum Antonii, quæ scilicet ille proprio, & particulari nomine contraxisset, factâ â Fratribus de Desiis ejus Donatariis, prout vice versâ Sorores de Desiis in se accollarunt debita, quæ vel propria, & particularia Joannis, vel communia essent cum Antonio, quæ sanè omnia nedum societati universali, & divisioni, ac respectivè assignationi ejus vigore faciendæ optimè congruunt, verùm etiam illam pernecesè inducunt, atque supponunt, ad *Text. in leg. si liqueat cod. de inoffic. dotib., Natt. cons. 552. num. 2., Cyriac. contr. 37. num. 23., & 29., Rot. coram Cerro decis. 31. num. 25., & in Romana Fideicommissi de Curtis 19. Junii 1716. §. Minùs relevat coram Falconerio*, alioquin enim essent inepta, & frustratoria, cum aliqua de Jure jam subintelligerentur, ideoque superflua fuisset illorum expressio, nisi ad causam societatis universalis referenda essent, alia verò vel eamdem causam apertè indicant, atque demonstrant, vel cum non appareat, quo alio titulo facta videri possint, referenda sunt ad causam, quæ literaliter expressa legitur, & super qua, inspecto statu rei,
& juribus deductis, unicè controversia moveri 84
poterat, ad hæc enim regulariter transactio restringitur, quæ, utpotè stricti Juris, non patitur, in ea comprehendi id, quod non fuit in controversiam deductum, *leg. 1. ff de transact., leg. si de certa cod. eodem, Alexand. cons. 21. num. 7. lib. 2., Urceol. de transact. quæst. 101. num. 5., Rot. coram Benincasa decis. 178. num. 5., & in rec. dec. 34. num. 6. part. 7., in Tolentina Aperitionis Furni 20. Martii 1813. §. Præmisso coram Rmo Aldrovando, & in Ferrarien. Fideicommissi 22. Aprilis 1717. §. Rationum coram Herrera.*

Nec turbat, quod causa d. communionis universalis in proemio expressa, non fuerit absolutè deducta, sed per modum prætensionis, quia, omisso, quod verbum illud *pretendessero* respicere non videtur societatem universalem, sed dumtaxat medietatem Bonorum Joaunis illius vigore petitam à Fratribus de Desiis, ut patet ex tenore ver-

verborum in proximo præcedenti §. relatorum.
85 respondetur, quod, etiamsi ipsa societas uni-
versalis per modum prætensionis exposita lega-
tur, nihilominus eadem esse potuit præcipua,
atque finalis causa Laudi, & transactionis, cum
expressio illa per modum prætensionis facta,
nequaquam tendat ad oegandam ipsam societa-
tem universalem, sed accipi debeat pro credi-
to deducto in petitione, & actione, juxta com-
86 munem loquendi usum, de quo testatur *Bon-
den. collect. legal. 27. num. 29., & seqq. lib. 2.*,
vel ita potiùs enunciata censetur de stylo, juxta
87 quem, cum agitur de componendis de bono,
& æquo hujusmodi controversiis, plerumque
jura Partium per modum prætensionis exprimi
solent, ut tali pacto intelligatur, illa non esse
clara, & perspicua, sed veluti turbida, & am-
bigua mereri, ut traosactione componantur, per
ea, quæ tradunt *Mans. consult. 170. n. 23., de Co-
mitibus decis. Florent. 4. n. 28., Rot. cor. Duran.
dec. 71. n. 4., cor. Buratto dec. 325. n. 8., cor. Carill.
dec. 167. num. 18., post Zacch. de obligat. Cameral.
decis. 18. sub num. 4., in rec. decis. 1. num. 20.
part. 8., decis. 459. num. 30. part. 9. tom. 2., decis.
3. num. 13. part. 11., decis. 83. num. 12. part. 12.*,
id autem efficere nequit, quo minùs societas
universalis fuerit causa finalis Laudi, & trans-
actionis, præsertim quia talem reverà fuisse
plenissimè constat, ex supradictis, in quibus ter-
minis etiam si verbum illud = *Pretendessero* = ac-
ciperetur in sensu negativo, adhuc nihil officere-
88 ret, quia veritas non immutatur per nostram
affirmationem, vel negationem, *leg. cum falsa
Cod. de jur., & fact. Ignoran., leg. assumptio ff.
ad municipal., Cravet. cons. 516. num. 16., Palm.
Jun. cons. 48. num. 80., Menoch. cons. 91.
num. 38. de arbitrar. cas. 336. num. 29., de præ-
sumpt. lib. 3. præsum. 123. num. 9. tom. 1., Rot.
coram Dunoz. Jun. decis. 677. num. 12. tom. 1.*, ob
quam sanè rationem nil etiam officit, quod ex
parte sororum admissa non fuerit d. prætensio
universalis communionis, quia vel id non subsi-
stit, ut supra latè demonstravimus, vel, tametsi
subsisteret, eædem non admittendo d. commu-
nionem universalem non idcircò efficere potue-
runt, quin illa minimè fuerit causa finalis Lau-
di, & transactionis, dum de alia non constar,
quod sufficit ad transactionem infringendam,
tamquam ex falsa causa celebratam, ad hunc
89 enim effectum minimè requiritur, quod utra-
que pars in falsa causa consentiat, sed exuberat,
90 illam ab una tantùm fuisse expressam, si hæc
sit illa, quæ instat prò nullitate ejusdem tran-
91 sactionis, sivè illa, quæ eam sustinere conten-
dit, *Urceol. de Transact. quæst. 96. num. 17., Rot.
coram Pen. dec. 93. num. 6., & seqq.*

Ex his verò penitus corruit contrarium as-
sumptum, quod nimirum supposita universalis
communio fuerit quidem una ex causis, sivè
prætensionibus, propter quas Laudum, atque
transactio facta fuit, sed non unica, & fioalis,
adeout Arbiter æquè principaliter cum illa
consideraverit etiam alias causas, & Partium
prætensiones, iisque omnibus simul sumptis,
Laudum protulerit, quod tamquam editum per 92
viam concordiæ, & æquitativi arbitramenti,
non per viam rigorosi Judicii, ut inouunt verba
illa = *aggiustamento di Stralcio* = expressa in exor-
dio, sive rubrica ejusdem Laudi, cum potiùs 93
ex uno motivo; quàm ex alio emanasse dici ne-
queat, exindè sequitur, quod, etiam defi-
ciente causâ assertæ societatis universalis,
Laudum in suo robore permanere debeat, eo
quod subsistant aliæ causæ, quæ illi æque prin-
cipaliter fomentum dederunt; discursus nam-
que iste repugnat intentioni Partium, & Arbi-
tri, ac ipsimet naturæ rei gestæ; Fratres enim
de Desiis, ut supra demonstratum est, aliam
non excitarunt prætensionem contra heredes Jo-
anois, quàm super d. societate universali, nec
diversam compromittendi causam, & transi-
gendi cum dictis Fratribus habuisse constat he-
redes præfatas, & propterea oil aliud esse po-
tuit in mente Arbitri, quàm d. societas univer-
salis à Partibus unicè deducta, & quæ dumtaxat 94
congruere videtur ipsimet naturæ rei gestæ, in
qua reverà nulla alia causa, ut sæpè dictum est,
expressa legitur, nec alia profectò alligatur,
quæ Laudo, & transactioni fomentum præbuerit.

Quamobrem frustrà ad sustinendos hujusmodi
actus obtenditur, verba illa = *aggiustamento di
Stralcio* = importare arbitramentum magis libe-
rum, & latum, indè inferendo, quod, cum
nulli causæ fuerit specialiter alligatum, ex de-
ficientia alterutrius minimè corruat, Quoniam,
etsi verba illa = *aggiustamento di Stralcio* = magis
liberum, & latum arbitramentum importent,
hoc tamen intelligitur respectu æstimationis,
& assignationis rerum, ut demonstrat, ac de-
ootat verbum = *Stralcio* = quod propriè convenire 95
divisioni arbitrariæ supponitur in responsione ad
motivum, at nequaquam efficit, quod arbitra- 96
mentum nulli causæ alligatum dici queat, nam
verbum = *Stralcio* = nil aliud verè significat, quàm 97
finem, sivè transactionem, ut in *Vocabulario
Cruscæ tom. 3. lit. S. verb. = Stralciare =*, & propte-
reà non impedit, quo minùs transactio ex aliqua
speciali causa processerit, quæ, ex supradictis,
alia esse non potuit, quàm illa societatis univer-
salis.

Neque verò ad comprobandam pluralitatem
causarum in medium afferre juvat titulum suc-
cessionis, sivè ex Testamento, sivè ab intestato
aliquando in Instrumento transactionis enuncia-
tum, vel alias possibiles causas tàm cogitatas,
quàm incogitatas sæpius in eodem Instrumento
præcipuè in partibus executivis generaliter ex-
pressas, ex quibus deducitur in contrario moti-
vo, quod, ultra causam societatis universalis,
aliæ quoque transactioni locum feceruot. Ete-
nim, quantum attinet ad causam successionis,
hæc nulla erat in Fratribus de Desiis respectu
Joannis, cum eidem Joanni ex Testamento suc-
cesserint ejus filiæ; quo verò ad alias causas ge-
neralibus verbis expressas ibi = *per qualsivoglia
altro titolo, e causa pensata, ò impensata &c.* =,
vel alia his similia, exuberaret responsio illa,
quod, cum principalis causa traosigendi, ex ba-

98 ctenus firmatis, procul dubio fuerit illa commu-
nionis univerſalis in proemio ejuſdem tranſa-
ctionis expreſſa, ſubſequentia verba aut in parte
diſpoſitiva, aut in parte executiva generaliter
prolata declarationem, & reſtrictionem reci-
piunt à prædicta cauſa principali univerſam di-
ſpoſitionem moderante, noviſſimè *Rota in Ro-
mana Primogenituræ* 10. *Februarii* 1719. *§. In
hanc ipſam coram Falconerio*, ex regula illa in
Jure noſtro firmiſſima, & in ſubjecta materia
communiter recepta, quod tranſactio reſtringi
99 debet ad cauſam expreſſam, cujus occaſione
ſtipulata fuit, & verba, licèt ampliſſima, &
100 effrænata, tamquam acceſſoria, & ſamulativa
nequaquam attenduntur ad effectum illam ex-
tendendi ad res diverſas, & à cauſa principali
minimè dependentes, juxtà *Text. in leg. ſi de cer-
ta* 31. *Cod. de Tranſact.*, *Urceol. de Tranſact.
quæſt.* 81. *num.* 12., *Rot. deciſ.* 428. *num.* 7., *&
ſeqq. part.* 5., *deciſ.* 129. *num.* 8. *part.* 10., *cum aliis*
plenâ manu congeſtis *in Spoletana Cenſus* 20. *Ja-
nuarii* 1712. *§. Quo verò*, *& §. Duplex demum
coram Rm̃o Aldrovando*.

Quæ quidem regula fortiùs urget in caſu no-
ſtro, quia verba illa generalia modificata fue-
runt per relationem expreſsè habitam ad man-
datum Procuræ reſtrictum ad ſolam cauſam ſo-
cietatis univerſalis, ut patet ex ejus tenore ali-
101 bi exſcripto, undè ſequitur, quod vel dicta ver-
ba intelligenda ſunt ad formam mandati virtute
relationis ſupradictæ illa preciſè reſtringentis ad
cauſam in ipſo mandato expreſſam, *Auth. ſi quis
in aliquo Cod. de edend.*, *Rot. dec.* 62. *n.* 2. *part.* 16.,
deciſ. 103. *num.* 2., *&* 3. *part.* 19. *rec.*, *& coram
Emerix Jun. deciſ.* 824. *num.* 16., *& in d. Spole-
tana Cenſus* 20. *Januarii* 1712. *§. Et ideo parum
coram Rm̃o Aldrovando*, *& in Caſſanen. Benefi-
cii ſuper expenſis* 1. *Julii* 1716. *§. Nec talis exceſ-
ſus*, *& ſeq. coram Herrera*, vel tamquam ine-
102 pta, adpoſita cenſeri debent potius de ſtylo, &
conſuetudine Notariorum, quàm ex voluntate
Partium, *Redenaſch. conſ.* 54. *num.* 17., *& ſeqq.*,
Urceol. conſult. 82. *num.* 85., *&* 86., *Torr. variar.
Jur. quæſt. tom.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 27. *num.* 40., *&
quæſt.* 29. *num.* 56., *Rot. poſt eumdem de Primog.
deciſ.* 24. *num.* 26., *& dec.* 25 *num.* 23., *& coram
Priol. dec.* 110. *num.* 20., vel denique adjecta di-
103 cenda ſunt ad majorem cautelam, quod nihil
alterat, per *Text. in leg. quæ dubitationis ff. de re-
gul. Jur.*, *Rot. coram bon. me. Emerix Jun. dec.*
1139. *num* 10., *& dec.* 1272. *num.* 3., *& in d. Spo-
letana Cenſus* 20. *Januarii* 1712. *§. Duplex de-
mum coram Rm̃o Aldrovando*.

Verum præterea reſpondetur, quod, tametſi
aliæ cauſæ aſſignari poſſent, & reverà cumula-
tæ fuiſſent prò explenda tranſactione, cum ta-
men æque principales non fuerint, ſed ceteris
104 omnibus antecellat cauſa univerſalis communio-
nis, eà propterea corruente, parùm curatur
de ſubſiſtentia aliarum, quæ potiùs dici debent
effectus tranſactionis, quàm objectum, & cau-
105 ſa finalis ejuſdem, ex latè deductis per *Caſtill.
contr. lib.* 5. *cap.* 172. *num.* 12., *& trib. ſeqq.*, *clar.
me. Card. de Luc. de fideic. diſc.* 204. *num.* 6., *Ca-
ſtald. conſult.* 116. *num.* 6., *Calderon. reſol.* 62. *à
num.* 12., *& plurib. ſeqq.*, *Rodulphin. alleg.* 115.
num. 46., *&* 73., *Palm. nep. deciſ. Lucen.* 170.
num. 13., *Rot. cor. Dunoz. Jun. deciſ.* 792. *n.* 17.,
& per tot., *& in Peruſina Tranſactionis* 8. *Junii*
1712. *§. Quoniam*, *& ſeq. coram Anſaldo*; Imò
verò tamquam confictæ, & ſimulatæ ad colo- 106
randam tranſactionem, nullo pacto attenduntur
ad illam ſuſtinendam, *Urceol. de Tranſact. quæſt.*
96. *num.* 12., *Rot. coram Dunoz. Jun. deciſ.* 792.
nu. 19., *in rec. dec.* 271. *n.* 22. *part.* 6., *& dec.* 271.
num. 5. *part.* 15.

Nec denique tranſactio ſuſtineri poteſt ob rem
dubiam, ſivè ex cauſa litis præſentis, ſivè futu- 107
ræ, ut expreſſum fuit in *§. final.* ejuſdem tran-
ſactionis, & tradit *Palm. deciſ. Lucenſ.* 470. *n.* 2.,
& 3. ubi, quod prò ſuſtinenda tranſactione 108
ſufficit etiam lis minùs juridica; Quoniam id
non eſt tranſigere, ſed alienum tollere ſub ina-
ni, ac commentitio obtentu dubietatis, & fu-
turæ litis, quænam enim dubietas adeſſe pote- 109
rat circa ſocietatem univerſalem, ſi prò illius
excluſione ipſa Partis confeſſio militabat, proin-
dèque dubius litis eventus timeri non poterat,
& timor denique futuræ litis erat prorſus vanus,
ideòque minimè ſufficiebat ad validandam 110
tranſactionem, ad quem effectum ille metien-
dus non eſt à qualibet lite movenda, ſed ab ea
tantùm lite, & ab eo timore, qui nititur fun-
damentis probabilibus Juris, quippe ſola peti-
tio non inducit litem, *Altograd. conſ.* 104. *nu.* 40. 111
lib. 2., *Rodulphin. allegat.* 113. *num.* 12., alioquin,
ſi ex quocumque litis fumo tranſactio ſuſtinere-
tur, quotidiè illæ extorquerentur ſub affectatis,
& calumnioſis prætenſionibus, ac emendicatis
prætextibus, quod nullo pacto admittendum 112
eſſe, docuerunt *Valeron. de Tranſact. tit.* 2. *quæſt.*
3. *per tot.*, *Andreol. contr.* 286. *num.* 76., *Gob.
conſult.* 23. *nu.* 41., *Urceol. de Tranſact. quæſt.* 43.
num. 36., *& ſeqq.*, *Rot. coram Celſ. deciſ.* 335.
num. 7., *& apud Palm. deciſ. Lucen.* 174. *num.* 4.

Probabili igitur, juſtàque ratione reſponderi
poſſe videtur prò nullitate tranſactionis, etſi
enim in dubio illius favore reſpondendum ſit, 113
ut finis aliquando litibus imponatur, maximè,
quoties cum juramento ſolemniter celebrata, 114
& per longum tempus obſervata reperitur; at-
tamen, quoties nullâ juſtâ cauſâ fulcita, quini-
mò ex falſa cauſa apertè facta convincitur, ſi-
cuti contra Jus, & fas extorta cenſetur, *Sami- 115
niat. contr.* 143. *n.* 88. *tom.* 2., *Rodulph. allegat.* 114.
num. 7., *&* 59., *Rot. deciſ.* 311. *num.* 22. *part.* 16.
rec. ità mirum non eſt, quod nec Juramentum, 116
nec Judicis Decretum, aliæque ſolemnitates,
nec ſubſequuta etiam longi temporis obſervan-
tia illam validam, firmamque reddere queant,
cum falſitas cauſæ adimat conſenſum ab actu, 117
qui extrinſecis hiſce adminiculis ſuppletus dici
nequit, quippè hi omnes actus prodiiſſe, & 118
emanaſſe cenſentur ſub erroneo, & falſo ſup-
poſito, & conſequenter ipſi etiam tamquam de- 119
ſtituti conſenſu, eodem vitio laborent, quo
ipſemet principalis actus tranſactionis, ut, il- 120
los conſiderando, tradunt *Gratian. diſcept.* 788.
nu. 2.

nu.2., & 3., Urceol. eodem tract. quæst.96. n.17., & seqq., & num. 39., & seqq., Rot. coram Merlin. decis.603. num.1., coram Pen. dec.70. num.4., coram Coccin. decis. 436. sub num. 10., in rec. dec. 504. num. 11. part. 4. tom. 2., & novissimè in Romana Tenutæ Campi Merli 27. Februarii 1719. §. Et hinc coram Herrera, ubi concordantes.

Melevitana redditionis rationis.

Judicium redditionis rationum pro sorore fatua Curatorem à Matre datum, & à Judice confirmatum habente, frater instruere nequit, nisi priùs egerit pro ipsius Curatoris non rectè administrantis remotione. Eo autem remoto alius Curator à Judice dandus est, non verò succedit legitimus: Tutelam, & curam ne volens quidem frater suscipere potest, si ea legitima non sit, is verò Clericus fuerit, præsertim Canonicus, vel si amplum fuerit patrimonium, & magna ex parte negociationi suppositum: Mater, quæ filiæ sub ejus oculis, ac fratris licèt non benè administrantis regimine constituta alium Curatorem non petiit, justâ credulitate excusatur. Actorem, sive administratorem generalem à Tutrice deputatum ista, ejusque heredes actione mandati, tum etiam pupillus, si non actione tutelæ, alterâ saltem negociorum gestorum convenire possunt, isque potiori gaudet hypothecâ: Idem verò Administrator, ejusque heredes etiam post liberationem à Tutrice factam cum juramento, & amplissimis pactis, & clausulis, novas administrationis rationes reddere compelluntur, si illa per Peritos calculatores, editis libris, & Inventario tutelari, vere dispunctæ non fuerint, neque Tutrici redditæ de quibusdam bonis in Inventario non descriptis, aliisve administratis & neglectis, aut absque auctoritate Judicis, & præsentia Proximiorum, quorum non interesset, ex lege municipali in mulierum contractibus requisita; Confessio Tutricis veram rationum dispunctionem non probat.

VOTUM LII.

1 *Judicium pro alio instructum ab eo, qui legitimus Curator, & Defensor non est, non valet.*
2 *Legitimatio personarum in omni judicio necessaria est.*
3 *De jure personarum priùs semper quærendum est.*
4 *Acta non valeat absque personarum legitimatione*, & num. 18.
5 *Agens nomine alterius ante contestationem litis, se legitimum Procuratorem, Tutorem, aut Curatorem debet ostendere.*
6 *Alioquin repelli poterit exceptione* = tua non interest =
7 *In judicio ab eo, cujus nihil interest, quempiam molestari, iniquum est.*
8 *In Judiciis legitimatio personarum facienda est, etiam non opponente parte.*
9 *Contrarium sentiunt Doctores ibidem citati.*
10 *Processum valere etiam non factô personarum legitimatione, si Pars nihil opposuerit, tradunt plures ibi allegati.*
11 *Judicia valere absque personarum legitimatione, vix accidit.*
12 *Exceptio legitimationis personarum in qualibet parte judicii proponi potest.*
13 *Protestatio quælibet generalis sufficit contra legitimationem personarum.*
14 *Legitimatio personarum opposita dicitur per clausulam* = generalia contra =, *vel æquivalentem.*
15 *Judicium vix dari potest absque aliqua emissa generica protestatione.*
16 *Legitimatio personarum opposita fuisse præsumitur, præsertim in diuturno judicio.*
17 *Exceptionem legitimationis personæ inter plures alias propositam fuisse, verisimile est.*
19 *In judicio quilibet de Populo potest esse pro pupillo, vel furioso.*
20 *Actio popularis est, quà quis agit pro pupillo, vel furioso.*
21 *Agere quilibet potest pro pia causa.*
22 *Agere quilibet potest etiam sinè mandato, ut Administratores Reipublicæ rationem reddant.*
23 *Rationum redditarum copiam ab Reipublicæ Administratoribus quilibet petere potest, ut adversus eas excipiat.*
24 *Regula, quod quilibet agere possit pro pupillo, vel similibus aliis personis, procedit, si eorum Defensor nullus sit, vel sit impeditus.*
25 *Pupillus, & aliæ similes personæ indefensi esse non debent.*
26 *Universitas æquiparatur pupillo.*
27 *Reipublicæ expedit plures habere, qui suas causas defendant.*
28 *Ad Universitatis defensionem, si nullus syndicus sit, vel aliquo impedimento detineatur, quilibet admittitur.*
29 *Agere quilibet potest pro pupillo, vel similibus aliis personis, donec Adversarius legitimationem opposuerit.*
30 *Et interim acta judicii sunt valida.*
31 *Agenti nomine pupilli, vel similis alterius personæ opponi potest legitimatio in ulteriori prosecutione judicii.*
32 *Adeò ut, nisi legitimatio fiat, acta non valeant.*
33 *Judicium instructum a fratre pro sorore demente, & suum Curatorem habente, non valet, si opposita fuerit legitimationis exceptio.*
34 *Defensionem sororis fatuæ, non remota priùs Curatore, alter assumere non potest*, & num. 55.
35 *Tutorem, seù Curatorem habenti alter dari nequit.*

36 Fra-

36 *Frater agere potest pro remotione alterius fratris a sororis cura.*

37 *Tutoris suspecti postulatio quasi publica est, & popularis.*

38 *Accusare eos, qui non ex fide tutelam, vel curam gerunt, quilibet potest.*

39 *Tutor, vel Curator alteri subrogari nequit, nisi causâ cognitâ.*

40 *Curator uti suspectus removeri potest ex gravibus caussis.*

41 *Suspectus quis dicitur ex quacumque caussa, quæ Prætori justa visa fuerit.*

42 *Curatoris removendi justa caussa est ejus negligentia in defendenda sorore.*

43 *Curatoris negligentiam in petenda redditione rationis, & rectè administrandis bonis ejus, cujus curam gerit, justam remotioni caussam præbet.*

44 *Tutor, & Curator ob culpam latam, aut levem removeri possunt.*

45 *Tutor, & Curator ob desidiam, & negligentiam etiam dolo carentem removeri possunt.*

46 *Curatoris culpa fraudi affinis est, si in rebus suis diligens, alienas improbe negligat,* & num. 270.

47 *Tutor testamentarius removeri potest uti suspectus ex sola culpa, vel negligentia.*

48 *Etiamsi culpa levis sit, aut levissima.*

49 *Curator jura ejus, cujus curam gerit, in defensa relinquens, bona insolite administrans, & quod illi debebat, non solvens, culpa non vacat.*

50 *Tutor non debet uti suspectus removeri, sed Curatorem adjunctum habere, si pupillo conjunctus sit aliquo vinculo necessitudinis, vel affinitatis.*

51 *Intellige ex puro consilio, adeò ut Tutor adhuc possit removeri, dummodò non inferatur caussa doli, quæ irrogat infamiam.*

52 *Vel intellige, quando Tutor removendus esset ob dolum, non verò ob culpam.*

53 *Culpa infamiam non irrogat.*

54 *Tutor etiam pupillo conjunctus removeri potest, quando dolus non esset magnus, vel suspicio esset parva.*

56 *Curator in testamento dari nequit.*

57 *Tutorem, seù Curatorem Mater filiis dare non potest,* & num. 60.

58 *Tutoris, vel Curatoris datio a patria potestate dependet.*

59 *Curator in testamento datus, confirmari potest a judice.*

61 *Curator in testamento a Matre datus filiæ heredi institutæ, & a Judice confirmatus, valet.*

62 *Mater non debet esse sollicita petendi Curatorem filiæ dementi.*

63 *Mater rectè præesse potest personæ, ac rebus filiæ dementis.*

64 *Mater semper excusanda est, quoties, extante legitimo Curatore filiæ, non curavit alium petere,* & num. 67.

65 *Matrem excusat probabilis ratio, & justa credulitas, quod filia Curatore non careret, vel quod non teneatur Curatorem petere.*

66 *Mater omittens petere Curatorem pro filia ex culpa cum dolo conjuncta, non excusatur.*

68 *Matri justa suppetit ratio credendi, quod filia Curatorem fratrem habens, alio Curatore non indigeat.*

69 *Matri, ut ab onere petendi Curatoris eximatur, sufficit, quod Proximiores administrent, etiamsi malè administrent.*

70 *Mater non tenetur Administratores legitimè constitutos, tamquam suspectos postulare.*

71 *Indefensa dici nequit filia existens sub oculis Matris, & sub fratris regimine.*

72 *Malæ versationis suspicio ex persona Matris & fratris non cadit.*

73 *Mater frustra providet de Curatore filiæ existente sub ejus oculis, & fratris regimine.*

74 *Curatorem filiæ petere suadet ratio naturalis pietatis.*

75 *Curator legitimè deputatus, non potest, nisi ex facto judicis, tamquam suspectus removeri.*

76 *Curator, priore remoto, non legitimus, sed dativus constituendus est.*

77 *In Curatoris testamentarii defectum subrogatur legitimus, & utroque deficiente, dativus.*

78 *Intellige, si Curator testamentarius deficiat absque facto, & ministerio judicis.*

79 *In Curatoris testamentarii vel per remotionem, vel per excusationem deficientis locum, subrogatur dativus,* & num. 84.

80 *Tutore testamentario vel per remotionem, vel per excusationem deficiente, tutela non defertur ipso jure, sed facto judicis.*

81 *Tutorem, seu Curatorem removere, & deinde alium dare ad eumdem judicem pertinet.*

82 *Institutio ad eum pertinet, ad quem destitutio.*

83 *Tutela, quamdiu testamentaria speratur, legitima cessat.*

85 *Clericalis status etiam fratrem repellit ab Curatoris munere.*

86 *Clerici gaudent privilegio, ne inviti tutelam, vel curam agnoscant.*

87 *Clerici volentes possunt legitimam tutelam subire,* & num. 98.

88 *Religiosus quilibet, & Christianus vir opem ferre debet sanguine conjunctis.*

89 *Tutelam legitimam Clericos subire non posse, nonnulli sentiunt.*

90 *Clerici ne volentes quidem possunt testamentariam tutelam, & curam suscipere, nec etiam dativam.*

91 *Nisi vel obtineant Apostolicam facultatem, vel agatur de personis miserabilibus.*

92 *Clerici possunt esse executores testamentarii.*

93 *Executoris testamentarii munus præsentem, & momentaneam curam exigit.*

94 *Cle-*

94 Clerici non debent prophanis negotiis occupari.

95 Clericatu initiandus non est Tutor, nisi deposita tutela, & reddita administrationis ratione.

96 Clerico agenti uti Tutori testamentario, vel dativo opponi potest exceptio nullitatis tutelæ.

97 Et reijciendus esset à limine judicii.

99 Ecclesiastica sepultura privari debent, qui tutelam testamentariam, & dativam Clericis conferunt.

100 Tutelam & curam etiam testamentariam, & dativam Clericos subire posse sentientes, rejiciuntur.

101 A tutela, si talis sit, quæ a servitio Ecclesiæ, vel Beneficii retrahat, Clericum repelli, omnes docent.

102 A tutela suscipienda multò magis repellitur Clericus, idemque Canonicus.

103 Canonicus peculiariter addictus est servitio Dei, & Ecclesiæ.

104 Clericus abstinere debet a tutela, præsertim quæ ingentis patrimonii, & negociationis curam præfert.

105 Sacerdotii dignitas ab omni secularium rerum administratione abhorret.

106 Tutelæ gerendæ facultas Clerico a Summo Pontifice concedi solet.

107 Tutelæ gerendæ facultas Clerico concessa suffragatur etiam pro cura.

108 Intellige justa ex caussa.

109 Tutelæ, vel curæ a Clerico subeundæ caussa est, si alius desit idoneus, & num. 111.

110 Ab juris communis dispositione sinè caussa recedendum non est.

112 Curatorem, quoties proximior eligendus non est, pro arbitrio deputare judex potest.

113 Dispensatio Pontificis nil aliud efficit, quàm tollere impedimentum status Clericalis pro tutela, vel cura gerenda, & num. 116.

114 Tutelæ gerendæ jus non tribuit, sed jam Clerico delatum supponit dispensatio Pontificis.

115 Tutelæ, vel curæ gerendæ, (nisi Clerico delata jam sit, vel a judice deferatur) dispensatio non prodest.

117 Canonicum in sororis Curatorem a Judice eligi, verisimile non est.

118 Frater tutelam, vel curam fratris, aut sororis in commune viventis gerere prohibetur, si patrimonium sit ingens, & in mercimoniis consistens, & num. 120.

119 Bonorum subtractionis periculum facilè subest, si frater cum fratre vivens, ejus curam gerat, & conspicuum sit patrimonium, in negociationibus consistens.

121 A tutela volentes, adfectantes, & petentes rejiciuntur.

122 Rationum redditio, si eæ jam redditæ sunt, frustra petitur, & num. 151., & 265.

123 Intellige, si bene redditæ fuerint, & num. 266.

124 Rationes, ubi de errore constat, iterum reddendæ sunt, & num. 141. & 264.

125 Rationis Minister a Tutore deputatus, Tutori, non pupillo, reddere tenetur, & nu. 134.

126 Actio competit contra eum, qui principaliter negocia gessit, non contra substitutum.

127 Tutor tenetur ergo pupillum de gestis a substituto.

128 Ex substituti facto quilibet obligatur.

129 Hypotheca, an pupillo competat in bonis Actoris, variæ sunt Doctorum sententiæ.

130 Et adfirmantium sententiam veriorem esse adstruitur, etiamsi Actor constitutus fuerit intuitu Tutoris, vel Curatoris, & num. 132. & 144.

131 Strictiùs verò pupillo obligata sunt bona Actoris ejus intuitu constituti.

133 Hypothecam pupillo non competere super bonis Actoris dati a judice, plures docent.

135 De tutelæ actione, non aliu negociorum gestorum intelligendæ sunt auctoritates negantes actionem pupillo adversus Actorem.

136 Tutoris heredi rationem reddere tenetur actor a Tutore deputatus, & num. 138.

137 Tutricis personam, & jura heres repræsentat, & num. 139.

139 Heredi obstat factum Defuncti.

140 Intellige de facto, quod ipsemet Defunctus impugnare non poterat.

142 Liberatio facta a Matre, ubi de errore constat, impugnari potest a filia Matris herede.

143 Confessio & liberatio a Tutrice facta, pupillo non obest.

145 Pupilli præferuntur ceteris creditoribus in bonis tàm veri Tutoris, quàm ejus, qui pro Tutore rem gessit.

146 Pupilli negocia gerens ex mandato Tutoris, actione negociorum gestorum pupillo tenetur.

147 Negociorum gestor ei, cujus bona administravit, rationem reddere tenetur.

148 Pupillo rationem reddere tenetur, qui ex mandato Tutoris pupilli bona administravit, ejusque heres.

150 Administrationis ratio, sive ab eo, qui Administratorem deputavit, sive ab eo, ad quem utilitas rei administratæ spectat, peti potest.

152 Rationes ab Authore redditas successor amplius reddere non debet.

153 Rationes, inspectis libris tutelaribus, dispunctæ cum solutione reliquatus, rite, rectèque redditæ præsumuntur.

154 Rationes, ut bene reddantur, sufficit præsentia, & authoritas Proximiorum a statuto requisitorum.

155 Rationum redditioni majorem solemnitatem tribuit Proximioris, qui eadem ante negotia gesserat, præsentia.

156 Tutelæ negotia gerens de rebus ad eam pertinentibus benè instructus præsumitur.

157 Consanguineus erga pupillum propensus censetur.

158 Consanguinei proximioris, qui pupilli negocia administravit, præsentia in rationum redditione adhibita non juvat.

159 Con-

159 Consanguineus res pupilli administrans, suspectus habendus est.

160 Intellige, nisi aliqua tantùm negocia gesserit.

161 Cessante interesse, suspicio cessat.

162 Consanguineus res pupilli administrans, utilia pro eo fecisse præsumitur.

163 Lex municipalis Siciliæ comprehendit etiam Insulam Melitæ, & num. 230.

164 Lex municipalis Siciliæ præsentiam legitimi Mundualdi requirens locum non habet in casu, quo ipso jure sequitur liberatio.

165 Debitor solvens ab ipsa lege liberatur.

166 Liberationis actus post redditas, & solidatas rationes, necessarius est, & num. 238.

167 Lex municipalis Siciliæ præsentiam legitimi Mundualdi requirens, actum liberationis post redditas rationes a Tutrice factum non comprehendit, & num. 239.

168 Rationum novæ redditioni, etiamsi de errore constaret, locus non est post secutam liberationem cum juramento, & amplissimis clausulis.

169 Maximè si expressum fuerit pactum cassationis scripturarum.

170 Administrator, ejusque heredes ob pactum cassandi scripturas in liberatione adjectum, eas amplius conservare non tenetur.

271 Scripturas, & libros conservandi obligatio tamdiù durat, quamdiù ultera reddendæ rationis.

172 Libri & scripturæ post solidatas rationes, & pactum eas cassandi, Tutrici dimissæ præsumuntur, & num. 289.

173 Rationes, libris, & scripturis non restitutis, redditæ dici nequeunt.

274 Librorum & scripturarum post transactionem, & diuturnam tempus custodiam ab heredibus neglectam fuisse, verisimile est.

175 Rationis ab Administratore benè redditæ præsumptionem auget cognationis vinculum, & administratio gratuita.

176 Rationum redditio ab Administratore consanguineo, & absque salario, ex bono & æquo facienda est.

177 Administrator consanguineus in reddendis rationibus, satis est, ut ostendat, quantum verisimiliter potuit impendi.

178 Rationes post silentium 50. annorum benè redditæ præsumuntur.

179 Præsertim, si post obitum Tutricis, & alterius actoris molestiæ illatæ fuerint contra heredem de omnibus inscium.

180 Tutorum non minùs, quàm pupillorum incolumitati consulere judicis officium est.

181 Maximè, quando post diuturnum tempus agitur contra heredes.

182 Actionis post mortem informatorum dilutæ circumstantia maximi facienda est.

183 Rationum redditarum legalitatem fovet diuturnum silentium.

184 Pœnà, qui dicendam rem gravem diu conticuerunt, digni sunt.

185 Rationum novam redditionem, ei, qui petere tamdiu distulit, concedi, æquum non est.

186 Reclamare volens, cur diu tacuit?

187 Magna res diu reticeri non debet.

188 Observantia diuturna ad præscribendam novam redditionem rationis apta non est.

189 Juvat tamen ad excludendas nullitates, & fraudes.

190 Præsertim, contra heredem Actoris.

191 Observantia diuturna ab aliis adminiculis adjuvatur.

192 Ratio semel reddita cum omnibus solemnitatibus, ubi de errore constat, retractanda est, & num. 194., 177., & 280.

193 Rationem non reddere, ac minùs legitimè reddere paria sunt.

195 Rationis nova redditio, ut exigatur, de errore liquidis probationibus constare debet, & num. 261., 297., & 303.

196 Exactoris muneri convenit facultas petendi, exigendi, recipiendi.

197 Exactoris muneri non convenit facultas defendendi, & administrandi eodem modo, quo Tutrix.

198 Tutrix totam, & universalem habet rerum pupillarium administrationem.

199 Actores, quibus Tutrix omnem authoritatem tribuit, eamdem, quàm Tutrix, authoritatem habent.

200 Argumentum a pari validissimum est.

201 Administratorem generalem ad omnia negocia constituit facultas defendendi, & administrandi omnia jura, & negocia pupilli ad instar Tutricis.

202 Administrator particularis tenetur de iis, quæ ad ejus manus pervenerunt.

203 Administrator generalis tenetur non solùm de iis, quæ ad ejus manus pervenerunt, sed de omnibus, & num. 205., 220., & 252.

204 Administrator certæ rei, si alius omnia negocia fuisset gesturus, nisi ipse accepisset, tenetur de omnibus.

206 Administrator omnium negociorum tenetur inventarium conficere.

207 Inventarium dicitur caput, & fundamentum redditionis rationum.

208 Inventarii conficiendi obligatio ei, qui proprio nomine, propriàque authoritate administrat, imposita est.

209 Inventarium conficere non tenetur, qui non nomine proprio, sed alieno administrat.

210 Inventarium a Tutrice confectum suffragatur Administratori ab ea deputato.

211 Tutor per Actorem a se deputatum gerit.

212 Inventarium antiqui Tutoris novo Tutori pro eo administranti suffragatur.

213 Administrator ad conficiendum inventarium non obligatus, libros tamen rationis conficere debet.

214 Libros rationis quilibet Administrator conficere, & exhibere tenetur.

215 Administratores quilibet quoad reddendas rationes Tutoribus, & Curatoribus æquiparantur.

216 Li-

216 *Libri Administratorum quid continere debeant?*

217 *Rationes absque libris benè confectis reddi nequeunt.*

218 *Rationes non reddit asserens se tantùm recepisse, & tantùm expendisse.*

219 *Rationes administrati divitis patrimonii sinè libris, & inventario nunquam reddi possunt.*

221 *Rationes, ut benè reddantur, eligendi sunt Periti calculatores, exhibendi libri, & solvendus reliquatus*, & num. 227.

222 *Rationes, ut benè reddantur, opus est Decrete Judicis, & causæ cognitione.*

223 *Exemplo aliquid deferendum est.*

1:4 *Administrationis longioris strictior ratio reddenda est.*

225 *Rationes si reddantur cum verà dispunctione, & solidatione dati, & recepti, non requirunt solemnitates præscriptas in* l. cum servus ff. de cond., & dem.

226 *Confessio Tutricis veram dispunctionem, & sol dationem rationum non probat.*

228 *Rationes explicitè, & distinctè dispungendæ sunt.*

229 *Rationes non benè redditæ iterum reddendæ sunt, non obstante juramento, & quolibet pacto*, & num. 280.

231 *Lex municipalis Siciliæ in mulierum contractibus præsentiam legitimi Mundualdi requirit.*

232 *Tutricis personam Actor ab eâ constitutus, in reddendis alterius Actoris rationibus, integrare non potest.*

233 *Lex municipalis Siciliæ de Mundualdis loquens, intelligenda est de Propinquis, quorum non interest.*

234 *Administrator quilibet in solidum tenetur.*

235 *Administratores, quibus data est potestas administrandi in solidum, sive gesserint, sive non gesserint, omnes conveniri possunt.*

236 *Et eorum quisque tenetur de gestis a Coadministratore.*

237 *Coadministratoris in solidum interest alterum liberari.*

240 *Mulier facillimè decipi potest*, & num. 286.

241 *Actus fraudi obnoxius pro necessario habendus non est.*

242 *Actus, qui ipso jure sequuntur, necessarii sunt.*

243 *Actus, qui ipso jure sequuntur, non subjacent fraudibus.*

244 *Statuta solemnitates in mulierum contractibus requirentia cessant, ubi cessat fraudis, & læsionis periculum.*

245 *Solemnitates in contractibus mulierum requisitæ, eò magis adhibendæ sunt, quò actus apparet fraudibus magis obnoxius.*

246 *Statutariæ solemnitates ad obstruendam viam fraudibus inventæ sunt.*

247 *Statutariæ solemnitates in liberationibus, quæ a mulieribus, & minoribus fiunt, adhibendæ sunt.*

248 *Pecunia ab Administratore exacta, neque in rationum calculum relata, in propriam ejus utilitatem conversa præsumitur.*

249 *Pecuniæ in propriam utilitatem conversæ præsumptio viget, quoties de non rectà administratione constat.*

250 *Pro pecunia, quæ in propriam Administratoris utilitatem conversa præsumitur, ad id, quod interest, is condemnatur.*

251 *Vel etiam Administratoris heredes.*

253 *Bona in tutelari inventario ignoranter omissa, & posteà reperta, inventario addenda sunt.*

254 *Aliàs dicitur Administrator esse in dolo.*

255 *Jurari potest in litem adversus Administratorem de rebus in inventario non descriptis.*

256 *Administrator in duplum rei in inventario omissæ puniri potest.*

257 *Administrator rationem non reddens de Bonis, de quibus, ipsa præsente, ab altero reddita ratio fuit, ignorantiæ prætextu se tueri nequit.*

258 *Ignorantia eorum, quæ quis vidit, & audivit, allegari nequit.*

259 *Ratio de Bonis administratis omnino reddenda est*, & num. 262.

260 *Ratio de Bonis non administratis, sed neglectis reddenda est*, & num. 263.

267 *Rationes jam redditæ, in sola erroris parte, non integræ emendandæ sunt.*

268 *Nisi de Administratoris dolo liquidò constet.*

269 *Administratoris dolus ex pluribus partitis mendosis, & falsis deprehenditur.*

271 *Latæ culpæ reus est, qui alienas res dissolutâ quadam negligentià administrat.*

272 *Dolus ex potiori suarum, quàm alienarum rerum cura arguitur.*

273 *Rationum redditio individua est, nec pro parte retractari potest.*

274 *Rationes malè redditæ, rursus integræ reddendæ sunt.*

275 *Rationum redditionem totam suspectam reddit error in parte detectus.*

276 *Procedit, etiam si error dolo careat.*

278 *Rationum redditio facta ex certa scientia, vel etiam per modum syndicationis, ubi de magno errore, vel læsione constet, retractanda est*, & num. 280.

279 *Locupletari cum alterius damno iniquum est.*

281 *Rationes, ubi de errore constat, non curato contrario pacto, retractari possunt.*

282 *Pactum non retractandæ rationis sub erroris prætextu, eodem erroris vitio laborat.*

283 *Nec officit, etiam si fuerit geminatum.*

284 *Pactum cassationis scripturarum utpotè fraudolentum non valet.*

285 *Et in pupilli supplantationem adjectum præsumitur.*

287 *Mulieri ob judicii imbecillitatem leges maximè favent.*

288 *Rationes, non exhibitis libris, & scripturis administrationem spectantibus iterum reddi non possunt*, & num. 291.

290 *Rationes ab Administratoris herede iterum reddi postulans, vel administrationis libros exhi-*

exbibere, vel eorum apud Heredes existentiam probare debet.

292 *Administrans, non uti consanguineus, sed ut Actor, ab exacta rationum redditione non excusatur.*

293 *Administrator, quin librum rationum conficiat, & ritè confectum retineat, consanguinitatis prætextu non excusatur.*

294 *Rationum novæ redditioni non obest inscitia heredis administratoris.*

295 *Administratoris heres ex libris, & scripturis administrationem spectantibus, ignorantiam potest repellere.*

296 *Rationis nova redditio per 50. annos non præscribitur.*

298 *Error ne retractetur, quicumque temporis lapsus non efficit.*

299 *Temporis lapsus ei, qui pro nova rationum redditione convenitur, titulum quemdam, & bonam fidem tribuit.*

300 *Et contra hanc bonam fidem clarissimæ erroris probationes desiderantur.*

301 *Error calculi semper retractari potest.*

302 *Veritati tempus præjudicare non potest.*

OPULENTISSIMAM hereditatem, quam ejus filiis minoribus, & impuberibus reliquerat Spiritus Gorgionus ab intestato defunctus, sola administrare non valens Antonetta Mater, & Tutrix, atque Curatrix filiorum, à die 4. mensis Septembris anni 1653., Judicis auctoritate, omnique cum juris solemnitate constituit quatuor Actores, seu Factores in solidum, scilicet Magnif. D. fratrem Bartholomæum Ducosso, Rev. D. Canonicum Sanctorium Ducosso, Magnif. D. Joan. Baptistam Dorel, & Magnif. D. Thomam Peil, quibus amplissima data fuit facultas agendi, comparendi, recipiendi, quietandi, ac omnia denique quæcumque faciendi, quæ ipsamet Constituens facere poterat, cum hoc tamen, quod in instrumentorum confectione intervenire deberent duo saltem ex eis, vel unus cum assistentia ejusdem D. Antonettæ Tutricis, ut latius legitur in solemni instrumento dictæ deputationis.

Ex dictis quatuor Actoribus à Tutrice deputatis alter fuit absens, nempè D. frater Bartholomæus Ducosso, alter, scilicet D. Canonicus Sanctorius Ducosso ab administratione se abstinuit, & aliqua tantum particularia negocia gessit, locando die 13. mensis Augusti 1655. Clementi Bugeja quamdam clausuram, & deinde annuum censum scut. 25. retrovendendo D. Joanni Mariæ Lumbo, qui actus anno 1661. die 22. mensis Septembris fuerunt ratificati, & approbati à D. Antonetta Tutrice, D. verò Thomas Peil postquam per triennium administravit, fideliter, & exactè de omnibus rationem reddidit, & prævio publico instrumento, authorizante D. Joan. Baptista Dorel altero ex Actoribus, liberationem plenissimam obtinuit; solus itaque D. Joan. Baptista Dorel in administratione remansit, atque in eâ continuavit spatio decem annorum, quo tempore credita exegit, instrumenta locationis, & venditionis Bonorum confecit, Debitores quietavit, ac cum illis absque ulla solemnitate transegit, donec factus major d. Joan. Gorgionus alter ex filiis, & heredibus d. q. Spiritus, ipse suscepit administrationem omnium Bonorum, & præfatus Dorel Actor, prævio publico instrumento, rationes suæ administrationis reddidit dictæ Antonettæ Tutrici, & ab ea cum peculiari assistentia D. Canonici Ducosso ejus fratris quietantiam, & finalem absolutionem reportavit.

Vitâ denique functâ anno 1707. dictâ Antonettâ, cum inter ejus filios ex Spiritu Gorgiono prædefuncto viro susceptos adesset Magdalena demens, & fatua, eidem provida Mater Curatorem in testamento constituit dictum Joannem Gorgionum ejus filium natu majorem, qui, præviâ etiam Judicis confirmatione, & approbatione, curam acceptando, Bona Sororis administravit, eamque de necessariis alimentis providit, ut non controvertitur.

Contendens autem D. Canonicus Petrus Gorgionus alter ejusdem Magdalenæ germanus frater, quod ratio per dictum Joan. Baptistam Dorel benè reddita non fuerit, quodque Antonetta in instrumento quietantiæ, & liberationis fuerit decepta, nomine Magdalenæ dementis, seu fatuæ novum instruxit Judicium redditionis rationis *cor. R. P. D. Inquisitore* Melitæ adversus D. Joan. Baptistam Dorel juniorem nepotem, & heredem dicti q. Joan. Baptistæ senioris, quamvis eadem Magdalena legitimum haberet Curatorem, & Defensorem à Matre relictum, & à Judice confirmatum, nempe Dominum Joannem alterum ejus fratrem natu majorem: sed postquam Causa diù discussa fuit, & variæ hinc inde oppositæ fuerunt exceptiones, tandem sententia prodiit, in qua pronunciatum fuit, benè redditam fuisse rationem, absoluto dicto Dorel: ab hac sententia D. Canonicus Actor appellationem interposuit ad supremum Tribunal SS. Inquisitionis Urbis: verùm, quia idem Canonicus indemnitati jurium Magdalenæ sororis, non minùs, quàm propriæ conscientiæ consulere intendit, idcircò ante prosecutionem appellationis, mihi prò veritate examinanda, ac resolvenda proposuit hæc tria infrascripta Dubia.

Quæritur primò = *An ipse Canonicus Gorgionus nomine Magdalenæ sororis fatuæ validè potuerit judicium redditionis rationis instruere contra dictum Joannem Baptistam Dorel nepotem, & heredem q. Joan. Baptistæ Dorel senioris, qui administrationem gessit, non obstante, quod dicta Magdalena haberet legitimum Defensorem, nempe Joannem alterum ejus fratrem natu majorem Curatorem à communi Matre relictum, & à Judice approbatum = Vel potius agere debeat priùs prò remotione fratris à cura ad effectum faciendi se subrogare, vel alium in locum illius = & an ad effectum consequendi tale munus obstet eidem Canonico qualitas Sacerdotalis?* =

Secundò. = *An (quatenus sive nunc, sive postquam fuerit ipse Canonicus, vel alius in locum præ-*

prædicti fratris subrogatus, possit agi nomine sororis præfatæ) d. Dorel jun. teneatur reddere rationem eidem Magdalenæ, sive ejus Curatori ex personâ propriâ, nempe uti pupillæ vel fatuæ, cujus Bona Dorel sen. administravit = & quatenus non ex persona propria = an tanquam heredi Matris curatricis, & curatricie? =

Tertiò denique = *An (quatenus sive uno, sive alio modo teneatur) obstat redditio rationis jam facta Matri, & liberatio ab ipsa obtenta* =.

Injuncto itaque muneri manum admovens,
aggredior examen primi Dubii, complectentis
tres partes, remque ordiendo à prima, quæ versatur
circà legitimationem personæ D. Canonici
Petri Gorgioni, planè existimo, quod, cum ille
legitimare nequiverit personam suam, & osten-
2 dere, se esse legitimum Curatorem, & Defenso-
rem Magdalenæ sororis, cujus nomine agebat,
validum nullo pacto reputari possit judicium
nomine Sororis præfatæ ab ipso instructum: Re-
2 gulare enim est in omni judicio, ut in primis
fiat legitimatio personarum, eà ratione, quia
3 in omni materia quærendum priùs est de jure
personarum, an scilicet illæ sint habiles ad
4 actum, qui geritur, aliàs, eà omissâ, remanent
omnia acta nullitati subjecta, ad *Text. in l. si quæramus ff. de testam., Cravet. cons. 104. num. 1., & 2., Asin. in prax. §. 28. cap. 1. num. 2., Peregrin. de fideicom. art. 43. num. 60., Salust. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 44. num. 3., Constantin. ad Stat. Urb. annot. 57. art. 2. num. 81., & seqq., Carleval de judic. tom. 2. disp. 4. num. 1. cum ibi alleg., Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 5 num. 24., Postb. de manut. observ. 87. num. 2., & seqq., Card. de Luc. de judic. disc. 12. num. 1., & seq., Paulut. differt. 28. num. 79., & seqq., Adden. ad Gregor. decis. 264. num. 5., Rot. post Zacch. de oblig. Cameral. decis. 76. num. 6., cor. Buratt. dec. 98. num. 1., & decis. 434. num. 6., cor. Coccin. decis. 1225. num. 1., in rec. decis. 535. num. 1., & seq. part. 14., & decis. 310. num. 2., & 3. part. 17.*
5 Certiùs id procedit, quando quis agit nomi-
ne alieno, tamquam Procurator alterius, vel uti
Tutor, aut Curator nomine pupilli, vel Mino-
ris, nam tunc ex communi Doctorum senten-
tiâ oportet, quod initio litis, & ante illius con-
testationem Actor exhibeat mandatum, & le-
gitimet personam suam ostendendo se legitti-
6 mum Procuratorem, Tutorem, vel Curatorem,
alioquin obstabit exceptio = *tua non interest* = &
poterit à Judice ipso ex officio à judicio repelli
tamquam actione carens, per *Textum in l. veluti 27. in princ. ff. de verb. oblig., Bartol. in l. si unus 28. §. Pactus ne peteret num. 20. ff. de pact., Alex. in l. 1. num. 6. C. ut quæ desunt Adv. Jud. supp., Menoch. cons. 1244. num. 59. lib. 13., Scacc. de camb. §. 7. gloss. 5. num. 24., Pacion. de probat. lib. 1. cap. 57. num. 28., & seqq., Carleval. de judic. tom. 2. disp. 4. num. 27., Schrader de feud. part. 10. in præambul. num. 33., Cartar. de-*
7 *cis. 33. num. 1., & seqq.*; iniquum quippe est,
ut benè inquit in proposito *Cancer. var. resol. part. 2. cap. 14. num. 62., & Carleval. de judic. tom. 2. disp. 4. num. 27.*, molestari, & fatigari
quemquam in prosecutione judicii ab eo, qui
fatetur, sua nihil interesse judicium prosequi,
cum agat alieno nomine, & nihil proprium habeat,
antequam constet, ipsum habere potestatem
ab alio, ut possit legitimè agere, & molestare
Reum, ita namque Calumniatoribus, &
malevolis prompta præberetur occasio vexandi,
quos vellent, sub eò prætextu, quod alieno nomine
agerent, sicque Judicis auctoritas, & judiciorum
vis illuderetur, si spectandus esset litium
finis, vel Partis oppositio, ut legitimare-
tur persona; ideòque justâ rationè firmant Do- 8
ctores, quod, etiamsi Pars adversa hujusmodi le-
gitimationem non opposuerit, eadem nihilo-
minus facienda sit, ut tradunt *Dec. cons. 61., num. 1., Brun. cons. 139. num. 5. vol. 2., Menoch. cons. 1244. num. 59. lib. 13., Scacc. de camb. §. 7. gloss. 5. n. 26., & 31., & de judic. lib. 1. cap. 101. num. 33., Cancer. var. resol part. 2. cap. 14 n 62., Carleval. de judic. tom. 2. disp. 4. num. 27., Cartar. decis. 33. num. 8., Laurent. decis. Aven. 69. in fin., Marilian. decis. 46. num. 4.*
Quamquam verò contrarium sentiant etiam 9
in hypothesi illius, qui agit alieno nomine,
quod scilicet non teneatur legitimare suam per-
sonam, nisi Pars adversa petierit, *Dec. in cap. quoniam 9. num. 52. extravag. de probat., Roman. cons. 70. num. 1., Curt. sen. in addit. ad pract. Papien. in form. respons rei in act., Aal. verbo Simonius nu. 1., Schrader de feud. part. 10. in præambul. num. 33.*; & generaliter, quod processus sit 10
validus, etiam non tactâ legitimatione perso-
narum, si eam Pars adversa non opposuerit,
Ridolfin. in prax. part. 1. cap. 5. num. 35., & seqq., Constantin. ad Stat. Urb. annot. 57. art. 2. num. 86., Card. de Luc. de judic. disc. 12. num. 1. vers. verior, & seqq., Postb. de manut. obser. 57. num. 2., & seq., & penes eum Rot. decis. 18. num. 2., cor. Gregor. decis. 88. num. 1., Add. ad ipsum decis. 264. num. 6., cor. Priul. decis. 446. num. 8., in rec. decis. 307. num. 1. part. 1., decis. 535. n. 1., & 2. part. 14., decis. 310. num. 2., & 3. part. 17., & decis. 22. num. 2. part. 18. tom. 1.
Nihilominus procedendo etiam cum istorum
Doctorum sententia, vix ac ne vix quidem eve- 12
nire potest, quod istiusmodi judicia valida sint
absque personarum legitimatione: quandoqui-
dem nunquam, vel rarò casum contingere arbi-
tror, in quo legitimatio personarum dici ne-
queat opposita, si enim ea opponi potest in qua- 12.
libet parte judicii, etiam post litem contesta-
tam *Bald. in l. licet in princ. C. de prec., Alex. cons. 72. num. 2. lib. 1., Postb. de manut. obser. 87. num. 4., Paulut. differt. 28. num. 85., Rot. penes Postb. de manut. decis. 18. num. 2., & dec. 297. num 13., in rec. decis. 310. num. 3., & 4. part. 17.*;
si ad effectum illam opponendi sufficit quælibet 13
generalis protestatio *Card. de Luc. de judic. disc. 12. num. 3., Paulut. differt. 28. num. 93., Rot. apud Postb. de manut. d. decis. 18. num. 3.*; si de- 14
nique eadem opposita dicitur per clausulam =
Generalia contra =, sivè per alia verba huic clau-
sulæ æquivalentia, *Card. de Luc. de judic. d. disc. 12. num. 3., Paulut. cit. differt. 28. num. 92.*; quæ

15 profectò Causa, sive quod judicium dari potest,
in quo nec clausula= *Generalia contrà*= , aut alia
huic æquipellens, nec generica aliqua protesta-
16 tio fuerit emissa ? Jure igitur, meritòque adfir-
mari posse videtur , legitimationem oppositam
fuisse in hypothesi , cum præsertim habeatur,
quod judicium fuit à D. Canonico formiter in-
structum , & ità longo temporis intervallo pro-
secutum , atque ad sententiam usque perdu-
17 ctum , quodque magis est , fatetur etiam idem
D.Canonicus , quod,pendente illo judicio,variæ
oppositæ fuerunt exceptiones , inter quas, nemo
non videt, quàm probabile sit, illi principaliter
oppositam fuisse legitimationem propriæ per-
18 sonæ ; ideoque sive legitimatio esset de necessi-
tate opponenda , sive non , D. Canonicus tene-
batur omninò illam explere, & consequenter,eà
non factà , validum nullo pacto reputari potest
judicium ab ipso instructum .

Frustraque opponitur , quod quilibet de Po-
19 pulo possit esse in judicio prò pupillo , vel prò
furioso , absque eo quod opus sit legitimare
20 personam , quia ista actio dicitur popularis *Os-
not. inst. civil. lib. 4. tit.* 10. *de iis, per quos agere
possumus num.2., Card. de Luc. de judic.* 12. *n.6.* ;
21 prout dicitur etiam de piâ causâ , cujus favore
non requiritur legitimatio personarum, sed qui-
libet potest agere prò eà , *Roman. in auth. simili-
ter num. 40. C. ad leg. falcid.* , *Feliu. in cap. fin.
de accusat., Specul. in tit. de instr. edit. §. Nunc
aliqua vers. sed nonne quilibet de Populo , Tusch.
22 litt. L. concl.* 24 .. *num.* 54. ; & quemlibet de Po-
pulo petere posse in judicio etiam sinè manda-
to , ut Administratores rerum publicarum red-
dant rationem , scripserunt *Bartol. in l. ubi pa-
ctum num.* 11. *C. de transact.* , *Innoc.* , *Host.* , *Fe-
liu. in cap. delecti de major.* , *& obed* , quas re-
fert , & sequitur *Menoch. de ratioe. cap. 7. n.62.*,
23 *& 63.* , ubi addit , *quod si quilibet de Populo pe-
tat copiam rationum redditarum , eò quia velit ex-
cipere de errore, seu dolo , vel fraude commissa ab
iis , qui hujusmodi rationes reddiderunt , non po-
terit illi denegari , sed concedenda erit* = .

Hujusmodi enim objectum facillimè sub-
movetur duplici animadversione , quà demon-
stratur , quod mox allegata jura locum sibi
24 minimè vindicant in nostra hypothesi ; illa si-
quidem vel procedunt in casu , quo Minor , vel
pupillus , sive alia quæcumque persona , & cor-
pus gaudens horum privilegiis , nullum habeant
legitimum Defensorem , aut iste impeditus, vel
absens sit , vel valetudine, sive alio quocumque
legitimo impedimento detineatur , tunc enim
rectè quilibet de Populo ad illorum defensionem
admittitur, etiam absque mandato, & legitima-
25 tione personæ , quia indefensi esse non debent,
ad *Text. in l. Rempublicam Cod. de jur. Reipub.
lib.* 11., *& ibi Luc. de Penia* , *& alii scribentes* ,
Bartol. in leg. 2. *num.*1. *Cod. de fid.instr.* , *& jur.
26 bast. fiscal. lib.* 10. , & ità in specie Universita-
tis , quam dicit æquiparari pupillo , post *Nicol.
Losæum in tract. de jur. Univers. part.* 2. *cap.* 1.
num. 7. , optimè tradit , & declarat *Jacob. Co-
bell. in comment. ad Bull. bon. regim. §.*10.*gloss.*2.
*cap.*26. *num.*1. 2. , *& seqq.* , ubi , postquam in-
quit , expedire Reipublicæ plurimos habere , & 27
judicio admitti,qui suas Causas defendant,juxta
Pauli J.C. responsum in *leg.4. ff. de oper. nov.
nunciat.* ibi = *Nam Reipublicæ interest quamplu-
rimos ad defendendam suam Causam admitti*= im-
mediatè subdit hæc verba = *Et ideò , si nullus* 28
*Syndicus sit ab Universitate constitutus, per quem
defendi valeat , vel, si sit constitutus , absit , aut
valetudine, aliove legitimo impedimento detentus,
quilibet de Populo , & extraneus ad ipsius Univer-
sitatis defensionem admittitur* = , & iterum repe-
tit *sub num.* 9. ibi = *quæ tamen procedunt , ubi
Universitates defensione indigent* . =.

Vel dicta jura procedunt (& hæc est altera 29
animadversio) donec Pars adversa legitimatio-
nem non opposuerit, validè namque poterit in-
terdum quilibet de Populo comparere , & esse
in judicio prò hujusmodi personis privilegiatis,
ad effectum occurrendi damnis, & præjudiciis ,
quæ aliàs ipsis resultarent , ità quidem ut inte-
rim sibi objici non valeat regula , quod non ha-
bens interesse non est audiendus , atque à limi- 30
ne Judicii repelli possit ; sive, ne altera Pars di-
cere valeat de nullitate actorum ab eo gestorum
ante oppositionem ; At aliter res se habet , ubi 31
Pars adversa justa ex caussa se opponat in ulte-
riori prosecutione Judicii , ut scilicet tuta red-
datur in casu victoriæ de validitate processus ,
& sententiæ , ejusque executione , & ne aliàs
inane remaneat judicium, quod cum incom-
modis , & sumptibus ab ea substentandum est ;
tali namque casu , nisi Comparentes pro hujus-
modi personis privilegiatis doceant, se legitimè 32
à Judice competente, servatis servandis , fuisse
deputatos , & omnia solemnia adimplevisse ,
nequeunt ullo pacto validè prò illis esse in judi-
cio , ne , ut aliàs dictum est , altera Pars subire
cogatur elusorium , & inane judicium , quod
impugnari possit ab eo , sub cujus nomine ge-
stum est , ut egregie in proposito explicat toti-
dem ferè verbis *clar.mem. Card. de Luc. de Ju-
dic. est. disc.*12. *num.6.*

Cum itaque in hypothesi Magdalena demens,
& fatua , cujus nomine agendum erat , legiti-
mo Defensore non careret , haberetque suum
Curatorem ei à Matre relictum , & à Judice
confirmatum , nempe D. Joannem ejus fratrem
natu majorem ; & insuper justà ratione affirma-
ri possit , legitimationem personæ oppositam
fuisse D.Canonico Gorgiono , evidens , & aper-
tum redditur , jura in contrarium allegata ca-
sui nostro non applicari ; & ex his plana reddi
videtur resolutio primæ partis hujusDubii,nam, 33
si Magdalena habebat suum legitimum Cura-
rem, & Defensorem, ut non controvertitur , in-
de sequitur nullitas , & invaliditas Judicii per
D. Canonicum instructi nomine ejusdem Mag-
dalenæ sororis , quia saltem post tacitè opposi-
tam legitimationem personarum , præfatus D.
Canonicus non habebat amplius legitimam per-
sonam standi in judicio pro ejusSorore,cum do-
cere non posset, se esse illius Curatorem , & le-
gitimum Defensorem à Judice competente,ser-
va-

vatis servandis, deputatum, quod adeò verum
34 est, ut, non remoto priùs à cura D. Joanne ejus
fratre, D. Canonicus Sororis defensionem assu-
mere non posset, cum explorati juris sit, quod
Tutorem, sivè Curatorem habenti alter dari
35 non potest, juxta literales textus in leg. si Soro-
ris 9., & leg. Curatorem 10., Cod. qui dar. tut.
vel Cur. poss., leg. cum in jure Cod. qui pet. tut.,
leg. licet Cod. in quib. caf. tut. hab., leg. soles ff.
de tut., Ramon. cons. 188. num. 2., Ridolphin. in
prax. part. 1. cap. 5. num. 62., Montan. de tutel.
cap. 24. à num. 6., & per tot., Surd. decis. 207.
num. 19., & 20., Christin. decis. 150 per tot. vol.
3., Rot. decis. 89. num. 6. part. 2. divers., & in
rec. decis. 108. num. 3. part. 13.

Debebat igitur potiùs D. Canonicus (juxta
36 secundam hujus primi Dubii partem, agere pro
remotione Fratris à cura, illum accusando su-
37 spectum, & hoc quidem rectè poterat, quia
postulatio suspecti Tutoris quasi publica est, &
38 popularis, ideòque quilibet admittitur ad ac-
cusandos eos, qui non ex fide tutelam gerunt,
vel curam, per Text. in leg. pietatis Cod. de su-
spect. Tutor., leg. 1. §. Consequens ff. de suspect.
Tutor., §. 1. inst. de public. judic., Oinot. inst. ci-
vil lib. 1. tit. 26., §. Consequens num. 1., Lan-
cellot. Corrad. in Breviar. lib. 1. cap. 9. §. 3. de of-
fic. Prætor. in crim. tit. de denunciatione num. 6.,
& seqq., Montan. de Tutor., & Curat. cap. 36.
reg. 7. num. 1., & seqq., Jacob. Cobell. in com-
ment. ad Bull. bon. regim. §. 10. gloss. 2. cap. 26.
num. 10.

Neque verò illius remotio poterat à Judice
39 denegari; quia, licèt in locum Tutoris, vel Cu-
ratoris non possit alius, nisi causâ cognitâ, sub-
rogari, ut loquitur Textus in leg. Curatorem 10.
Cod. qui dar. Tut., vel Curat. poss., & ibi Bald.,
40 concurrere tamen credebantur in hypothesi
caussæ adeò graves, quæ procul dubio Judicem
compellere poterant ad illum, uti suspectum
removendum à cura; si enim suspectus quis di-
41 citur ex quacumque causa, quæ Prætori justa
visa fuerit, argumento Textus in leg. 3. §. Si
Tutor ff. de suspect. tut. ibi = & generaliter si quà
justà causà = & ità per illum Textum hoc firmat,
& prò regula ponit Cornens cons. 175. nu. 4. lib. 3.
Gozadin. cons. 17. num. 2., Alb. cons. 580. num. 3.,
Montan. de Tutor., & Curat. cap. 36. num. 1., &
seqq., Rot. decis. 275. num. 6. part. 4. rec. tom. 1.;
profectò nulla æquior, ac rationi, justitiæque
magis consona videri potest, quàm ea, quæ in
42 præsenti facti specie resultabat, tum ex eo, quod
D. Joannes frater, ut in facto supponitur, ne-
glexerat defensionem Sororis, non instando prò
recta, ac legali redditione rationis, tum ex eo,
quod post peractam administrationem bonorum
quondam Spiritus Patris per D. Joannem Ba-
ptistam Dorel, ipse in confuso bona illius admi-
nistravit, & de administratis nunquam ratio-
nes reddidit, tum etiam quia nec annuam
pensionem scut. 100. unquam solvit eidem Mag-
dalenæ sorori, prout erat obligatus, tum deni-
que quia illi nunquam assignavit portionem he-
reditatis paternæ, ex qua, licèt opulentissima,
nec obulum quidem habuit d. Magdalena; qui-
bus sanè positis, ac per Judicem formiter, re- 43
ctèque cognitis, justius certè religio ferre nequi-
bat, quod ille adhuc permaneret in officio Cu-
ratoris, in quo non sinè dolo, vel saltem non
sinè culpa, jam pridem se gesserat, ob quam
propterea, sive eadem lata, sive levis sit, Tu- 44
torem, & Curatorem removeri posse, tanquam
suspectum, sunt Textus in leg. 1. usq. ad 7. Cod.
de suspect Tutor., Montan. de Tutor. cap. 36. per
tot., & cap. 39. à num. 15. usq. ad 57., Galga-
nett. de tutel. lib. 2. tit. 25., Guttier. eodem tract.
part. 2. cap. 14 per tot., Balthass. Thom. de Tut.,
& Curat. tit. 18. cap. 12. num. 209., & seqq.,
Marcian. disp. for. cap. 47. num. 5., Christin. decis.
155. num. 1. vol. 3., & decis. 157. eod. lib. 3., Rot.
in rec. decis. 275. num. 1. part. 4. tom. 1., dec. 34.,
decis. 83., & decis. 108. à num. 11., & pluribus
seqq. part. 13.

Eòque certius, quia, etiamsi fortè abesset do-
lus, aperta videlicet machinatio, & circum-
ventio fraudolenta, adhuc D. Joannes Curator
remotionem prædictam effugere nequibat, cum
explorati juris sit, Tutorem, atque Curatorem 45
removeri posse etiam prò culpa, idest segnitia,
desidia, vel negligentia, præsertim verò, si
hæc sit lata, & frandi affinis, ut cum quis in 46
rebus suis diligens, alienas improbè negligit,
quas tamen non minus, quàm suas procurare de-
beret; neque enim (inquit Celsus in l. quod Ner-
va ff. de poss.) fraude caret, qui non eam curam
præstat in alienis negotiis, quæ suscepit tuenda,
quam in suis solet =, & consonant Text. in leg. 3. §.
fin, & leg. impuberibus §. Si non fraus ff. de su-
spect. Tut., leg. Tutor., qui repertorium §. com-
petit ff. de administr. Tutor., Montan. de Tutor.
cap. 32. reg. 9. num. 197., & cap. 36. reg. 3. nu. 5.,
& 6., Guttier. eod. tract. part 2. cap. 1. num. 116.,
& inferius num. 124., Card. de Luc. de alien. disc.
59. num. 7., & prius disc. 27. num. 10., de Tutor.
disc. 6. num. 37., & in Miscell. Eccles. disc. 36.
num. 13., Rot. decis. 275. num. 2., 3., & 7. par. 4.
rec. tom. 1., ubi præcisè, quod Tutores testamen- 47
tarii removeri possunt uti suspecti ex sola culpa,
& negligentia, & hanc sufficit etiam esse levem, 48
Gratian. discept. for. cap. 28. num. 7., Montan. de
Tutor. cap. 32. effect. 5. num. 40., & seqq., Af-
flict. decis. 207. num. 3., Rot. coram Ottobon. de-
cis. 144. num 9., & 10., Imò & levissimam, ju-
xta Textum in leg. 3. ff. fin. ff. de suspect. Tutor.,
gloss. in §. Præterea inst. quibus mod. re contrah.
oblig., & tradit Cravet. cons. 97. num. 3.

Porrò ab hujusmodi negligentia non videtur
quo colore excusari posset D. Joannes, qui, ut 49
superius diximus, nedum jura Sororis tandiù
indefensa reliquit, ejusdemque bona insollè ad-
ministravit, denique illi, quod debebat acce-
ptò numquam tulit, quamobrem dicendum est,
illum uti suspectum removeri potuisse, a qua
pœna liberari nequibat, ex dispositione Textus in
leg. si Tutor. ff. de suspect. Tutor., quo sancitur,
= quod Tutor non debet suspectus removeri, sed 50
potius Curator adjungi, si sit pupillo conjunctus
aliquo vinculo necessitudinis, vel affinitatis = nam,
cum

cum dicti Textus ratio fundetur in infamia, quæ
Tutori per remotionem irrogaretur, quam in-
currere Consanguineum, non decet, per eumdem
Textum ibi = *Optimum factum est, Curatorem ei
potiùs adjungi, quàm eumdem cum nota fidei, &
existimationis removeri* = ; hinc, ut optimè expli-
51 cat *Gloss. ibi*, vel hoc dicendum est purum con-
silium, ità ut adhuc Tutor posset removeri,
dummodo tamen non insereretur causa doli,
quæ irrogat infamiam ; vel intelligi debet,
52 quando Tutor removendus esset ob dolum, qui,
ut dictum est, irrogat infamiam ; secus, si pro-
53 pter culpam, quia tunc, cum hæc infamiam non
irroget, posset removeri, ut post *Gloss.* prædi-
ctam tradit *Montan. de Tutor. cap. 36. reg. 3. nu.
16., & 17., & seqq.*, addens, quod id procedit,
54 quando dolus non esset magnus, vel si suspicio
sit debilis, & parvi momenti, secundùm *Bar-
tol. in d. leg. si Tutor. ff. de suspect. Tutor., &
Castrens. cons. 355. lib. 2.*, & allatam distinctio-
nem probat *Gozadin. cons. 17. num. 13., Corn.
cons. 175. num. 6. lib. 3., Rot. decis. 275. num. 8.
part. 4. recent. tom. 1.*

Hæc igitur cum ita se habeant, & plenè his
55 omnibus demonstratum videri possit, D. Cano-
nicum Petrum Gorgionum nomine Magdalenæ
sororis fatuæ agere non posse, nisi prius remoto
a cura Joanne altero ejus fratre, videndum
modò unicè superest pro absolutione hujus
primi Dubii, an idem D. Canonicus, remoto fra-
tre, consequi possit curam Sororis, vel potius il-
li obstet qualitas Sacerdotalis ; Prò resolutione
autem tertiæ partis hujus primi Dubii suppo-
nendum est, quod Magdalena demens, ut sæ-
pius dictum fuit, habebat jam suum Curatorem
ei à Matre in testamento relictum, & à Judice
confirmatum, nempè Joannem ejus fratrem
56 natu majorem, & quamvis Curator dari ne-
queat in testamento, minùs verò à Matre, quæ
57 Tutorem, sive Curatorem decernere nequit in
testamento filiis, quos non habet in potestate,
58 à qua datio Tutoris, vel Curatoris omninò de-
pendet, *§. Fæminæ inst. de adopt. §. Permissum
Inst. de tutel. tit. 13., Oinot. Inst. Civil. lib. 1.
eod. §. num. 19.* ; nihilominus Curator testamen-
59 to datus, potest à Judice confirmari, ideòque,
cum in præsenti hujusmodi Judicis confirmatio,
& approbatio superaccesserit, non est amplius
de validitate illius deputationis ambigendum,
juxta Textum apertum in *leg. Curatorem 6., &
ibi gloss. Cod. de neg. gest. § Dantur Inst. de Cu-
rat.* ibi = *Sed Curator testamento non datur, datus
tamen confirmatur Decreto Pretoris, vel Præ-
60 sidis.* = prout etiam, licet Mater potestatem non
habuerit decernendi Curatorem Magdalenæ
61 filiæ, quam non habebat in potestate : attamen,
quia illam heredem instituit, valida dicitur il-
lius deputatio, non quia ipso jure valeat, sed
quia fuit à Judice confirmata, per *Text. littera-
les in leg. Mater Cod. de testam. tutel., leg. Pater
heredi ff. de testam. tutel., leg. 2. 4., & 5. ff. de
confirm. Tutor., Oinot. inst. civil. lib. 1. tit. 13. de
tutel. §. Permissum num. 10., & 11., & seqq.,
Capon. discept. 119. num. 4., & seqq. tom. 2.*

Prout nec dici potest, Matrem deputare ne-
quivisse Curatorem prædictum, ex quo ab an-
no 27. ætatis ejusdem Magdalenæ, quo illa in
talem morbum incidit, numquam ei Curato-
rem petiit ; quia Mater non tenebatur esse sol- 62
licita de petendo Curatore filiæ dementi, dum 63
ipsa existebat, & poterat æquè benè, ac tutò
præesse tum personæ, tum rebus, atque nego-
ciis ejus filiæ ; atque etiam quia aderat Joannes
frater natu major, qui, ut supra dictum est,
tamquam legitimus Curator administrationem
omnium bonorum suscepit post Jo: Baptistam
Dorel, ideòque, si Mater semper excusanda est, 64
quoties, extante legitimo, de alio Curatore fi-
liam providere non curavit, *Rot post Balduc. de-
cis. rer. jud. tit. 4. de dot. cap. 20. num. 15.*, si ad 65
eam excusandam sufficit vel sola probabilis ra-
tio, seu justa credulitas, quod filia Curatore
non careret, quod tali casu non teneretur ad
petendum Curatorem, *Soccin. Sen. cons. 153. in
fin., Soccin. Jun. cons. 16. num. 14., & 15. vol. 2.
Montan. de Tutor. cap. 18. num. 33., benè Gratian.
discept. for. cap. 72. num. 38., 42., & seqq., Rot.
cor. Seraphin. decis. 98. per tot.*, si denique ipsa
tunc demum non excusatur, quando ejus vera 66
culpa à dolo minimè sejuncta concurreret,
*Spad. cons. 305. num. 8., & seqq., Gratian. di-
scept. for. cap. 668. num. 7., Card. de Luc. de suc-
cess. disc. 29. sub num. 4., Ricc. ad Franch. decis.
167. vers. debet etiam probari quod culpa.*

Profecto non est in hypothesi, de qua agitur, 67
imputandum Matri, cum Magdalenæ filiæ Cu-
ratorem non petierit, dum habebat fratrem,
qui bona administrabat, & per quem satis ei-
dem Magdalenæ consultum dicebatur ; qua-
propter omnis cessabat culpa, & dolus in Ma- 68
tre, quinimmò justa illi suppetebat ratio, &
causa credendi, quod filia alio Curatore non
indigeret, ideoque illum petere non teneretur,
ut egregiè notat *Morot. respons. 82. num. 60.*,
ubi = *Quod hæc Mater, quæ videbat Patruos ha-
bentes bona indivisa cum pupilla fideliter bona ad-
ministrare, habebat justam causam credendi, quod
ipsi Patrui tamquam Tutores legitimè dati bona
administrarent, quo casu Mater excusatur* =, &
sequitur *Rot. post Balduc. decis., & rer. jud. tit.
4. de dot., decis. 20. num. 15., & seqq.*, maximè
vero, quia sufficit Matri, ut ab onere petendi 69
Curatorem eximatur ; quod Pròximiores cum
effectu administrent, etiamsi malè administra-
rent, quia illi non est imposita necessitas tan- 70
quam suspectos postulandi Administratores le-
gitimè constitutos, ut probant *Soccin. Jun.
cons. 16. sub. num. 32., & seqq., & per tot. lib.
2., Montan. de tut. cap. 18. num. 40., & seqq.,
Morott. d. respons. 82. per tot.*

Et reverà, cum tali casu nunquam dici pos-
sit, Magdalenam remansisse indefensam, utpo- 71
te existentem sub oculis ejusdem Matris, & sub
regimine Fratris, in quibus nulla potest cadere
suspicio malæ versationis quoad personam & 72
bona ejusdem Magdalenæ, inanis semper esset
quæcumque alia provisio per Matrem facienda, 73
ad tradita per *Decium cons. 246., Morott. d. re-
spons.*

sponf. 82. sub num. 8., Gratian. discept. for. 72. num.37., & 38., Magon. dec. Florent. 43. nu.3., Rot. decis. 20. num. 34. part. 11. rec. hoc enim casu cessat ratio naturalis pietatis, in qua fun-
74 dari hujusmodi petitionem, traduut Soccin. Jun. d.cons. 16. num. 9., & seqq. lib.2., Montan. de Tutor. d. cap.18. num. 18., & egregiè sequitur, Balducc. decis. rer. jud. tit. 4. de dot. decis. 20. sub num.21. 22., & seqq.

Supposito itaque, quod Magdalena haberet jam suum Curatorem, quodque iste Curator rectè fuerit in testamento deputatus à Matre,
75 inde sequitur, quod nullo alio modo poterit iste Curator administrans, nisi ex facto Judicis, uti
76 suspectus removeri, quo remoto, non idcircò locus erit legitimo, sed dativo, quamvis in de-
77 fectum testamentarii, qui primum obtinet locum, regulariter subrogetur legitimus tamquam proximè accedens, & tunc demum admittendus sit dativus, quando deficit testamen-
78 tarius, & legitimus, juxtà cuique notum ordinem: quoniam recepta distinctio est, quod, si deficiat testamentarius absque facto, & ministerio Judicis, putà morte naturali, vel civili, ita ut tutela deferatur ipso jure, est locus legitimo & non dativo: At verò, si deficit testamen-
79 tarius, vel per remotionem, vel per excusationem, adeòut Judex manus apponat, tunc non est ampliùs locus tutelæ legitimæ, sed dativæ, cum eo casu non deferatur ipso jure, sed
80 facto, & ministerio Judicis, qui aditur, ut det,
81 alium Curatorem, idemque & duo agere debet primum scilicet removere, deinde verò de alio
82 providere, quia ad quem pertinet destitutio, ad eumdem pertinet institutio; Judicis igitur ministerio debet utrumque fieri, juxtà literalem, & apertam distinctionem textus in leg. si quis sub conditione ff. de testam. tutel. ibi = sciendum
83 est enim, quamdiù testamentaria tutela speratur, legitimum cessare: & si semel ad testamentarium devoluta sit tutela, deinde excusatus sit Tutor te-
84 stamentarius, adhuc dicimus in locum excusati alium dandum, non ad legitimum Tutorem redire tutelam: Idem dicimus, & si fuerit remotus nam & hic idcircò abiit ut alius detur: quod si Tutor testamento datus decesserit, ad legitimum tutela redit, quia hic senatus consultum cessat = & ibi gloss., & concordat alter textus in leg.3. §.quæri potest ff. de legit. tut. ibi = quæri potest, si Patroni filius sit remotus, vel excusatus, an nepoti tutela deferatur; Et Marcellus in ea sententia est, ut succedi non posse scribat: Idcircò enim abierunt a tutela, ut alii in locum eorum dentur, non ut & successio admittatur: non tantùm autem morte, verùm etiam capitis diminutione successio debet in legitima tutela admitti, quare, si proximior capite diminutus est, qui post eum est, succedit in tutelæ administratione, = & clarius etiam ibi explicat Gloss., & ita ex mente legis originaliter distinguendo tradiderunt Bartol., & Bald. in dict. leg. si quis sub conditione n.1., 3., & 27. ff. de testament. tutel., quos sequuti sunt ceteri repetentes ibidem, & Angel. in §. Quod autem nu. 2. & 3. Instit. de legit. Agnat. tutel., Corn. cons. 175. num.7. lib.3., & cons.183. num.4. in fin. lib. 4., Ruin. cons.125. num.7., & seq. lib.5., Fab. de Ann. cons.50. per tot., & præcipuè a nu. 8. usque in fin., Guttier. de tutel. part. 1. cap.9. num.21., & cap.12. num.4., Montan. de Tutor. cap.16. nu. 8., & cap.56. num.24., Rota coram Cerr. decis. 87. num.1. usque ad 7., in recent. decis. 116. nu. 2. & seq. part.4. tom.2., decis.123. a nu. 1. usque ad 12. part.6., & decis.12. a nu.1. usque ad 6. part. 9. tom.1.

Hinc autem evidens & apertum reddi videbatur, Dom. Canonicum non posse curam Sororis fatuç suscipere eademque illi a Judice defer-
ri nequivisset, ob impedimentum status clerica- 85
lis, qui eum à tali munere repellebat; Clerici
enim non solùm gaudent privilegio, ut inviti 86
ad nullam penitus tutelam, vel curam agnoscendam cogantur, ad text. in §. Deo amabiles Auth. de Sanctissimis Episcopis, in l. generaliter Cod. de Episcopis, & Clericis, Canon. Cyprian. 21. quæst.3., Cujac. ad lib.7. respon. Papin. in L. pecuniæ fortem ff. de alim. & cib. legat., Schrader de feud. part. 10. sect. 20. nu. 27., Anton. Piagg. de Tutor., & Curator. quæst. 3. num. 1. 2. & 3., Card. de Luca de Tutor. disc. 3. num. 21., & de feud. disc. 18., Surd. decis. 207. num. 7., cum aliis, quos cumulat Carol. de Graff. de effect. Cle-
ric. effect. 16. num. 1., Volentes verò possint le- 87
gitimam tutelam subire ratione illius charitatis,
quam quemlibet Christianum, ac religiosum 88
virum erga suos sanguine conjunctos habere decet, ut illis opem ferat Auth. Presbyteros, & ibi DD. Cod. de Episcopis & Cleric., Bald. in leg. generaliter num.13., & 14. Cod. de Episcop. & Cleric., Bertrand. cons.116. num.1. lib.2. part. 2., Specul. in tit. de tut. §. Generaliter nu. 10., Bellett. disquis. Cleric. part.1. tit. de disciplin. Cleric. §. 32., Schrader. de feud. part. 10. sect. 20. nu.27., Layman. in Theolog. moral. lib. 3. tract. 4. cap.9. num.4., Carol. de Graffis de effect. Cleric. dict. effect.16. nu.19., Antonell. de jur., & oner. Cleric. lib.1. part.2. cap.25. num.5. & 6., Galganett. de tutel. lib.1. tit.4. nu.26., Viv. decis.151. num.7., Surd. decis.207. num. 22. licèt de tutela
etiam legitima contrarium senserint Alciat in 89
tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt.18. num.2., Thomat. in tract. de muner. in §. seu section. incipien. si quispiam nu.10. pag.276., Carol. de Graff. de effect. Cleric. dict. effect.16. num.19., Carocc. decis.17. num. 20., Borgnin. Cavalcan. decis. 19. num.15. lib.3., ubi, quod Ecclesiastici inhabiles etiam sunt ad tutelas legitimas, quia eadem ratio timoris distractionis à Divinis, quæ in aliis, militat etiam in istis tutelis.

Sed præterea, ne volentes quidem possunt su-
scipere tutelam, & curam testamentariam, vel 90
dativam, nisi obtentâ Apostolicâ facultate, vel 91
nisi agatur de personis miserabilibus, cum ceteroquin eis omninò interdicta censeatur, tam à Jure Civili in §. Deo autem Amabiles Auth. de sanctiss. Episcopis, ubi gloss. in verb. & permittimus sic habet = sed numquid potest esse testamentarius vel dativus? resp. non valet a contrario &c. = & in leg. generaliter, juncta Auth. Presbyteris = & ibi gloss.

gloss. literalis verb. Presbyteros, ità loquens = sed
isti possunt esse legitimi volentes, sed non testa-
mentarii vel dativi = Cod. de Episcopis & Cleric.;
quàm à Jure Canonico in can. generaliter 16.
quæst. 1., can. Cyprianus 21. quæst. 3., & can.
perveait dist. 86., ubi gloss. verb. tutelas, & can.
fin. dist. 88., ut de veriori, & magis communi
testantur Fagnan. in cap. magnus de obligat. ad ra-
tioc. in 2. part. 1. decretal. tom. 2. num. 8. & 9., &
seqq., specul. in tit. de tutel. §. Generaliter vers.
item opponitur contra Tutorem, Bartol. in dict. §.
Deo amabiles Auth. de sanctiss. Episcopis num. 2.,
Cujac. in lib. 7. respons. Papin. ad l. 8. de alim., &
cibar. legat. col. 310. lit. B. & C. oper. posthum. tom.
92 1. ubi etiam rationem diversitatis assignat, cur
Clerici possint esse Executores testamentarii
non verò Tutores, vel Curatores, sic habens =
Clerici igitur, quamvis Tutores, vel Curatores esse
93 non possint pupillorum, vel adolescentium, licèt ta-
men eis esse executores, & dispensatores Testato-
rum ex nov. Leonis Philosophi 68., nimirum, quia,
ut Papinianus ait, ea res præsentem, & momenta-
neam curam exigit, nec Clericum adstringit, &
destringit: Admodum leve & momentaneum est
onus, cujus remunerandi causâ sanè non videtur
Testator ei quidquam reliquisse, sed tantùm ele-
ctâ probitate ejus, divisionem ei legatorum injun-
xisse, indixisse = Aretin. cons. 26. num. 3., Gut-
tier. de tutel. part. 1. cap. 1. nu. 28. & seqq., Ricc.
in prax. for. Eccles. part. 3. resol. 213. num. 2. &
seqq., latè Cæsar de Graff. de effect. Cleric. effect.
16. num. 3. & 17., Bellett. disquis. Cleric. part. 1.
tit. de disciplin. Cleric. §. 32. num. 1. & 5., Gra-
tian. discept. for. 57. num. 32., Barbos. de jur. Ec-
cles. univers. lib. 1. cap. 39. §. 5. num. 72. 73. &
74., ubi, quod ita fuit resolutum à Sacr. Congre-
gatione Episcoporum, & Regularium, Azor.
instit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 11. quæst. 3., Mon-
tan. de tutel. cap. 35. Reg. 1. nu. 194., Schrader. de
feudis part. 10. sect. 20. nu. 27., Anastas. Germon.
de Sacror. Immunit. lib. 2. cap. 15. num. 13., An-
sald. de jurisdict. Eccles. part. 2. tit. 11. cap. 28.,
Surd. decis. 207. nu. 7., & 23., Rota coram Coc-
cin. decis. 523. num. 3., post Mell. observ. for. dec.
163. nu. 5., apud Posth. de manut. decis. 116. nu. 7.
& 10., in rec. decis. 116. num. 16. part. 4. tom. 2.,
decis. 176. num. 5. & 6. part. 14., & decis. 207. nu.
3. & 4. part. 15., qui omnes uno ore eam affe-
94 runt rationem, quia, cum Clerici ministeriis
Ecclesiasticis sint adscripti, non debent propha-
nis negotiis occupari, quod adeò verum est, ut,
95 etiamsi quis esset Tutor de præsenti, vel fuisset
de præterito, non posset admitti ad Clerica-
tum, nisi depositâ tutela, & redditâ ratione
administrationis, can. 1. dist. 53. cap. unic. de obli-
gat. ad ratioc., & ibid. DD., & præcateris
Fagnan. num. 8. & seqq. in 2. part. 1. Decretal. tom.
2., Paul. Montan. in tract. de tutel. cap. 35. reg.
1. num. 195. & 199., Antonell. de jur., & oner.
Cleric. lib. 1. part. 2. cap. 25. num. 2. & seqq.,
96 Pignatell. consult. Canonic. tom. 5. consult. 10.
num. 17.

Immò, si Clericus ageret uti Tutor Testa-
mentarius, vel dativus, posset ei opponi de nul-
litate tutelæ, & propterea reiiciendus esset à
limine Judicii ut ait Squillant. de privil. Cle- 97
ric. cap. 14. num. 2. & seqq., & sequitur Anto-
nell. dict. cap. 25. num. 8. & 9., Pignatell. dict.
consult. 10. num. 8. in fin., qui licèt sub num.
9. dicat, quod Clericus volens potest curam
agnoscere amentium, prodigorum, & simi-
lium, qui rebus suis propter morbum præesse 98
nequeunt, si sunt sui conjuncti; loquitur tamen
de curâ legitimâ, ut apertè demonstrant ver-
ba illa immediatè sequentia = nam & illorum cu-
ra legitima iis, qui ad successionem ab intestato
vocantur, defertur §. Furiosi quoque inst. de cu-
rat., & notat post alios Anton. de Virgil. de le-
git. person. cap. 9. num. 22., quo enim ad testa-
mentariam, & dativam adeò rigidè proceditur
ob dictam rationem, ne scilicet propter eos 99
Clerici distrahantur à Divinis, ut Jura velint,
non solùm peccare eos, qui illos dant, sed etiam
privari debere Ecclesiasticâ sepulturâ, ut Can.
neque apud dist. 88., ac prosequitur Guttier. de
tut. & cur. part. 1. cap. 1. num. 28., Mart. de
jurisdict. part. 4. centur. 2. cons. 110., Pigna-
tell. consult. can. tom. 5. consult. 10. num. 7.,
Anton. Piag. de tut., & cur. part. 3. num. 1.,
& 2.

Quibus sanè tum numerò pluribus, tum pon-
dere gravissimis Auctoritatibus prævalere non 100
debet illa Card. de Luca de feudis disc. 18. num. 4.
& 5., de Tutor. disc. 3. nu. 21., & de credit. disc.
119. num. 10. & 17., quem sequitur Paulut. dis-
sert. 97. a num. 8. usque ad 19. part. 2. tom. 2., &
alii paucissimi, qui indistinctè admittunt, Cle-
ricos suscipere posse tutelam, & curam non
tam legitimam, quàm testamentariam & da-
tivam, eò quod non appareat probabilis diffe-
rentiæ ratio, cur potiùs istos, quàm illam exer-
cere prohibeantur; quoniam, omisso examine
dictæ opinionis, quæ nec in praxi, nec in foro
recipitur, cum sit quid contra communem,
quam sequi profitentur omnes supra relati Do-
ctores, & fatetur etiam idem Paulut. dict. dis-
sert. 97. num. 4. ibi = Videbatur esse omninò inca-
pax, juxtà communissimam distinctionem inter tu-
telam legitimam, & testamentariam, vel dativam,
ut scilicet Clerici solùm legitimam suscipere va-
leant volentes, testamentariam verò, & dativam
nequaquam, etiam volentes, cum ad hanc sint inha-
biles =; hoc unum certum est, quod & Card. de
Luca, & Paulut.; & alii, qui contrariam sen-
tentiam tuentur, cum ceteris conveniunt, ubi
onus tutelæ, vel curæ esset tale, quod à servi- 101
tio Ecclesiæ, vel Beneficii retraheret, ut videre
est apud eumdem Card. de Luca de feud. citat.
disc. 18. num. 5. vers. unde solum, & latius repe-
tit disc. 3. de tutor. num. 22. usque in fin., & apud
Paulut. dict. dissert. 97. num. 14., ubi sequendo,
& referendo sensum, ac mentem Card. de Lu-
ca de feud. dict. disc. 18. sub num. 5., sic habet =
ubi propterea Clericorum volentium inhabilita-
tem tantùm restringendam indefinitè tenet, dum
tutelæ susceptio nullum rationabile motivum habe-
ret, nisi illud lucri, seù suspicionis mali animi
usurpandi bona pupilli, seù dum onus esset ta-
le,

le, quod a servitio Ecclesiæ, vel Beneficii retraheret =

Id autem procul dubio sufficit ad hoc, ut in
hypothesi justà ratione asseri possit, quod Do-
102 minus Canonicus curam Sororis nullo pacto
suscipere valet, quia, cum ipse Clericali digni-
tati, quà pollet, junctum quoque habeat munus
Canonicale, propter quod peculiariter addi-
103 ctus reperitur servitio Dei, & Ecclesiæ, nemo
non videt, quàm facilè ab illo distrahi posset per
susceptionem dictæ curæ, spectatâ tum quanti-
tate, tum qualitate Patrimonii, quod admini-
strandum susciperet; Illud namque conspi-
cuum, & ingens esse dicitur, ejusque magna
pars consistit in negociationibus, & mercimo-
104 niis, ideoque maximam operam, atque sollici-
tudinem exposceret, illumque cogeret ad se
immiscendum negotiis secularibus, & conse-
quenter ad negligendum prorsus Dei cultum, &
curam Ecclesiæ, cui serviat, quod profectò non
minùs grave scandalum pareret, quàm, si publi-
cè, & palam negociari, & secularia pertracta-
re videretur; quamobrem, ne in re tam gravi, &
periculosâ à communiori D.D. placito receda-
tur, concludendum omninò videtur, Dominum
Canonicum suscipere non posse curam Sororis
105 fatuæ tum propter dignitatem Sacerdotii, quæ
ab omni secularium rerum administratione pe-
nitus abhorret, tum propter Canonicatum,
qui peculiare Dei, & Ecclesiæ servitium re-
quirit.

Quoniam verò, ut supra dictum est, Papa su-
per hujusmodi re dispensare potest, idcircò, præ-
106 supposito etiam in Dom. Canonico impedimen-
to Clericatus, illud de facili superabile vide-
batur Brevi Apostolico, quod de stylo concedi
107 solet, & concessum pro tutela, suffragatur etiam
pro cura, & testatur *Card. de Luca de Tutor. dict.
disc. 3. num. 21., & de feud. disc. 18. nu. 3., Gal-
ganett. de tutel. lib. 1. tit. 1. num. 6., & lib. 3. tit.
4. num. 16., Gratian. discept. forens. cap. 830. nu.
1. & seqq., Altograd. jun. contr. 7. num. 14., Rot.
decis. 116 num. 16. part. 4. rec. tom. 2., decis. 252.
num. 19. part. 16., & decis. 377. num. 50., & seq.
108 part. 17.*; verùm, quia hujusmodi dispensatio,
sivè licentia concedi non solet, nisi ex causa, sci-
109 licet quando non sunt, qui ad dictam tutelam,
vel curam præfici benè, & tutò possint, ut in-
quit *Paulut. dissert. 97. num. 6. tom. 2. part. 2.*, &
egregie *Rota coram Coccin. decis. 523. num. 4. &
seq., & decis. 116. nu. 18. part. 4. rec. tom. 2.*, ne-
110 que enim sine causa recedi debet à dispositio-
ne Juris communis, ut expresse dixit *Præpositus
in can. fin. in fin. dist.* 80., & sequitur *Rota
dict. decis. 523. num. 5. coram Coccin.*, hinc est,
quod fortasse in hypothesi neque hoc auxilio di-
111 spensationis juvari poterit Dom. Canonicus, quia
probabiliter non deficient, qui hujusmodi cu-
ræ possint æquè benè, ac tutò præesse.

Immò verò, cum idem Dominus Canonicus
nullum jus de præsenti habeat ad curam, cujus
112 destinatio à Judicis arbitrio omninò dependet,
ut suprà probatum est, qui, nullâ attentâ gra-
dus proximitate, quemlibet sibi benevisum, dum-
modo sit idoneus, deputare potest, per ea, quæ
notat *Ruin. cons. 125. num. 3. vers. similiter lib. 5.*,
& in puncto tradit *Rota decis. 116. num. 19. part.
4. recent. tom. 2.*, hinc sequitur, quod illi nullo
pacto suffragari potest Pontificia dispensatio, 113
quippè quæ nil aliud operatur, quàm tollere im-
pedimentum illud, propter quod Clericus, sivè
Sacerdos munus alioquin sibi delatum, & com-
petens exercere prohibetur, minimè verò jus
aliquod tribuit ad munus hujusmodi, quin imò 114
illud Supplicanti jam delatum supponit, ut patet
ex formulâ supplicationis relatâ per *Corrad. in
praxi dispens. Apostol. lib. 5. cap. 4. sub nu. 10. &
seqq.*; Ideoque, cum in hypothesi dicti juris, 115
sivè muneris delatio verificari non possit, fru-
straneum prorsus redderetur Indultum ab ipso
impetratum, quod tunc demum illi suffragari
posset, si à Judice, ad quem ex officio spectat
præfatum munus conferre, in ejus personam
conferretur; etenim tali casu tota difficultas
reduceretur ad impedimentum Clericatus, sivè
Sacerdotii, propter quod illud exercere non 116
posset, quod impedimentum, quia sublatum re-
maneret per dispensationem, & gratiam Prin-
cipis, utique tali casu hujusmodi gratia plenum
sortiretur effectum: At verò, quia verisimile non
est, quod Judex curam hujusmodi conferre ve- 117
lit in Canonicum, quem probabiliter sciet esse
talis muneris incapacem: idcircò arbitror, quod
Indultum prorsus inefficax remaneret tamquam
collatum in personam, quæ nullum jus ad di-
ctam curam haberet.

Præterea, tametsi Sacerdotii, & Canonicatus
dignitas Dominum Canonicum ab hoc mune-
re non repelleret, ei tamen obiici posset, quod
agatur de conspicuo, & ingenti patrimonio, cu- 118
jus magna pars consistit in negociationibus, &
mercimoniis, idemque Canonicus fortè in com- 119
muni vivat cum dicta ejus Sorore; in his ta-
men facti circumstantiis, propter periculum
subtractionis, & occupationis Bonorum, quæ
facilè contingere posset, frater prohibetur esse
Tutor, sivè Curator fratris minoris, vel Sororis,
per ea, quæ docet *gloss. in Auth. minoris debitor
Cod. quando Mulier tut. offic. fung. possit, & ibi
Bartol. num. 9., Capra cons. 60. vol. 3., Merend.
contr. lib. 23. cap. 46. num. 12., Gratian. discept.
forens. cap. 830. num. 22., Carol. Anton. de Luca
ad eumdem discept. 914. nu. 6. to. 5. fol. 186., Gut-
tier. de tutel. part. 1. cap. 20. num. 5., Ursill. ad
Afflict. decis. 360. num. 4., Vincent. de Franch. de-
cis. 404. per tot.*, ubi post latè discussam ma-
teriam, & post relatas varias DD. distinctio-
nes concludit tandem *sub nu. 6. in fin.*, quod, cum
major pars patrimonii communis consisteret in
negociationibus, & de facili posset fieri subtra-
ctio, & occupatio, idcircò confirmatum fuit
Decretum Magn. Cur. Vicar., per quod fuerat
denegata fratri majori tutela Minoris, & post 120
eum sequuntur omnes Addentes, præcipuè verò
Carol. Anton. de Luc. sub num. 2.

Non prætermittendo denique, quod contra
ipsum Dominum Canonicum urget regula *tex-
tus in leg. scire oportet 21. §. Eos ff. de tutor., &*

121 *Curat. dat. ab his*, per quam volentes, affectan-
tes, & petentes reiiciuntur à tutela, vel cura,
Cravett. consf.18. nu. 19., *Montan. de Tutor. cap.*
36. reg. 1. sub num. 12., *Capon. discept. for. 119.*
num.15., *Valeron. de transact. tit. 3. quæst. 1. nu.*
8. & 9., *Gobb. consult. decis.73. num.44.*, *Rub. in*
annot. ad decis.254. num.42. part. 9. rec. tom. 1.,
Rota coram Cerr. decis.87. num.16., *Et cor. Pen.*
decis.1084. num.9.

Expeditus à primo Dubio, progredior ad se-
cundum, io quo quæritur = *An. Dorel Junior*
teneatur reddere rationem Magdalenæ, sivè ejus
Curatori ex personâ propriâ, vel saltem uti here-
di Matris Tutricis, & Curatricis? = Porrò exa-
men hujus Dubii superfluum primâ facie videri
posset, quia jam Dorel Senior, & Patruus ra-
tiones reddidit Antonetæ Tutrici, & Curatri-
ci, quæ ipsum Actorem constituit, & ab ea
122 amplissimam liberationem reportavit; Undè
frustrà quæri videtur, an Dorel Junior tenea-
tur reddere rationes, si eædem jam redditæ fue-
ruot per ejus Patruum, qui administravit; & ad
summum difficultas restringi posset ad Dubium,
quod tertio & ultimo loco examinandum pro-
ponitur, utrum scilicet rationes fuerint benè
redditæ necne? aut enim constat, illas fuisse be-
123 nè redditas, & cessat procul dubio omnis quæ-
stio super nova redditione rationis, quam cer-
tum, & indubitatum est oon habere amplius
locum, ubi semel benè reddita fuit, aut verò
124 constat de errore, itaut eadem ratio benè red-
dita dici nequeat, & tunc citrà difficultatem
iterum reddenda est, juxtà firmissimas, & im-
motas Juris regulas infrà suo loco exornandas;
Verum, quia tali casu, oimirum, si ratio iterum
reddenda esset, dictus Dorel Junior prætendere
125 posset, se tamquam heredem Patrui Actoris ab
Antonetta Tutrice deputati nullo pacto teneri
reddere rationem Magdalenæ, eo sub obtentu,
quia scilicet Minister, & Factor, qui pro Tu-
tore res pupillares administrat, tenetur solùm
reddere rationem Tutori, & non Pupillo, ad
tradita per *Gratian. discept.395. nu.7., & seqq.,*
& num.13., *Escobar. de ratioc. part.1. cap.39. nu.*
16., *Rota coram Cavaler. decis.98. num.6.*, *cor.*
Merlin. decis.473. num. 10., *cor. Peutinger. de-*
cis.361. num.1. & 2., *post Novar. in comment. in*
Summ. Bull. decis.7. nu.4., *in recent. decis.355.*
sub num.4. vers. in quo quidem, *& decis.440. nu.*
8. vers. quia Tutor part.1., *decis.349. nu.4. part.*
15., *& decis.43. num.3. inter impress. ad ornat.*,
Card. de Luca de donat. tom.7., actio enim com-
126 petit coutra eum, qui principaliter negotia ges-
sit, & cum quo contractum fuit, non adversus
substitutum, ut in proposito considerat *Gratian.*
discept. forens. dict. cap.395. num.16.; Tutor ve-
rò postea tenetur erga pupillum, favore cujus
127 habet etiam Bona obligata pro gestis ab istis A-
ctoribus, & factoribus, *Carn. in leg. properandum*
§. fin. nu.2. vers. item nota textum in fine, *Mer-*
lin. de pignor. lib. 3. tit.1. part.2. num.48., & pro
128 illis Pupillo tenetur, non secus, ac quilibet alius
tenetur de facto substituti à se electi, *Gratian.*
dict. discept.395. nu.16., *Munoz. de ratioc. cap.3. nu.*
30. & 31., *Merlin. de pignor. lib.3. tit.1. quæst.2.*
num.49., *Rot. in rec. decis.440. num.8. part. 1.*,
& decis.421. num.1.2. & seqq. part. 3.; Idcircò
non abs re erit hujus secundi Dubii disputatio-
nem assumere, ut perpicuus fiat sensus, & ve-
ritas suprà positæ conclusionis, & simul appa-
reat, an verè Dorel Junior teneretur solùm red-
dere rationem Tutrici, minimè verò Magdale-
næ, vel potiùs teneatur etiam ipsi Magdalenæ,
ex personâ propriâ, aut tamquam heredi Ma-
tris Tutricis, & Curatricis.

Id verò ut faciliùs perspici possit, inspi- 129
ciendum priùs est, an Actor habeat tacitè
hypothecata Bona favore Pupilli, vel Mino-
ris, quam quæstionem DD. confundunt cum
alia, an Actor teneatur reddere rationem Pu-
pillo; & io illa quidem pro affirmativâ allega-
tur *Bartol. in leg. Actor.9. num. 7. ff. rem ratam*
haberi, *Corn. in L. properandum §. ult. vers. item*
nota Cod. de Judic., *Negusan. de pignor. part. 2.*
mem.4. num.9., *Gutier. de tutel. cap. 16. nu.15.*,
& prò oegativâ *Bald. in leg. properandum 12. §.*
si verò num. 2. vers. secundò colligo de Judic, *&*
ibi etiam Alex. num.4.; Prò concordiâ verò di-
stinguit *Munoz. de Escobar. de ratioc. cap.39. nu.*
16., quod si Actor sit constitutus ad instantiam
Minoris, & pro eo, tunc habet tacitam hypote-
cam iu suis Bonis favore ejusdem Minoris; At, si
fuerit constitutus intuitu Tutoris, in hoc casu
solus Tutor habet personalem contrà hujusmo-
di Actorem, & ejus Bona, ex mente *Bartol. in*
dict. leg. Actor. 9. num.7. ff. rem ratam baber.,
Jason. in leg. properandum §. finali num.4., *& 5.*
Cod. de Judic., *Angel. in §. Prætereà nu.4. inst.*
de except., *& §. final. num. 7. instit. de Curat.*,
& hanc distinctionem sequi videntur *Merlin. de*
pignor. lib.3. tit.1. quæst.2. num. 47., *Pacific. de*
Salv. interd. insp.3. cap.4. num.505., *Joseph. Lu-*
dov. dec. Perusin.4. nu.2. & seq., ubi *idcircò dicit*,
Actorem teneri ad reddendam rationem Pupillæ,
quia non probatur, fuisse constitutum a Tutore =

Verumtamen de veritate secundæ partis al-
legatæ distinctionis valdè dubitari contingit;
omnes enim ferè DD., qui prò ea afferuo-
tur (excepto *Munoz. de ratioc.*, *Merlin. de pi-*
gnor., *& Joseph. Ludovic. dict. decis. Perus. 4.*)
contrarium expresè firmant, ac veriùs pro- 130
pterea videtur, quod, etiamsi Actor sit con-
stitutus intuitu Tutoris, vel Curatoris, adhuc
ejus Bona sint hypothecata favore Pupilli prò
redditione rationis; siquidem, ut benè observat
Mantic. de tacit., *& Ambig. lib.11. tit.16. num.*
17., deputatio Actoris, & gestio, sive admini- 131
stratio ab eo facta efficiet quidem, quod Bona
illius, qui officium gessit intuitù Pupilli multò
magis obligata sint; At ex eo, quod officium 132
gerat contemplatione Tutoris, vel Curatoris,
non idcircò ejus Bona eximentur à tacitâ hypo-
thecâ, cui subijcientur Bona ipsius Tutoris, & Cu-
ratoris, & aute eum docuit *Bartolus* frustrà in cô-
trarium allegatus *in d. l. Actor. 9. n. 7. ff. rem ra-*
tam baber. ità loquens = *Quæro, utrum Bona ipsius*
Acto-

*Actoris sint obligata Pupillo pro administratione &
respond. siquidem est constitutus à Tutore tunc ip-
se gerit contemplatione Tutoris, non Pupilli, dict. l.
unic. Cod. de Actor. a Tutor. dan., & argum. leg.
mandasti supra de neg. gest.*, *ideò bona tunc essent
tacitè obligata, sicut bona Tutoris, ut Cod. de ad-
ministrat. tutor. leg. prò officio &c., & Bartol.*, com-
muniter sequuntur omnes ut notat *Jason. in leg.
properandum §. final. Cod. de judic., Negusan. de
pignor. part. 2. membr. 4. num. 9.* ibi = *quartò am-
pliá etiam in Bonis Actorum datorum a Tutoribus,
vel Curatoribus, quia eorum Bona sunt obligata
sicut Bona Tutorum, & Curatorum = Guttier. de
tutel. & cur. lib. 2. cap. 16. num. 15.* ibi = *amplia-
tur, ut procedat etiam in Actoribus datis ab ipsis
Tutoribus, vel Curatoribus &c. = Gulgonet. de tu-
tel. lib. 2. tit. 37. num. 15., Montan. de tutor. cap.
31. effect. 2. num. 16. vers. quartò amplia, Amost.
de privileg. credit. reg. 3. ampliat. 1. nu. 21., Pa-
cific. de Salvian. interd. insp. 3. cap. 4. num. 505.*,
133 ubi contrarium dicit, si fuerint dati à Judice, &
idem dicit etiam *Mantic. de tacit. dict. lib. 11.
tit. 16. num. 17., Rodriq. de concurs. credit. pert.
1. art. 4. num. 24. & seq., Rosignol. in prax. Theo-
logic. legal. tom. 2. contr. 11. prænot. 4. sub num. 4.
vers. item ad bona Actorum, qui dati fuerunt ab
ipsis Tutoribus &c., & in tract. de Tutor. & Cu-
rat. part. 2. prænot. 3. num. 5. & 6.*, ubi etiam ra-
tionem diversitatis explicat post *Barbat. lib. 3.
cons. 92. num. 6., & Angel. in leg. 2. ff. de Curat.
bon. dand.*; Licèt ex rationis identitate dari hy-
pothecariam etiam in bonis Actoris dati à Judi-
ce, putet ipse *Rosignol.* ibidem; ex quibus patet,
nullam aliam constitui differentiam à Doctori-
bus inter dictos Actores, quàm inter illos da-
tos à Judice, & alios datos ab ipsis Tutoribus,
istos indifferenter subjiciendo hypothecæ favo-
re Pupilli; ideòque rejiciendus videtur *Escobar.*
& alii duo supra allegati, qui in pravum sen-
sum detorquent *Bartolum*, aliosque ab ipsis
relatos contrarium expressè firmantes.

At in nostro casu utravis dictarum opinin-
num verior sit, & utram eorum sequamur,
Dominus Dorel Junior teneretur, reddere ra-
tionem Magdalenæ, videlicet vel ex personâ
propriâ, vel tamquam heredi Matris Tutricis;
si enim sequenda sit opinio eorum, qui volunt,
Actorem intuitu Tutoris constitutum non ha-
bere hypothecata Bona pro redditione rationis
Pupillo, sed Tutori dumtaxat, cujus intuitu
fuit constitutus, procul dubio dicendum est,
præfatum Dorel Jun. non teneri reddere ra-
tionem Magdalenæ ex personâ propriâ, quia vi-
detur, ejus Patruum Actorem fuisse constitutum
à Tutrice, & ejus intuitù, non autem ipsius
Magdalenæ; & in hoc sensu procedunt Aucto-
ritates supra relatæ firmantes, quod Minister &
134 factor, qui pro Tutore res pupillares admini-
strat, tenetur solùm reddere rationem Tutori,
& iste postea tenetur ergâ pupillum; omnes
quippè vel loquuntur in casu, quo Actor, sivè
Minister fuerit deputatus à Tutore, sivè ejus
135 intuitù: vel dicunt, quod Actor non tenetur Pu-
pillo actione tutelæ, hoc tamen non efficit,
quin teneri possit aliâ actione, prout de facto te-
netur actione negotiorum gestorum, ad *Textum*
expressum *in l. 4. Cod. de neg gest.*, ubi sic dis-
ponitur = *qui pupillæ negotia Tutoris mandato su-
scepit, pro Tutore negotia non videtur gessisse, sed
negotiorum gestorum actione pupillæ tenebitur* = &
ibi *glost. in figurat. casus* sic ait = *mandato Tuto-
ris negotia pupilli gessisti, an ei pro tutelæ actione
tenearis, quæritur? & resp., quod non, sed negotio-
rum gestorum, quia non ut Tutor gessisti, & Tuto-
ri mandanti teneris, & ipse tibi contrariò, & ti-
bi pupillus negotiorum gestorum ad repetendum,
si quid impendisti* = & hanc legem ità summat
Alex. = *Gerens negotia pupillæ mandato Tutoris,
tenetur pupillæ actione negotiorum gestorum, non
autem actione tutelæ* =

Ex hoc verò, quod d. Dorel Junior non tenea-
tur reddere rationem Magdalenæ ex personâ
propriâ, non sequitur, quod illi nullo alio mo-
do teneatur, cum enim ipsa sit heres Matris Tu- 136
tricis, profectò nullatenus effugere poterit, quin
saltem ei, urgente prædictâ qualitate heredita-
riâ, rationem reddere teneatur, tametsi virtute
jurium hereditariorum Matris, quæ in Magda- 137
lenam per aditionem, sivè acceptationem he-
reditatis transfusa fuerunt, ipsa dicitur hodie in
totum repræsentare Matrem Tutricem, &
Curatricem, cum qua censetur una, & ea-
dem persona *Cyriac. contr. 275. num. 2. tom. 2.,
Sard. de alim. tit. 1. quæst. 42. num. 114.,
& decis. 210. num. 9., & decis. 315. num.
12., Censal. decis. 45. num. 4., Barz. decis.
64. num. 10., Rota coram Caccin. decis. 59. num.
2., coram Merlin. decis. 503. num. 2. tom. 1., apud
Posth. de sabasth. decis. 136. num. 16. in addit., &
decis. 343. ex num. 16. part. 10. rec.*, procul du-
bio Dorel Jun. illi uti Matrem repræsentanti 138
rationem reddere tenebitur, quemadmodum
eam reddere tenebatur eidem Matri Tutrici, &
Curatrici, juxtà Auctoritates supra relatas *in §.
expeditus primo dubio* =

Neque Magdalenæ uti heredi Matris obstare
potest liberatio ab illa facta, ex regula, quod
heredi obstet factum defuncti sui Authoris, quod 139
impugnare non valet; regula namque isthæc 140
non procedit quoad factum, quod ipsemet Defun-
ctus impugnare poterat, ut docent *Decian. cons.
10. nu. 94., & 95. tom. 3., Surd. cons. 146. num. 7.,
Palm. cons 3. nu. 7., Capyc. latr. consult. 113. nu.
24. & 25., Viceol. consult. 95. num. 34., Gomes.
de Sylv. in tract. quando liceat hered. venir con-
tra factum defunct. cap. 16. per totum, Rota co-
ram Merlin. decis. 545. num. 12.*; Ideòque, si dicta 141
liberatio non obfuisset Antonettæ Matri, quæ,
constito de errore, poterat Actorem conveni-
re pro nova redditione rationis, ad tradita per
*Roland. cons. 49. num. 62. usque ad 66. lib. 1., Gra-
tian. discept. forens. cap. 761. num. 4., Munoz. de
ratioc. administr. cap. 4. num. 4. usque ad 30. cap. 5.
num. 10., & cap. 40. num. 13. usque ad 17., The-
saur. decis. 73. nu. 6., & 7.*, multò minùs obesse 142
poterit Magdalenæ filiæ, & heredi, cui etiam
ex personâ propriâ præjudicium nullum infer- 143
re valebat confessio, & liberatio facta à Tutri-

ee, per ea, quæ notant *Bald. in l.1. num.2. Cod. si
adversus solut., Hyppol. singul. 646. num.4.*, quem
refert, & sequitur *Becc. de decim. Tutor. cap. 2.
num.161., Guttier. de tutel. part. 3. cap. 1. num.
122.*, ubi in similibus *terminis*, *quod confessio
secundi Tutoris, quod ratio primi sit benè reddi-
ta, non nocet pupillo, si tamen esset malè reddi-
ta, & ratio iterum dispungenda esset* =

At, si procedendum sit cum opinione illa,
144 quæ ceteroquin verior videtur, quâ scilicet tra-
ditur, quod Actor sivè sit constitutus intuitû
Tutoris, sivè intuitu Pupilli, semper habet ta-
citè hypothecata Bona pro redditione rationis
favore ejusdem Pupilli; tunc certè in dubium
revocari nequibit, quin Dorel Junior teneatur
reddere rationem Magdalenæ etiam ex personâ
propriâ, quamvis ejus Patruus fuerit consti-
tutus Actor ab Antonetta Matre Tutrice, &
Curatrice, & ejus intuitu, non autem Magda-
145 lenæ; quod sanè confirmatur ex eò, quod Pu-
pilli habent privilegium, ut præferantur cete-
ris Creditoribus in bonis non tantùm veri Tuto-
ris, sed etiam ejus, qui prò Tutore rem gessit,
per *text. in leg. dabimus §. 1. cum gloss. ff. de pri-
vil. credit.* ibi = *si quis cum Tutor non esset, pro Tu-
tore negotia gessit, privilegio locum esse, manife-
stum est, leg. fin. ff. de tutel., & rat. distrah.* ibi=
*non solùm tutelæ privilegium datur in bonis Tu-
toris, sed etiam ejus, qui prò tutela negotium ges-
sit* =, & *leg. in negotium ff. de privileg. credit.* =
ibi = *debet bonis ejus venditis privilegium Pupillo
conservari* =, & tenet *Accurs. in gloss. fin. l. pro
officio Cod. de administrat. Tutor.* ubi communi-
ter DD., & communem dicit *Rip. in dict. leg.
dabimus §. si quis cum tutor num. 9.*, & sequun-
tur *Negusan. de pignor. part. 2. mem. 4. num. 7.,
Surd. de aliment. art. ultim. quæst. 44. num. 6., Me-
ryter. de privil. credit. lib. 2. tit. 7. num. 32., Gre-
gor. Lopez in gloss. verb. de los guardadores l. 23.
tit. 13. part. 5., Guttier. de tut. part. 2. cap. 16. nu.
13., Rodriquez de concur. part. 1. art. 4. num. 22.,
Fagnudez de just. lib. 7. cap. 4. num. 2., Anton.
Fab. in suo Cod. lib. 8. tit. 7. definit. 2., Thomas
de tutor. tit. 38. cap. 1. num. 6., Mantic. de tacit.
lib. 11. tit. 16. nu. 8., Acost. de privil. credit. reg.
3. ampl. 1. num. 13. & seq., Capic. decis. 129. nu.
3., Rot. decis. 114. nu. 1. part. 1. divers., & dec.
560. num. 1. part. 4.*

Et clarius in proposito comprobat *text. in dict.
leg. 4. Cod. de neg. gest., & ibi gloss., & Alex. su-
pra alleg.*, quo textu expresse deciditur, *quod,
146 qui mandato Tutoris negotia pupilli gerit, licèt
actione pro tutelæ eidem Pupillo non teneatur, te-
netur tamen actione negotiorum gestorum* = Unde
optimo jure ad rem nostram inferri posse vide-
tur, quod, si Magdalena convenire potest il-
lum, qui de mandato Tutricis sua bona admi-
nistravit, uti suorum negotiorum gestorem;
147 Profectò, sicuti quilibet negotiorum gestor te-
netur ei, cujus bona administravit, reddere ra-
tionem, *l. 1. §. officio, & ibi Bald. ff. de tutor., l.
1. §. Iterum eorum, & §. Si Decuriones ff. quod cu-
jusque Univ. nom., Barb. cons. ult. lib. 3., Aymon
cons. 218. lib. 1., Roland. cons. 49. per tot. lib. 1.,
Gratian. discept. for. cap. 760. nu. 1. & 2., Festo s.
in tract. de æstim., & collect. cap. 1. tit. de offic.
execut. num. 49. tom. 12., Montan. de tutor. cap.
38. num. 86., Escobar. de ratioc. cap. 3. num. 3.,
Menoch. de Arbitr. lib. 2. cent. 3. cas. 209., Ma-
gon. decis. flor. 42. num. 1. & 2., Rota coram Coc-
cin. decis. 242. num. 11. & 15., in rec. decis. 377.
num. 3., & decis. 522. num. 3., & 4. part. 1., &
decis. 34. num. 23. inter. impress. ad ornat. Card. de
Luc. in Mantiss. tom. 15.*, Ita quoque pari ratio- 148
ne Dorel Junior eam reddere tenebitur Magda-
lenæ tamquam heres illius, qui Bona ejusdem
Magdalenæ de mandato Tutricis administravit,
*ad text. in dict. leg. heredes ff. de reg. jur., l. 3. §.
hæc actio ff. de neg. gest., l. tutelæ, & l. omnes
Tutores Cod. Arbitr. tutel., l. 2. Cod. de hered. act.,
Dec. cons. 110. num. 7. post med., Roman. cons. 413.
num. 1. & 2. & seqq., Gratian. discept. for. cap.
760. num. 3., Munoz. de ratioc. administr. cap. 3.
in fin., Boer. decis. 59. num. 1., Rot. Januen. de-
cis. 20., & decis. 203. num. 2., Ludovic. decis. Pe-
rusin. 4. num. 3., Magon. decis. Flor. 42. num. 3.,
Rota coram Manzaned. decis. 902. nu. 1. & 2., cor.
Dunoz. Jun. decis. 36. num. 3.*

Ex his itaque concludendum est, quod Do-
rel Junior tenetur procul dubio rationem red-
dere Magdalenæ aut ex personâ propriâ, aut
ex personâ Matris Tutricis, quam ipsa, uti he- 149
res representat, & sic è converso, quod Mag-
dalena agere potest contra Dorel Juniorem pro
nova redditione rationis, sivè nomine, ac titu-
lo hereditario Matris, sivè nomine proprio, &
quidem eò certiùs, quia explorati Juris est, illam 150
peti posse nedum ab eo, qui Administratorem
deputavit, verùm etiam ab eo, ad quem utilitas
rei administratæ spectat, ut ait *gloss. in leg. si cre-
ditor §. Duobus ff. mandati, Rota coram Sera-
phin. decis. 450. num. 7., & decis. 993. num. 1., co-
ram Coccin. decis. 382. nu. 1. & 2., apud cenc. de
cens. decis. 178. num. 6., in rec. decis. 2. num. 1.
part. 2.*

Reliquum est, ut agam de tertio, & ultimo
Dubio, quo quæritur = *An D. Magdalenæ ob-
stet redditio rationis jam facta ejus Matri, & libe-
ratio obtenta* = affirmativè respondendum vide-
batur, ex nota juris regula, quod ratio semel red- 151
dita, amplius reddi non debet, quodque com-
pellendi non sunt heredes, & successores ad 152
novam redditionem rationis jam ab eorum au-
ctore factam, juxtà *Text. in leg. semel Cod. de
apoc. publ. lib. 10., R.P.D. Ansald. de commerc.
& Mercat. disc. 80. nu. 11., Castald. consult. 151.
num 12. tom. 2., Posth. dec. Bon. 30. nu. 19., Ro-
ta coram Cavaler. decis. 225. num. 1., coram Cer.
decis. 1. num. 3. & seqq., coram Ottobon. decis. 5.
num. 1., in rec. decis. 188. num. 6., & 7. part. 8.,
decis. 322. num. 14. & 15. part. 9. tom. 2., decis.
111. num. 1. part. 18. tom. 1., & decis. 256. num. 2.
& 3. part. 19., In Imolen. pecuniaria 29. Aprilis
1699. §. Injustitia autem coram Card. Caprara, in
Ariminen. Manutentionis, & redditionis ratio-
nis 17. Martii 1706. §. Minimè coram Rmo Moli-
net*, & priùs dictum fuit *in Faventina redditio-
nis rationis super reservatis 22. Junii 1705. §. Et-*

etiam

enim cum Artemisia coram Illustrissimo Scotto Almæ Urb. Guber.

Præsertim verò, quia ratio solemniter red-
153 dita reperitur, cum præsentia nempe, & assi-
stentia legitimi Mundualdi, & dispunctis ratio-
nibus, atque examinatis libris tutelaribus, &
denique cum solutione reliquatus, ex quibus
exclusa remanet quæcumque suspicio læsionis,
ac fraudis, & omnia ritè, & rectè gesta præ-
sumuntur, *Rota post Munoz. de ratioc. decis. 1. nu.
3. & 4., in rec. decis. 128. nu. 4. & 5., & 6. part.
10., & decis. 256. num. 2. & 3. part. 19., decis.
43. num. 6. inter impressas ad ornat. Card. de Luc.
de donat., empt. &c., In dicta Imolen. pecuniaria 29.
Aprilis 1699. §. Attento præsertim coram Card.
Caprara, & in dict. Faventina redditionis ratio-
ni super reservatis 22. Junii 1705. §. Etenim cor.
Illustrissimo Scotto.*

Et sanè, si ad hunc effectum sufficit sola
154 præsentia, & authoritas Proximiorum à Sta-
tuto requisitorum, ut benè animadvertit *Bel-
lon. conf. 21. num 7. & seqq., Rota coram Man-
zaned. decis. 37. num. 3. & 4., in rec. decis. 128.
num. 4. cum tribus seqq. part. 10., & decis. 256.
num. 2. & 3. part. 19., & in Romana pecuniaria
24. Januarii 1687. §. Concurrit vers. attento præ-
sertim coram Card. Caccia*, quantò majorem so-
155 lemnitatem, in nostra hypothesi huic actui tri-
buet assistentia talis Proximioris, qualis erat
Dominus Canonicus Ducosso, qui ratione su-
perintendentiæ, & Actoriæ, quâ ipse quoque
156 decoratus fuit, præsumi debet de rebus ad tu-
telam, & administrationem pertinentibus benè
informatus, & ergà pupillos ob consanguinita-
157 tem propensus, ut ait *Rota decis. 47. num. 10.,
& decis. 301. sub num. 1. §. Urgentissimæ, & seq.
part. 18. recent., in Romana falcidiæ 8. Februarii
1683. §. Ex circumstantiis, & 31. Januarii 1684.
§. Animadvertebant ad med. coram bon. mem. Run-
dinino.*

Neque dictus Dominus Canonicus Ducosso di-
158 ci potest incapax ad authorizandam personam
259 Tutricis eo, quod suspectus censendus erit tam-
quam unus ex Actoribus à dicta Tutrice depu-
tatis: nam, omisso, quod ipse se abstinens ab
160 injuncto munere, aliqua tantùm particula-
ria negocia gessit, & proindè liberatur quælibet
suspicio, quæ consurgere potuisset ex ejus inte-
161 resse, quia, hoc deficiente, tamquam cessante
causâ, cessat quælibet suspicio, immò verò,
162 cum ipsi esset conjunctus, potiùs urget præ-
sumptio, quod utilia pro illis facere non omi-
serit, ut in simili advertit *Rota in Faventina
redditionis rationis super reservatis 22. Junii
1705. §. Nullatenus pariter coram Illustrissimo
Scotto.*

Difficultas præterea cessat, quia in actui de
quo agitur, necessaria non videbatur præsentia
legitimi Mundualdi ad formam legis municipa-
163 lis Siciliæ comprehendentis etiam Insulam Me-
264 litæ, cum hujusmodi statuta locum sibi non
vindicent in casibus, in quibus ipso jure sequi-
tur liberatio, utpotè quæ provenire dicitur à
155 Lege, quando agitur de liberando Debitore sol-
vente, qui ab ipsa lege liberatur, *Alex. conf. 215.
num. 6. lib. 6., Aymon. conf. 215. num. 5., Soc-
cin. conf. 80. num. 25. col. penult. post med. lib. 4.,
Bertazzol. de clausul. gloss. 19. claus. 7. num. 34.,
Gratian. discept. for. cap. 962. num. 13., & seqq.,
Rocc. disp. jur. sel. cap. 182. num. 31. tom. 2.*;
ideòque, cum actus liberationis factus à Tutrice, 166
postquam receperat redditionem rationis, &
reliquatum, fuerit omoinò necessarius, ad quem
mulier recipiens cogi poterat, jure meritòque
sub dicta lege muoicipali non comprehenditur, 167
*Jason. in l. si unus §. Pactum num. 26. ff. de pactis,
Gabr. conf. 20. num. 43., & 50. lib. 2., Roman.
conf. 394 per tot., Tiraquell. de leg. connub. gloss. 8.
num. 187., Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 328. nu.
196., Pic. ad Stat. Urb. lib. 1. gloss. 7. num. 213.,
& gloss. 9. num. 1., & duob. seqq., Rot. post eum-
dem decis. 76. num. 2., cor. Put. decis. 105. n. 3.
lib. 1., & decis. 152. num. 3. lib. 3., in rec. decis.
545. num. 4. vers. tum etiam quia fuit ex causà ne-
cessarià part. 1., decis. 129. num. 1. part. 16., &
priùs decis. 241. num. 13. part. 7., cor. Seraphin.
decis. 1133. num. 2.*, & optimè in *Romana falci-
diæ 8. Febr. 1683. §. Parùm relevante, & 31. Ja-
nuarii 1684. §. Animadvertebant, cor. bon. mem.
Rondinino.*

Potiori verò jure videbatur, compelli non
posse Dorel juniorem ad iterum reddendam ra-
tionem, quia in instrumento solidationis com-
putorum Tutrix ejus Patruum absolvit, & li- 168
beravit cum juramento, & cum amplissimis
clausulis, ac cum pacto de nunquam petendo,
nec contraveniendo ex quocumque capite, ex
quo sequitur, ut ulteriùs non debeat permitti
computi revisio, vel retractatio, tametsi de er-
rore constaret, juxtà optimam *Gloss. in l. 3. §. 1.
verb. liberationem ff. de contr., & util. act. tutel.,
Sabell. resol. 94. num. 3., & 5., optimè Posth. de-
cis. Bonon. 30. à num. 31. usq. ad 40., Beltramin.
ad Gregor. decis. 536. num. 3., & 4., Rot. decis. 18.
num. 3. post Escobar de ratioc., cor. Cavaler. de-
cis. 225. num. 2., cor. Cerro decis. 1. num. 8., &
seqq., cor. Ottob. decis. 5. num. 2., & decis. 256.
num. 2., & 3. par. 19. recent., in dicta Imolen. Pe-
cuniaria §. Sed cessat cor. Caprara.*

Maximè, quia in quietaotia expressum fuit 169
pactum cassationis, & annullationis Scriptura-
rum, quo inspecto, nec heredes, oec ipse Actor 170
tenebatur conservare amplius, & exhibere li-
bros, & scripturas concernentes tutelam, *Bal-
duccius ad Ramon. in observ. ad conf. 80. num. 63.,
& 64. tom. 3. pag. mihi 343.*, ubi subdit, ita fuisse
judicatum, *R. P. D. Masserius de jur. legat.,
Æmil. lib. 1. cap. 55. num. 34., & seqq., Ramon.
decis. 85. num. 138. pag. mihi 376. tom. 4.*, tan-
diù enim durat obligatio conservandi libros, & 171
scripturas, quamdiu durat obligatio reddendi
rationem, ideòque, illà terminatà per solemne
instrumentum etiam cum cassatione librorum,
& scripturarum, cessat etiam obligatio conser-
vandi ampliùs eosdem libros, & scripturas, ut
latè probat *R. P. D. Masser. de jur. legat., Æmil.
d. lib. 1. cap. 55. num. 34., & seqq.*; qui proinde 172
libri, & scripturæ in talibus facti circumstantiis
præ-

præsumuntur dimissi, & consignati Tutrici, sive
Pupillis, *Andreas Censal. decis. Lucens. 60. nu.
30., Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 77.
num. 9., Mell. observ. 110. num. 8., Rot. dec. 71.
num. 2., 3., & 4., & decis. 143. num. 1., & seq.*
173 *part. 4. tom. 2. rec.*, cum, ipsis non restitutis, ratio
dici non possit sufficienter reddita, ut probat
*Textus in l. cum servus 81 in fin. ff. de condit.,
& demonstr., Roland. cons. 49. num. 37. lib. 1.,
Rot. cor. Cels. decis. 188. num. 6.*, vel saltem ve-
174 risimile est, quod post factam transactionem
tanto temporis spatio neglexerint heredes illas
custodire, & conservare, ut notat *Urceol. de
transact. quæst. 98. num. 42., 43., & seqq.*

175 Coadjuvatur insuper legalitas redditionis rationis
ex qualitate Actoris; ille namque erat
sanguine conjunctus, & munus hujusmodi non
affectavit, nec illud administravit recepto salario,
sed ad tale officium nominatus fuit à Tutrice,
illudque gratis exercuit, quibus concur-
176 rentibus, non esse rigidè procedendum in redditione
rationis, sed de bono, & æquo, ac temperato
juris rigore illam explendam esse, firmat
Card. de Luc. de Tutor. disc. 7. num. 12., &
distinguendo inter extraneum, & sanguine conjunctum,
latè prosequuntur *Urceol. consult. 55.
num. 17., Mell. in addit. ad Castill. cap. 37. §. 2.
nu. 17., & 18., Montan. de tutor., & cur. cap. 32.
effect. 5. reg. 8. nu. 54., Menoch. de arbitr. ref. 209.
num. 34. lib. 2., Monach. decis. Bonon. 48. num. 4.,
& 5., Posth. decis. Bonon. 30. num. 32., Rota in
Faventina redditionis rationis super reservatis 22.
Junii 1705. §. Ceterum quamvis cor. R̃mo Scotto,
& in eadem Faventina redditionis rationis
27. Junii 1707. §. Et excessivitas cor. bon. mem. Caffarello*,
ubi, quod *à Consanguineis non ita strictè
177 exigenda est ratio, sicut ab extraneis, sed satis
est, quod generaliter ostendatur, quantum in familia,
& aliis sumptibus verisimiliter potuit expendi &c.* =

178 Et denique his omnibus additur longissima
observantia 50., & ultrà annorum à die, quò stipulatum
fuit instrumentum redditionis rationis,
ac solidationis usque ad introductionem
hujus litis, quo intermedio tempore non solùm
nomine Magdalenæ nulla illata fuit molestia,
neque ulla allegata fraus, vel læsio, nisi
179 post obitum Matris Tutricis de omnibus informatæ,
ac Canonici Ducosso, quodque magis
est, post mortem ejusdem Dorel senioris Actoris
benè instructi, istiusmodi actio promota fuit
contrà heredem de omnibus inscium, ne videlicet
posset necessariis notitiis, & documentis
se tueri, cui propterea assistere videtur illa
æqui, bonique ratio considerata, per *Rotam in
Eugubina tutelæ 11. Martii 1699. cor. Em̃o Priolo
in fine principii, confirmat. 20. Maii 1700. cor.
R. P. D. Lancetta*, quà edocemur, *quod non mi-
180 nùs Judicis officium est Pupillorum jura defendere,
quàm Tutorum incolumitati consulere, ne terrean-
181 tur à tam pio, & Reipublicæ necessario officio, &
maximè, quando post lapsum diuturni temporis agitur
contrà heredes non informatos, ut justificent factum
Tutoris, prout hic &c.* = & repetit eadem *Rota in Faventina redditionis rationis 27. Junii 1707.
§. Nec aliquis error cor. bon. mem. Caffarello.*

Rectè igitur talem circumstantiam dilatæ 182
actionis post mortem Informatorum in his terminis
maximi faciunt *Soccin. sen. cons. 92. n. 1.
lib. 4., Paris. cons 19. num. 1. lib. 1., Merend.
contr. jur. lib. 23. cap. 46. num. 61., & seqq., Cyriac.
controv. 280. num. 9., Palm. nep. alleg. 357.
num. 26. tom. 4., Munoz. de ratioc. cap. 37. n. 6.*,
& sæpe animadvertit *Rota, & signanter coram
Mellin. decis. 344. num. 3., in rec. decis. 128. n. 8.,
& 9. part. 10., in Cæsenaten. redditionis rationis
6. Aprilis 1696. §. Verùm talia cor. Em̃o Priolo,
in Romana, seù Neapolitana redditionis rationis
26. Aprilis 1697. §. fin. cor. bon. mem. Ursino, &
in ejusdem Confirmatoria 5. Martii 1700. §. Accedit
cor. clar. mem. Card. Caprara, in Imolen. pecuniaria
29. Aprilis 1699. §. Quoniam ultrà cor.
eodem, & in Faventina redditionis rationis super
reservatis 21. Junii 1705. §. Minùs obstat coram
R̃mo Scotto.*

Prout etiam longum temporis lapsum, in his
eisdem terminis prò legalitate, & validitate 183
administrationis, ac redditionis rationis præsumenda,
considerat *Rot. in dict. Cæsenaten. redditionis
rationis 6. Aprilis 1696. § Verùm talia cor.
Em̃o D. Card. Priolo, in Romana, seù Neapolitana
redditionis rationis 27. Aprilis 1797. . fin.
cor. bon. mem Ursino, & in dicta Eugubina tutelæ
11. Martii 1699. ante §. Primum cor. Em̃o Priolo,
& 10. Maii 1700. sub §. final. cor. R. P. D.
Lancetta*, ubi concludit, *quod magnus rigor videretur
post adeò longum temporis intervallum in
re tam intricata antiquas paginas minutatim revolvere* =,
*& in Faventina redditionis rationis 27.
Junii 1707. §. Accedente potissimùm cor. bo. me.
Caffarello.*

Immò, si aliquà pœnà digni videntur, qui diù 184
conticuerunt, cum rem gravem haberent, quam
dicerent, ut ait *Textus in l. si quis 6. ff. de pœn.*
ibi = *magisque esse puniendos, qui tandiù conticue-
runt* = nulla profectò æqui, bonique ratio sinit, 185
quod nova redditio rationis concedatur ei, qui
eam petere tandiù distulit, sed is in pœnam
adeò longæ reticentiæ non debet audiri, illi
objiciendo verba illa per modum rationis ex-
pressa in *cap. prim. de frigid., & malef.* ibi = *quia* 186
si reclamare voluit, cur tandiù tacuit? = nec enim
tam magna res tanto tempore, quin immò to- 187
tius cursu vitæ reticeri debuit, ut rectè subjungit
præcitatus *Textus in l. si quis ff. de pœnis* ibi =
nec enim debebat tam magnam rem tandiù reticere =.

Quæ sanè diuturna observantia, licèt non sit 188
apta ad præscribendum, ex animadversis per
*Rot. in Faventina redditionis rationis 20. Martii
1705. §. Non obstat, & seq. cor. Illm̃o Scotto*, &
iterum in eadem *Faventina redditionis rationis
super reservatis 22. Junii ejusdem anni §. Ceterum
cor. eodem*; tamen plurimùm attendi debet 189
ad excludendas prætensas nullitates, fraudem,
& collusionem, præsertim cum allegentur con- 190
trà heredem Actoris, ut in non dissimilibus circumstantiis
respondit *Rota in Romana falcidiæ*

8. Febr. 1683. §. Sed quatenus, & seqq., & 31. Januarii 1684. §. Animadvertebant, & seqq. cor. bon. mem. Rondinino, & in dicta Faventina redditionis rationis super reservatis 22. Maii 1705. §. Ceterum coram Illmo Scotto; & coadjuvatis
195 aliis argumentis, & circumstantiis, ut ad rem
admonet *Rot. in dicta Romana falcidia 31. Januarii 1684. §. En bis cor. bon. mem. Rondinino.*

Hæc sunt præcipua rationum momenta, quæ prò D. Joan. Baptista Dorel juniore adduci possunt; quæ, licèt gravia sint, graviora tamen urgere videntur, ob quæ in contrariam ire sententiam Tutricis existimo, videlicet, quod D. Magdalenæ non obstet redditio rationis per Dorel seniorem jam facta Matri, & liberatio ab illa obtenta, sed ei Dorel junior teneatur novam reddere rationem; nam, posito, quod in facto liquidis, & omnino concludentibus probationibus doceri possit de mala redditione rationis unà cum dolosa omissione plurium partitarum, & quidem non exigui momenti, prout mihi in facto
192 supponitur, hinc consurgit certè juris conclusio,
quod ratio semel reddita, etiam cum omnibus solemnitatibus, iterum reddi debet, & retractari potest, quoties clarè constat de errore aliquarum partitarum, vel etiam unius tantùm, *Eugen. cons. 6. per tot. lib. 2., Gratian. discept. 565. num. 30., & discept. 761. num. 2., 3., & seq. Rot. cor. Cavaler. decis. 225. per tot., cor. Ottob. decis. 25. num. 26., in rec. decis. 436. num. 56., & 17. part. 9.*

Ratio enim ita reddita, perinde est, ac si
193 nullo modo reddita fuisset, cum in jure paria
reputentur rationem non reddere, & malè, ac minùs legitimè eam reddere, arguit *Text. in l. quoties ff. qui satisdar. cog., Roland. cons. 49. n. 48., Guttier. de tutel. part. 3. cap. 1. num. 116., Rot. in rec. decis. 332. num. 14. part. 10., in Romana prætensæ redditionis rationis 26. Martii 1703. §. Quibus omnibus cor. clar. mem. Card. Caprara*, & alibi frequentissimè; ideòque, quemadmodum, si ratio nunquam reddita fuisset, Administrator procul dubio cogi posset ad eam reddendam,
194 ita quoque, quum malè, & per errorem
reddita fuerit, novam reddere rationem tenebitur, ut, præter supracitatos, firmant *Berous cons. 553. num. 33. lib. 2., Rimin. jun. cons. 338. num. 40., & sub num. 52., Bece. cons. 211. n. 20., Roland. cons. 49. sub num. 46., Rot. in rec. decis. 111. num. 19. part. 18. tom. 1.*, istiusmodi verò
195 concludentes, & liquidæ probationes omninò
requiruntur, ut ratio semel reddita, reddi iterum debeat, per ea, quæ tradunt *Sabell. var. resol. cap. 94. num. 10., Palm. nep. alleg. 357. num. 25. tom. 4., Rub. de confus. jur. cap. 3. §. 1. n. 436., Munoz. de ratioc. cap. 31. num. 8., Posth. decis. Bonon. 30. num. 33., & seqq., Beltramin. ad Gregor. decis. 536. num. 4., & 5., Rot. cor. eodem Gregor. decis. 220. num. 4., cor. Cerr. decis. 1. n. 6., & decis. 55. num. 10., cor. Ottob. decis. 5. num. 9., & 10., & seqq., & decis. 25. num. 26., & 28., cor. Peuting. decis. 261. num. 9., & 10., apud Posth. de manut. decis. 291. per tot.*

Utque id clarius elucescat, ad memoriam revocandum esse censeo, quod Joaones Baptista Dorel senior, unà cum aliis in deputationis instrumento descriptis, in solidum fuit constitutus ab Antonetta Tutrice Actor generalis ad omnia negocia, ità quidem, ut nullo pacto dici queat merus Factor, sive Actor ad particulare aliquod dumtaxat negocium deputatus; id enim perspicuum fit ex amplissimis, & effrænatis facultatibus, quæ in eodem deputationis instrumento omnibus præfatis Actoribus ab Antonetta tutrice largissimè tributæ, & impertitæ fuerunt, quæque simplicis, ac meri Factoris, seù Exactoris qualitati, & officio minimè
convenire posse videntur; in eo quippe nedum 196
ipsis tradita legitur facultas petendi, exigendi, recipiendi, quæ ad Exactoris munus pertinere
dicuntur; verum prætereà constituti apparent 197
ad defendendum, & defendi curandum jura, & actiones ipsius Tutricis, ejusque nomine, ubicumque opus fuisset, comparendum, dicendum, & allegandum, quascumque lites, & Causas activas, & passivas cum quibusvis personis, & super quavis re, causà, prætensione, & negocio, agendum, prosequendum, mediandum, finiendum: & insuper ad locandum, & arrendendum omnia, & quæcumque Bona immobilia ubique existentia, quibusvis personis, prò quovis tempore. Prout etiam ad vendendum, & vendi faciendum quasvis merces, per quasvis personas, & prò quovis pretio ipsis Actoribus, & cuilibet ipsorum in solidum benè viso; & tandem, uno verbo, ad omnia, & singula negocia præpositi fuerunt, quæ ipsamet Antonetta Tutrix, & constituens facere poterat, ac debebat.

Ideòque, quemadmodum ipsamet Antonetta
tamquam Tutrix procul dubio habebat totam, 198
& universalem administrationem omnium bonorum pupillarium; ità quoque ambigi minimè posse videtur, quin eamdem plenissimam, &
generalem facultatem administrandi habuerint 199
etiam Actores, quos ipsa constituit, & quibus ipsa omnem ejus authoritatem, & potestatem amplissimè tribuit, & elargita fuit, ducto argu-
mento à pari, quod in jure validissimum reputatur, 200
ad *Text. in leg. non possunt, & leg. seq. ff. de legib., §. Rectè inst. mandati, Decian. cons. 31. num. 47. vol. 1., Grat. cons. 30. num. 31. vol. 1., Peregrin. cons. 9. num. 29. vol. 2., Everard. in topic. legal. loc. 10., Mascard. de probat. concl. 123. n. 4., Pacion. eod. tract. lib. 2. cap. 13. num. 10., Marc. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. fin. cap. 62., Franc. Vinc. comm. opin. 203. num. 19. cum seqq., ead. 255. num. 3. lib. 2., Alex. Raudens. Pisan. decis. 47. num. 55. part. 5., Marc. Ant. de Amat. dec. March. 21. num. 53.*

Si itàque universa Tutricis authoritas in omnes Actores translata fuit, & quidem in solidum, ut patet ex instrumenti verbis; si proptereà quilibet ex Actoribus virtute amplissimæ hujus facultatis constitutus dici debet Administra-
tor generalis ad omnia negocia; ex hoc utique 205
sequitur, quod non teneretur tantùm de exa-
ctis, sive de iis, quæ ad ejus manus pervene- 202
runt, & particulariter administravit, sicuti regu-

gulariter tenetur quilibet Administrator parti-
cularis, *leg. Tutoris 20. C.d. de neg. gest., Corn.*
cons.81. num.6. lib.4, Gratian. discept. for. cap.
665. num.23., Rot cor. Gregor. decis. 220. nu. 3.
& dec. 274. n.2., cor. Mislin. decis.150. num.2.,
cor. Penting. decis. 203. num. 13. post cons. Fari-
nacc. tom. 2. decis. 342. num. 2., in rec. dec. 155.
num.3. part. 19. tom.1., sed tenebitur de omni-
203 bus, juxta egregiam distinctionem *Bartoli* in
d. leg. Tutori, vel Curatori 20. Cod. de neg. gest.,
ubi generaliter loquendo de quolibet Admini-
stratore, quomodo teneatur, ità distinguit
= *Aut ab initio accessit, ut omnia gesturus, & de*
omnibus tenetur, aut non accessit, ut gesturus om-
204 *nia, sed ut gesturus quædam, & tunc aut alius*
fuisset gesturus omnia, nisi ipse accessisset, & tenetur
de omnibus, leg. si pupilli §. Videamus ff. de neg. gest.,
aut alius non erat gesturus, & tunc non tenetur,
nisi de his, ad quæ gerenda accessit =, & tenet
etiam *Add. ad gloss. in d. leg. Tutori, idemque*
Bartol. in d. leg. si pupilli §. Videamus ff. de neg.
gest., Corn. cons.81. num. 6. lib. 4, Ursell. verb.
Administrator *concl.56. num.118., & seqq., Rot.*
in rec. decis.470. num. fin. part. 1.

Licèt verò Dorel Senior tanquam Actor ge-
205 neralis ad omnia negotia deputatus teneretur
206 de omnibus reddere rationem, ideòque confi-
cere deberet inventarium, quod dicitur caput,
207 & fundamentum redditionis rationis, quo defi-
ciente, ratio reddi nequit, *Guttier. de tutel. par.3.*
cap.1. num.50., Munoz. de ratioc. cap.9. num. 2.,
clar. mem. Card. de Luc. de Tutor. disc 7. num.2.,
Calderon. decis. Pedem.147. num.22., Rot. coram
bo.me. Alex. 8. decis.101. num.1., cor. Bich. de-
cis.48. num.38., in rec. decis. 204. num.4. par.14.,
decis.42. num.10. inter impress. ad ornat. clar. me.
Card. de Luc. de donat., & in Romana redditio-
nis rationis 16. Januarii 1702. §. Dubitatum
enim fuit cor. clar. mem. Card. Caprara, nihilo-
208 minus obligatio isthæc conficiendi inventarium,
utpotè imposita Administratori illi, qui pro-
prio nomine, propriàque authoritate gerit ad-
ministrationem, hinc sequitur, quod Dorel Se-
209 nior, utpotè deputatus, & præpositus admini-
strationi, non quidem nomine proprio, sed no-
mine Antonettæ Tutricis, à qua fuerat consti-
tutus, novum inventarium conficere non tene-
210 batur, sed illi suffragari debebat inventarium
tutelare ab ipsa Antonetta confectum, ut de
Actore, qui gerit non nomine suo, sed nomine
Tutoris, & ejus periculo constituitur, quod
non teneatur facere inventarium, sed sufficiat
211 illud à Tutore esse confectum, cum Tutor per
eum gerat, per *Text. in leg. solet ff. de tutel., &*
leg. ita autem §. Gessisse ff. de Administr. tut.,
optimè firmat *Bartol. in leg. Tutor. qui reperto-*
rium num.2. ff. de admin. Tut. his verbis = *Sed*
quæro, quid de Actore: resp. Actor non gerit no-
mine suo, sed gerit nomine Tutoris, & ejus
periculo constituitur, leg. solet ff. de tutel. §. Et
ideò non est necesse, quod faciat inventarium, sed
sufficit, à Tutore esse confectum, Tutor enim per
eum gerit &c. =, & *Bartolum* communiter se-
quuntur *Balthas. Thomas. de Tutor. tit.13. n.127.*,
Montan. de Tutor. cap.32. reg.4. effect.5. num.19.,
Cornazzan decis.73. num.6., & bene *Rota in Bo-*
non. Redditionis rationis cor. Albergato impress.
post dissert.97. Paulut. decis.1. num. 5., & 6. in
2. part. tomi 1. ibi habens = *Absque eo quod*
Marchioni Camillo possit suffragari inventarium à
Matre, & Avia olim pupilli Tutricibus compila-
tum, quia antiquum inventarium relevat Tuto-
rem ab onere conficiendi novum, quoties ipse ad- 212
ministrat periculo, & nomine antiqui Tutoris, in
quibus terminis consuluerunt Doctores in opposi-
tum allegati; secus, si proprio nomine tutelam ge-
rat =.

Non idcircò tamen Dorel Senior non tenere-
tur conficere inventarium, excusari poterat à
confectione librorum rationis, quos quilibet 213
Administrator sive sit generalis, sive particula-
ris, sive publicus, sive privatus conficere om-
ninò tenetur, illosque exhibere in actu ratio- 214
num reddendarum, ad hoc, ut faciliùs unicui-
que, quod suum est, tribuatur, & reddatur,
cum adeò creverit malitia hominum, ut, si illi
in administrationibus ad solertem diligentiam
non excitarentur, sæpe Pupillorum, ac Vidua-
rum Bona dilapidarent, ideoque justâ ratione
optimum, ac necessarium prorsus dijudicatur,
demandare cuilibet Administratori hujusmodi
librorum confectionem, ut ità via dolis, ac
fraudibus, quantum fieri potest, præcludatur,
per ea, quæ latè tradunt *Roland. cons.49. nu. 24.*
lib.1., Beroius cons.128. num.11. lib.3., Menoch.
de Arbitr. cas. 66. in addit. num. 9., & cas.208.
num.19. cent. 3., Ursell. in verb. Administrator
concl. 56. num. 15., Gratian. lib. 1. discept. cap.
182. num. 30., Guttier. de tutel. par. 2. cap. 1.
num. 112., & part. 3. cap. 1. num. 54., & 60.,
Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1381. num. 8.,
clar. mem. Card. de Luc. de Tutor. disc.7. num.14.
& disc.17. num.6., Rot. cor. Ludovis. decis. 274.
num.2., in rec. decis. 540. num. 4. part. 1., ubi,
quod, licet prædicta jura, & DD. de Tuto- 215
re, & Curatore dumtaxat loquantur, idem est,
quoad alios quoscumque Administratores,
qui in redditione rationis Tutoribus, & Cura-
toribus æquiparantur, adeòut omnia præstare
debeant, quæ illi præstant, per *Text. in Cle-*
ment. quia contingit §. Ut autem ubi Vitalin. nu.
65. de relig. dom., Munoz. de ratioc. admin. cap.
10. num.1., Benamatus Stracc. in tract. de merc.
2. part. num.68., Gratian. discept. for. cap. 395.
num 28., & 37., & cap. 601. num.6., 17., &
24., Rot. cor. Amat. Dunoz. decis.585. num.2.,
& seqq., cor. Emerix Jun. decis.1203. num.23.

In quibus sanè libris adnotari debent dietim,
specialiter, nominatim, non autem in genere, 216
& insollè data, & recepta, debita, & credita
rationis administratæ, quidque in singulos
menses, & dies impensum, receptumque fue-
rit, cum expressione causæ, & personæ, cui
datum, solutumque fuerit toto tempore, quo
administratio duravit, ad hoc, ut ille, cui est
reddenda ratio, possit ex libris intelligere, &
agnoscere, si quid in ipsius rationibus sit omis-
sum, vel indebitè appositum, *leg. neminem*
Cod.

Cod. de suscept., *& ann. lib. 10.*, *leg. Apparitores*
Cod. de exact. lib. 10., *Rip. in leg. admonendi nu.*
116. ff. de jur. jur., *Bart. cons. 150. in fin. lib. 1.*;
Angel. cons. 277. num. 5., *Gozzadin. cons. 17. nu.*
17., *Malvas. cons. 113. num. 6.*, *& seqq.*, *Munoz.*
de ratioc. cap. 10. num. 1., *& 42.*, *& 47.*, *& seq.*,
Montan. de tutel. cap. 32. reg. 6. num. 6., *& 8.*,
Genua de script. privat. lib. 4. tit. de lib. Tut., *Cu-*
rat., *& alior. num. 3.*, *& 4.*, *& in tit. de lib. Ad-*
ministr. num. 3., *& seqq.*, *Urceol. consul. 55. nu.*
5., *Castald. consult. 207. num. 22.*, *& 23.*, *Rot.*
cor. Merlin. decis. 189. num. 2., *cor. Coccin. dec.*
2214. num 5., *coram Emerix Jun. decis. 1203. n.*
8., *in rec. decis. 111. num. 5. part. 7.*, *decis. 126. n. 8.*,
& 9., *decis. 410. num. 16.*, *& 17.*, *& decis. 473.*
num. 4., *& 5. part. 9.*, cum aliàs sinè hujusmodi
217 libris hoc modo confectis ratio benè reddita
dici nequeat, *Roland. cons. 49. num. 22. lib. 1.*, *Gut-*
tier. de tutel. part. 3. cap. 1. num. 63., *Add. ad*
Pamphil. decis. 97. num. 11., *Rot. cor. fan. mem.*
Alex. 8. decis. 101. num. 1.; Immò in genere as-
218 serere, se tantum expendisse, & se tantum re-
cepisse, non est reddere rationem, secundùm
Soccin. Sen. cons. 213. num. 4. vol. 2., *quem refert*
Paulut. differt. 97. num. 37. tom. 2. part. 2.; præ-
sertim, quando, ut in præseoti, non agitur de
219 exiguo, & tenui, sed de ingenti, ac divite pa-
trimonio, quâ sanè circumstantiâ concurrente,
neque locus esse potest illi relaxationi rigoris,
juxta quam aliquando Administrator admissus
fuit ad redditionem rationis, etiam sinè libris,
& inventario, ut animadvertit *Ursill. ad Afflict.*
decis. 360. num. ult., *& docet Rot. in Bonon. Red-*
ditionis rationis coram Albergato, impress. post dis-
sert. 97. Paulut. num. 14. tom. 2. part. 2.

An verò Dorel. Sen. hujusmodi libros, &
cum hac diligentia confecerit, ipsi viderint,
qui in partibus arcana hujus redditionis rationis
scrutari possunt, cum in facto de hoc specialis
ulla mentio non habeatur; satis tamen est, quod
ex huc usque dictis dupliciter resultet insubsi-
stentia rationum jam redditarum, primò scili-
cet, quia non fuerunt servatæ formæ, & solem-
nitates io hujusmodi actibus requisitæ, secundò,
220 quia non fuit de omnibus reddita ratio, prout
par erat, & generalem Administratoremdecebat.
Plura namque omissa fueruot, de quibus
infra docebitur.

Prima assumpti pars probatur, quia, si spe-
ctetur dispositio Juris communis, ad hoc, ut ri-
tè, & rectè dici posset reddita ratio, non solùm
221 eligi debebant Periti Calculatores pro dispun-
ctione partitarum introitus, & exitus; exhiben-
dique erant libri, cum tempore, & causâ ex-
pressa, solvendus reliquatus, & denique adim-
plenda cetera præscripta in *leg. cum Servus 81.*
ff. de cond., *& demonstr.*, *leg. si ita fuerit 13.*
§. Quæstio ff. de manum. testam., *leg. non solùm*
9. § Is qui reddere ff. de lib. leg., *leg. boves 89.*
§. Inter reddere ff. de verb. signif., *Cravett. cons.*
231. num. 2., *Guttier de tutel. part. 3. cap. 1. n. 28.*,
Afflict. decis. 157. num. 2., *Rot. cor. Gregor. de-*
cis. 554. num. 2., *cor. Dunoz. Jun. decis. 873. n. 1.*,
cor. Arguell. decis. 37. pariter num. 1., verùm

etiam intervenire debebat Decretum Judicis, 222
qui super causa, ac partitarum justificatione
cognosceret, per *Text in leg. magis puto §. In pri-*
mis ff. de reb. cor., *Ancaran. cons. 330. num. 6.*,
& 7., *Paris. cons. 89. num. 58.*, *& 63. lib. 1.*,
Rimin. Jun. cons. 338. num. 83. usque in fin. lib. 3.,
Rot. cor. Cavaler. decis. 225. num. 5., *in rec. de-*
cis. 111. num. 8., *& seq. part. 18. tom. 1.*

Certiùs, quia hæc eadem agendi ratio, mo-
dus, & forma servata fuit cum D. Thoma Peil
altero ex Actoribus ab Antonetta Tutrice
deputato, qui cum bona per triennium admini-
strasset, & inde operâ, ac suasione ejusdem Do-
rel fuisset absque facto Judicis remotus, tan-
dem fedelem, & exactam de omnibus reddidit
rationem, idque actum fuit, electis binc inde
Peritis, & prævia librorum exhibitione, ac par-
titarum dispunctione; ideoque, si aliquid dispo-
sitioni juris, si aliquid exemplo est defereodum, 223
non est, quid ultra quæratur de insubsistentia ra-
tionum redditarum à Joanne Baptista Dorel Se-
oiore; cum enim in eis Periti non fuerint electi,
de partitarum dispunctione, ac librorum exhi-
bitione non constet, Judicis verò Decretum non
appareat, profectò superlativè probata videri
potest earum invaliditas, nulla quippe videtur
assignabilis ratio, cur potiùs d. solemnia servari
deberent in ratione reddita per D. Thomam Peil,
quàm in illa d. Joannis Baptistæ Dorel Sen.,
quando uterque eodem Actoris munere funge-
batur, eâdemque administrandi authoritate
pollebat, imò D. Joannes Thomas Peil brevio-
ri, & noo adeò longo tempore administravit,
sicuti præfatus Joannes Baptista Dorel. Sen., 224
unde eò rigorosiùs cum eo procedendum vide-
batur, quò major, atque diuturnior fuerat Bo-
oorum administratio.

Ex quo corruit etiam responsio, quod hujus-
modi solemnia non essent necessaria, eò quod 225
non ageretur de nuda assertione redditæ ratio-
nis, sed de vera, & reali solidatione computo-
rum factâ, præviâ dispunctione dati, & recepti,
cum exhibitione computi, & solutione reliqua-
tus; quia, cum immò de his omnibus non con- 226
stet, nisi per solam confessionem, & nudam as-
sertionem Antonettæ Tutricis, hinc est, quod
D. Jo: Baptista Dorel Sen. liberatus per illam di-
ci nequibat à redditione rationis, cum ad hunc
effectum sola confessio, & nuda assertio Tutri-
cis non sufficeret, sed requireretur factum
ipsum, idest exhibitio, & traditio voluminum, 227
cautionum, instrumentorum, & ceterorum
omnium ad tutelam pertinentium, offerendo
actualiter rationes legendas, permutandas, & 228
dispungendas, non confusè, & insollè, sed ex-
plicitè, & distinctè, &, quidquid reliquum es-
set, solvendo; hæc enim singula si non concur-
rant, Administrator non dicitur bonam, & ve-
ram, ac rectam rationem reddidisse, & propte-
rea iterum poterit conveniri, etiam non atteoto 229
juramento, & quolibet alio pacto, ac conven-
tione, ad *Text. in d. leg. cum servus 81. ff. de*
cond., *& demonstr.*, *leg. si quis ex Argentariis*
§. Rationem ff. de edend., *Ancaran. cons. 330. n. 4.*

Soccin. Sen. conf.159. num. 11., & 12., & conf. 190. num.3., & 4. lib.2., Roland. conf.49. n.50., & seqq. lib.1., Riminald. Jun. conf.338. num.31., & seqq., & num.57. lib.3., Gutier. de contr. jur. part.1. quæst.40. num.7. usq. ad 26., Gratian. discept.563. num.30., & seqq., Munoz. de ratioc. cap.2. num.5., & cap.40. num.6. usq. ad 18., & iterum priùs cap. 5. num. 10., Guttier. de tutel. part.3. cap.1. num.220., & seqq., Rot. cor. Ludovis. decis.554. num.2., cor. Pen. decis.1310. n. 2., & per tot., cor. Baratt. decis. 329. num. 2., & 3., cor. Peuting. decis.485. num. 15., cor., Put. decis.7. num.1., & seqq. lib.3., post Zacch. de societ. offic. decis. 24. num. 1. 2., & 3., in rec. decis.379. num.2. part.2.

Si verò spectetur Jus municipale Regni Siciliæ,
230 quod comprehendit etiam Insulam Melitæ, &
de quo fit mentio in *decis. 260. num. 7. Afflicti*,
ubi *Ursell. num. 4.*, & *a Joan. Angel. Pisanell.*
ad eamdem decisionem, præter, alia defecisse vi-
231 detur authoritas, & præsentia legitimà Mun-
dualdi, in contractibus Mulierum à d. lege
municipali requisiti, nam, licèt adfuerit D.Ca-
nonicus Ducosso frater ejusdem Antonettæ Tu-
tricis, attamen, cum ille esset alter ex Actori-
232 bus ab ipsa Tutrice in solidum deputatis, nullo
pacto videtur capax fuisse habilitandi, & autho-
rizandi personam Mulieris in isto actu, quia
agebatur etiam de suo interesse, & commodo,
propter quod non præsumitur mulieri sanum
præbuisse consilium, prout de facto experientia
docuit, & idcirco, si d. D.Canonicus Ducosso,
tamquam habens interesse in actu, de quo age-
batur, non potuit intervenire, uti Mundual-
233 dus, quia lex illa intelligitur de illis Propin-
quis, & Consanguineis, qui non tractant de
propriis commodis, ut benè explicat *Ursell. ad Afflict. cit. decis. 260. num. 13., & tradit Rot. decis.241. num.21. part.7. rec.*; hinc etiam perspicua resultabat nullitas, & inefficacia instrumenti absolutionis, & quietantiæ.

Parvique refert id, quod dicitur pro excludendo hujusmodi interesse, & commodo à persona d. D. Canonici, quod nempe ipse ab administratione se abstinuit, & aliqua tantùm
particularia negotia gessit; nam, omisso, quod,
234 etiamsi D. Canonicus nihil penitus unquam de
iis, quæ ad administrationem pertinerent, attigisset, nihilominus de suo interesse satis constare diceretur, dum certum est, quod quilibet Administrator tenetur in solidum prò indemnitate Principalis, per *Text. in leg. 2., & 3. Cod. de Administr. Tut., Bald. in leg. 1. num. 8. in fin. quæst.2. vers. quædam est divisio Cod. de transact., Jason. d. leg.1. num.7. vers.2. casus col.2. in princip. Cod. de transact., Fulgos. cons. 134. col. 2., Cuman. cons. 24. col. 2. vers. & in hanc partem, Cavalcan. de Tutor. num. 15., Guttier. de tutel. part. 1. cap.17. num.8., Rot. coram Emerix Jun. decis.1341. num.12.*, Id, quod in nostro casu om-
235 nem removet difficultatem, est, quod in in-
strumento deputationis cuilibet Actori data
fuit expressè potestas in solidum administrandi,
236 quo sanè casu, quia tam Administrator, qui
gessit, quàm qui non gessit, potest simul prò
redditione rationis, & reliquorum solutione
conveniri, cum unusquisque eorum teneatur
de gestis à Coadministratore, *juxta Textum in leg.2. Cod. de divid. tut., Bartol. in leg.1. §. Sed si duo ff. depositi, & in leg. si plures num.1. ff. de curat. bon. dand., Peregrin. cons.72. num.30. lib.1., Surd. cons.170. num.11., Munoz. de ratioc. cap. 4. num.12. vers. tali enim casu, Guttier. de tutel. & cur. cap.15. num.1., & seqq. part.1., Boer. decis. 59. num.2., Rot. coram Cels. decis.189. nu.9., & 10.*; evidens, & apertum redditur interesse,
& commodum D. Canonici, cujus procul du- 237
bio intererat, Joannem Baptistam Dorel libera-
ri, quia aliàs ipse quoque prò hujusmodi reddi-
tione rationis pulsari, & molestari poterat.

Nec retragatur replicatio, quod, cum actus
liberationis factæ ab Antonetta Tutrice esset ne- 238
cessarius, opus proinde non erat præsentiâ, &
authoritate legitimi Mundualdi, ad formam d.
legis municipalis Siciliæ, non comprehendentis
hujusmodi actus necessarios; Animadvertendum 239
namque est, quod instrumentum liberationis,
de quo agitur, non continet simplicem, & nudam quietantiam, quæ considerari possit tanquam actus consecutivus ad redditionem rationis, sed illud præfert etiam illam talem rationem, quæ à Joanne Baptista Dorel Sen. reddita
dicitur, ac propterea, cum hæc procul dubio
esset dolis, & fraudibus subjecta, præsertim 240
cum redderetur mulieri, quæ facillimè de-
cipi poterat ob sexus, imbecillitatem, uti-
que pro actu necessario haberi non valet, cum 241
talis ad effectum, de quo agitur solum, repu-
tetur ille, qui nec dolis, nec fraudibus repe-
ritur obnoxius, prout sunt actus illi, qui ipso
jure sequuntur, & ab ipsa lege proveniunt; 242
non enim ob aliam rationem actus hujusmodi
exempti dicuntur ab omnibus solemnitatibus, 243
nisi quia immunes censentur à quocumque do-
lo, & fraude, quà cessante, cessat etiam ratio,
ob quam leges, & statuta hujusmodi solemni- 244
tes præscripserunt, & idcirco omnes DD. in
contrarium adducti loquuntur, quando nulla fraus, vel dolus, sive læsio, aut præjudicium Mulieris considerari posset, ut pro omnibus videre est *Rocc. episc. Isclan. disp. jur. sel. cap. 182. a num.31., & plurib. seqq.* in contrarium allegatus, qui alios refert.

At aliter res se habet in casu nostro, quando-
quidem actus, de quo agebatur, tum spectatà
substantià, & intrinsecà qualitate ipsius, tum
inspectà personæ, cui ratio reddenda erat, nedum
nullo pacto immunis dici poterat à fraudibus, 245
& iniquis circumventionibus, verùm illis ma-
ximè obnoxius reputari debebat, & propterea
in illo magis, quàm in ullo alio actu oportebat
adhibere statutarias solemnitates, utpotè quæ
ad id præcisè inventæ, & præscriptæ fue- 246
runt, ut scilicet præcluderetur via dolis, &
fraudibus, & per interventum Judicis, vel alicujus Proximioris consultum foret indemnitati Mulierum, & Minorum in illis contractibus, in quibus etiam læsio, & qualecumque præjudi-

dicium poterat intervenire, ad tradita per *Rot: in Fanen. donationis* 10. *Decembris* 1698. *§. bisque subdebatur cor. Emo D. Cardinali della Tremoille, quæ reperitur impress. in Mantiss. ad Card.*
247 *de Luc. super conflictu legal. decis.* 10. *num.* 27. *tom.* 16., verè igitur, meritòque in hujusmodi liberationibus, quæ fiunt à Minoribus, & Mulieribus tamquam dolis, & fraudibus subjectis Statuti solemnitates servari debere, latè docuit *Gross. de contr. minor. insp.* 3. *quæst.* 18., *D. Advocat. Constantin. ad Stat. Urb. annot.* 44. *art.* 5. *num.* 438., *& firmavit Rot. decis.* 145. *num.* 4. *part.* 3. *recent.*, *& decis.* 291. *num.* 8. *part.* 18. *tom.* 1.

Altera assumpti pars, quæ versatur circa substantiam redditionis rationis, videlicet, quod ea non fuerit benè, nec integrè reddita, probatur nedum ex oculari inspectione, & dispunctione partitarum dati, & recepti, quorum ratio non quadrat, aliarumque ingentium summarum per d. Dorel exactarum, de quibus nulla fit mentio in calculo, seu computo rationum,
248 proindeque creduntur justà ratione in propriam utilitatem ab ipso conversæ ob præsumptionem contra ipsum consurgentem ex eo, quod constet de exactione dd. summarum, nullaque ratio de eisdem reddatur, benè *Soccin. cons.* 190. *sub n.* 2. *vers. quarto quia vol.* 2., *Paulut. dissert.* 97. *num.* 75. *tam.* 2. *part.* 2., *Rot. decis.* 90. *num.* 1. *part.* 6. *rec. & coram Ottbob. decis.* 144. *num.* 6., ubi, quod ea præsumptio oritur, quotiescumque constat de
249 culpa, & negligentia, ac de non recta, minusque fideli administratione, *Guttier. de Tut. part.* 2. *cap.* 1. *sub num.* 13., *& num.* 15., *&* 18., *Gratian. discept.* 28. *num.* 2., *&* 3., *Afflict. dec.* 207. *num.* 4., *Cacheron. dec. Pedem.* 59. *num.* 22., adeò-
250 que rigidè proceditur, ut Administrator obligetur Pupillo ad interesse, ac si eas pecunias in alium usum, quàm proprium convertisset, *leg.* 4. *§. fin. ff. de fidejuss. Tut.*, *Gratian. discept.* 71. *tom.* 1., *& seqq.*, *& discept.* 140. *num.* 35., *Leotard. de usur. quæst.* 28. *num.* 19., *Paulut. dissert.* 97. *num.* 76., *Mart. vot.* 138. *num.* 4., *Sperell. decis* 90. *num.* 13., *Rot. cor. Cels. decis.* 188. *num.* 8., *post d. dissert.* 97. *Paulut. decis.* 2. *num.* 16., *& decis.* 3. *num.* 2., ubi, quod idem
251 procedit etiam in heredibus Administratorum.

Verùm præterea magis perspicuum redditur ex eo, quod, licèt Dorel senior constitutus fuis-
252 set in solidum Actor generalis ad omnia negocia, & consequenter de omnibus teneretur reddere rationem, ut suprà luculenter fuit demonstratum: nihilominus plura Bona, & quidem considerabilis summæ omissa fuerunt, de quibus nulla penitus ratio reddita fuit, inter quæ, prætermissis iis in tutelari inventario descriptis, & de quibus pariter nulla fuit habita ratio in computorum redditione, maximà notà digna videntur illa, quæ dicuntur fundacalia valoris scut. 10000., & ultra; ista namque Bona, ut à Peritis dictum fuit in redditione rationis tactà à D. Thoma Peil, omissa fuerunt, & in inventario non descripta *per disquido*, ut ibi dicitur, seu
253 per inadvertentiam, debebat igitur Joannes Baptista Dorel Bona ista fundacalia tunc temporis reperta, & à præfato D. Thoma Peil relicta in ejus discessu noviter addere, & in inventario describere, prout exposcit cujuslibet generalis
Administratoris obligatio, aliàs dicitur esse in 254
dolo, propter quem contrà ipsum jurari potest in 255
litem, *Bartol. in l. tutar qui repertarium num.* 21. *ff. de admin.*, *& peric. tut.*, *Guttier. de tutel. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 27., *& part.* 3. *cap.* 1. *n.* 49., *Muntan. de tut. cap.* 32. *effect.* 5. *num.* 33., *& seqq.*,
ubi, quod puniri debet in duplum rei non de- 256
scriptæ in inventario, *Mascard. de probat. vol.* 3. *concl.* 1391. *num.* 1. *usq. ad* 4., latè firmavit *Rota in Romana annuæ præstationis* 26. *Martii* 1703. *§. Neque hujusmodi cor. Illmo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, *& in Romana pecuniaria*, *seù lucorum montium* 11. *Junii* 1706. *§.* 60., *& in ejus revocatoria* 3. *Junii* 1707. *§. Eòque libentiùs cor. Rmo Molines Decano.*

Sed tantum abest, ut præfatus Dorel Senior Bona illa in inventario Tutelari noviter addiderit, aut descripserit, ut immò de ipsis in redditione suarum rationum nullam præbeat notitiam, & tamen se tueri non valet sub prætextu
ignorantiæ eorumdem bonorum, quia, ipso præ- 257
seute & authorante, fuit reddita ratio à d. Peil, à quo eadem Bona fuerunt omissa, & in ipso instrumento per Peritos adnotata, nemo enim al-
legare valet ignorantiam eorum, quæ ipse vi- 258
dit, & audivit, & coram ipso facta sunt, *Can. hoc videtur* 22. *quæst.* 5., *gloss. in leg. si Tutor Cod. de peric. Tut.*, *Soccin. in tract. fallent. verb. Ignorantia fallent.* 5., *Barbos. axiom. jur. lib.* 17. *cap.* 13. *axiom.* 9., *Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 23. *num.* 72.

Sed quid in re non dubia argumentis utimur non necessariis? Post dimissam namque administrationem à supradicto Peil, ipse Dorel hæc
eadem Bona administravit, ideòque citrà du- 259
bium de eis rationem reddere tenebatur, cum
certi juris sit, quod, etiamsi dicta Bona non ad- 260
ministrasset, teneri potuisset de neglectis, sicuti regulariter tenetur quilibet Generalis Administrator, *ad text. in l. quidquid Cod. de Arbitr. tut. §. Tutores inst. de oblig. quæ ex quas. contr.*, *Cancer. var. resol. cap.* 7. *num.* 170. *lib.* 1., *Guttier. de Tutar. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 96. *&* 100., *Fontanell. dec.* 547. *num.* 6. *lib.* 2., *Rata cor. Emerix jun. dec.* 2203. *num.* 17., *& decis.* 1328. *num.* 10.

Accedit his, quod in computo rationis redditæ per præfatum Dorel adnotatur partita ad sui creditum prò pensione Domus locatæ ad conservandum merces, aliaque bona recuperata ex naufragio navis mercantilis prò quarta parte spectantis ad hereditatem dict. quond. Spiritus Gorgioni, & cum dict. Dorel in societate retentæ ac etiam alia partita pecuniarum solutarum R. P. Bartholomæo N., qui tamquam mediator se interposuit prò liberatione illarum mercium postea obtenta ab Excellentiss. Pro Rege Siciliæ, & tamen de Bonis istis recuperatis, & in ista domo conservatis nulla fit mentio in redditione rationis dicto Dorel, & ad cujus manus pervenerint, adhuc ignoratur.

Posito igitur, quod in facto tum hæc omnia,
tum pleraque alia, quæ contra rationes red-
ditas à Dorel opponuntur, perspicuè, & con-
cludentissimè justificentur, ità ut nullo etiam
emendicato coloris fuco dissimulari valeant,
prout constanter asseritur in facti informatione
mihi transmissa, in hanc sententiam venio, con-
261 trariam alioquin secuturus, si probationes quo-
quomodo turbidæ, & illiquidæ essent, ea enim,
quæ in facto supponuntur, si vera sunt; quis-
nam recto sensu præditus opinari unquam po-
terit, quod rationes à Dorel Seniore fuerint
benè redditæ, si hæ, præter insanabilem defe-
ctum solemnitatum, quo laborant, pluribus, iis-
demque gravissimis redundant erroribus, &
omissionibus, non sinè dolo, & culpa ejusdem
262 Dorel Senioris, qui vel omnia, prout debebat,
administravit, & de omnibus tenebatur redde-
re rationem, vel, si quæ omisit, eaque non ad-
263 ministrando neglexit, & de neglectis teneba-
tur, ut paulò superiùs firmatum est, ideòque
rem perstringendo, videtur à primo ad ultimum,
dictum Dorel Sen. tam iu administratione,
quàm in redditione rationis plurimùm defecis-
se, ex quibus sanè præcipuis, atque substan-
tialissimis defectibus, qui suprà enumerati sunt,
sicuti convincitur invaliditas, & insubsistentia
264 rationum ab ipso jam redditarum, ità quoque
locus fieri videtur novæ redditioni rationis, per
quam reparari possint damna, & præjudicia,
quæ aliàs ex prima redditione rationis Pupillis
obvenisseut.

Jam verò, constabilito ex hue usque dictis,
quod Dominus Joannes Baptista Dorel Junior
teneatur ex persona Joannis Baptistæ Dorel Se-
nioris ejus Patrui novam reddere rationem,
parùm urgent argumenta in contrarium de-
ducta: & quidem nil turbat, quod uempè ra-
265 tio semel reddita, amplius reddi non debeat, si-
quidem hoc procederet, quando ratio fuisset
legitimè reddita, sed cum in hypothesi constet,
ex hactenus dictis, eam non fuisse redditam ser-
vatis servandis, pluresque graves errores, & re-
levantes omissiones intervenisse, locum ibi
266 vindicare nequit regula illa superiùs tradita, sed
rationes semel malè redditæ, iterum sunt red-
dendæ, ut colligitur ex *textus in leg. cum ser-
vus ff. de condition., & demonstr., & consu-
luit Ancarau. cons. 330., Castrens. cons. 342.
per tot. lib. 1., Dec. cons. 110. in fin., Guttier.
de tutel. part. 3. cap. 1. num. 116., cum aliis re-
latis per Rotam coram Card. Mautic. decis. 258.
num. 4.*

267 Prout nec illud officit, quod, constito etiam
de errore, non id circo tota ratio sit revidenda,
ne dentur processus in infinitum, sed corrigen-
dus solummodò erit error commissus, ut adver-
tunt, *Escobar. de ratioc. cap. 41. n. 30. in fin. vers.
advertendum, Balduc. ad Ramon. dec. 85. nu. 20. to.
4., Rota coram Peuting. decis. 261. num. 4.*, nisi
268 liquidò constet de dolo vero Administratoris, &
quidem de jure punibili, quo alioquin deficien-
te, computatio retractari non valet, *Sebell. rcsol.
94. num. 11., Beltram. ad Gregor. decis. 536. nu.
5., Balducc. ad Ramon. dict. decis. 85. num. 21.
tom. 4., Rota coram Cer. decis. 1. num. 6. & 7.,
coram Peutinger. decis. 261. nu. 9. & 10., in rec.
decis. 112. num. 12. part. 14.*, quoniam in hypo-
thesi rectè dici potest, Joannem Baptistam Dorel 269
Seniorem dolo non vacare, utpotè qui resulta-
re videtur tum ex pluribus partitis erroneis,
mendosis, & non correspondentibus, *Soccin.
sen. cons. 213. num. 4. lib. 2., Farinacc. cons. 96.
num. 17. lib. 1., & cons. 114. num. 16. lib. 2., Cost.
de jur., & fact. ignor. insp. 6. in respons. num. 28.*,
tum ex lata illa culpa, quam incurrere dici- 270
tur, qui alienas res dissolutâ quadam negli- 271
gentiâ, & improvidentiâ vel negligit, vel dis-
simulat, juxta *text. in leg. fidejussor. 29. in prin-
cip. ff. mandati, Tusch. lit. C. conclus. 1092. nu.
2., & litt. D, conclus. 576. num. 1. & seqq.,
Farinacc. quæst. crim. 88. num. 67. & 70., Mi-
chelor. de fratr. part. 2. cap. 46. nu. 9., Pax Jord.
Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 13. num. 161.*, tum deni-
que ex eo, quod quis non eodem modo curat 272
res alienas, quo proprias solet, *text. in leg. quod
Nerva ff. depos., & ibi gloss. in verb. nam & si
quis* = Hoc enim casu urget, & fraudis suspicio,
ut talis incuriositas dolo comparanda, vel do-
lo proxima, vel etiam dolus ipse censeatur, *Cal-
vin. in lexicon verbo culpa latior, Bertachin. in suo
repert. verb. culpa levis num. 4., Tusch. lit. D,
concl. 576. num. 15., Moutan. de tutel. cap. 36. reg.
3. num. 6., & reg. 8 num. 11.*

Respondetur prætereà, quod hujusmodi ob-
jectum nequit absolutè procedere, quia, cum 273
rationis redditio sit quid individuum, non po-
test prò parte reddi, & prò parte non, & ideò
malè reddita in parte, iterum in totum redden- 274
da erit, eà ratione, quia error in parte dete-
ctus totius redditionis suspectam reddit verita- 275
tem, sicuti enim in ea fuit erratum, ita & in
aliis errari potuit, proindèque justam præ-
bet causam reiterandæ rationis in totum, argu-
mento *textus in leg. cui fundus ff de condit., &
demonstrat., Bald. in leg. si plures num. 17. Cod. de
cond. insert., Soccin. jun. cons. 132. num. 11. vers.
sic etiam lib. 3., Crav. tt. cons. 386. num. 15. vers.
eodem spectat, Cephal. cons. 508. num. 35. vers.
quod confirmatur, Menoch. de arbitr. lib. 2. cent.
3. cas. 209. num. 30. & seqq., Rota cor. Ludovis.
decis. 79. num. 2. vers. eò minùs, in rec. decis. 1. nu.
11. vers. unde etiam part. 6., decis 111. num. 7.
vers. regulariter enim part. 7., & optimè decis.
436. num. 15. part. 9. tom. 2., & decis. 213. num.
11. part. 18. tom. 1.*; idque verò si procedit, sivè
error sit dolosus, sivè non, *Rot. coram Ottobo-* 276
no decis. 25. num. 26. & 27., quantò fortiùs urge-
bit in casu nostro, in quo, ex deductis, Dorel Se-
nior. dolo, vel culpâ non vacat?

Minùs officit, quod ratio fuerit reddita Per-
sonæ legitimæ, & juxta formam statuti; quia,
hoc etiam concesso (quamvis contrarium supra
latè sit demonstratum) attamen liberatio nihil
prodesset, ex quo supponitur in facto, quod
computa fuerunt calculata, & liquidata pro-
certâ

certâ summâ, cum tamen verè, & realiter probetur, valorem Bonorum administratorum ascendere ad summam longè majorem, ob quam
diversitatem summarum cum læsio Pupillis inferatur, idcircò, sivè fuerit per dolum, sivè per
277 errorem semper competit actio ad iterum petendam redditionem rationis, seù officium Judicis ad talem calculationem retractandam, &
denuò repetendum, quod sibi debetur, tametsi
quietatio fuisset jurata, & generalis, & cum
Decreto Judicis, atque cum clausula ex certa
278 scientia, & similibus; Immò, etiamsi facta fuisset per modum syndicationis, nihilominus, constito de magnitudine, & relevantia erroris,
iterum ratio reddenda esset, saltem ex natura-
279 lis æquitate, quæ prohibet, ut nullus cum
aliena jactura locupletetur, leg. nam hoc natura ff. de cond. indeb., Thob. nov.cons.63. num.19.
& seqq., Roland. cons.49. num.62. usque ad 66.,
& seqq. lib.1., Gratianus discept. for. 761. num.
4. 5. & 6., Antonell. de tempor. leg. lib. 2. cap.
77. num. 6. & 7., Munoz. de ratioc. Administr.
cap. 4. num. 4. usque ad 30., cap. 5. num.10., &
cap.40. num.13. usque ad 17., & cap.41. nu.12.,
ubi ità judicatum fuisse, testatur Thesaur. decis.
74. nu. 6. & 7., Et appositè Rota coram Ottbob.
decis.25. a num.26. usque ad 29. ibi = Et prate-
280 reà cum ex relatione Periti posteà electè constiterit de gravi errore primæ redditionis rationis, poterat Tutor compelli ad reddendam iterum rationem, sivè error sit dolosus, sivè dolo careat, etiamsi
quietantia haberet fomentum solemnitatum Statuti, & Decreti Judicis desuper interpositi, & cujuslibet pacti, quia semper datur retractatio saltem ex officio Judicis, & ex naturali æquitate,
ne quis cum aliena jactura locupletetur.

Qua de re nullam meretur animadversionem pactum, quod inter Partes fuit initum, &
in instrumento liberationis appositum, ut scilicet talibus calculis perpetuò staretur; ità quod
adversus illos nullo modo veniri posset, etiam
281 sub prætextu erroris; quoniam, tali pacto non
curato, liberatio irritatur, & retractatio erroris conceditur eo ipso, quod apparet, fuisse erratum in calculis, quia tunc omnes stipulatio-
282 nes, conventiones, renunciationes, & pacta
in quietationibus facta eodem errore laborare
dicuntur, imò fallacia & fraudolenta censentur; ut notavit Paris. cons. 89. num.39. usque ad
51. lib. 1., ubi ampliat, pactum istud de non
283 contraveniendo non afficere, quamvis esset geminatum, Covaruv. lib.2. var. resol.cap.4. num.
3. & 4., Munoz. de ratioc. Administr. cap. 41.
num. 32. usque ad 37., Rota inter consil. Crim.
Farinacc. decis.101. num. 30.

Ob quam rationem parvi faciendum videtur
etiam pactum cassationis scripturarum opposi-
284 tum, quia illud, sicut & cetera alia pacta, ut
mox firmatum est, præsumitur fraudolentum,
285 & censetur appositum ad supplantandum Pupillos, ita præcludendo omnem viam novæ redditioni rationis, ideoque non est attendendum;
præsertim, quia hujusmodi quietatio non fuit facta ab homine callido, & sagaci, ac in negotiis,
& rebus propriis accurato, sed à muliere inscia, 286
ac prorsus ignara, quæ facillimè decipi, & cir-
cumveniri potuit, & propterea illi leges maxi- 287
mè favent, Roman. cons. 89. num.39., Covaruv.
lib. 2. var. resol. cap. 4. num. 3. & 4., Guttier.
de jur. confirm. part.1. cap.23. num.3., Damhouder. de Tutor. fol. 100. cap. 1. de Tutor., & Curat. liberat., Munoz. de ratioc. administr cap.41.
num.34. 35. & 36., Rota coram Seraphin. decis.
684. num.1., & seqq.

Quò verò ad exhibitionem librorum, & scri- 288
pturarum concernentium administrationem, &
sinè quibus ratio iterum reddi non potest, cum
reverà præsumptio stet contrà Magdalenam, 289
ut scilicet illæ post redditam rationem fuerint
restitutæ, & penes ipsam præsumantur adesse,
idcircò vel debet ipsa contrarium probare, vel 290
prædictos libros, & scripturas exhibere, si novam rationem ab herede Administratoris sibi
reddi prætendit, aliàs ab hujusmodi petitione
rejicietur, quia propter retentionem librorum 291
redditio ratinnis redditur impossibilis, Toudut.
quæst. civil. part. 1. cap. 68. num. 29., Angel. de
confess. lib. 2. quæst. 7. eff. 15. num. 5. cum seq.,
Rot. cor. Dunoz sen. decis. 253. num.15., decis.4.
num.14., & 15., & decis.5. num. 19. post differt.
97. Paulat. tom. 2. part. 2., in Viterbien. legitimæ 4. Maii 1694. §. Et eò fortiùs cor. clar. mem.
Card. Caprara.


Ceterùm ab exactâ, & diligenti redditione
rationis excusari nequibat Jo:Baptista Dotel Se- 292
nior ex eo, quod fuerit Conjunctus; nam, quidquid esset, si tanquam Consanguineus, & jure
familiaritatis administrasset, aliter res se habet
in casu nostro, in quo administravit, ut Actor,
& uti talis tenebatur diligentem, & exactam
reddere rationem, secundum Succin.sen. cons.46.
col. 1. lib. 1., & cons. 213. per tot., & præsertim
sub num. 2. vers. quæ Decisio vol. 2., Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 6. gloss.6. n.29.,
Guttier. de tutel. part. 3. cap. 1. num. 67., Montan. de tutor. cap. 38. num.68., Paulut. dissert.97.
num. 133., & 134. tom. 2. part. 2., ubi etiam,
quod sub prætextu consanguinitatis Administra- 293
tor non excusatur, quin librum rationum conficiat, & ritè contectum retineat, in eoque omnia data, & recepta adnotet, & scribat, Montan. de tutel. cap. 32. reg. 8. effect. 5. num. 14.,
Gennen. de script.privat. lib.4. tit.de libr. administr. sub num.8. vers. animadvertendum, Farinacc.
in fragm. verb. Administrator num. 152.

Et denique non obstat lapsus 50. annorum, 294
quodque agatur contra heredem de omnibus
inscium, & malè informatum, quia respectù inscitiæ, & ignorantiæ heredis, illi satis consul- 295
tum remanet ex libris, & scripturis concernentibus administrationem, quæ vel sunt apud
ipsum, vel exhibendæ erunt à Magdalena; quò
verò ad lapsum adeò diuturni temporis, cum 296
ille non sit aptus ad præscribendum, ut suprà
indicatum fuit, ex auctoritate Rotæ in Faventina redditionis rationis 20. Martii 1705. §. Non
obstat, & seq. cor. Illmo Scotto, & iterum in eadem Faventina redditionis rationis super reservatis.

tis 22. Junii ejusdem anni §. Ceterum cor. eodem,
297 hinc, positâ certa, & evidenti probatione erro-
ris, eum quo supposito semper procedendum
esse, jam supra monui, & modò iterum inculco,
298 quicumque temporis lapsus, quamvis etiam lon-
gissimus nullo pacto efficere poterit, quominus
error ille, de quo concludentissime docetur,
revideri, & retractari debeat.

Tempus namque illud nil aliud agit, quàm
299 inducere titulum, & colorem quemdam, per
quèm sive heres, sive quilibet alius, qui prò
novà redditione rationis convenitur, constitu-
tus dicitur in bonà fide, ad quam evertendam
300 non sufficit errorem ostendere per cujuscum-
que generis probationes, sed ea requiruntur
clara, & convincentia documenta, quæ proba-
tionem ullam in contrarium non admittant,
quibus sanè perspicuis documentis probato erro-
re, protinus evanescit quælibet præsumpta bona
fides, quæ oriri potuit ex lapsù temporis, ideo-
301 que mirum non est, si, tali concurrente probatio-
ne, error calculi, quamvis esset acceptatus, potest
semper, & quandocumque deduci, non attento
quovis temporis lapsu, qui veritati præjudi- 302
cium afferre nequit, juxtà *Text. in l. unica C. de
error. calcul, Bartol. in l. Aurelio §. Cajus ff. de
liber. leg., Rum. cons. 71. num. 4. lib. 4., Soccin.
cons. 190. col. 3. lib. 2., Munoz. de ratioc. Admi-
nistr. cap. 41. num. 5., Menoch. de arbitr. Judic.
cas. 209. num. 29., Rot. cor. Merlin. decis. 462.
num. 2., cor. Duran. decis. 259. num. 11., cor.
Carill. decis. 182. num. 4., & 5., cor. Mantic. de-
cis. 298. in fin., in recent. decis. 393. nu. 3. part. 4.,
& decis. 95. num. 7. part. 16.*

Atque ita, suppositâ semper clarâ, & inelu-
ctabili probatione erroris, cogi posse D. Joan- 303
nem Baptistam Dorel juniorem ad iterum red-
dendam rationem D. Magdalenæ, sive ejus Cu-
ratori, eique non obstare rationem jam reddi-
tam à Joan. Baptista Dorel seniore Antonettæ
Matri, & Tutrici, neque liberationem ab illà
obtentam, in hoc tertiò, & postremo Dubio juris
esse censeo.



IN-

INDEX RERUM

Quæ in hoc Volumine continentur.

A

Præ-

ADMINISTRATOR.

Ali-

Præ-

GA-

C

CADUCATIO.

CADUCITAS.

CAMBIUM.

Cen-

CENTENARIA.

CEDERE.

CESSIO.

In

CLERICUS.

COADMINISTRATOR.

COGNOMEN.

COLONUS.

COMMENDA.

Con-

Con-

DE-

Do-

DUBIUM.

E

Si

De

FIDES.

FILIA.

FILIUS.

FISCUS.

FŒMINA.

FRATER.

FRAUS.

FRUCTUS IN GENERE.

Pro

IN-

JURARE.

JURISPERITUS.

JUS.

Ju-

LAUDUM.

LEGATARIUS.

LEGATUM.

Et

LOCATOR.

LOCUS.

LOCUPLETARI.

LUCRUM DOTALE.

LUDOVICUS BELLUS.

M

MU-

Ne-

De Controv.

PAU-

Plu-

PLURALITAS.

PŒNA.

PONS.

fe

RECLAMARE.

REDINTEGRARE.

REDINTEGRATIO.

Re-

Ne-

RE-

De Contract. Qqq In

Re-

Re-

REPETITIO.

REPRÆSENTATIO.

RES.

RESPECTUS.

RESPUBLICA.

Ea-

Et

SOLEMNITATES.

STIPULATIO.

STIPULATOR.

SUBDITUS.

SUBROGATUM.

Qui

V

VALOR.

Ver-

UTILIA.

UTILITAS.

UXOR.

FINIS.

